







Schneider
YAEZ
—1878

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΕΡΕΣΙΟΥ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

THEOPHRASTI ERESII

QVAE SVPERSVNT OPERA

ET EXCERPTA LIBRORVM

QVATVOR TOMIS COMPREHENSA.

AD FIDEM LIBRORVM EDITORVM ET SCRIPTORVM
EMENDAVIT

HISTORIAM ET LIBROS VI DE CAVSIS PLANTARVM

CONIVNCTA OPERA

D. H. F. LINKII

EXCERPTA

SOLVS EXPLICARE CONATVS EST


IO. GOTTLOB SCHNEIDER, SAXO.

TOMVS QVARTVS

ANNOTATIONES AD LIBROS DE CAVSIS PLANTARVM,
OPVSCVLA ET FRAGMENTA CONTINENS.

LIPSIAE 1818
SVMTIBVS FRID. CHRIST. GVIL. VOGELII.







ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΕΡΕΣΙΟΥ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

THEOPHRASTI ERESII

QVAE SVPERSVNT OPERA

ET EXCERPTA LIBRORVM

QVATVOR TOMIS COMPREHENSA.

AD FIDEM LIBRORVM EDITORVM ET SCRIPTORVM
EMENDAVIT

HISTORIAM ET LIBROS VI DE CAVSIS PLANTARVM


CONIVNCTA OPERA

D. H. F. LINKII

EXCERPTA

SOLVS EXPLICARE CONATVS EST

IO. GOTTLOB SCHNEIDER, SAXO.



TOMVS QVARTVS

ANNOTATIONES AD LIBROS DE CAVSIS PLANTARVM, OPVSCVLA ET FRAGMENTA CONTINENS.

LIPSIAE 1818

SVMTIBVS FRID. CHRIST. GVIL. VOGELII.

R. A. H.



ANNOTATIONES

AD

THEOPHRASTVM

DE

CAVSIS PLANTARVM.

ANNOTATIONES

AD

THEOPHRASTVM

DE

CAVSIS PLANTARVM.

AD LIBRI I. CAPVT I.

Librum hunc vario titulo laudarunt scriptores veteres. *Αἴτια φυτικὰ* nominavit Athenaeus II. p. 55. e. III. p. 74. a. III. p. 77. c. Ipse magister de Sensu c. 4. ubi affectiones saporum (*χυμῶν*) praetermittit et ad plantarum physiologiam eorum tractationem ablegat, *τὴν φυσιολογίαν τὴν περὶ τῶν φυτῶν* dixit.

ἐπεὶ δὲ οὐ πᾶσιν οἰκείως ἔχει διελθεῖν] A. B. Med. in sequentibus locum ita scriptum exhibent: *καὶ διὰ ποίας αἰτίας, οὐχ αἷς χρωμένους τὰς κατὰ τὰς ἰδίας οὐσίας· εὐθὺ γὰρ.* Margo Vascosanae *αἰτίαις οὐχ αἰσχρὸν ἐνίοις ταῖς κατὰ τὰς ἰδίας* breviavit. *Sed cum non omnes omnibus conveniant, apte profecto agetur, si nunc, quae quibusque tribui debeant quasque ob causas, explanemus. Ergo quae semine* G. Omisit igitur verba *εὐθὺ γὰρ — εἰρημένοις*. Cetera ita scripta eum legisse putabat Dalecampius: *ἐπεὶ δὲ πᾶσιν οὐκ ἴδιαι πᾶσαι, οἰκείως ἔχει διελθεῖν.* quam emendationem non intellectam improbavit C. Hoffmann: equidem propius veram, verae certe scripturae proximam censeo. Pro *διελθεῖν* codicis Casauboni, Med. et Voss. *διελεῖν* probo. Scaliger ita coniecit: *καὶ διὰ ποίας αἰτίας ἀποδίδοσθαι μέλλουσι, κατὰ τὰς ἰδίας οὐσίας πειρατέον εἰπεῖν· εὐθὺ γὰρ συμφωνεῖσθαι χρὴ* et cet. Unde quaedam assumsit Heinsius scribens: *ποίας αἰτίας οὐχ ἑτέροις ἢ αἷς τὸ πρῶτον χρώμενοι· ἤτοι ταῖς κατὰ τὰς ἰδίας οὐσίας διαφοραῖς πειρατέον εἰπεῖν.* Equidem, comparato loco inferiore c. 7, 5. *αἱ μὲν οὖν γενέσεις πόσαι τε καὶ πόσαχῶς,*

καὶ τίνες ἑκάστοις οἰκεῖαι, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων, scripturam veram Theophrasto restituisse mihi videor. Pro *συμφωνεῖσθαι* margo Vasc. *συμφωνεῖν* dat: quod et ipse praefero, quanquam formam passivam a serioribus frequentatam non ignorem, sed diversa structura verborum et coniunctione.

οὐδὲν μὲν ποιεῖ] E Med. et Vossiano *μὲν* interserui. Deinceps G. versio: *tum vel maxime in iis, quae prima potissimaque sunt, finis rationem spectat.* unde Dalecampius eum scriptum legisse suspicabatur *τοῦ τέλους λόγον ἔχει.* Verum haec ratio vulgari scripturae ipsique sententiae minime congruit. Gaza sententiam philosophi suo modo explanare voluisse videtur. Med. *τὰ σπέρματα· ὥστε — αἰεί.*

2. *Ὅπερ — ὁμολογούμενον*] *quod vel ex ceteris quoque omnibus haud dubie intelligi licet* G.

εἶναι ῥαδίως] Margo Vascos. *ῥᾴδιον* habet. Deinceps *διὰ ταῦτ᾽* Med.

πάντα φύειν ἀπὸ τοῦ σπέρματος ἐνδέχεσθαι] A. B. Med. *πάνυ*, omisso verbo, quod Heinsius inseruit. *idcirco nonnulli e semine creari* (Heinsius dedit *produci*) *omnia posse negarunt* G. unde potius *γίγνεσθαι* aut *φύεσθαι* scribi debuit, minime ineptum *φύειν*. Codex Anglicanus *πάντα*, Voss. *διὰ ταῦτα ουκ — πάντα ἀπὸ*, Vinar. *πάντων ἀπὸ τ. σπ. ἐνδ.* dant. Verbum *ἐνδέχεσθαι* Dalecampius in *ἐγγίνεσθαι* mutatum voluit.

καίτοι, καθάπερ] Gaza Heinsianus *quod in ficis — latissime patet.* unde Dalecampius *καὶ τοῦτο* coniiciebat: sed Basileensis habet *quamquam id in ficis.* deinceps *clarissime* Gaza scripsisse videtur, certe debuit. In Med. et Voss. est *εἴρηται, καὶ φανερώτατον.* unde scribendum suspicor *καθάπερ καὶ ἐν τ. ἱ. εἴρηται.* In historiis de semine fici nihil traditum legere memini praeter locum 2, 2, 4. *ὅσα δὲ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν δυναμένων καὶ οὕτω βλαστάνειν, ἅπανθ᾽, ὡς εἰπεῖν, χείρω, τὰ δὲ καὶ ὅλως ἐξίσταται τοῦ γένους, οἷον ἄμπελος, μηλέα, συκῆ, ῥόα, ἄπιος· ἔκ τε γὰρ τῆς κεγχραμίδος οὐδὲν γίνεται γένος ὅλως ἥμερον, ἀλλ᾽ ἢ ἐρινεὸς ἢ ἀγρία συκῆ, διαφέρουσα πολλάκις καὶ τῇ χρόᾳ.* Varro de re rustica I, 41, 4. *quaedam quod tardiora, surculis potius utendum, ut in ficetis faciunt. Fici enim semen naturale intus in ea fico, quam edimus, quae sunt minuta grana, e quibus parvis, quod enasci coliculi vix queunt, (omnia enim minuta et arida ad crescendum tarda —) quare ex terra potius in seminariis surculos de ficeto quam grana de fico expedit obruere, praeter si aliter nequeas, ut si quando quis trans mare semina*

mittere aut inde petere vult: tum enim reticulum per ficos quas edimus maturas perserunt, et eas, cum inaruerunt, complicant, ac quo volunt mittunt, ubi obrutae in seminario pariant.

Ἔτι δὲ καὶ ἄλλον] *Sed fit certe illorum germinatio aliter nisi quid ex iis quae sponte proveniunt* G. secutus vulgatam ἔστι δὲ, quod cum Dalecampio Heinsius mutavit. Ὅτι καὶ habet margo Vascos. Ita cum antecedentibus hoc membrum copulatur, quasi sit in historiis traditum, ficum non solum e virga, sed etiam e semine nasci. Verum ita sequentia separata haerent, nec sensum commodum habent, quanquam per se vitiosa, ut apparet in versione Gazae. Theophrastus primam plantarum generationem eam posuit, quae fit sine opera humana et sponte naturae, hoc est e semine. Obiter huic generi adiungit generationem, quae similiter sine opera humana fit e putredine, quam aequivocam recentiores quidam vocarunt. Hac posita sententia subiunxit, plantas quasdam e semine simul et sponte naturae e terra computrescente nasci: quam earum procreationem illustrare conatur exemplo animalium quorundam, quae praeter ortum e copulatione sexus utriusque in Aegypto alibique etiam e terra putrescente nasci credebantur. Vitium latere mihi videtur in verbis εἰ μή τι: ubi negatio aut delenda est aut in δή mutanda, hoc sensu: *Alia etiam ratione plantae generantur, videlicet si quae sponte naturae e colluvie quadam et putredine aut potius immutatione quadam naturali facta oriuntur.* Gaza σύῤῥοιαν *alimenti confluvium* vertens generationem spontaneam in terra putrescente factam vix potuit spectare. Interim negationem seclusi.

3. Ὅτι μὲν οὖν — φανερόν] Haec non satis apte cum prioribus iuncta haerere mihi videntur. Sed maior statim lacuna sequitur.

Διὸ καὶ αἱ γενέσεις] Sequuntur distinctiones de reliquis generationis plantarum generibus, quae operam humanam desiderant, et ἐκ φυτείας nasci dicuntur. Verum ipsa definitio et descriptio generum, quae deinceps singula repetuntur et distinguuntur, ab initio excidit. Lacunae igitur signa apposui interim, dum Codices suppleverint, quae librarii negligentia omisit.

τῷ μὴ ἔχειν] Vulgatum τοῦ cum margine Vascos. correxi.

ἔχειν τε δεῖ τὴν ἔμβρυον] *humorem ingenitum* G. Rectius Scaliger: *oportet humore quodam quasi praegnantes*

καὶ. Margo Vasc. copulam τε omisit. ἔμβριον Med. hic et ubique scribit.

ὀλίγην τε ἔχειν — καὶ ἀτμίζεται, συνεξάγονθ' ἅμα] Ita A. B. Med. Scaliger aut συνεξάγειν τε ἅμα scribendum censuit, aut prius τε delendum. Posteriorem rationem recte secutus est Heinsius, qui simul ἐξατμίζεται dedit. *difflantur evaporanturque* G. Dalecampius deleto τε scribebat συνεξάγεται.

Καὶ ταῦτα — αἰτίας· τὰ δὲ ἀπαράβλαστα — καὶ ὑγροῦ, καὶ μονοφυῆ, δέχεται καὶ τὰς ἄλλας δύνανται τηρεῖν] Ita A. B. Med. *Cetera nimirum queunt, utpote quae media quadam temperie caloris humorisque constent, valeantque humorem caloremque sibi insitum diutius conservare* G. unde Bucretius corrigebat: Καὶ ταῦτα — αἰτίας ἀπαράβλαστα· τὰ δ' ἄλλα δύναται καὶ συμμετρίᾳ τινὶ τοῦ θ. καὶ ὑγ. φυτείαν δέχεσθαι καὶ δύναται τηρεῖν τὴν ὑγρ. καὶ θ. τ. ξ. Margo B. habet τὰ δὲ παραβλαστικά. Scaliger Τὰ δὲ παραβλαστικὰ συμμετρίᾳ τινὶ τ. θ. καὶ ὑ. δύναται τηρεῖν τὴν ὑγρότητα· οὐ μόνον ἀπὸ παρασπάδος scribi voluit. Heinsius dedit: Τὰ δὲ ἀπαράβλαστα συμμετρίᾳ — καὶ οὐ μονοφυῆ φυτείαν δέχεται καὶ τὰ ἄλλα δύναται τηρεῖν, τὴν ὑγρότητα — σύμφυτον. Dicitur etiam Dalecampius in addito φυτείαν et verbis καὶ τὰ ἄλλα consentire. Margo Vascos. παραβλαστικὰ — δυνάμενα vel καὶ δύναται habet. Moldenhauer. in Specimine p. 85. scribi voluit: Τὰ δὲ παραβλαστικὰ καὶ οὐ μονοφυῆ συμμετρίᾳ — ὑγροῦ δέχεται καὶ τὰς ἄλλας φυτείας, δυνάμενα τηρεῖν — σύμφυτον. Quam scripturam unice probo. Prior autem sententia ita supplenda videtur, ut post verba Καὶ ταῦτα μὲν — αἰτίας intelligas vel repetas οὐδεμίαν δέχεται φυτείαν. Quod enim olim suspicatus eram, priorem sententiam ita fuisse olim absolutam: Καὶ ταῦτα — αἰτίας ἀπαράβλαστα (nempe ἐστὶ), eamque causam fuisse, ut sequens τὰ δὲ παραβλαστικὰ corrumperetur propter similitudinem vocabuli, id video nunc non procedere. Neque enim voluit Theophrastus docere, quas ob causas arbores et plantae quaedam sint ἀπαράβλαστοι, sed potius, cur plantae omnes ἀπαράβλαστοι nullam admittant plantationem. Prudenter tamen addidit ὡς εἰπεῖν, *fere nullam*, quoniam subiunget exemplum palmae, in qua genus φυτείας ἀπὸ ῥάβδου locum habere observat.

ὥστε βλαστάνειν μὴ μόνον] Cum Gaza Heinsius negationem inseruit, cum in A. B. καὶ μόνον esset; et Codex Casauboni et Anglicanus dicitur negationem habere. Scaliger οὐ μόνον scribi iussit, quod habet margo Vascos. Equidem

cum Vinar. et Voss. καὶ μὴ μόνον dedit. Deinceps ὑπτία habet margo Vascos.

καὶ τύπῳ — διωρίσθαι] Male vulgabatur διωρίσθαι. ac obiter — determinasse alunde sit G.

AD CAPVT II.

ῥάβδους] In palma quid dicatur, pluribus docebitur ad 2, 21, 2.

ὅταν ἐμβιώσωσι] adultasque transferre Gaza. Rectius C. Gesner in Vitulo H. cum in terra comprehenderint. Sed non bene antecedentia interpretatur ibidem ita: *In Babylone enim stolones illam producere, qui serantur — in Graecia vero quamquam simplici et sine stolonibus trunco provenit, illic tamen quoque aliter quam semine, nempe ramis superne resectis et terrae commissis plantari.* Stolones dicuntur soboles e radicibus natae, sed ῥάβδοι hae e superiore trunco nascuntur, uti docet sect. 3. Quanquam etiam stolones proprie dictos emittat palma in Aegypto, quos ibi exemtos plantant, docente Gallo in *Mémoires sur l'Egyple* T. III. In Persia soboles in superius enatas plantari testatur ibidem Gallus. Plinius tamen 13. sect. 8. ex h. l. habet: *Et ab radice avulsae vitalis est satus et ramorum tenerrimis.*

τις ἄνω φυτεύσῃ, ῥιζοῦσι· καὶ βλαστάνειν] *si quis ramos superne decisos serat, radix demittitur: et germen non solum crebro enasci, verum etiam subtus radicari largius asserunt* G. Primum ῥιζοῦται scriptum rectius legit: deinde vocabulum ἄνω male ramos supernos interpretatus est, tanquam diversos ab ἐγκεφάλῳ. Nam idem est τἄνω (ita enim scriptum fuisse a Theophrasto iam olim ad Palladium docui) et ὁ ἐγκέφαλος. Salmasius ad Solinum p. 1328. ex h. l. posuit: βλαστάνει ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου καὶ — αὔξει τὰς ῥίζας. Margo Vascos. φοίνιξ — ῥιζοῦνται habet. Equidem propter sequentia ῥιζοῦσθαι probavi. Infra 2, 4, 1. ῥιζῶσι dant Edd. veteres, ubi ῥιζοῦσι dedit Heinsius. Neutrali sensu dixit Aretaeus 3, 16. ἦν ῥιζώσαντα μίμνῃ. Videtur Philosophus palmas in Graecia e cerebro natas et plantatas ipse non vidisse.

πλάγιος τεθῇ καὶ] Vulgatum πλαγίως ἐν ᾧ debetur Heinsio. A. B. habent πλάγιος ἐν ᾧ, quod Dalecampius ferri posse negabat propter vocem ῥάβδος, ad quam referatur. Gaza tamen: *si truncus inversus deponatur.* Verbum igitur τεθῇ scriptum legisse videtur, cetera male vertit. Margo Vascos. τυγχάνει, ἐν ᾧ καὶ ἔνικμος ἡ γῆ. Vocabulum πλάγιος refertur ad φοῖνιξ, ut docebitur ad sect. 3. verba ἐκ πλαγίου.

Plinius enim 13. s. 8. *in Assyria ipsa quoque arbor strata in solo humido tota radicatur.*

τοιοῦτον συμβαίνειν οὐδὲν] *nihil tale contingere posse, notatum habemus* G. Equidem cum Med. οὐδὲν συμβαίνει τοιοῦτον scripsi.

καλουμένους δρυΐτας] Gaza nihil variat. Med. δρυΐτας. Locum aliquem significari censebat Scaliger. Mihi ad cupressi genus aliquod peculiare Cretae referri videtur. Ecce enim noster h. pl. 2, 2, 2. de palma: πλὴν εἰ ἄρα ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἀπὸ τῶν ῥάβδων, ὥς φασί τινες μωλεύειν. Κυπάριττος δὲ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπὸ σπέρματος, ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ στελέχους, οἷον καὶ ἀπὸ τῆς κουρᾶς ἐν Τάῤῥα· παρὰ τούτοις γάρ ἐστιν ἡ κουριζομένη κυπάριττος· αὕτη δὲ ἀπὸ τῆς τομῆς βλαστάνει πάντα τρόπον τεμνομένη, καὶ ἀπὸ γῆς καὶ ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνωτέρω· βλαστάνει δὲ ἐνιαχοῦ καὶ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν, σπανίως δέ. Tunc sequitur de quercu.e trunco et radicibus regerminante. Nisi malis credere, in regione Τάῤῥα quaerendum esse locum δρυΐτας, suspicor, cupressos δρυΐτας dici, quae quercuum instar e trunco et e radicibus repullulent.

ἄλογον οὐδὲν, ὥστε καὶ — καὶ ταύτας βλαστάνειν] Med. οὐδὲν ἄλογον. *Illic enim sic fieri posse, non est praeter rationem.* (Basileensis *ratio est, quod cetera.*) *Quin cetera quoque proles, dummodo — germinare facile potest* G. Equidem non dubitavi vitiosum ὥστε mutare in ὥσπερ, quo facto sententia integra videtur esse. Vulgato deinceps ἐνύδρους margo Vascos. ἐνύγρους substituit. Ita est cap. 3, 1. τὰ δὲ ἄκρα ἁπαλὰ καὶ ἔνυγρα.

πρὸς ὑπόθεσιν] *Sed hoc ex praesupposito sit dictum* (Basil. habet *per suppositionem*) G.

3. εὐφυΐα πρὸς — βλαστάνειν] *frugalitate humi habilitateque ad celerius germinandum conferente aliquid* G. Basil. duo postrema verba omittit. Scaliger: *propter tum ubertatem loci tum nascendi facilitatem.* Mihi verba πρὸς τὸ θᾶττον βλ. hoc quidem loco aliena esse videntur. Primum enim docere voluit, quid sit omnino, cur in Babylonine coelo palma etiam ramulis procreari possit. Causam igitur posuit εὐβοσίαν καὶ εὐφυΐαν χώρας. Superest quaestio, cur rami tenerrimi eligantur? Respondet, quo celerius comprehendant, et causam ponit, ὅτι ὑγρότατα ταῦτα καὶ γεννητικώτατα. Sic apparet, verba a Gaza hoc in loco omissa pertinere ad alterum membrum, inserenda post εὔλογον πρὸς τὸ θᾶττον βλαστάνειν. i. e. *fit non sine ratione, quo celerius*

comprehendant, cum partes extremae sint maxime humectae et ad generandum pronae.

εἰς ὑγρότατα· τοιαῦτα] Ita A. B. Med. ὅτι — ταῦτα dedit Heinsius. Moldenhauer p. 137. e Codice Havn. 2. praeferebat: ὑγρόταται τοιαῦται καὶ τμητικώταται. sed postremum in γεννητικώταται mutabat. *Tenerrimae vero virgae petuntur, quia tales humidissimae sunt* G. Equidem cum margine Vascos. γεννητικώτατα probo. Voss. habet ὑγρότατα τοιαῦται καὶ τμητικότατα. Ceterum etsi vulgatum tolerari posse existimo, malim tamen cum Moldenhauero sexum femineum substitutum neutri, et si in Ald. Basil. εἰς latet εἰ vel εἴπερ, *siquidem*, totus locus ita scribendus videtur: εἴπερ ὑγρόταται αἱ τοιαῦται καὶ γεννητικώταται.

ἀπὸ δὲ τοῦ ἐγκεφάλου ἢ διὰ τῶν] Vulgo omissum ἢ e versione Gazae margo Basil. recte supplevit, probante Scaligero et firmante libro Havniensi 2. Vinar. Voss. Sed quod Havn. idem cum Med. offert τούτων εὔλογον, non accipio. Mallem nobis obtulisset scriptum: τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου μᾶλλον ἢ διὰ τῶν ὑποκάτω, καὶ τοῦτο εὔλογόν ἐστιν· ἐντεῦθεν et cetera. Concinnitas saltem postulat, ut hoc membrum priori, τὸ δὲ ἀπὸ τῶν ἁπαλωτάτων, respondeat: antecedens vero εὔλογον facit necessarium in altero membro subsequente καὶ τοῦτο εὔλογον.

ἡ τῶν ῥάβδων φύσις] Rectius Gaza *virgarum exortus:* igitur ἔκφυσις scriptum legit.

τῶν πλαγίων ἔκφυσις ἔχοντος] *nam et illa e lateribus procreatio non nisi cerebri copia fieri assolet* G. Basileensis habet: *nam et nepotum illa procreatio.* Utrumque male, ut monuit Scaliger. Theophrastus enim loquitur de trunco palmae strato, qui cerebri beneficio germinet. Igitur sequens αὐαίνεσθαι ad eundem truncum est referendum. Plinius 13. s. 8. *In Assyria ipsa quoque arbor strata in solo humida tota radicatur, sed in frutices, non in arborem.* Ceterum τῶν πλαγίων non esse *e lateribus*, sed esse vitiose scriptum pro τοῦ πλαγίου, non solum sequens πεφυκότος καὶ ἐῤῥιζωμένου docet, sed etiam locus superior, ubi est ἂν πλάγιος τεθῇ. Igitur vulgatam correxi.

πεφυκότος καὶ ἐῤῥιζωμένου] *siquidem et cum palma integerrima crescit et radicibus plene adhaeret* G. Scaliger: *siquidem hoc etiam contingit palmae iam confirmatae.* Tu verte: *dum recta stat et radicibus suis innititur.* Rem tetigit Palladius Aprili 5, 2. *Nunc planta palmarum, quam cephalonem vocamus, locis apricis et calidis est ponenda.*

Plinius enim 13. s. 8. *in Assyria ipsa quoque arbor strata in solo humido tota radicatur.*

τοιοῦτον συμβαίνειν οὐδὲν] *nihil tale contingere posse, notatum habemus* G. Equidem cum Med. οὐδὲν συμβαίνει τοιοῦτον scripsi.

καλουμένους δρυΐτας] Gaza nihil variat. Med. δριΐτας. Locum aliquem significari censebat Scaliger. Mihi ad cupressi genus aliquod peculiare Cretae referri videtur. Ecce enim noster h. pl. 2, 2, 2. de palma: πλὴν εἰ ἄρα ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἀπὸ τῶν ῥάβδων, ὥς φασί τινες μωλεύειν. Κυπάριττος δὲ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπὸ σπέρματος, ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ στελέχους, οἷον καὶ ἀπὸ τῆς κουρᾶς ἐν Τάῤῥᾳ· παρὰ τούτοις γάρ ἐστιν ἡ κουριζομένη κυπάριττος· αὕτη δὲ ἀπὸ τῆς τομῆς βλαστάνει πάντα τρόπον τεμνομένη, καὶ ἀπὸ γῆς καὶ ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνωτέρω· βλαστάνει δὲ ἐνιαχοῦ καὶ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν, σπανίως δέ. Tunc sequitur de quercu e trunco et radicibus regerminante. Nisi malis credere, in regione Τάῤῥα quaerendum esse locum δρυΐτας, suspicor, cupressos δρυΐτας dici, quae quercuum instar e trunco et e radicibus repullulent.

ἄλογον οὐδὲν, ὥστε καὶ — καὶ ταύτας βλαστάνειν] Med. οὐδὲν ἄλογον. *Illic enim sic fieri posse, non est praeter rationem.* (Basileensis *ratio est, quod cetera.*) *Quin cetera quoque proles, dummodo — germinare facile potest* G. Equidem non dubitavi vitiosum ὥστε mutare in ὥσπερ, quo facto sententia integra videtur esse. Vulgato deinceps ἐνύδρους margo Vascos. ἐνύγρους substituit. Ita est cap. 3, 1. τὰ δὲ ἄκρα ἁπαλὰ καὶ ἔνυγρα.

πρὸς ὑπόθεσιν] *Sed hoc ex praesupposito sit dictum* (Basil. habet *per suppositionem*) G.

3. εὐφυΐα πρὸς — βλαστάνειν] *frugalitate humi habilitateque ad celerius germinandum conferente aliquid* G. Basil. duo postrema verba omittit. Scaliger: *propter tum ubertatem loci tum nascendi facilitatem.* Mihi verba πρὸς τὸ θᾶττον βλ. hoc quidem loco aliena esse videntur. Primum enim docere voluit, quid sit omnino, cur in Babylonia coelo palma etiam ramulis procreari possit. Causam igitur posuit εὐβοσίαν καὶ εὐφυΐαν χώρας. Superest quaestio, cur rami tenerrimi eligantur? Respondet, quo celerius comprehendant, et causam ponit, ὅτι ὑγρότατα ταῦτα καὶ γεννητικώτατα. Sic apparet, verba a Gaza hoc in loco omissa pertinere ad alterum membrum, inserenda post εὔλογον πρὸς τὸ θᾶττον βλαστάνειν. i. e. *fit non sine ratione, quo celerius*

comprehendant, cum partes extremae sint maxime humectae et ad generandum pronae.

εἰς ὑγρότατα· τοιαῦτα] Ita A. B. Med. ὅτι — ταῦτα dedit Heinsius. Moldenhauer p. 137. e Codice Havn. 2. praeferebat: ὑγρόταται τοιαῦται καὶ τμητικώταται. sed postremum in γεννητικώταται mutabat. *Tenerrimae vero virgae petuntur, quia tales humidissimae sunt* G. Equidem cum margine Vascos. γεννητικώτατα probo. Voss. habet ὑγρόταται τοιαῦται καὶ τμητικόταται. Ceterum etsi vulgatum tolerari posse existimo, malim tamen cum Moldenhauero sexum femineum substitutum neutri, et si in Ald. Basil. εἰς latet εἰ vel εἴπερ, *siquidem*, totus locus ita scribendus videtur: εἴπερ ὑγρόταται αἱ τοιαῦται καὶ γεννητικώταται.

ἀπὸ δὲ τοῦ ἐγκεφάλου ἢ διὰ τῶν] Vulgo omissum ἢ e versione Gazae margo Basil. recte supplevit, probante Scaligero et firmante libro Havniensi 2. Vinar. Voss. Sed quod Havn. idem cum Med. offert τούτων εὔλογον, non accipio. Mallem nobis obtulisset scriptum: τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου μᾶλλον ἢ διὰ τῶν ὑποκάτω, καὶ τοῦτο εὔλογόν ἐστιν· ἐντεῦθεν et cetera. Concinnitas saltem postulat, ut hoc membrum priori, τὸ δὲ ἀπὸ τῶν ἀπαλωτάτων, respondeat: antecedens vero εὔλογον facit necessarium in altero membro subsequente καὶ τοῦτο εὔλογον.

ἡ τῶν ῥάβδων φύσις] Rectius Gaza *virgarum exortus:* igitur ἔκφυσις scriptum legit.

τῶν πλαγίων ἔκφυσις ἔχοντος] *nam et illa e lateribus procreatio non nisi cerebri copia fieri assolet* G. Basileensis habet: *nam et nepotum illa procreatio.* Utrumque male, ut monuit Scaliger. Theophrastus enim loquitur de trunco palmae strato, qui cerebri beneficio germinet. Igitur sequens αὐξάνεσθαι ad eundem truncum est referendum. Plinius 13. s. 8. *In Assyria ipsa quoque arbor strata in solo humido tota radicatur, sed in frutices, non in arborem.* Ceterum τῶν πλαγίων non esse *e lateribus*, sed esse vitiose scriptum pro τοῦ πλαγίου, non solum sequens πεφυκότος καὶ ἐῤῥιζωμένου docet, sed etiam locus superior, ubi est ἂν πλάγιος τεθῇ. Igitur vulgatam correxi.

πεφυκότος καὶ ἐῤῥιζωμένου] *siquidem et cum palma integerrima crescit et radicibus plene adhaeret* G. Scaliger: *siquidem hoc etiam contingit palmae iam confirmatae.* Tu verte: *dum recta stat et radicibus suis innititur.* Rem tetigit Palladius Aprili 5, 2. *Nunc planta palmarum, quam cephalonem vocamus, locis apricis et calidis est ponenda.*

4. δυσδιάπνοτον] Ita A. B. Med. δυσδιάπνωτον maluit Scaliger; verius δυσδιάπνευστον dedit Heinsius cum margine Vascos.

τῶν μονοφυῶν] A. B. Med. ὁμοφυῶν. E versione G. correxit Heinsius, praeeunte Scaligero cum margine Vascos.

AD CAPVT III.

πλείους γεννᾶται τρόπους] Malim κατὰ πλείους. Deinceps αὑτοῖς pro αὐτοῖς scribi iussit Scaliger. Deinceps τὰ γὰρ Med. ante ἀκρέμονος e Med. ἀπὸ addidi.

Τὰ δὲ πάλιν ἀπὸ τῶν βλαστῶν — ἐλαία] Lacunam sensus ipse et versio Gazae arguit: *neque quod contra his ipsis provenit, ramulis etiam potest, ceu olea.* Plinius igitur scriptum legit: τὰ δὲ πάλιν ἀπὸ τούτων οὐ δύναται ἀπὸ τῶν βλαστῶν.

ἐνίων τραχῆ] *nonnullorum etiam asperae* Gaza. A. B. Med. τραχὺ, quod in τραχέα mutandum fuit.

καὶ ἡ κράδη] A. B. Med. καρδία. Verum e versione Gazae restituit Scaliger. Permutatio harum duarum vocum pluribus in locis facta nec animadversa vitium Theophrasto contraxit.

καὶ ἡ τῆς ἰτέας] *et salicis vero caeterorumque partes non secus se habènt* G. quasi ἰτέας μόρια scriptum legisset. Equidem τὰ τῆς ἰτέας malim, intelligens τὰ ἄκρα. Nam κράδη de salice usurpatum nondum legere memini. Deinceps ὁμοίων malim cum margine Vascos.

2. Ἐλαίας δὲ τὰ μὲν τῶν — οὐκ εὐξήραντα] *At oleae continue rami* G. Heinsius *continue* omisit. Negationem οὐκ e versione Gazae adiecit cum Scaligero Heinsius, accedente Vinar. et Voss. ἀμφοτέρως significat *propter utramque causam.* Gaza *proinde* posuit.

ἄβλαστα γὰρ τὰ τούτων] *harum enim extrema ob eandem causam pullulare nequeunt* G. quasi ἄκρα additum legisset. ἀβλάστητα vulgatum correxi. Deinceps θέλει Med.

πλὴν καὶ εἴ τι σπάνιον — παράλογον] A. B. Med. παραλόγῳ. unde margo Vascos. ὡς ἐν παραλόγῳ posuit. *praeterquam si quid raro contraque naturae ritum eveniat* G. Equidem malim verbis transpositis πλὴν εἴ τι καὶ σπάνιον.

ἡ ξηρότης, καὶ τούτου γ' ἔτι ἡ πυκνότης] *Causa eius quoque siccitas est atque raritas* G. Rectius igitur scriptum legit: αἰτία δὲ καὶ τούτου γ', ὥσπερ ἐλέγομεν, ἡ ξηρότης καὶ

ἔτι ἡ μανότης — ἐπὶ πλεῖον τὸ μανόν. ubi vulgabatur ἐπὶ πλεῖον τὸ μᾶλλον. Idem olim censuit cum Dalecampio Bucretius: et utraque correctio est in margine Vascos. Scaliger vulgatam defendere conatus est. Med. γε post τούτου omisit. Infra 2, 11, 1. ὅσα μὴ δι' ἀσθένειαν ἢ ὑγρότητα — ἄκαρπα ἢ ὀλιγόκαρπα, καθάπερ τά τε πάρυδρα καὶ ἀλσώδη καὶ ὅσα μανὰ καὶ εὔσηπτα, καθάπερ ἡ δάφνη. 5, 13, 4. ἡ γὰρ αὖ δάφνη καίπερ οὖσα μανὴ καὶ διαμένει διὰ τὸ θερμόν. Quod ad plantationem attinet, Geoponica 10, 3. primo loco nominant laurum cum aliis inter eas arbores, ὅσα ἀπὸ σπέρματος φυτεύεται. sed sect. 9. inter ea τὰ δυνάμενα καὶ ἀπὸ σπέρματος καὶ ἀπὸ παρασπάδος φυτεύεσθαι.

3. τηρεῖ τὴν ζωτικὴν]. A. B. τηρεῖν. quod e versione G. correctum ab Heinsio, consentiente Voss. deinceps μύρρηνος Med.

ἔχοντά τινα ὑγρότητα τοιαύτην] *non tamen sine adiumento naturalis humoris* G. Miror, unde naturalem duxerit humorem. Sed ἔχοντά γέ τινα praeterea malim; particulae γε Gazae *tamen* respondere videtur.

οὐ γὰρ ἱκανὸν, ἐὰν ᾖ πυκνόν γε ᾖ ξηρὸν] *haud enim satis spissitas illa facit, si admodum sicca sit et ad nepotum procreationem inhabilis* G. Vinar. εἰ ξηρὸν dat: unde εἴ γε ξηρὸν scripsi. Med. ἐὰν πυκνόν τε habet.

καὶ ἀπαράβλαστον] Nimis abruptus est transitus hic ad tractationem de causa stolonum: nec appositum hoc membrum natura sua ita est coniunctum cum vi illa oleae et myrto peculiari, qua ἐκ τῶν ξύλων βλαστάνει, ut necessarium hoc membrum videri possit. Itaque excidisse verba aliquot suspicor. Similis est dubitatio Linckii de loco sect. 5. ubi stolonum mentioni subiungitur membrum a stolonum tractatione alienum: καὶ ἥ γε ἐλαία καὶ ἐκ τῶν πρέμνων: neque hoc oleae peculiare est, sed faciunt idem plures arbores, ut e trunco stolones emittant.

ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ παραβλάστησις] *nam et talis eorum procreandi facultas radice detorta, scrupulosa flexuosaque datur* G. unde Scaliger ἐπειδὴ scribi iussit. Deinceps τερεμνώδη habet Voss. cum Mediceo. Causam facultatis procreandi stolones assignat radicum naturae πρεμνώδει καί πως ξυνεστραμμένη, quam male Gaza detortam, scrupulosam flexuosamque interpretatur: trunci enim soliditatem et firmitatem compactam intelligi voluit Theophrastus. Talem lauro tribuit. De radicibus lauri est in h. pl. 1, 6, 3. τῶν μὲν παχεῖαι μᾶλλον, τῶν δὲ ἀνωμαλεῖς, καθάπερ δάφνης, ἐλαίας.

sect. 4. ἔτι δὲ αἱ μὲν εὐθεῖαι καὶ ὁμαλεῖς, αἱ δὲ σκολιαὶ καὶ παραλλάττουσαι· τοῦτο γὰρ οὐ μόνον συμβαίνει διὰ τοὺς τόπους, τῷ μὴ εὐοδεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐστιν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς δάφνης καὶ τῆς ἐλαίας. Addit sect. 5. αἱ μὲν παραβλαστικαὶ εἰς τὸ ἄνω, καθάπερ ἀμπέλου, ῥόας, αἱ δὲ ἀπαράβλαστοι, καθάπερ ἐλάτης, κυπαρίττου, πεύκης.

ἢ καὶ δυσώλεθρα τὰ τοιαῦτα] *et mori hac eadem de causa contumacia* G. unde vulgatum ἢ mutavi in ᾗ cum margine Vascos. δυσώλεθρα etiam hic sunt, quae difficulter exstirpari possunt: alioqui laurus facile senescit. h. pl. 4, 12, 3. ἔνια δὲ γηράσκει μὲν καὶ σήπεται ταχέως, παραβλαστάνει δὲ πάλιν ἐκ τῶν αὐτῶν, ὥσπερ αἱ δάφναι καὶ μηλέαι καὶ ῥόαι καὶ τῶν φιλύδρων τὰ πολλά. ubi cum Plinio ἐκ τῶν ῥιζῶν scripsi. Infra 2, 11, 1. inter μανὰ καὶ εὔσηπτα nominatur laurus. et 5, 9, 4. laurus dicitur σήπεσθαι ταχέως, σκωληκοῦσθαι δὲ οὐχ ὁμοίως propter succi acritudinem.

Τῶν δὲ μακρορρίζων] *At vero illorum — ex radicis copia oritur* G. Vereor, ut sensum loci verum ceperit: certe ἰσχὺν male radicis copiam reddidit. Est hoc alterum membrum sententiae supra positae: ἐπειδὴ καὶ ἡ παραβλάστησις τῶν τοιούτων. Ponit nunc alteram conditionem radicum et arborum ad stolones procreandos habilium, nempe τῶν μακρορρίζων, quae in ipsa radicum ἰσχύϊ sitam habent causam stolonum procreandorum. Oritur haec ἰσχὺς ex ipsa longitudine cum natura fibrosa et copia coniuncta. Verum ipse philosophus, cum haec sola ad procreandos stolones non sufficere vidisset, statim alias excogitat causas.

4. περὶ πάντων ὧδε λεκτέον] videlicet de omnibus arboribus, quae stolones procreant, cur id faciant, ita videtur statuendum.

ἐστιν, εἰ καί τινας εἰς βάθος] E vocabulo βαθύρριζα repete ῥίζας. Gaza: *aut si qua alte demittant, haec tamen nonnullas etiam radices summo tenus agunt.* unde C. Hoffmann τινὰ scribi voluit. Nempe Gaza scriptum legisse videtur: βαθύρριζα ἢ καὶ εἴ τινας. quam scripturam habet Med. et margo Vascos. nisi quod Med. τινα habet. Deinceps A. B. Med. ἐπιπολλῆς habent.

ὅτι πάντων ὅταν συῤῥοῆς γενομένης συνθερμανθεῖ τοῦτο καὶ πεμφθὲν ὑπὸ τοῦ ἡλίου — καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων] Ita A. B. Med. *Tum quod radix facto alimenti confluxu solis eufferveseat ardore, excoctaque veluti praegnans partum educat. Nam et ramis ac ceteris partibus hac ratione germen erumpit* G. Scaliger menda leviuscula tantum

attigit, veluti πεμφθὲν pro πεφθέν. Heinsius e versione Gazae post πάντων vocabulum ῥίζα inseruit, cum deberet ἡ ῥίζα: deinde omisso verbo συνθερμανθεῖ dedit καὶ τοῦτο πεφθέν. Voss. habet τοῦτο καὶ πεφθέν. Veram scripturam suggerit sequens locus: ἡ γὰρ ῥίζα μετέωρος οὖσα καὶ συῤῥοὴν λαμβάνουσα, ταύτην ἐκθερμαίνουσα καὶ πέττουσα, μεθίησι τὸν βλαστόν. Solum igitur pronomen τοῦτο superest in emendatione nostra mutandum fortasse in adverbium τότε.

5. γὰρ αὗται] Nempe αἱ ῥίζαι. *hic enim partes subliminiores radicis cohaerent* Gaza.

καὶ ἥ γε ἐλαία καὶ ἐκ τῶν πρέμνων] Linckii suspicionem de hoc membro posui ad sect. 3.

ὅσα μὴ μόνον σύνεγγυς] Gaza: *quae non solum e proximo, sed etiam e longinquo prolificant.* Igitur post διὰ πολλοῦ fuit incidendum, et praeterea ἀλλὰ καὶ scribendum.

ἡ ἂν ἡ ῥίζα μετέωρος ᾖ] A. B. Med. ἣ ὧν ἂν ῥίζα. E versione G. correxit Scaliger.

ὁ τόπος· ἄτακτος δ' ὁ μετεωρισμός] E versione G. *radix enim quanam sua parte summa telluris petat, confluxumque alimenti capessat, constat nemini.* Moldenhauer p. 138. scribi voluit: ὁ τόπος, ὅτι ἄτακτος ὁ μετεωρισμός. Sane etiam Vinar. et Voss. ὅτι inserit; equidem tamen cum margine Vascos. ἄτακτος γὰρ ὁ μ. praefero. Med. ἄτακτος ὁ μετ. habet: deinceps καθ' ὥσπερ.

καὶ συμπληροῦν δύναται βλαστάνειν] Gaza simpliciter *facile possunt.* quae ipsa verba omisit Heinsius. Scaliger corrigebat δύναται τὸ βλαστάνειν, ut sit dictum pro τὸ βλαστανόμενον, vel βλαστάνειν καὶ συμπληροῦν. Margo Vascos. post δύναται copulam καὶ inserit. Equidem vitii originem et quid in corrupto verbo συμπληροῦν lateat, indagare demum potui, cum pervenissem ad locum cap. 5, 4. ubi de ratione disputat, qua arbores ἄκαρποι in silvis propagentur et συνέχειαν suam servent: ὅσα συνεχῆ ἐν ταῖς ὕλαις ταῖς ἀγρίαις καὶ τοῖς ὄρεσίν ἐστιν· οὐ γὰρ ῥᾴδιον αὐτομάτως συνισταμένων διαμένειν τὸ συνεχὲς, ἀλλὰ δυοῖν θάτερον ἢ ἀπὸ ῥίζης ἢ ἀπὸ σπέρματος βλαστάνειν. Unde suspicor, fuisse h. l. olim: καὶ συμπληροῦν δύναται χώραν ἀπὸ τῶν ῥιζῶν βλαστάνοντα. Pro καὶ δεῖ Med. καὶ δὴ habet.

AD CAPVT IV.

ᾗ δὲ ἕκαστα] Vulgatum εἰ cum margine B. e versione G. correxit Scaliger; sed non paruit Heinsius.

τὸ μὲν ὑμενῶδες] A. B. Med. ὑδατῶδες. *tenui cortice tegi* G. quod est potius τὸ φλοιῶδες. Et h. pl. 1, 6, 7. de radicibus: αἱ δὲ ὥσπερ ἐκ φλοιοῦ καὶ σαρκὸς, ὥσπερ αἱ τῶν ῥαφανίδων καὶ γογγυλίδων. libro 7. c. 9. αἱ δὲ καὶ φλοιὸν ἔχουσι πρὸς τῇ σαρκὶ, καθάπερ ἡ τοῦ κυκλαμίνου καὶ τῆς γογγυλίδος. Plinius 19, 6. *aliquibus ex cortice et carne constant, ut raphano, rapis.* Sic etiam ipse Gaza priore in loco. Male igitur Heinsius ὑδατῶδες, quod Scaliger praeferebat, mutavit in ὑμενῶδες, cum deberet in φλοιῶδες. Equidem suspicor, olim fuisse φλοιῶδες καὶ ὑδατῶδες, cui respondeat χιτῶνας ἔχειν πλείους καὶ γλισχρότητά τινα. Sed adhuc molestum est illud τὸ μὲν, cui τὸ δὲ nec aliquid simile membrum non respondet. Quid si coniiciam, olim fuisse: τὸ μὲν ἔξω φλοιῶδες, τὸ δ' ἐντὸς ὑδατῶδες?

ἀλλ' ἤτοι — καθάπερ καὶ τοῦ βολβοῦ καὶ σκίλλης] E Med. et Voss. αἱ τοῦ β. scripsi; articulum τῆς de meo addidi. Deinceps εὔχηλον Ald. Basil. *carnis succique bonitate* Gaza, cum deberet *bene carnosum succique plenum.* Superest vitiosum ἀλλ' ἤτοι, cui membrum aliud non respondet. Suspicor fuisse ἀλλὰ δεῖ.

ἀμαράκου τοῦ χλωροῦ — λειρίου] Gaza: *amaracum recens et lirium.* Etiam Scaliger *novellum* interpretatur, et λείριον narcissum. In historia inter φρυγανικὰ καὶ ποώδη culta et ἀείφυλλα refertur ἀμάρακον 1, 9, 4. de eodem infra 6, 15, 9. καὶ ὅσα τῶν στεφανωματικῶν δριμείας ἔχει τὰς ὀσμὰς, οἷον τὸ ἀβρότανον μάλιστα καὶ τὸ ἀμάρακον καὶ ὁ κρόκος — διὸ καὶ ἀφαιρεθέντα ἀπὸ τῶν φυτῶν εὐωδέστερα. De hoc eodem classicus est locus hist. 6, 7, 4. ὁ δ' ἀμάρακος ἀμφοτέρως φύεται, καὶ ἀπὸ παρασπάδος καὶ ἀπὸ σπέρματος· πολύσπερμον δὲ καὶ τὸ σπέρμα εὔοσμον· ὀσμὴ δὲ μαλακωτέρα. Δύναται δὲ καὶ μεταφυτεύεσθαι. — Ὁ δὲ ἀμάρακος καὶ ὁ ἕρπυλλος καὶ τὸ σισύμβριον καὶ τὸ ἑλένιον ἐπιπολαίους καὶ πολυσχιδεῖς καὶ ταῤῥώδεις (ἔχει τὰς ῥίζας·) ξυλώδεις δὲ πᾶσαι. Hic igitur amaracus toto genere diversus ab amaraco eo, quem Theophrastus nunc χλωρὸν dicit, hoc est flavum vel flavidum, non novellum vel tenellum, aut recentem. Nec quicquam proficias, si cum Bodaeo p. 688. ἀσπαράγου scribas, ut ipse confitetur vir doctus. Nihil de hoc amaraco nec omnino de hoc loco annotavit Sprengel histor. p. 95. Columella 10. versu 296. *Sicubi odoratas praetexit amaracus umbras, carpite, narcissique comas sterilisque balausti.* Florem igitur odoratum umbras amantem facit. Sampsuchum, in Sicilia et Cyzico amaracum vo-

catum, umbram, aquam et fimum amare ait Plinius 21. s. 35. Noster supra 6, 8, 3. inter flores aestivos refert ἀμάρακον τὸν Φρύγιον. unde Plinius 21. s. 39. Phrygium amaracum nominavit; etiam Artemidorus cum sampsucho inter coronarias plantas 1, 77. Diversus igitur Phrygius etiam a sampsucho et flavo videtur esse. Persicum nominat poeta tragicus Chaeremon Athenaei 13. p. 608. (202. Schw.) Πέρσης δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινεν αὐχένας. Qui num sampsuchus an Phrygius an flavus Theophrasti sit intelligendus, dubito. Catullus Carm. 62. *cinge tempora floribus suave olentis amaraci.* Inter flores a Proserpina in prato collectos nominatur *amaracus suave rubens* a Iulio Firmico de errore prof. relig. Inter theriacas plantas nominatur a Nicandro versu 575. μάλα δ' ἂν καὶ ἀμάρακος εἴη χραισμήεις πρασιῇς τε καὶ ἀνδήροισι χλοάζων, i. e. in hortis cultus. Denique annotabo, virum doctum in margine Vascos. κρόκου coniecisse. Med. φοιτείαν habet pro φυτείαν.

2. καὶ μέταρσιν — μεταιρόμεναι] *has enim tantummodo radices seri transferrique posse videtur: — translatae autem siccitatis causa nequeunt* G. Ita sensus loci pervertitur, nec intelligi potest, cur radices τῶν ἐπετείων translatae germen edere non possint. Editur quidem causa siccitatis, sed ea quid pertinet ad radices in terra conditas magis, quam ad radices amaraci lutei et lilii et similium bulborum? Error est in interpretatione verbi μεταίρειν et vocabuli μέταρσις. Illud enim proprie et per se non significat transferre, nisi adiungatur loci mentio, quo res transfertur, veluti infra c. 23, 2. ubi Empedoclis opinionem reprehendit: τὸ γεννήσασαν ἐν τῷ ξηρῷ τὴν φύσιν μεταίρειν εἰς τὸ ὑγρόν. Igitur proprie est tollere et auferre e loco. Demonstrat hoc satis in loco nostro membrum oppositum: μένουσαι μὲν ἐν ταῖς ἑαυτῶν χώραις. Μέταρσις igitur similiter est non translatio, sed sublatio, exemtio e loco suo. Hinc μετάρσιος derivatum vocabulum nusquam significat translatum, sed elatum supra terram et sublime, uti cognatum μετέωρος et μετήορος. Similiter μεταίρειν apud Plutarchum 10. p. 482. Reisk. est solvere navem e loco et discedere. Ita μεταχωρεῖν est discedere, addito εἰς vel ἄνω vel κάτω vel simili vocabulo est transgredi. Deinceps Med. ἐλάττω. καὶ τὰς ἰδίας φύσεις ἑκάστω. unde vulgatum ἑκάστου correxi.

ᾗπερ ἐπί τινων] *quam in ceteris* Gaza: igitur ἐπὶ τῶν ἄλλων scripsi, quod habet margo Vascos.

Ἔτι δέ τινων] Heinsius ἐπὶ (sic) dedit. Ald. Basil.

ἔστι — φύεται καὶ γένεσις. Haun. 2. cum Vinar. Voss. *ἔτι* dedit. *φυτεία* coniectura Moldenhaueri p. 138. Gaza vertit: *nonnullorum generatio et avulsione extremisque ramis fieri potest.* Dalecampius *φύσις* scribi voluit. Scaliger verba *φύεται καὶ* tollebat.

ῥαφάνου — τῶν δὲ στεφανωτικῶν] Med. et Voss. *καὶ ῥαφάνου* habet, *τῶν τε* margo Vascos.

καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐνίων τῶν αὐτῶν — καὶ τῶν στεφανωτικῶν] Haec omnia praetermisit Gaza, et verba *τῶν αὐτῶν — στεφανωτικῶν* tanquam inepte repetita e superioribus deleri iussit Scaliger. Equidem cum viro docto sentio, qui in margine Vascos. *ἄκρων* coniecit, ubi est *ἄλλων*. Antecedens *ἀπὸ παρασπάδος μὲν* postulabat *ἀπὸ τῶν ἄκρων δὲ ἐνίων*. Superest difficultas in verbis *πηγάνου τε καὶ ἀβροτάνου:* nam abrotanum antea inter coronarias plantas enumeratur, hic ab iisdem distingui videtur per sequens membrum *καὶ τῶν στεφανωτικῶν*. Verum hoc ipsum membrum vitiosum est: nec per se sensum habet commodum *καὶ τῶν στεφανωτικῶν*, intellectis *φυτεία καὶ γένεσίς ἐστιν ἀπὸ τῶν ἄκρων*. Nam non omnes coronariae ita propagari possunt, sed quaedam. Igitur fortasse scriptum fuit olim: *καὶ ἐνίων τῶν αὐτῶν, οἷον τοῦ πηγάνου, καὶ τῶν στεφανωτικῶν, οἷον ἀβροτάνου.* Med. *στεφανητικῶν* habet.

3. *καὶ γὰρ ἔχει ταῦτά γε*] Gaza vertit: *Hae enim radices e germinibus suis quam primum demittunt, non secus ac hedera.* Omisit igitur *ἔχει — γε καί.* Mirum de omnibus, quarum mentio facta est, praedicari, quod hedera dicitur habere peculiare 3, 18, 10. *ἔχει δ' εὐθὺς ἐκ τῆς φύσεως τοιοῦτον· καὶ γὰρ ἐκ τῶν βλαστῶν ἀφίησιν ἀεὶ ῥίζας ἀνὰ μέσον τῶν φύλλων, αἷσπερ ἐνδύεται τοῖς δένδροις καὶ τοῖς τειχίοις, οἷον ἐξεπίτηδες πεποιημέναις ὑπὸ τῆς φύσεως.* Plures sunt herbae et plantae, quae e ramis et surculis, quam primum terram attigerint, radiculas agunt, terraeque insinuant atque ita plantaria efficiunt. Sunt aliae plantae, quae e nodis caulis ramorumque radiculas sic dictas aereas agunt, argumento fertilitatis et facilitatis propagandi generis e parte sui quacunque. Paulum diversa ratio est fici Indicae, quae ramorum germinibus in terram demissis radicatur et circum truncum tabernaculi speciem efficit. Similiter hedera radicularum genere peculiari inter folia germinante arborum cortices parietesque penetrat atque alligat. Praeter hederam noster h. pl. 6, 7, 5. serpyllo, quod est in genere *στεφανωτικῶν*, tribuit hanc naturam peculiarem: *τοῦ δὲ ἑρπύλου*

ἴδιος ἡ αὔξησις ἡ τῶν βλαστῶν· δύναται γὰρ ἐφ' ὁποσονοῦν προϊέναι κατὰ μῆκος χώραν λαβὼν — εὐαυξέστατος γάρ. ubi deesse praepositionem et scribendum esse ἡ ἐκ τῶν βλαστῶν loci duo reliqui comparati docent. Accedit quartus h. pl. 2, 2, 1. τῶν δὲ φρυγανωδῶν καὶ ποωδῶν τὰ μὲν πλεῖστα ἀπὸ σπέρματος, ἔνια δὲ καὶ ἀπὸ τῶν βλαστῶν, ὥσπερ εἴρηται. Apparet nunc, hederam hic comparari cum quibusdam coronariarum plantarum, quae ἐκ τῶν βλαστῶν ipsae se propagant. Hederam vero coronariis plantis non aggregat Theophrastus, sed arboribus fere ubique annumerat. Igitur hic non potuit in exemplo τῶν στεφανωτικῶν nominari, sed peculiaris eius propagatio ἐκ τῶν βλαστῶν in genere arborum comparatur cum simillima in genere coronariarum plantarum. Quid si igitur coniiciam, fuisse olim καὶ τῶν στεφανωτικῶν ἔνια γ' ἔχει τοῦτο καὶ καθίησιν? ut haec ἐκ τῶν βλαστῶν propagatio comparetur quodammodo cum propagatione ἐκ τῶν ἄκρων. An potius fuit καὶ τῶν στεφανωτικῶν ἔνια τοῦτο ἔχει ἴδιον καὶ καθίησιν et cetera? Linckius suspicabatur, in vulgata ταῦτα ἔχει referri ad plantarum quarundam radices aerias, veluti in hedera: καὶ καθίησιν autem ad illas, quae erumpunt, simulatque terram attigerint.

ὅλος ἔμβρυος] Vulgatum ὅλως cum Bucretio correxi. ἔμβριος Med. *illa enim omnium maxime vivax est* G. Dalecampius ἔμβιος malebat, quod Gaza reddidisse videtur. Scaliger ἔμβρυος *praegnans* interpretatur. ὑγρότητα ἔμβρυον supra habuimus, foecundum quasi humorem arborum et plantarum, ad procreationem idoneum: de ipsa hedera ἔμβρυος durum nec satis idoneum vocabulum mihi videtur. Deinceps pro κρυπτόμενος Dalecampius κείμενος vel ἀποκείμενος malebat: margo Vascos. ῥιπτόμενος. Mihi membrum hoc totum falsum aut lacunosum videtur: neque enim adeo mirum est, si hedera in terra condita radices undique ἐκ τῶν βλαστῶν progerminat, ut mirabile est, quod antecedit, cum radiculis suis hedera arborum corticem penetrat, easque angendo perimit. Gaza longius discessit a graecis vertens: *sive arbores scandens amplexu suo perstringat, seu in terra abdita ima subeat.* Linckius putabat, membrum hoc postremum de ramo hederae abscisso intelligendum esse: quae si opinio vera est, fortasse κατακοπτόμενος scriptum fuit, non κρυπτόμενος, aut utrumque iunctum fuit olim verbum.

τῶν δὲ λαχανωδῶν τὸ ὤκιμον] *Proximum inter olera ocimum est: hoc etenim seri pro parte superna optime*

potest G. Mihi locus hic etiam suspectus est, nec video caussam, cur denuo τῶν λαχανωδῶν fiat distinctio nova, cum iam supra fuerit: καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἐνίων τῶν αὐτῶν πηγάνου τε καὶ ἀβροτόνου. Est enim ruta ipsa etiam inter τὰ λαχανώδη, et propagatio ἐκ τῶν ἄκρων videtur eadem esse, quae hic ἐκ τῶν ἄνω dicitur.

καὶ γὰρ τοὺς ἀπὸ φυτείας] Scaliger τους ἀπὸ φυτείας βλαστοὺς coniecit, vitium loci subodoratus. Gaza melius scriptum legit: καὶ γὰρ τοῦτο τὴν φυτείαν. Bucretius e Codice Anglicano τὰς ἀποφυτείας scribi voluit: et sic habent Vinar. Voss. et margo Vascos.

Aristoteles de gener. anim. 3, 11. δεῖ δὲ λαβεῖν τὰς γενέσεις τῶν φυτῶν· τούτων γὰρ γίνονται τὰ μὲν ἐκ σπέρματος, τὰ δ' ἀπὸ σπαραγμάτων ἀποφυτευομένων· ἔνια δὲ τῷ παραβλαστάνειν, οἷον τὸ τῶν κρομμύων γένος. Idem de iuventute et senectute c. 2. καὶ γὰρ τὰ φυτὰ διαιρούμενα ζῇ χωρὶς, καὶ γίνεται πολλὰ ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς δένδρα. Δι' ἣν δ' αἰτίαν τὰ μὲν οὐ δύναται διαιρούμενα ζῆν, τὰ δ' ἀποφυτεύεσθαι τῶν φυτῶν, ἕτερος ἔσται λόγος. et cap. 3. τῶν μὲν φυτῶν τήν τε ἐκ τῶν σπερμάτων γένεσιν ἐπισκοποῦσιν καὶ τὰς ἐμφυτείας τε καὶ τὰς ἀποφυτείας. Ἥ τε γὰρ τῶν σπερμάτων γένεσις συμβαίνει πᾶσιν ἐκ τοῦ μέσου· διθύρων γὰρ ὄντων πάντων, ᾗ συμπέφυκε, ἔχεται, καὶ τὸ μέσον ἐστὶν ἑκατέρου τῶν μορίων· ἐντεῦθεν γὰρ ὅ τε καυλὸς ἐκφύεται καὶ ἡ ῥίζα τῶν φυομένων· ἡ δ' ἀρχὴ τὸ μέσον αὐτῶν ἐστίν· ἔν τε ταῖς ἐμφυτείαις καὶ ταῖς ἀποφυτείαις συμβαίνει τοῦτο μάλιστα περὶ τοὺς ὄζους· ἔστι γὰρ ἀρχή τις ὁ ὄζος τοῦ κλάδου, ἅμα δὲ καὶ μέσον· ὥστε ἢ τοῦτο ἀφαιροῦσιν ἢ εἰς τοῦτο ἐμβάλλουσιν, ἵνα ἢ ὁ κλάδος ἢ αἱ ῥίζαι ἐκ τούτων γίνωνται, ὡς οὔσης τῆς ἀρχῆς ἐκ τοῦ μέσου καυλοῦ καὶ ῥίζης. Utrumque nomen et verbum repetitum legitur de longitudine et brevitate vitae cap. 6. De emendatione igitur dubitari non potest: verum de numero plurali dubito. De uno enim ocimo quid eo opus est?

ἀλλ' ἔτι — ταύτῃ φύεται] *Sed si quid difficilius exsiccari potest, ea provenit* G. sed Basil. habet: *sed qua difficilius.* unde correxi ἀλλ' ὅτι, quod e Codice Anglicano restitui voluit Bucretius, et habet margo Vascos. Heinsius cum Gazae versionem mutaret, ἀλλ' εἴ τι scribi voluisse videtur.

κολούμενον] Dalecampii coniectura κολοβούμενον scribentis vana est.

καὶ τὸ ἀβρότανον] Articulum ex A. B. Med. restitui.

Sequentia male vertit G. *verum spissitate acoreque suo servari aliquantulum temporis potest modo ederae.* Δριμύτης plus quam acorem significat. Verba φυλακήν τινὰ ἔχει non ad servandam ipsam plantam pertinent aut tempus servandae, sed causam continent, cur abrotanum, etsi lignosum natura sua, ἀποφυτείαν tamen a summis ramis recipiat, cum natura ligni non sit tam apta ad germinandum propter duritiem. Respondet igitur Theophrastus, ipsam hanc densitatem lignosam succo et calido plantae naturale tutamen praestare una cum succi qualitate, quominus tam celeriter ut in laxiore natura ligni cum succo calor et vita exhaletur.

καὶ οὕτω φύεται καταπηγνύμενος] *nam haec defixa quoque erumpere valet* G. Itaque scriptum legit: καὶ οὗτος γὰρ φ. κ. alioqui debebat esse καταπηγνύμενον, si ad abrotanum referatur. Med. οὗτος habet.

4. *Αἱ δὲ τοιαῦται — ῥοδωνίας*] *Illae vero cum pauciores sunt, tum raro eveniunt, videlicet lilii atque rosae* G. Manifesta est lacuna: nam antea quam ratio haec nova et rara explicata et exemplis illustrata sit, transit ad aliam arundinis fissae: et tamen inter causas respicit etiam ad hanc rationem propagandi, nondum tamen explicatam, ubi est: καὶ τότε κατακόπτειν καὶ κατασχίζειν εὔλογον. Nam uti κατασχίζειν refertur ad κάλαμον σχισθέντα, ita verbum κατακόπτειν ad rosam: de qua h. pl. 2, 2, 1. Ῥοδωνία δὲ καὶ κρινωνία, κατακοπέντων τῶν καυλῶν, ὥσπερ καὶ ἡ ἄγρωστις. Manifestum igitur est, excidisse verba aliquot, veluti κατακοπέντων τῶν καυλῶν.

κάλαμος ὁ σχισθεὶς] Distinctius h. pl. 2, 2, 1. φύεται δὲ καὶ κάλαμος, ἐάν τις διατέμνῃ τὰς ἠλακάτας πλαγίας καὶ κατακρύπτῃ κόπρῳ καὶ γῇ. ubi vide adscripta.

Ταῦτα δὲ ὅμοια καὶ παραπλήσια· καὶ τὰ τῆς ἐλαίας, καὶ] G. breviter: *Proxima iis olea et si quid aliud ligno suo valeat germinare.* Incisum tolli debebat, et omnia haec coniungenda et vertenda: Haec vero similia et proxima sunt iis, quae accidunt oleae et si quae aliae arbores ligno conciso propagantur.

ὑπὸ τὴν αἰτίαν πίπτειν δύνανται] *quapropter eadem causa redditur, quod* (Heinsius dedit *quare*) *ea quoque suum humorem — servare utique possunt* G. Igitur rectius scriptum legit: ὑπὸ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πίπτει, ὅτι καὶ δύνανται διατηρεῖν. Quod Moldenhauer p. 85. et 89. coniecit πέττειν, minime huic loco convenit. Mecum sentit Bu-

cretius, qui ὅτι e Codice Anglicano annotavit. ὑπὸ τὴν αὐτὴν coniecit etiam Dalecampius.

Καὶ τό τε κατακόπτειν] *nec procul argumento praecidi solent: quippe cum de minore* G. ubi Heinsius dedit: *nec quod tunc praecidantur, ratione caret: quippe.* Scaliger *augmento* scriptum a Gaza fuisse putabat. Sed hic tota sententia loci aberravit. κατακόπτειν enim est *concidere*, non *praecidere*.

θᾶττον ἡ ἀρχὴ] Male Heinsiana θᾶττον. Paulo antea ἀνεωγμένων dant Med. et Voss. Sequens συμπεπτωκὸς Gaza *compressum* vertit: opponitur aperto. τάς τε ῥίζας cum Med. posui, addito τε.

5. καὶ τὰ κελύφη] non omnes detrahunt tunicas, sed extimas et siccas, nec interiores et vitales. Igitur deest τὰ ἔξωθεν vel τὰ αὖα. Statim de eadem re subdet: διὰ τὸ μὴ τοὺς ζῶντας μηδὲ τοὺς κυρίους ἀφαιρεῖν, scilicet χιτῶνας.

ταῦτα γὰρ παρέχει πᾶν τὸ ἀλλότριον] *ceparum fibras tegumentaque detrahunt; denique omne non vivum a vitalibus semovendum censent, ut etiam arboribus partes, quae obarescunt, abscindere solent* G. Aut igitur omisit verba aliquot, aut locum integriorem legit. Equidem coniicio fuisse: καὶ τὰ κελύφη τὰ αὖα παραιροῦσι καὶ πᾶν τὸ ἀλλότριον. Vides e τὰ αὖα factum ταῦτα: verbum παραιροῦσι transiit in παρέχουσι: denique, sensum ut aliquem adderet verbis corruptis, γὰρ aliquis adiecit Dalecampius corrigebat: ἀφαιρεῖται γὰρ οὕτως πᾶν τ. ἀ. Geoponica 10, 31. κρόμμυα μεταφυτεύων τὰς οὐρὰς αὐτῶν (sunt radiculae infimae) καὶ τὰ ἄκρα ἀφαίρει, καὶ ἔσται μεγάλα. — εἰ δὲ καὶ περιφλώσας τὰς κεφαλὰς αὐτῶν θείης, ἔτι μᾶλλον μείζονα ἔσται. Alium modum cepas dissectas plantandi narravit Theophrastus h. pl. 7, 4, 10. Deinceps Med. ἀφαυηνόμενα habet: postea μυρήτων οὐδὲ.

τηρεῖ τὴν ζωὴν] *obsepit enim conservatque arboris vitam* G. idem supra dixit τὴν ὑγρότητα καὶ θερμότητα τὴν γόνιμον. Articulum τὴν Med. omisit.

τῶν δὲ — δεῖ, διὰ τὸ μὴ τοὺς ζῶντας — ἀφαιρεῖν] Loci duritiem mollivit G. versio: *At ceparum alliorumque tunicas eximunt, quoniam istae neque vivunt neque primatum causae obtinent:* ipsa alio modo vitiosa et falsa. Durum locum dixi, quoniam e superiore oratione repeti oportet ἀφαιρεῖν τὸν φλοιὸν, ad sequentia vero, τοὺς ζῶντας — τοὺς κυρίους, pluralis numerus φλοιοὺς requiritur. Est praeterea oratio ipsa inepta et absurda, quod statim intelligitur,

si convertas in latinum: *ceparum autem alliorumque* (corticem auferre) *oportet*, *quoniam non vitales neque principium vitae continentes* (cortices) *auferuntur: alioqui si hos quoque auferas, amplius non germinant.* Quos supra κελύφη dixit, nunc φλοιοὺς nominat. Quae ratio mihi dura atque insolens videtur, quanquam non ignorem τῶν κρομμύων φλοιὸν πολύλοπον h. pl. 1, 5, 2. Sólenne vocabulum est in hac parte χιτὼν, ut apud Latinos *tunica*. Itaque totum locum ita olim scriptum fuisse coniicio: τῶν δὲ κρομμύων καὶ σκ. δεῖ τοὺς χιτῶνας μὴ τοὺς ζῶντας μηδὲ τοὺς κυρίους ἀφαιρεῖν.

ἀφαιρείη τούτους, οὐ βλαστάνειν] Pronomen τούτους ex A. B. restitui. σκόρδων — ἀφαιροίη τούτους βλαστάνειν Med. Negationem e versione Gazae inseruit Heinsius: ἀφαιροῖ dedit margo Vascos. unde vulgatum βλαστάνειν correxi.

6. οὐκ ἄλογος — ὁμολογουμένη] Pessime veterem scripturam mutavit Heinsius in ἄλογον — ὁμολογούμενον. *sed caulibus plane respondet* absurde G. Nempe supra h. pl. 2, 2, 1. est: φύεται δὲ ἡ κρινωνία καὶ ῥοδωνία καὶ ὅλου τοῦ καυλοῦ τεθέντος.

ξυνηθροισμένην — καὶ τὴν ἐκεῖθεν] A. B. Med. ξυνηθροισμένοις male Heinsius in ξυνηθροισμένως mutavit. *nihil enim aliud quam quod illorum quoque foecundum principium coactum esse oportet* G. qui τὴν ἐκείνων scriptum legisse videtur.

οὐ γὰρ ἄνευ — ὑγρότης] *non enim sine calore humoreque generatio talis consequitur* G. Rectius igitur scriptum legit: θερμότητος καὶ ὑγρότητος ἡ τοιαύτη γένεσις. quae scriptura cur Scaligero displicuerit, non intelligo. Contra in vulgari ἀρχὴ ἡ γόνιμος dicitur sola ἡ τοιαύτη ὑγρότης, excluso calore: quod falsum esse, ratio demonstrat. Med. τοιαύτη καὶ ὑγρότης habet.

ἀνενεκτέον· τοῦτ' ἐστίν. ὅτι δ' οὐδ' οἱ καυλοὶ] Ita edidit Heinsius, cum in A. B. Med. desint verba τοῦτ' ἐστίν. deinde οὐδὲ ante οἱ καυλοὶ in A. B. deest. *id est quod neque caules neque radices vim eiusmodi sortiuntur* G. Sed inde non erant verba τοῦτ' ἐστὶν assumenda; potius sequens δὲ ante οὐδὲ tollendum. Med. ἀνεκτέον habet.

ὅπερ ἐλέχθη] Inepte C. Hoffmann ὥσπερ coniecit. Post τῶν ἄλλων A. B. Med. repetunt ἢ τῶν ἄλλων, quae omisit etiam Gaza. Sed is ea verba, καὶ τῶν ἄλλων, copulavit cum verbis αἱ γενέσεις, ita continuans sententiam: *quippe cum ea facilius atque ex minori principio valeant*

generari, quae imperfectiora sunt. Is praeterea ῥᾷον scriptum rectius legit. Dalecampius ῥᾴδιόν τε scribi voluit, cum Heinsiana locum distinctum ita haberet: γενέσεις, καὶ τῶν ἄλλων, ῥᾴδιον. Margo Vascos. καὶ ῥᾴδιον γὰρ habet.

τὰ ἀτελέστερα — ἀρχῆς] Quae sint plantae imperfectiores, nusquam a Theophrasto dictum memini: et nimis brevis est earum hic mentio, quam ut inde definiri possit aliquid. Quid? quod ipsa res tam obscure memoratur, ut suspicio lacunae removeri vix posse videatur. Si fungos, agaricos, tubera et similes plantas voluit intelligi, operae erat annotare et exemplum saltem unum aliquod ponere generationis earum e partibus discerptis et disseminatis vel plantatis, qualis fere fit phalli esculenti.

Αἱ μὲν οὖν ἐκ τῶν μορίων] Gaza vertit: *Ergo generationes, quas partes sortiuntur plantarum, quaenam sint, quasque ob causas fiant, in his est considerandum.* unde vocabulum γενέσεις assumsi. Ceterum ambigua est Gazae versio, quae scripturam potius αἱ μὲν οὖν τῶν μορίων γενέσεις reddere videtur.

AD CAPVT V.

ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν] Heinsiana ἁπλῶς omisit. *ut simpliciter loquar* G.

καὶ τὸ σίλφιον] Copulam omisit Heinsiana: deinceps vulgatam, ὕδατος γινομένου, cum Med. et margine Vascos. correxi.

2. οἱ πολλοὶ ποιοῦσιν] *animalium generationem confici maior fere pars autorum confirmat* Gaza.

φησὶν Ἀναξαγόρας] Cf. hist. pl. 3, 2.

ἂν ποιοῖεν] Dalecampius inserta negatione corrigebat: οὐκ ἂν ποιοῖεν. Gaza tamen: *Sic enim principia et alimenta nimirum adiici possunt.* ποιεῖ Med. habet. deinde εἴ τι δ᾽ οἱ — ἐκρήματα.

ἐπάγουσαι σπερμάτων καὶ δένδρων] Vulgatam hanc cum Bucretio et Dalecampio correxi. σπέρματα habet etiam Vinar. cum Voss. *multis de locis semina arborum herbarumque advehunt* G. qui ἐκρήγματα male *praeruptiones aquarum* reddidit. *eruptionem aquarum* ex h. l. interpretatur rectius Bodaeus. Aliunde Suidas ἐκρήγματα explicat per τὰ ἐκ τῶν χειμάῤῥων γινόμενα ἐν τοῖς πεδίοις κοιλώματα. quo sensu frequentavit vocabulum Polybius. Sequens ἐνύλους in A. B. erat ἀνήλους.

ἀλλ' αὐται — δόξαιεν ἂν — ἢ φυτευόμεναι] Difficilis structura verborum, si e superiore oratione repetas γενέσεις, quae bene congruunt cum αὐται αὐτόματοι, sed minus cum sequentibus σπειρόμεναί τινες ἢ φυτευόμεναι. Mollior versio G.: *Verum haec minus sponte provenire videri possint, sed veluti semine atque planta potius generari.* Equidem non dubito, fuisse σπειρομένων τινὲς ἢ φυτευομένων, Grammaticus sententiae ignarus casus omnes aequavit.

3. Τὸ δὲ τῶν ἀκάρπων], Vulgatum καρπῶν iam olim margo B. e versione Gazae correxerat, assentiente Haun. 2. et Vinar. sed Heinsio ne Scaligeri quidem auctoritas satis fuit. αὐτομάτους deinceps Med. habet.

ὅπερ δὴ ἀναγκαῖον μηδ' ἕτερον τούτων]. Gaza haec praeteriit. Scaliger monuit, deesse verbum et adverbium, ὅταν, ἐπεὶ, ξυμβαίνει. Ad verba ὅπερ δὴ ἀναγκαῖον recte intelligebat αὐτόματον εἶναι; reliqua interpretatur: *cum neutro modo sint.* Scribo igitur ἀναγκαῖον, εἰ μηδ' ἕτερον τούτων, intellecto ἐστί. Med. δὴ omisit.

μή ποτ' οὐκ ἦν] *Sed forte id de maioribus vere iudicari non possit* G. Scribendum fuit ᾖ.

αἱ πᾶσαι — φύσεις] Gaza αἱ πᾶσαι non reddidit, sine dubio vitiosas voces.

πολλαὶ διαλανθάνουσι] Ineptum διαλαμβάνουσι iam olim Scaliger e versione Gazae (cum qua Vinar. facit) correxerat. Praeterea πολλὰ scribendum, ad σπέρματα referendum. Male ad φύσεις retulit G. vertens: *nam et inter minora non desunt herbae, quarum natura facile oblitescat.*, aut potius πολλὰ τῶν ποωδῶν copulavit.

ὥσπερ καὶ — ὡς εἴπομεν] *ceu thymi et reliquorum, quae subiunximus* G. qui videtur scriptum legisse: καὶ τοῦ θύμου — περὶ ὧν εἴπομεν. Margo Vascos. habet ἑτέρων εἴπομεν ὧν. Med. ὧν εἴπομεν. Equidem ὡς e loco suo motum transposui, locumque ita sanasse mihi videor.

4. γεννᾶσαι καὶ δυσόρατα καὶ μικρά. καὶ τῶν δένδρων] Hanc vulgarem distinctionem e versione Gazae correxit Dalecampius et Moldenhauer p. 138.

ὁ καρπὸς ὁ σφαιροειδής] Articulum alterum addi iusserat iam olim Scaliger, cuius tamen emendationis necessitatem non intelligebat C. Hoffmann. Ad ἐστὶν intellige τὸ σπέρμα.

πιτυώδες] Vulgatum hoc vocabulum Gaza reddidit *laricis semini proximum.* Sed cum Scaligero Dalecampius Histor. I. p. 57. in πιτυρῶδες mutavit. Infra c. 20, 1. ubi

cum coniferis arboribus cupressus comparatur, est: *ἀλλ' ἔνθα μὲν τὸ σπέρμα καρυῶδες, ἔνθα δὲ ὑμενῶδες καὶ ἀμενηνόν.* Moldenhauer pag. 139. inde scribi iussit *ὑμενῶδες*, comparans Varronem R. R. I, 4. *quaedam ad cernendum sunt adeo parva, ut sint obscura, ut cupressi: non enim galbuli, qui nascuntur, id est tanquam pilae parvae corticeae, id semen, sed in iis intus.* et Plinii 17, 10. s. 14. *minimis id* (semen cupressi) *granis constat, ut vix perspici quaedam possint.* Mihi tamen *πιτυρῶδες* et naturae seminis aptius videtur, et hoc vocabulum facilius in *πιτυῶδες* mutari potuit, quam *ὑμενῶδες*.

διαχασκόντων τῶν σφαιρῶν] Aut *σφαιρίων* aut cum C. Hoffmanno *διαχασκουσῶν* scribendum fuit. Prius est in margine Vascos. unde vulgatum *ἅπερ* paulo antea correxi. Ibidem *ἐκπέτεται* coniicitur. Deinceps *διὸ ἢ καὶ ἐμπείρου* Med.

συλλέξαι τὴν θεωρίαν] Gaza locum vertit contractius: *et legi proinde non nisi ab experto homine potest.* Scaliger vulgatam interpretatur: *colligere quid ex quaque planta diligenter animadverterit.* Dalecampius vitium subodoratus tentavit: *συχνῇ θεωρίᾳ παρατηρήσαντος, καὶ διὰ τοῦτο σπέρμα διαγνωρίζειν δυναμένου.* Scaliger voluit scribi: *παρατηροῦντος καὶ αὐτὸ — δυναμένου.* Omnium felicissima coniectura est Moldenhaueri p. 139. *τὴν θ' ὥραν παρατηρεῖν καὶ αὐτὸ τὸ σπέρμα γνωρίζειν δυναμένου:* quae ipsa legitur in margine Vascosanae. In A. B. Med. est: *παρατηρῶν αὐτὸ τὸ σπέρμα γνωρίζειν δυνάμενον.* unde Heinsius effecerat: *παρατηρεῖν τε — σπέρμα καὶ γν. δυναμένου.* Ceterum de semine cupressi legendo compara ad Geoponica 11, 5. annotata.

συνεχῶς] Gaza *συνεχῆ*, *continua*, legit et vertit, quod sequens *τὸ συνεχὲς* postulabat. Scaligero *συχνῶς* in mentem venisse videtur.

5. *ταῦτα δ' ἤτοι*] Particulam *δὲ*, praeeunte versione Gazae, inserui cum Moldenhauero p. 140. Ante *ἄλλα* cum Med. deinceps *τὰ* addidi.

τρυγώσας] Vitium vulgatae e versione Gazae correxerat Scaliger: accedit nunc auctoritas Haun. 2. et Vinar. Idem vitium est infra 5. c. 13. *γιγνόμενον* e Med. dedi.

συμβαίνει γινόμενον, ἐπὶ τῶν] Hanc vulgatam scripturam e versione Gazae: *quemadmodum — et reliqua, quibus id ipsum evenit. Nam si in fructiferis ita fit, cur non idem in aliis quoque omnibus fiat, quasi ad fructificandum naturae ratione reservetur?* ita corrigebat Dale-

campius: συμβαίνει· γινομένων δ' ἐπὶ τῶν καρπίμων, deletis verbis ἢ καρποφόρων. In margine Vascos. γινόμενον δὲ rectius scribitur. E codicibus duobus Havn. Vinar. et Voss. εἰ γὰρ inseruit et ἀνθοφόρων scripsit Moldenhauer p. 140. Cf. hist. pl. 1, 6. Deinceps τί κωλύει Med.

ἐπὶ τῶν ἄλλων ὥσπερ πηρουμένων] Vulgatam ὅλως τηρουμένων partim e Gazae versione, ubi est *idem in aliis quoque omnibus fiat*, et Codd. Havn. duobus cum Vinar. et Voss. correxit Moldenhauer. ὅλων est in A. B. Med. τηρουμένων vertit Gaza. correxit Moldenhauer. Utraque correctio est etiam in margine Vascos. ubi deinceps καρποφορίαν scribitur.

ἐπιδοξαζόμενον] *id loco opinionis cuiusdam adiectitiae dictum potius velim* G. *translatitiae* maluit Scaliger.

σκέψασθαι καὶ ἀνιστορῆσαι] Vulgatum σκέψεσθαι cum Med. et margine Vascos. correxi. ἀνιστορῆσαι Scaliger *referre in commentarios* interpretatur, Gaza *commentari.* Est potius *quaerere, exquirere*, quo sensu usurparunt verbum Sophocles et Euripides.

AD CAPVT VI.

τῷ ὑποκειμένῳ στελέχει] E versione Gazae *subdito trunco* supplevit Heinsius.

γεννῶν, ἡ ὑγρότης — ἥνπερ ὀφθαλμὸς] Tria adesse debent ad germinationem: τὸ βλαστάνον, τὸ γεννῶν, ὑγρότης γόνιμος. Itaque καὶ inserui post γεννῶν, et articulum ὁ oculo adiunxi. Gaza sententiam obscuravit.

εὐαυξῆ — καὶ ταῖς διὰ τῶν] A. B. Med. εὐαξῆ correxit e versione G. Scaliger et deinceps καὶ τὰς scribi iussit. *quod copiam alimenti praeparatam confectamque secum abtulerunt, sed omnium maxime inoculationes* G.

καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς στελέχεσι ἤδη τῶν καρπῶν] Praeteriit haec Gaza. Scaliger ita interpretatur: *Tam est pura ac tanta cognatione coniuncta simul utraque materia, quanta est affinitas materiae, quae est in fructibus. Usque adeo similem esse naturae commeatum in fistula et in matrice. Oculus quasi portitor est alimenti, quod capit a matrice, ac transmittit ad germinis augmentum. Sic a ramo peciolus, quod traducat ad incrementa fructus.* Postea vitium loci suspicatus καρπῶν pro oculis dici putabat, atque ita locum interpretabatur: *ut sit adeo purus succus oculorum, ut et cum succo, qui fructibus debetur, comparari et fructus nomine designari queat.* Equidem suspicor, fuisse a Th. scriptum:

καθαρωτάτη γὰρ αὕτη, ὥσπερ ἡ ἐν τοῖς τετελειωμένοις ἤδη τῶν καρπῶν.

αἰεὶ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον] Med. ἀεὶ τῷ ὁμοίῳ τὸν ὅμοιον habet. *simile coire cum simili semper facillime potest* G.

εὐλόγως δὲ καὶ ἡ ἀντίληψις] *nec sine ratione mutua apprehensio eorum* G. *vindicatio* malebat Scaliger; *sibi enim*, inquit, *uterque vindicat*, *quantum interest sua*. Deinde idem interpretatur *mutua coalescentia*. Vulgatum εὐλόγως et deinceps ὁμοφλοιῶν correxi.

τοὺς καρποὺς ὀργᾶν] Gaza, Med. margo Vascos. et Havn. 2. ὀποὺς habent. Scaliger *oculos* interpretatur. ὀποὺς praefert Moldenhauer p. 141. qui deinceps iterum vulgatum καρποῖς correxit, ubi tamen Gaza nihil variavit. Vocabulum ὀποῖς confirmat sequens locus: καὶ τοῖς γένεσι καὶ τοῖς ὀποῖς καὶ τοῖς καιροῖς. Plinius 17, 14. s. 24. *Facillime coalescunt, quibus eadem corticis natura, quaeque pariter florentia eiusdem horae germinationem succorumque societatem habent*. Med. ὅλλα habet pro ὅλα.

ὅμοιόν τε ᾖ καὶ ὁμοιοπαθὲς] Intellige τὸ δένδρον τὸ ἐνοφθαλμισθὲν vel τὸ ὑποκείμενον στέλεχος.

ὅταν ἥττον. ὃ καὶ] Vulgatam hanc cum margine Vascos. Moldenhauer p. 141. mutavit in ὅταν ἧττον ᾖ. Gaza vertit: *cetera quominus discrepant, eo celerius coalescunt: nec non et generis succi ac temporis ratione discrimen occurrit*, plane diversam scripturam et distintionem secutus. Vitium viderunt etiam Dalecampius et Bucretius, quorum ille παραλλάττεται, hic vero τοῖς ἄλλοις ἧττον, ὅταν ἧττον coniecit. Scaliger ita locum expediebat: ὅταν ἧττον ᾖ ὁμοιοπαθές· ὃ (i. e. διὸ) καὶ παραλλαγή. Equidem non dubitavi scribere: ὅσῳ ἂν ἧττον ᾖ καὶ — ἡ παραλλαγή.

3. Εὔλογοι — ὧραι] *Nam et temporis conditio plurimum valet* G. Varro 1, 40, 3. *Secunda semina videre oportet, ne, unde tollas, nimium cito aut tarde tollas. Tempus enim idoneum, quod scribit Theophrastus, vere et autumno et caniculae exortu: neque omnibus locis ac generibus idem.*

ὅλως ἐπιβλαστήσεις] *germinatio germinum* Gaza. Scaliger monuit, proprie dicendum fuisse βλαστήσεις καὶ ἐπιβλαστήσεις. Nam germinationem fieri vere, supergerminationem sub cane et autumno. Abundat etiam copula καί: quare malim καθ' ἃς ὅλως αἱ βλαστήσεις γ.

ὀργῶντα] A. B. Med. ὀργῶν e versione G. cum Scaligero correxit Heinsius. ἐπιτελῆ paulo antea Med. habet.

περὶ ἑκάστης] *de singulis inoculationibus* G. quasi ἐνοφθαλμίσεως additum legisset. In vulgata intelligitur ὥρας.

ἔτι κυόντων] nempe τῶν δένδρων. *arboribus adhuc foetu gravidis* G.

ἅμα γὰρ τῇ ἐγκυήσει] A. B. Med. ἐγκύσει. mutavit Heinsius, haud scio an temere. Certe ἐγκύουσαι σύες sunt sine varietate in Aristotelis h. a. 8, 21. Idem Heinsius copulam καὶ deinceps addidit: equidem καὶ τῇ e Voss. recepi.

Οἱ δὲ περὶ τὴν] Articulum τὴν post δὲ addidi, quem sensus flagitabat. *Alii eam praeferunt, quae exoriente arcturo fieri solet* G. Deinceps A. B. παρασχῆμα habent.

ἐπισυμμύει] A. B. Med. ἐπισημαίνειν. *in modum maiorem coire* G. unde verum restituit Heinsius. Scaliger vulgatam interpretabatur *repraesentare ipsam germinationem.*

γενομένη] Intelligitur ἡ φυτεία. *germen* posuit Gaza.

4. Εὐλόγως μασχάλας] *alas quoque nitidissimas novissimasque inoculare non sine ratione praecipiunt* G., quasi κελεύουσι additum legisset: quod ne inserere necesse esset, interim εὔλογον scripsi. μασχάλας *ramos* hic et in Dioscoride interpretatur Scaliger. Cf. ad histor. 3, 10, 2. Deinceps τάς τε λειοτάτας — τήν τε λειότητα vertit Gaza: quam scripturam a Scaligero immerito damnatam firmat locus infra 3, 6. et Geoponica 10, 75, 7. Vulgabatur enim τελειοτάτας — τελειότητα. Med. τὰς λειοτάτας habet. Vocem ἐντεῦθεν praeteriit Gaza, nec equidem intelligo, quid significet.

ἐνοφθαλμισμοί· ὡς δ' ἔνι λαβεῖν ὅσων] A. B. Med. ὡς οὐκ ἔνι λ. Gaza haec praeteriit, et expungi voluit quatuor haec verba Scaliger. Praeclaram Moldenhaueri coniecturam ὡς οὖν ἑνί, videlicet λόγῳ, *ut singulari exemplo utar*, habet etiam margo Vascos.

ἔτι δὲ μαλακόφλοια καὶ ὁμόφλοια] Articulum τὰ addidi et ὁμοιόφλοια cum Gaza scripsi. deinceps ἡλικίαν Med. habet.

καὶ ἀντιληπτικὴ — καὶ οὐ ποιεῖ] Utroque loco copulam abesse malim: posteriore certe omisit Gaza, priore Scaliger. In vite inserenda praecipue τὸ δάκρυον τὸ ἰξῶδες et τὸ ὑγρὸν τὸ παχὺ καὶ κολλῶδες observari iubent Geoponica 3, 5, 3. et 4, 12, 7. πυκνότερον τὸν χυμὸν 4, 12, 21.

5. πλείων χρόνος] A. B. Med. πλείω χρόνον e versione Gazae correxit Heinsius. Paulo antea παχεῖαν Med.

ἔτι δὲ ἁπαλὰ ἐρινὰ καὶ ἀθρόα] *Adhaec humidi tenellique petendi surculi sunt, ipsumque locum per totam aestatem humescere convenit* G. Scaliger verba ἐρινὰ καὶ ἀθρόα vitiosa recte censuit: deinceps καὶ τὸν τόπον αὐτοῖς, postea

ἀπὸ τοιούτων corrigit. νεαρὰ pro ἐρινὰ coniecit Dalecampius. Margo Vascos. habet ἁπαλὰ δεῖ ἔρνη. Postremum hoc vocabulum equidem teneo et scribo δεῖ δὲ ἁπαλὰ τὰ ἔρνη. cetera non expedio. Hoc video, sermonem esse de olea inserenda, et plurima convenire cum Geoponicis 3, 4, 2. et 9, 16. Deinceps αὐτῆς post τόπον non habet quo referatur; si ad ἔρνη refertur, αὐτοῖς scribendum fuerit. Linckio venit in mentem, sermonem esse de surculis decisis et collectis, qui per tempus aliquod in loco humido asservantur. Igitur suspicatur fuisse olim: Ἔτι δεῖ ἁπαλὰ τὰ ἔρνη καὶ ἀθρόα διατηρεῖν — τόπον αὐτοῖς.

διὰ γὰρ τούτων — δεύεσθαι τὴν ἐμφυτείαν] *quamobrem nonnulli — mensium spatio insitionem rigari oportere existimant* G. Apparet, eum διὰ τοῦτο scriptum rectius legisse. Verbum δεύεσθαι huic loco ineptum longe aliud significat quam *rigare:* igitur e duobus ἀρδεύεσθαι δεῖν coaluisse videtur.

6. τῷ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ] Respondet huic μὲν in altero membro τῇ δ' ἐμφυτείᾳ χρήσιμον. Geoponica 10, 75, 19. ὄμβρος τῷ μὲν ἐγκεντρισμῷ χρήσιμος, τῷ δ' ἐμφυλλισμῷ ἀσύμφορος. ubi vide annotationem Niclasii. Varro R. R. 1, 41, 2. *aqua recenti insito inimica: tenellum enim cito facit putre. Itaque quod inseritur caniculae signo, commodissime existimatur inseri.* Deinceps οὕτως περιδοῦσι Med. habet.

ἐὰν μὴ ᾖ ὑγρὸν τῇ φύσει] *nisi arbor humida natura sit* G. additum igitur τὸ δένδρον legit. ὑγρῷ Med. habet.

οἱ μὲν αὐτῶν] *itaque alii limum obducunt* G. Equidem αὐτῷ scribendum censeo, referens ad δένδρον, aut αὐτῇ, ut cum ἐμφυτεία congruat. Verbi ἐπικολλαίουσι formam vitiosam e Med. correxi, ubi erat ἐπικολαίνουσιν.

χύτραν ὕδατος] ollam pertusam intelligit Scaliger. Plinius 17, 16. s. 26. *aptissima insitis siccitas: huius enim remedium oppositis fictilibus vasis modicus humor per cinerem distillans. Inoculatio rores amat leves.* Varro l. c. *quae autem natura minus sunt mollia, vas aliquod supraalligant, unde stillet lente aqua, ne prius exarescat surculus, quam coalescat.* Deinceps vulgatum ἂν ταχὺ cum margine Vascos. correxi.

7. Ὀρθῶς δὲ καὶ — ἀποξύειν] Cum margine Vascos. copulam καὶ addidi. Med. δὲ ο διατηρεῖν habet. deinceps intellige ἔχει aut κελεύουσι. Infra 3, 6. ὀρθῶς δὲ καὶ τὸ μὴ πολὺ τῆς γῆς ὑπερέχειν τὸ φυτόν. Dalecampius malebat ὀρθῶς δ' ἐστὶ τό. Scaliger ὀρθὸν διατηρεῖν. Varro l. c. *cuius*

surculi corticem integrum servandum et eum sic exacuendum, ut non denudes medullam.

ῥαγέντος γὰρ ἢ γυμνωθείσης] Ad prius verbum τοῦ φλοιοῦ, ad alterum τῆς μήτρας intellige, ut recte vertit Gaza. Verum nimis longe hinc abesse quibusdam fortasse videbitur ἀῤῥαγῆ — τὸν φλοιόν: et vocabulum ἀῤῥαγῆ non satis aptum esse oculo surculi illaeso servando. Quid si fuisse suspicer: εὐθὺς δὲ καὶ εἰς τὸ διατηρεῖν ἀῤῥαγῆ τὸν φλοιὸν καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἀσινῆ, τὸ ἔνθεμα οὕτω, ἀποξύειν? Certe vulgata interpunctio, καὶ τὸν φλοιὸν, καὶ τὸ ἔνθεμα. οὕτως ἀποξ. falsa est. Interim suspectam copulam seclusi.

φιλύρας ἔξωθεν φλοιοῖς] Ita Heinsiana. φύλορα κένωθεν φλοιοὶ A. B. *quamobrem foliis et corticibus insuper tegunt atque alligant* G. Igitur φύλλοις καὶ φλοιοῖς scriptum legit, aut, ut Dalecampius suspicatur, περιδοῦσιν ἔξωθεν φύλλα καὶ φλοιοὺς περιθέντες. Scaliger coniecit: φιλύρα τὸ κενωθὲν τοῦ φλοιοῦ. In Voss. pro ἔξωθεν scriptum est καί. Margo Vascos. ἐνωθὲν e coniectura habet. Equidem suspicor, fuisse φιλύρα ἔξωθεν ἢ φλοιοῖς. Supra sect. 6. περιδοῦσι τοῖς φλοιοῖς separatim οἱ φλοιοὶ nominantur. Cato R. R. c. 28. arbores praecisas summas fimo oblinit et foliis alligat. Idem c. 40, 4. super lutum depstum lingua bubula obtegit insitionem. Varro l. c. *ne extrinsecus imbres noceant aut nimius calor, argilla oblinendum ac libro obligandum.* Med. φιλορακένωθεν φλοιοὶ· καὶ ἐπὶ τούτας.

τετριχωμένῳ] Gaza inepte *limo crinito:* recte Scaliger *luto pilis misto.*

8. σφηνοειδὲς ποιήσαντες — ἐν σφύρᾳ] *Cumque trunco leviter fisso inserendum iam sit, surculum cuspidatim decisum malleo adigunt* G. Male, cum *cuneatim* deberet. Cum sermo sit de ἐγκεντρισμῷ, qui fit ligno fisso, non de ἐμφυλλισμῷ, quo surculus inter corticem et lignum inseritur, apparet, verba σφηνοειδὲς ποιήσαντες loco suo mota esse. Statim enim sequi debebant post illa, ὅταν σχίσαντες (ubi deest τὸ δένδρον aut τὸ στέλεχος), ita: καὶ σφηνοειδὲς ποιήσαντες τὸ ἔνθεμα ἐντιθῶσιν. Nam surculus antea, quam ligno fisso inseratur, deraditur in modum cunei. Praepositionem ἐν deleri iussit Scaliger. Sed surculum inserendum malleo adigere, non est facile nec expeditum sine laesione. Quare vide, ne σφηνοειδὲς significet cuneum osseum vel eburneum vel e duro ligno factum, quo adacto rimam trunci fissi dilatare solent hortulani, quo commodius atque altius surculus inseri possit. Tum vero loco suo verba omnia manebunt.

προσαχθῇ] *ut quam maxime deprimatur et lecticae committatur* G. Heinsiana vocem *lecticae* omisit. Dalecampius Gazam putabat scriptum legisse καὶ τῇ εὐνῇ συζευχθῇ.

συμμετρίαν τινὰ] Med. συμμετρίας habet. *humoris modum quendam observari* G., ne sit nimius in surculo, exiguus in trunco vel ramo. Ceterum disciplinam eandem de surculis vitis inserendis ante descidendis et asservandis tradunt Geoponica 3, 5, 3. et 4, 12, 10. Causa aperitur 10, 75, 16 seqq. sed diversa a Theophrastea: ubi miror a Niclasio auctoritatem Philosophi omissam fuisse. Eandem rem tanget infra c. 13, 9. Varro ex h. l. 1, 41, 3. *Itaque vitem triduo ante, quam inserunt, desecat, ut, qui in ea nimius est humor, diffluat, antequam inseratur: aut in qua inserunt, in ea paulo infra, quam insitum est, incidunt: unde humor adventicius effluere possit. Contra in fico et malo punica et si qua etiam horum natura aridiora, continuo.* Unde constat, Varronem in Theophrasto τρισὶ, non τισὶ, scriptum legisse; quam scripturam e Codice Anglicano praeferebat etiam Bucretius. Deinde insigne augmentum loci Theophrastei lucramur a Varrone servatum, quod in libris Philosophi librariorum culpa intercidisse videtur. Vide dicta ad Varronem p. 348.

σήπηται μηδ' εὐρωτιᾷ] Haec ad ipsam vitem praesectam et inserendam pertinent: praecessit tamen τὸ δάκρυον.

παραχρῆμα] *protinus inserere solent* G. atque ita fere Varro sententiam philosophi reddidit: nisi malis repetere ἀποτέμνουσι, inserendam arborem statim praesecant, cum inserere volunt.

9. καὶ λεπτόγεια· καὶ ἄμεινον τὸ ἔαρ] Ut antecedentia τὰ μὲν ἔνυδρα ad naturas arborum peculiares, ita haec verba postrema quatuor ad tempestates anni opportunas referuntur, auctore Scaligero. Gaza tamen: *ver illis rectius accommodetur, quoniam minus succi obtinent.* Sed Basil. habet: *ver illis siccescentibus rectius profecto accom.* Scribendum esse ξηρά· καὶ ἐν μὲν τῇ λεπτογείῳ ἄμεινον τὸ ἔαρ, docebitur ad verba ἐν δὲ τῇ εὐγείῳ. Patet etiam per se λεπτόγεια non posse dici φυτά, quae in gracili solo melius degant, quanquam Gaza ita verterit. Initio sectionis simplex λαμβάνειν Med. praefert.

οἰκεῖον γὰρ οὕτω, διὰ τὸ ὀλίγον] Scaliger ὀλίγον pro μέτριον dictum interpretatur et quidem ad humorem terrae et coeli referens: ideoque vitium suspicatur subesse, ubi mox dicitur τοῦ γὰρ ἦρος (ubi ἔαρος cum margine Vascos. dedi) πολλὴ λίαν ὑγρότης. *humor enim verno tempore largior*

est G. Scaliger autem πολλὴ hic interpretari ἀρκοῦσα malebat. Uterque male, ut mox docebo.

ἐν δὲ τῇ εὐγείῳ καὶ πηλώδει τὸ μετόπωρον] *Quae pinguia limosaque sunt, haec autumnale tempus desiderant* G. dubia sententia, magis tamen ad arbores referens. Miror, Scaligerum scriptura huius loci admonitum veram prioris non vidisse. Si enim quaerimus membrum, cui opponatur hoc alterum, nullum aliud reperimus, nisi confusum cum verbis illis: ἐπεὶ τὰ μὲν ἔνυδρα, τὰ δὲ ξηρὰ, καὶ λεπτόγεια. quorum sensum obscuravit Gaza. Ibi igitur scribendum esse καὶ ἐν μὲν τῇ λεπτογείῳ ἄμεινον τὸ ἔαρ, hic noster demonstrat. Referuntur haec ad plantas humidas, quae vere melius in terra tenui et arenosa et propter anni tempus minus humida inseruntur, quam in terra laeta, ubi soli ipsius humiditas cum affluente plantae succo insitionem facile impediret et suffocaret. Igitur arborum et fruticum natura humida autumnali insitioni reservatur, ubi succorum propriorum copia longe minor est. Spectari autem praecipue vitem, argumento sunt verba ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον. Scriptores graeci et latini ceteri norunt quidem insitionem vernam et autumnalem, sed soli discrimina non annotarunt: succi tantum vel aquosi vel crassioris et glutinosi vitium rationem habent. Denique emendationis meae cognitorem locupletissimum dabo Varronem R. R. 1, 40, 3. de seminibus: *neque omnibus locis ac generibus idem. In sicco et macro loco et argilloso vernum tempus idoneum, quo minus habet humoris. In terra bona ac pingui autumno, quod vere multus humor: quam sationem quidam metiuntur diebus triginta*. ubi verba *et argilloso* plane sunt a re aliena et falsa.

πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν] Minus commode G. *humor enim largior est, quam qui ad conservandum sufficiat*. Recte etiam reprehendit Gazam Scaliger, ipse tamen non minus male interpretatur: *verna humiditas tanta est, ut sufficere per tricenos dies possit. Tot enim, ut aiunt, durat lacrymatio*. Potius significat: nimis enim largus vere vitium humor est, quam ut insitionem servare possit, quam diu delacrimat. Med. deinceps διαμένειν habet.

10. ταῦτα γίνεσθαι] non verna insitione, ut ait Scaliger, sed omnino insita.

ἄγρια τιθῆται τῶν φλοιῶν] Gaza postremam vocem praeteriit, quae sensum alienum habet: igitur marginis Vascos. scripturam accepi.

κοτίνους φυτεύσαντας] Vulgatum φυτεύσαντες correxi.

ἀντιλαμβάνονται γὰρ μᾶλλον ἰσχυρότερον] *coeunt et comprehendunt validius* G. Margo Vascos. copulam interserit.

ἐπισπώμενα πλείω] Heinsius *πλείω* omisit.

διαφορὰν μέν τινα] Rectius quam Gaza vertit Scaliger: *tametsi aliquid addetur non contemnendum, quo ab se ipso differat surculus.* *διαφθορὰν* Med. habet.

AD CAPVT VII.

αὐτοῖς ἢ συναποτίκτεται] A. B. Med. *ἔχειν — αὐτοῖς ἢ συναποτ.* Heinsiana *ἔχει — καὶ συναποτ.* *aliquid in se alimenti continent, quod una cum generandi principio natura profundit* G. unde vitium iam olim correxerat Scaliger, margo Vascos. et ex Havn. 2. Moldenhauer p. 142. Hoc alimentum sect. 3. dicitur *τὰ προσόντα*, et in germinando *ὥσπερ γαλακτιροῦσθαι* ait. Iterum eadem de re docet infra 4, 4, 4. ubi plura dicentur.

ᾗ καὶ οὐ κακῶς] Ita cum margine Vascos. et Scaligero scripsi pro vulgato *ἤ*. *qua de causa* recte vertit Gaza.

ᾠοτοκεῖν μακρὰ δένδρεα] Aristoteles de generat. animal. 1, 25. *ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς μεμιγμέναι αὗται αἱ δυνάμεις εἰσὶ καὶ οὐ κεχώρισται τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος· διὸ καὶ γεννᾷ αὐτὰ ἐξ ἑαυτῶν, καὶ οὐ προΐεται γονὴν, ἀλλὰ* (*ἐστὶ* addit versio antiqua Guilelmi) *κύημα τὰ καλούμενα σπέρματα. Καὶ τοῦτο καλῶς λέγει Ἐμπεδοκλῆς ποιήσας· οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ μακρὰ δένδρεα, πρῶτον ἐλαίας.*

εὐθὺ φθείρεται] Scripsi cum margine Vascos. *εὐθύς.* Antea Med. *εἰς χρόνον* habet. Theophrastus aut lusit ambiguitate vocabuli *σπέρματα*, aut locus est vitiosus. *σπέρματα ζώων* quibus notis differant a seminibus plantarum, non est opus multis enarrare. Neque *τὰ τῶν ᾠοτόκων σπέρματα* recte dicuntur, quae sunt potius ova, et seminibus plantarum multo similiora quam semini animalium. Redit tamen sect. 3. haec falsa seminum plantarum comparatio cum semine masculo animalium. Verum huius loci diversa est ratio, qui si comparetur cum doctrina Empedoclis et cum altero loco infra 4, 6, 4., ubi semina in terra diu durantia comparantur cum ovis animalium oviparorum, quae diu ab utero exclusa durant, apparet, hic vocem *ᾠὰ* excidisse post *ζώων*: quam inserui.

2. *παρείσδυσιν*] Infra 4, 2, 1. *τῶν δ' ἐν σαρκώδεσι περικαρπίοις χρονιώτατον τὸ τοῦ φοίνικος, ἅτε ξηρότατον ὂν καὶ πυκνόν.* Iterum 5, 15, 4. *καὶ εἴ τι ξυλῶδες ἢ ὀστῶδες τυγχάνει, καθάπερ τὸ τοῦ φοίνικος — τὸ δὲ σπέρμα τὸ ἐντὸς —*

ὅτι δὲ ἀχώριστον καὶ ἀφανὲς, ὥσπερ τὸ τῶν φοινίκων. Cf. ad histor. 2, 8, 1.

ἀλλ' ἐν αὐτῷ περιστέγον] Ita A. B. Med. unde Heinsius effecit *αὐτοῖς τὸ περιστέγον*, admonente Scaligero. *αὐτοῖς περιστέγοντα* malebat Dalecampius, duce Gazae versione: *sed mira soliditate munita suum tutantur illud genitale principium:* quod cum margine Vascos. praetuli.

ἅπασι σπέρματα, κἀκεῖθεν] *omnibus autem seminibus aliquid pabuli inesse* G. qui *σπέρμασι* rectius scriptum legit, probante Moldenhauero, qui Havn. 2. *σπερμάτων* posuit, quod ex Anglicano libro Bucretius annotavit et habet Med. Equidem cum margine Vascos. *σπέρμασι τροφὴ* dedi.

κελυφανώδη] *putaminacea* Scaliger rectius, quam Gaza *putaminea* vertit. *κολυφώδη* dedit Heinsiana, *κελυφώδη* voluit.

οἰκείας ὥρας] A. B. Med. *χώρας* correxit Heinsius, monente Scaligero, e versione Gazae, consentiente Vinar. Voss.

ἐν ἀξαρίχοις] Hanc A. B. scripturam in *καψακίοις* mutavit Heinsius. *suspenduntque eminentius* G. Equidem cum Casaubono ad Athenaeum 3, 4. *ἀῤῥίχοις* scripsi. In margine Vascos. est γρ. *ἀῤῥίχοις*. Med. *ἀξαῤῥίχοις* habet, antea *κεκραμάννυσιν*, et postea *ῥένουσιν*.

ἐκφέρουσιν εἰς τὰ] Cum margine Vascos. *εἰσφέρουσιν* correxi. Cum verrunt coenacula et conclavia, *ῥαίνουσι*, i. e. aqua conspergunt.

3. *τὰ προσόντα*] *alimentum* G. Malim *additum principio alimentum*. Sed cur numerum pluralem posuit?

διαλαμβανόντων] *quod quidem in carnosis lactescere quodammodo solet* G. Scaliger: *lactescendo percipitur sensu disiuncta ab illis partibus, quae sunt in illis seminibus genitales.* Equidem non dubito, fuisse olim *διαβλαστανόντων*. De verbo *γαλακτοῦσθαι* dicetur ad 4, 4, 7.

τὸ κάτω προϊὸν σπέρμα] *quod ab his emittitur, totum tamen* G. unde Dalecampius *τὸ ἔξω προϊὸν* efficiebat. Med. *καταπρόεισι* habet. Contra Scaligerum hanc sententiam reprehendentem C. Hoffmann posuit locum praeceptoris de gener. animal. 1, 18. *οὐ γὰρ μόνον σπέρμα τὸ ἀπιὸν, ἀλλὰ καὶ ἕτεραι δυνάμεις μεμιγμέναι τούτοις συναπέρχονται· αὗται δ' εἰσὶ νοσώδεις· διὸ ἐνίων καὶ ἄγονόν ποτε γίνεται τὸ ἀποχωροῦν.*

πυρηνώδη] *Quae autem lignosa nucleosaque ambiunt, haec custodiae gratia naturam obduxisse putandum est* G. qui *τισὶν* non expressit et *τὰ ξυλώδη* et *πυρηνώδη* de tutamine lignoso et nucleoso accepit, cum in oratione superiore omni

semina ipsa ξυλώδη, ξηρά, κελυφανώδη dicantur. Quod si etiam hic semina ipsa interpretari velis, tum verba περίκειταί τισι non licebit commode interpretari. πυῤῥονώδη Med. habet, deinceps οἰκτέον.

πάντα γὰρ ταῦτα] Heinsiana ταῦτα omiserat. Deinceps e Med. τινων addidi post ἔχουσι δέ. Gaza quoque: *Sed sunt quorum radices.*

4. ὥστε κινεῖν] Non dubito fuisse κινεῖσθαι, ut sect. 5. ἀρχὴν, ᾗ κινεῖται. Gaza etiam: *ut ad germen etiam excitandum moveri se valeant.* κινεῖ Med. habet.

οἱ τῶν κρίνων καυλοὶ] *caules liliorum* Gaza. Aristoteles Problem. 20, 26. διὰ τί ἔνια βλαστάνει οὐκ ἐν τῇ γῇ ὄντα, ἀλλ' ἐκτετμημένα, τὰ δὲ κείμενα, οἷον οἱ τῶν κρίνων καυλοὶ καὶ κρόμμυα; Eadem haec est vis caulium pendentium, quae supra κατακεκομμένων, et lacrymae, ex qua pullulare dicitur in historia, ubi plura dicuntur.

τῆς βλήχρου κλῶνες] *blechri ramulos* Gaza. Miratur Scaliger, cur non *pulegii* posuerit. Scilicet Dioscorides 3, 36. inter nomina γλήχωνος refert etiam βλῆχρον. Plinius 18. s. 60. *miretur hoc, qui non meminerit, ipso brumali die pulegium in carnariis florere.* Iterum 19. s. 47. et 2. s. 41. et antea Cicero de divinatione 2, 14. Aristoteles Problem. 20, 21. διὰ τί γλήχων καὶ τὰ λείρια καὶ τὰ κρόμμυα τὰ κρεμάμενα ὑπὸ τὰς τροπὰς ἀνθεῖ; ubi *solstitii tempore* vertit Gaza, ut h. l. *solstitiis*, cum Cicero et Plinius χειμερινὰς τροπὰς interpretati *brumam* verterint, cui convenit ὥρα εὖ μᾶλλον ἐπιτείνουσα a Theophrasto annotata, praecipue notā dierum halcyoniorum. Mentham pulegium in Hippocrate et Dioscoride γλήχωνα interpretatur Sprengel. Contra Gallus *Thiébaut Examen* p. 30. qui pulegio cum Plinio ob folia rotunda mentham rotundifoliam comparat, quam ovibus in cibo non ingratam balatum excitare tradit.

καὶ αὐτὴ] *nam ea quoque solstitiis floret* Gaza. Is igitur αὕτη legisse videtur. Scaliger αὐτοὶ maluisse videtur. ὃ δὴ, addito δὴ, e Med. dedi.

ἐπεὶ τά τε ἄλλα] Malebam τά γε scriptum. τά τ' ἄλλα Med. postea τὰ μὲν e margine Vascos. recepi, ubi deinceps, ut in Med., γλίσχραν est pro γλίσχρον. Additum κούφην vitiosum censet Linckius: eiusmodi enim natura minime impedit τὸ εὐξήραντον.

τὰ δὲ λιπαρὰ — τὰ μὲν χιτῶσι] *nec desunt quae pinguiuscula sint. Alia tunicis pluribus obteguntur, alia sua spissitate resistunt, quo minus possint siccari* G. λιπαρὰν

cum margine Vascos. scripsi. Deinde πλείοσι additum legit Gaza, quod ex codice Anglicano annotavit C. Hoffmann et habet Med.

εἶναι τοῦ ἀέρος μεταβάλλοντος. καὶ — χώρας] Hanc vulgarem scripturam praeeunte Gazae versione: *tum aere locove proprio mutato afficiuntur et germinant*, correxi. ὥρας scribi iussit etiam Scaliger et Moldenhauer p. 142. Margo Vascos. habet καὶ τοῦ ἀέρος — ὥρας. sed vir doctus ibidem malebat κατὰ τὴν οἰκείαν ὥραν. quod et ipse praefero.

5. δῆλον ὡς] Cum margine Vascos. solennius ὅτι praetuli. Sequebatur τὸ τῆς χώρας, quod e versione Gazae correxerat Scaliger, ex Haun. 2. Moldenh. Ita etiam margo Vascos. Paulo antea βληχρὰ Med.

ἐπιτεινούσας] nimis auget Gaza: *non remissa sed potius intenta saevitia temporis*. Antea Med. θαυμαστὸν δὲ καὶ τῆς χώρας. unde καὶ assumsi a G. redditum.

εἰ μὴ ἄρα — ὁπόσος οὖν χρόνος] *nisi forte dies halcyonides suffecturas putaveris: nam ad imbecillorum exiguorumque mutationem vel quantumlibet temporis satis sit* G. Scaliger ὁποιοσοῦν scriptum maluit. Gaza de suo verbum *suffecturas* addidit, et sensum corrupit. Halcyonii dies in mari Siculo et Oceano sunt dies 14 tranquilli et sereni, 7 ante totidemque post brumam seu τροπὰς χειμερινάς. Aristoteles h. a. 5, 8, 3. γίνονται δὲ εὐδιειναί, ὅταν συμβῇ νοτίους γενέσθαι τὰς τροπὰς, τῆς Πλειάδος βορείου γενομένης. Columella 11, 2, 21. post VIII. Calendas Martii: *Halcyonii dies vocantur; in Atlantico quidem mari summa tranquillitas nota est.* quae ratio multum discrepat ab Aristotelea, quam sequitur Plinius 10. c. 32.

AD CAPVT VIII.

ἄλλως τε κἂν ὑπόῤῥιζα] Vulgatum ὑπὸ ῥίζαν e versione G. *si radice aliqua fibrata petantur* correxi cum C. Hoffmanno et margine Vascos. ὑπόῤῥιζον maluit Moldenhauer. Vitium Scaliger etiam suspicatus est. Med. καὶ ὑπόριζαν habet. Varro 1, 41, 1. *de his quatuor generibus seminum quaedam quod tardiora, surculis potius utendum, ut in ficetis faciunt.*

ῥιζοφυῆ] *quae radice proveniunt* G. Sequentia ita vertit: *non nihil naturae praegenitum est: quo plus impetus ad germinandum infertur.* unde vulgatum τῆς φύσεως mutavit Heinsius. προϊστατω respondere verbo προϋπάρχει

monuit Scaliger. Equidem *προϋφίσταται* scriptum olim fuisse puto. Mihi verba *ἐξ ὧν πλείων* suspectam faciunt scripturam Heinsianam *τι φύσεως:* nec dubitavi revocare antiquum *τῆς φύσεως, (ταῦτα) ἐξ ὧν* et cetera.

2. *ὅσα δὲ — φύσεις*] *Quae autem naturae suae ratione praevalent, iis quoad genus generi comparandum sit, causam meatuum rectitudini assignasse par est* G. unde deinceps vulgatum *σπόρων* corrigi iussit Scaliger; sed bene monenti non paruit Heinsius: eodem tamen auctore A. B. Med. *πετέρῳ* mutavit in *πότερον*. *πόρων* Med. habet. In vulgata scriptura Gaza verbum *praevalent* post *ἰδίας φύσεις* additum legit in graeco, aut de suo addidit. Articulus ante *συγκρίνων* inutilis videtur: et verbum *ληπτέον* nec sensum habet, nec omnino sententiam loci implet. Gaza totius loci formam vertendo immutavit, cum dubitationem in affirmationem converteret. Mihi videtur post *τὰς ἰδ. φύσεις* deesse aut e superioribus repetendum *εὐβλαστῆ καὶ εὐαυξῆ ἐστι*, iterumque post *ληπτέον* repetendum *εὐαυξῆ εἶναι*. Democriti opinionem aliquatenus approbans deinceps plures conditiones *τῇ εὐθύτητι τῶν πόρων* adiungit.

μανότερα ἢ ὑγρότερα] *vel potius corporis raritatem humiditatemque pro caussa reddidisse dignius sit* G. Olim suspicabar, *ὅσῳ μανότερα* fuisse scriptum.

ἔμπυρον τὸ πυκνὸν] Gaza prius vertit *natura ignis consistit:* quod quid ad rem pertineat, non intelligo. Quare probo coniecturam viri docti in margine Vascos. *ἔμπορον.* Deinde quid *πικρὸν* faciat ad rem, equidem non magis intelligo quam Linckius meus.

ὀλίγον μὲν πολλῷ] Ita A. B. Med. quod in *ὀλίγῳ πολλὸν* mutari voluit Scaliger, cuius vestigia secutus Heinsius edidit *ὀλίγῳ μὲν πολύ*. Rectius Moldenhauer *θατέρου δὲ ἐν ὀλίγῳ πολλήν*, intellecto *ἐπίδοσιν:* quae ipsa scriptura in margine Vascos. annotatur. Equidem *πολλὴ* praetuli. Ad *ὀλίγῳ* intellige *χρόνῳ*.

3. *εὐδιεινοῖς*] Gaza male *serenis:* opponitur enim *ψυχροῖς*, frigidis.

ἔτι δὲ — φυτεία πυκνή] Non dubitat mecum Linckius, haec omnia, ut in sequenti membro illa, *καὶ τῇ φυτείᾳ μανῇ*, ab aliena manu inserta fuisse. Statim enim deinceps eadem traduntur his verbis: *ὡσαύτως δὲ, ὅταν ἡ φυτεία μανή* et cet. Utrobique verbum *ᾖ* propter similitudinem videtur excidisse. Praeterea in posteriore loco pluralis numerus male legi videtur *ἐν δὲ ταῖς πυκναῖς*, cum deberet esse *τῇ πυκνῇ*.

συνίστησι — καὶ ὅλως] Copulam inseruit Heinsius et habet Vinar. *afflatus enim et frigora omnino, et omnino aer ipse occurrens* [conficit, tum] *constipat materiam atque cogit* G. Inepte Heinsius verba seclusa addidit.

ἅμα δὲ συστέλλεται] Copulam tertio loco inseruit nescio unde Heinsius.

4. ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων] Scaliger aut tolli ἄλλων aut ζώντων scribi voluit. Sed sequens καὶ μάλιστα ἀνθρώπων vulgatam satis defendit, ut ipse Scaliger admonuit. Ceterum malim φανερὸν scriptum. Varro 1, 41, 4. *Omnia enim minuta et arida ad crescendum tarda: ea quae laxiora et foecundiora, ut femina quam mas, et pro portione in virgultis item. Itaque ficus, malus, punica et vitis propter femineam mollitiem ad crescendum prona: contra palma et cupressus et olea in crescendo tarda. In hoc enim humidiora quam aridiora.* Deinceps εὐαξέστατα Med. habet.

δένδρων, ῥόα μὲν καὶ συκῆ] Vulgatam distinctionem hanc duce Gazae versione mutavi, atque indidem γὰρ inserui: sed ὅτι post δῆλον δ' cum Med. omisi.

ἔνια ὑπὸ τῆς ἀσθενείας] Praepositionem adiunxit Heinsius, monente Scaligero. *Ad haec imbecillitas plerisque in causa est* G. Margo Vascos. habet ἔνια ἀσθενεῖ (sic). Maluit igitur ἀσθενεῖ aut ἀσθενῆ.

δεῖ γὰρ μὴ κρατεῖσθαι μηδὲ κωλύεσθαι τὴν κράδην ὑπὸ τοῦ περιέχοντος] *Superari enim aut impediri ramos a coelo ambiente haud quaquam oportet* G. qui utrumque verbum, κρατεῖσθαι et κωλύεσθαι, coniunxisse videtur cum coelo ambiente. Mihi tamen κρατεῖσθαι potius ad succum nimis copiose affluentem referri persuadet sectio 1. capitis sequentis, ubi est de imbecillitate seminum: κρατεῖται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐπιῤῥοῆς πλείονος οὔσης — οὐ δυνάμενα πέττειν. Huc igitur refertur sequens δύναμις κατεργαστική. Quare post κρατεῖσθαι posui incisum: nisi fortasse deest aliquid, veluti ὑπὸ τῆς τροφῆς. Gaza κράδην inepte *ramos* plurali numero vertit: Scaliger pro quovis surculo poni annotavit: mihi tenerum germen dici videtur; quod, si coeli inclementia impedit, erumpere et germinare non potest, si natura sua est imbecille, et facile laeditur ab ambiente aere. Huc referri videtur sequens δύναμις ἀπαθής, i. e. vires, quae faciunt germen ἀπαθές.

ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ὄφελος] Haec omisit Gaza: ἄλλως οὐδὲν scribendum fuisse, bene monuit Scaliger. Cum margine Vascos. ἄλλως δὲ dedi.

AD CAPVT IX.

ὡς ἐπίπαν· ἐν δὲ τοῖς ἡμέροις] Scaliger recte monuit, ἔν γε scribendum esse. ἔν τε Med. habet. Nam exempla sequuntur domesticarum arborum: in silvestribus autem degeneratio recte nominari non potest. Confirmat locus historiae, quem respicit, 2, 2, 4. ὅσα δὲ ἀπὸ τοῦ καρποῦ — ἅπανθ᾽, ὡς εἰπεῖν, χείρω· τὰ δὲ καὶ ὅλως ἐξίσταται τοῦ γένους, οἷον ἄμπελος, μηλέα, συκῆ, ῥόα, ἄπιος. Unde suspicor, hoc in loco verba καὶ γὰρ ὅλα γένη et cet. vitiosa esse. Causalis certe particula γὰρ abundat; nec enim sententiae antecedentis ratio nunc editur, sed ea simpliciter amplificatur.

ἐκπαππουῦται] *degenerant enim et saepe pappo dicta lanugine vitiantur* G. Scaliger locum posuit ex historia 2, 2, 4. αἱ δ᾽, ὥστε μὴ ἁδρύνειν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἀνθῆσαι μόνον ἀφικνεῖσθαι· τούτου δ᾽ αἴτιον ἡ ἀσθένεια τῶν σπερμάτων. An voluit igitur pappum floris intelligi? Cum de seminis genere certo πάππος, ἀποπαπποῦσθαι et ἐκπαπποῦσθαι usurpentur a Theophrasto, non dubito, verbum hoc in loco esse vitiosum.

ἐπιῤῥοῆς πλείονος οὔσης] *ab influxu copiosioris alimenti* G. unde pro οὔσης C. Hoffmann τροφῆς scribi voluit. Sufficit sequens πλῆθος τροφῆς. Deinceps οὕτως καὶ Med.

προσαυξηθῶσιν] A. B. προσαυξῶσιν. *adultas inoculant* G. In historia l. c. est: διὸ καὶ αὐξηθεῖσαν ἐγκεντρίζειν κελεύουσιν, εἰ δὲ μὴ, τὸ μόσχευμα μεταφυτεύειν πολλάκις. Unde verba μετὰ τὴν φυτείαν cum Linckio suspecta habeo, et post ἐνοφθαλμίζουσι collocanda suspicor. *Post satum* vertit Gaza.

2. ἰσχυρὰ τῶν σπερματικῶν] *ea quae seri semine possunt* Gaza vertit: sed oppositum membrum σπερμάτων postulat: quod idem nomen deinceps intellige ante τα τῶν ἀγρίων.

πεύκη ἡ κωνοφόρος — φθειροφόρος[Inter domesticas fuisse, sequentia docent, uti locus h. pl. 2, 2, 6. ubi vide adscripta. Deinceps ἴσως οὐκ ἔχει Med. habet.

ἡ εὐσαρκία] A. B. συσσαρκία, Med. συσαρκία. E versione G. correxit Scaliger, ut est in Vinar. Voss.

πρὸς ἄλληλα γίνεται] *aeris et omnino loci ratione sequatur, necesse est* G. omisit igitur verba praescripta, quae comparationem significant. Verba πρὸς ἄλληλα, quae cum hoc membro ita iungi non possunt, non dubito equidem pertinere ad sequentia: εἰς τοῦτο πρὸς ἄλλ. διαφέρει.

εἰς τοῦτο διαφέρει] *ea ipsa ratione inter se differunt* G.

αἱ δὲ καὶ μεθίστανται] *nonnulla solo mutato meliora redduntur* G. recte; sed graece debebat esse *μεθιστᾶσι*, nempe *χῶραι*. Nisi malis novam sententiam ita exordiri: *Τὰ δὲ καὶ μεθίστανται*.

καθάπερ εἴρηται] In historia 2, 2, 7. In A. B. Med. deinceps est *Ἀκυλίᾳ*, quod vitium e versione G. correxit margo B. Vinar. *ἐν Κιλικίᾳ* margo Vascos. dedit. *περὶ τοῦ πίναρον* Med.

3. *ὅταν μάλιστ' εὐσθενῇ*] *praecipue si arbores vigent* G. Rectius igitur positum primo loco legit *μάλιστα:* nisi malis comparare locum infra 5, 6, 2. *καθάπερ τῆς ῥαφανίδος, ὅταν μάλιστα ἀκμάζωσι τοῦ χειμῶνος*. Deinceps *ὑπετείοις* Med. habet.

πρὸς τὴν ἐκτελείωσιν] *tum enim ultima mutatio consummandi accedit* Gaza.

συνεξομοιοῦται] *similitudinem perfecte repraesentare incipiunt* G. Contra Scaliger: *plane egrediuntur similitudine*. Sed verbum *ἐξομοιοῦν* ubique significat perfecte similem reddere. Ergo h. l. est idem quod *συμμεταβάλλεται πρὸς τὴν χώραν*.

AD CAPVT X.

καὶ τὰ μὲν — βλαστάνει] Ita A. B. *βλαστάνειν* Heinsiana. *germinare incipiunt* G. Initio *ἔστι*. *καὶ οὐχ ἅμα* Med. habet.

καὶ γὰρ αὕτη] *nam ea quoque* G. igitur *καὶ αὕτη* malim. *τοῖς* ante *χρόνοις* Med. omisit.

2. *καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα*] C. Hoffmann *καὶ ἐν τοῖς κ. ἑ.* maluit scriptum. deinceps vulgatum *ῥοιὰ* mutavi. *εὐβλαστῇ* videtur in *πρωϊβλαστῇ* mutandum: saltem eo sensu interpretandum sequentia docent. Postea vulgatum ordinem *ἄγρια τῶν ἡμέρων μᾶλλον* e Med. mutavi.

ἀνθεῖ πολλὰ τοῖς τῶν κατὰ χειμῶνα] *complura enim ex iis — florent, ut fremium* G. Scaliger haec dicta putabat breviter pro his: *πολλὰ τῶν φυτῶν ἀνθεῖ τοῖς χρόνοις· τῶν κατὰ χειμῶνα, quae tempora inter hiberna queant connumerari.* Equidem non dubitavi cum Gaza et Moldenhauero *τούτων* scribere, quod est etiam in margine Vascos. *πιώδη* Med. habet pro *ποώδη*.

ἀλλὰ δι' ἄλλην — καὶ τὰ ἰσχυρὰ] Vulgatum ἀλλ' ἄλλην e Med. correxi et articulum τὰ indidem addidi propter sequens membrum τὰ ἀσθενῆ.

3. Μέγα δὲ — μαλακότης — προϊέναι] *Quin et — ad emittendum plurimum confert* G. Propter oppositum πυκνότης vulgatum μαλακότης cum viro docto in margine Vascos. correxi. Med. καὶ ὑγρότης, omisso articulo.

πρώτης φύσεως] *de primo exortu* Gaza. *generatione* malebat Scaliger.

τὴν ὑγρότητα καὶ θερμότητα] Sequens membrum damnat vulgatam et confirmat ψυχρότητα repertum in Codice Anglicano; Havn. 1. 2. Vinar. Voss. margine Vascos. et probatum a Moldenhauero.

τὰ μὲν γὰρ] Cum versione Gazae et margine Vascos. γὰρ addidi.

Κλείδημος] Med. Κλείδιμος habet. Empedocleae disciplinae alumnus, quemadmodum et Menestor, ut ex hoc loco aliisque apparet.

ἀσθένειαν καὶ εἴ τι ἄλλο] Gaza: *paucitatem et debilitatem.* Ad ὀλιγότητα deest ὑγρότητος, aut vocabulum est vitiosum.

4. ξηρὸν καὶ ξυλῶδες] Oppositum membrum docet, ξυλῶδες esse in θερμὸν mutandum, aut hoc ipso vocabulo addito augendum. Antea ὁρωμένη μὲν — σίκυμος Med. habet.

οὐ δύνανται] *hoc ante ferventes dies — minime valet* Gaza. Etiam margo Vascos. cum Med. δύναται habet: male. Pertinet verbum ad duo contraria exempla plantarum oleracearum. Ad θερινῶν nescio quid intelligendum sit: Gaza *aestatem* vertit.

σικύας καλουμένης] *cucumeris* Gaza. σικύαν in Theophrasto cucumerem peponem Linnei interpretatur Sprengel. Supra 1, 11, 4. de seminibus: τὰ δὲ διεστῶτα καὶ σχεδὸν ὥσπερ τὰ τῆς κολοκύντης καὶ σικύας. 1, 12, 2. de succo plantarum: ὑδαρῆς, οἷον — σικύου, κολοκύντης. 1, 13, 3. ὁ σίκυος καὶ ἡ κολοκύντη καὶ ἡ σικύα — ἐπὶ τῶν ἄκρων ἔχει, καὶ προσαυξανομένων ἐπιμένει τὰ ἄνθη πολὺν χρόνον. sect. 4. flores simplices (masculos) nasci ait ἐπὶ τῶν σικύων, ἃ ἐκ τῶν ἄκρων φύεται τοῦ κλήματος· διὸ καὶ ἀφαιροῦνται αὐτά· κωλύει γὰρ τὴν τοῦ σικύου βλάστησιν. h. 7, 1, 2. satione aestiva comprehendit σίκυον, κολοκύντην. sect. 3. diebus quinque aut septem germinare ait, prius tamen σίκυον. sect. 6. e semine recente citius germinare: σικύου etiam semen quosdam antea aqua aut lacte madefacere. Spe-

ciebus distingui genera σικύου, κολοκύντης, tradit 7, 4, 1. deinde sect. 6. tres σικύου species enumerat, Laconicum, σκυταλίαν, Boeotium, quorum primus rigatione gaudet. 6, 5, 5: semen utriusque diu servari non potest. c. pl. 2, 8, 4. τῶν δὲ λαχανωδῶν ἔνια καὶ τὸ ὅλον ἀπέπαντα καὶ ἀμετάβλητα, καθάπερ ἡ κολοκύντη. c. pl. 2, 3, 1. tertio die progerminare dicuntur, contraria historiae 7, 1, 3. sententia. c. pl. 5, 6, 4. cultus σικύων καὶ κολοκυντῶν traditur usque ad sectionem 7. c. pl. 6, 13, 1. σίκυοι καὶ κολοκύνται — τὰ ἄνω μείζω, ῥίζαν δὲ μικρὰν ἔχουσι. Quarto loco σικύαν nominat et hunc ipsum respicit infra 2, 11, 4. inter brevis vitae plantas enumerans: καὶ ὅσα δι᾽ ἀσθένειαν εὔφθαρτα, μὴ πάντως ὄντα πολύκαρπα, ἀλλ᾽ ἔνια καὶ ἄκαρπα, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπετείοις ἡ σικύα, περὶ ἧς καὶ πρότερον ἐλέχθη· ταῦτα γὰρ οὐδ᾽ εἰς τελείωσιν ἀφικνεῖσθαι δύναται τῆς φύσεως. ubi male ait Scaliger locum c. pl. 2, 8, 4. de κολοκύντῃ respici. Apparet etiam ex apposito καλουμένης, aut plura genera olim eodem nomine fuisse, aut variasse σικύας nomen. Florem diu usque ad dies aestivos prorogasse, ex hoc loco patet: ex altero, fructum raro aut nunquam edidisse aut perfecisse, quia frigore autumnali facile planta laedebatur. Videtur igitur in Graecia peregrina fuisse. In loco Nicandri Georgicon apud Athenaeum 9. p. 372. (376. Schw.) σικύαι nominantur, auctore etiam Athenaeo, quae aliis κολοκύνται. Consectae et filo consertae in fumario suspensae in usum servorum servantur, unde hieme ollae genus πανσπέρμου parabatur. Loca poetarum et medicorum apposita ab Athenaeo 3. p. 289 — 91. Schw. nihil de forma aut cultu docent: apparet tamen, et crudum et coctum σίκυον in cibum venisse. De κολοκύντῃ Theophrastus ait, ad maturitatem nunquam percoqui, sed ligneae fere duritiae esse, (qua nota genus nostrum cucurbitarum facile agnoscitur). Male antem Plinius 19, 24. s. 22. de cucurbita et cucumere: *Eadem pendent, quanquam graviora multo etiam iis, quae in arboribus gignuntur: sed cucumis cartilagine. Cortex huic uni maturitate transit in lignum.* Sed locus est manifesto vitiosus, quem ita fere scribendum censeo: *Placet cucumis cartilagine. Cortex cucurbitae maturitate transit in lignum.* Testatur Phanias Athenaei 2. p. 69. d. (264. Schw.), κολοκύνταν crudam esui non esse, sed coctam et assam: cucumerum (σικύων) immaturorum carnem cum semine, maturorum carnem solam comedi. Cf. dicta ad 7, 4, 6. De κολοκύντῃ et σικύᾳ locus est Athenaei 2. p. 225. seqq. Schw. Narrat, Euthydemum Athenien-

tem medicum in opere de oleribus cucurbitam vocare σικύαν Ἰνδικήν, cuius semen ex India fuerit allatum: eandem a Megalopolitanis σικυωνίαν appellatam esse. Tum Menodorum medicum introducit ita docentem: Τῶν κολοκυντῶν ἡ μὲν Ἰνδικὴ ἡ καὶ αὐτὴ καὶ σικύα· ἡ δὲ κολοκύντη. Καὶ ἡ μὲν Ἰνδικὴ κατὰ τὸ πλεῖστον ἕψεται, ἡ δὲ κολοκύντη καὶ ὀπτᾶται. Addit ex eodem, ἄχρι δὲ τοῦ νῦν λέγεσθαι παρὰ Κνιδίοις τὰς κολοκύντας Ἰνδικάς: Hellespontios σικύας vocare cucurbitas longas, κολοκύντας rotundas. Accedit fragmentum Epicratis comici Platonicorum discipulorum irrisionem habens, ubi κολοκύντη definitur λάχανον στρογγύλον. Hinc discimus, σικύαν esse genus cucurbitae Indicum vocatum a pluribus Graeciae populis et scriptoribus: quod congruit cum notis debilitatis a Theophrasto positis. Sed quod additur de vocabulo σικυωνία eandem Indicam cucurbitam significante, maiorem habet dubitationem. Hesychius enim σικυωνία simpliciter κολοκύντην, cucurbitam, interpretatur; ut σικύαν, εἶδος κολοκύντης. Galeni Glossarium in Hippocrate σικυώνην monet significare τὴν κολοκυνθίδα, τὴν ἀπιοειδῆ κολοκύνθην, τὴν ἰατρικὴν σικύαν, τὴν ἀπύθμενον καὶ κωνοειδῆ σικύαν. Idem σικυώνης σπόγγον partes κολοκυνθίδος interiores interpretatur. In Hippocrate de affectionibus internis c. 53. p. 385. ed. Mackii: σικύην ἄτμητον τῶν μικρῶν καὶ στρογγύλων ξυγκόψας ἐν τῷ ὅλμῳ καὶ σήσας. ubi Galenus ἄτμητον cum Hesychio ἀμέριστον interpretatur, σικύην vero κολοκυνθίδα. Sprengel I. pag. 48. Hippocratis σικύην cucumerem prophetarum interpretatur, ut Dioscoridis 4, 178. colocynthidem, sed falso addit, Galenum tradere, eandem et βουβάλιον dici. Nam Galenus et Hesychius hoc vocabulum de cucumere silvestri interpretantur. Quod attinet ad Theophrasteam σικύαν, ea ad fructum pervenisse in Graecia nunquam aut raro videtur; igitur in usum cibarium adhiberi non potuit. Staturam tamen aut altitudinem arboris tribuit et cum vite arbustiva comparat Theophrastus: unde Linckius suspicabatur, genus aliquod momordicae Indicum intelligi.

πρὸ τῶν θερινῶν] Gaza: *ante aestatem germinare non potest.* In graeco deest aut βλαστάνειν, ut Gaza legit, aut ἀνθεῖν. Prius e superiore oratione facile repeti potest.

πορρωτέρω ταῖς ὥραις] haec omisit Gaza brevius vertens: *sed autumnum usque prorogare etiam cupit.* Genitivum sensu postulante restitui.

5. καὶ ποώδη] Med. ὀπιώδη. Haec omisit Gaza: et

difficile est explicare, quaenam plantarum nominatarum ad hanc classem pertineat. Maxima suspicio cadit in *τίφυα*, de quibus vide dicta ad hist. pl. 6, 6, 1. Sed *ποώδη* simpliciter nominari non potuerunt, postquam sectio 2. *τὰ ποώδη καὶ ἔπειτα* inter *πρωϊβλαστῆ* nominavit. Tamen sectio 6. inter autumnales plantas similiter *ποώδη* nominat. De spina regia v. ad 2, 17, 3. c. pl. dicenda. Lilium, ut Gaza *λείριον* vertit, ad *ῥιζοκέφαλα* pertinet. *σκορπίος* inter *ἀκανθικὰ* est 6, 1, 3. historiae, et 6, 4, 1. ubi vide dicta.

ἔνια δὲ καὶ μετ' ἀρκτοῦρον] Statim subiunxi verba hinc divulsa et vulgo in fine sententiae interposita inter *πρωϊαίτερα· οὐδὲν γὰρ διαφέρει.* quae Gaza ita accommodare loco conatus est: *utpote cum primi imbres antecedant.*

θερμότητι καὶ ὑγρότητι] Ad sensus integritatem *καὶ ψυχρότητι* addidi. Antea Med. *πρός τε τὸ νῦν — μικρότητι* habet.

γίνεται γὰρ ἁπαλωτάτη] *ut tenerrima effici possint* G. quasi *ὥστε γίνεσθαι ἁπαλώτατα* scriptum legisset; quorum postremum habet margo Vascos. Equidem haec verba aut loco suo mota esse puto aut lacunosa.

τὴν οἰκείαν ἀναμένειν τελείωσιν. τὰ δὲ, καὶ βλαστάνει. τελείως δὲ καὶ ἀκίνητα] *expectare suam perfectionem videntur, nec* (Heinsius *Haec*, posito antea puncto, dedit.) *prius germen ullum effundunt, sed penitus sibi immota pariter arbores fruticesque constant* G. Quod in codice Anglicano reperit C. Hoffmann *τέως* pro *τελέως* vulgato, idem ex Havn. 1. probat unice Moldenhauer: idem habet Vinar. Voss. *τέως καὶ*, omisso *δὲ*, dat margo Vascos. Med. *καὶ βλαστῆ, τελέως — πώδη — ἐν ᾗς δὴ — πώδεσιν* habet. unde duce Gaza scripsi: *ἀναμένειν ὥραν πρὸς τὴν τελείωσιν, ἀβλαστῆ τε τέως καὶ ἀκίνητα ὄντα ὁμοίως δένδρα.*

φανερώτατον γὰρ] Causalem particulam non fert sententia, nec reddidit Gaza.

δένδρον γε οὐδὲν] *arbor enim nulla penitus autumnum desiderat* G. Dubitat Scaliger, haec utrum de germinatione, *βλαστήσει*, an de floribus et fructibus intelligi voluerit Theophrastus. Sed de germinatione omnis hucusque fuit sermo, et sequitur in hoc ipso membro *ἐπιβλάστησις*, quae excipitur.

7. *εἰς τὰ φύλλα διδομένης*] Usitatius *διαδιδομένης*, quod monuit etiam Scaliger. *quae foliis assidue venit* Gaza. Equidem *ἀναδιδομένης* dedi. Paulo antea *γὰρ* post *μικρὸν* Med. omisit.

οὐ γίνεται δὲ] *Hinc enim* Gaza. δὲ pro οὖν positum annotavit Scaliger. γὰρ cum Med. et Gaza dedi. Sequens vulgo παροριᾶν e Med. correxi hic et c. 12, 8.

τὸ καθῆκον] *quoad liceat* G. *quod opus est* Scaliger, portionem illam succi fructibus debitam quasi ex officio intelligens. Mihi verba ab hoc loco aliena videntur.

πρωϊβλαστῆ] Haud scio an πρωΐβλαστα sit praeferenda forma. Statim tamen sequitur ὀψιβλαστῆ. Margo Vascos. πρωΐ βλαστάνοντα habet. Med. προϊόκαρπα habet.

εἴτε μανότητα' — πάσας τὰς αἰτίας συμβαίνει] E Med. καὶ interserui, et ordinem verborum mutavi.

AD CAPVT XI.

Περσικὴ μηλέα] Margo Vascos. Μηδικὴ, quod cognomen alibi posuit Theophrastus. Sed videntur species diversae intelligi Persicum malum et Medicum. Certe plures Medicae malo similes florum et fructuum perpetua generatione arbores, ipsa tamen florum et fructuum forma diversae notae fuisse videntur Theophrasto: quod indicant verba καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, Attice dicta, quod vulgo est καὶ ὅ, τι ἄλλο τοιοῦτον: multo vero manifestius membrum istud, οὐδ' αὐτὰ αὐτοῖς ὁμοιοβλαστάνει τὰ γένη καὶ ὁμοιοκαρπεῖ. de quibus mox.

οὐ πρὸς πάσας ἁρμόττει — κρᾶσις] Infra c. 19, 5. desinit in eadem dubitatione: ἐνταῦθα δὲ ἡ τοῦ δένδρου φύσις καὶ δύναμις εὔκρατος πρὸς ἁπάσας τὰς ὥρας. Med. μόνον ὃ πρὸς habet.

οὐδ' αὐτὰ αὐτοῖς ὁμοιοβλαστάνει] *quia nec ipsa genera inter sese germinis aut fructus ratione conveniant* Gaza. αὐτὰ temere Heinsius omisit. Vir doctus in margine Vascos. ὁμοιοβλαστῆ coniecit: quo facto sequitur, ut etiam ὁμοιόκαρπα scribamus. Dura verbi ὁμοιοβλαστάνει compositio videtur esse, nec convenit significatio: quare Medicei ὁμοβλαστάνει recepi. Consequens erat, ut etiam sequens ὁμοιοκαρπεῖ mutarem. αὐτὰ τὰ γένη nulla alia possunt intelligi nisi ἡ Περσικὴ μηλέα καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον: quae cum germina et fructus per annum continuent, videri possunt ad genus unum idemque pertinere tanquam ὁμογενῆ, sed specie diversa. Verum cum ea ipsa secum et germinum et fructuum specie et forma dissentiant, contra quis omnia haec ἀειβλαστῆ et ἀείκαρπα diversorum generum esse non sine ratione statuat.

τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς κεχωρισμένοις] *id enim discidium esse in his tantummodo volumus et evenire videmus, quae nulla generis coniunguntur societate* G. Is igitur τοῦτο intellexit τὸ μὴ ὁμοιοβλαστάνειν καὶ ὁμοιοκαρπεῖν, et τὰ κεχωρισμένα τῶν ὁμογενῶν recte interprétatur quae nulla cognatione attingunt plantas ὁμογενεῖς, nullo genere communi continentur, sed diversa inter se genera constituunt. Horum igitur germina et fructus diversos nemo miratur, cum in congeneribus similes fere semper animadvertantur. Atque ita apparet, Theophrasto nota fuisse plura genera arborum Persicae malo similium, sed germinum et fructuum specie et forma diversa.

ζώοις· ἀλλ' αἰτία τοῖς μὲν φανερά· τοῖς δὲ, λόγου] Ita Heinsiana: contra A. B. Med. ζώοις πλάγια τοῖς μέν. *sed causa in illis patescit, in his quaeritur* G. unde Heinsius vulgatam concinnavit parum graece. Vitium in voce πλάγια sensit Scaliger: πλήν γε τοῖς μὲν e codice Casauboni et Anglicano allatum probavit C. Hoffmann. Eandem scripturam Havn. 1. 2. Vinar. et Voss. in πλήν γ' αἰτ α mutavit Moldenhauer. πλὴν αἰτία est in margine Vascos. equidem πλήν γ' ἡ αἰτία e lege grammatica dedi.

2. λαμβάνοντα — ἅμα κυΐσκεται· τῶν δὲ διὰ τί ἡ] Med. λαμβάνουσα habet. Post κυΐσκεται A. B. Med. inserunt haec a Gaza omissa: εἰ μὴ καθάπερ ἅμα καταλάβοι: Scaliger εἰ μὴ καταλάβοι iunxit, non omisso καθάπερ, sed interpretatus, utcunque potuit. Queritur tamen de mendis codicis. Dalecampius ait, quosdam legere: τοῦτό γὰρ οὐκ ἐνδέχεται, εἰ μὴ τὴν ἀρχὴν καθάπερ ἅμα καταλάβοι. Verum molestum καθάπερ vel sic apparet, quod vitiosum videtur esse. Equidem membrum hoc totum, in hoc quidem loco post κυΐσκεται insertum, plane abundare video, nec facile quisquam dissentiet: si vero transferatur ad alterum membrum post verba οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν, facile locum suum tuebitur, adeoque sententiam et argumentationem philosophi imperfectam atque obscuram redintegrabit et illustrabit, modo addantur quaedam ad sensum necessaria verba, hoc modo: οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν· εἰ μὴ καθάπερ [τὰ ζῷα τὰς ἀρχὰς οὐχ] ἅμα καταλάβοι· ἀνάγκη et cet. i. e. *nisi fortasse haec causa est putanda, quod, similiter ut in animalibus accidit, initia et principia germinum non simul acceperint, sed alia alio tempore.* Rationem, qua id accidere possit in plantis, similiter ut in animalibus, e radicum habitu et conditione conatur explicare. Generationem enim et sexum plantarum adhibere tunc non potuit Theophrastus.

μηδαμῆ μηδ' ὁμοίως] Gaza: *quod enim radices non ubique versus neque similiter habeantur, aut quod rami non recipiant succum neque coquant, quibus prima germinatio provenire possit.* Videtur igitur scriptum legisse: μὴ πανταχῇ μηδ' ὁμοίως ἔχειν. Vinar. et Voss. μηδ' ἅμα dant: quod si recipiatur, tum ad verbum ἔχειν supplendum erit, similiter ut ad sequens δέχεσθαι καὶ ἐκπέττειν, vocabulum χυλοὺς vel ὑγρότητας. Alius fortasse coniiciet, scriptum fuisse μηδαμῇ ὁμοίως ἔχειν: radices non omnes nec ubique similiter habiles aptasque esse ad succum e terra attrahendum.

ἐκπέττειν, ἐξ ὧν] Deest vocabulum ὑγρότητας vel χυλούς: equidem tamen mallem: τὴν ὑγρότητα, ἐξ ἧς. Intelligit τὴν γόνιμον ὑγρότητα, de qua mox docebit. Med. δέχεσθαι δὴ δ' ἐκπετεῖν habet.

3. Εἰ μὲν γὰρ σημαινομένοις] Ita Heinsiana: contra A. B. Med. σημαινομένους. *vitem enim, quam insanam vocamus, rursus concepisse existimaveris* G. Unde margo Basil. ἡ μαινομένη duxit, a Scaligero probatum. ἡ μὲν γὰρ ἄμπελος ἡ μαινομένη Vinar. cum margine Vasc. ἡ μὲν etiam Voss. et Med.

οὐκ ἀλόγως δέχεσθαι] *concepisse rursus* G. quasi πάλιν additum legisset. Dalecampius annotavit, alios λέγεσθαι, quosdam ἔχεσθαι legere: aliquos ad δέχεσθαι intelligere τὴν αἰτίαν. sed sequentia docent, vel τὴν γόνιμον ὑγρότητα vel simile vocabulum intelligi.

τῷ μὲν γὰρ μὴ] Vulgatum τὸ e versione G. *quod minus suum excoquit fructum* correxi cum C. Hoffmanno et margine Vascos. τὸ γὰρ μὴ ἐπέττειν Med.

ὑπολείμματα πολλὰ] A. B. ὑπόλειμμα τά. *pleraque foecundi humoris residua continet* G. Correxit Scaliger. Supra h. pl. 1, 13, 4. ἐπεὶ γένη γ' ἔνια καὶ ἀμπέλου καὶ ῥόας ἀδύνατα τελειοκαρπεῖν, ἀλλὰ μὴν μέχρι τοῦ ἄνθους ἡ γένεσις. Infra c. 19, 4. ἕτερον δὲ γένος τὸ τῶν ἀμπέλων τῶν μαινομένων καλουμένων, αἳ οὐ μόνον βλαστάνουσιν, ἀλλὰ καὶ πέττουσι καὶ ἀνθοῦσι καὶ βοτρυοῦνται, καὶ οὐ δύνανται τελειοῦν· ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ῥοῶν, καὶ εἴ τι ἄλλο μέχρι τοῦ ἄνθους ἀφικνεῖται μόνον. verba postrema, καὶ οὐ δύνανται τελειοῦν, omisit Gaza: quae tamen cum priore loco consentiunt. Igitur πέττειν ad succum referendum videtur, quem vitis insana eo usque coquit, ut racemus oriatur, sed non perficiatur maturetur ve. Diversum igitur est in loco priore ἐκπέττειν τὸν καρπὸν, et respondet posteriori

τελειοῦν. Dubitationem tamen facit locus Plinii 16, 27. *Vites quidem et triferae sunt, quas ob id insanas vocant, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. — Hoc autem evenit perpetuo in Tacapensi Africae agro, de quo alias: ea est soli fertilitas.* Sed is translatus est e scriptore Θαυμασίων c. 172. Περὶ Λιβύην ἄμπελός ἐστιν, ἣν καλοῦσι μαινομένην τινές, ἣ τῶν καρπῶν τοὺς μὲν πεπαίνει, τοὺς δ' ὀμφακώδεις ἔχει, τοὺς δ' ἀνθοῦντας καὶ βραχὺν τινα χρόνον. De hoc genere peregrino loci Theophrastei tres minime intelligi possunt, quanquam cognomen idem a quibusdam Libycum genus acceperat. Sed in ipsa etiam Graecia eiusmodi vites memorant scriptores, veluti Scholion ad Sophoclis Antig. versu 1126. in Euboea et in Parnasso esse ait vitem, ἣ καθ' ἑκάστην ἡμέραν περὶ μὲν τὴν ἕω βότρυας φέρει (racematur), περὶ δὲ τὴν μεσημβρίαν ὄμφακας, ἐτρυγᾶτο δὲ πεπανθεῖσα περὶ τὴν ἑσπέραν. Quae narratio ducta est ex ipso Sophoclis loco de vite Euboica, quem posuit Schol. Euripideus ad Phoen. v. 238. inter Fragmenta Brunckius p. 619. Inde repetiit Stephanus Byz. de Nysa Euboeae in voce Νῦσα. Nicocrates Euboeae locum Aegas nominat in Scholiis Victorianis ad Iliadem, 13. p. 641. commentariorum Heynii, ubi est: κατὰ γὰρ τὰς ἐτησίους τοῦ Διονύσου τελετὰς βλαστάνουσιν αἱ καλούμεναι ἐφήμεροι ἄμπελοι, αἵτινες ἕωθεν μὲν τὰς τῶν καρπῶν ἐκβολὰς ποιοῦνται, εἶτ' αὖ πάλιν βότρυας βαυστάζους, καὶ τοὺς μὲν πρὸ μεσημβρίας πεπαίνουσι, πρὸς δὲ τὴν ἑσπέραν τρεπόμενοι ἄκρατον χορηγοῦσι δαψιλὲς ταῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ παρθένοις. Hanc ephemerum vitem etiam ab insana et Libyca diversam esse probabilis est opinio. Theophrastea quidem tribus in locis memorata, tanquam Graeciae indigena, fructus nunquam perfecisse et maturasse credenda est.

αἱ πρῶπαι — ἐπιγίνονται] *prima germinatio erumpere solet.* G. Sed graecum ἐπιγίνεται minime convenit germinationi primae: serius enim tempus aliquod significat. Male etiam Scaliger *superveniunt*, et ἐπὶ ait significare, fieri id quod non erat. Mihi πρῶται in πρώϊαι mutandae esse videntur. Dicuntur autem germinationes maturae, quae fructum excitant auctumno sero, quem vere demum insequente debebant proferre. Serae igitur, tempore anni extremo prorumpentes, dici possunt; maturae autem, quia sequentis veris fructum praecipiunt et occupant.

μηλέα] A. B. Med. μελία, *fraxinus* G. Correxit Scaliger. A malo enim Persica omnis dubitatio hucusque tra-

dita est profecta. Fortasse tamen ἡ Περσικὴ additum olim fuerat. Deinceps ἐκπέπτει Med. habet.

καὶ ἄλλοτ' ἄλλο βλαστάνειν] Med. καὶ omisit. Dalecampius malebat ἄλλό τε καὶ τἄλλο, assentiente C. Hoffmanno, quos equidem non imitabor. Infra cap. 13, 5. ὅσα δὲ δύνανται πεπαίνειν καὶ βλαστάνειν καὶ ἀνθεῖν κατ' ἄλλοτ' ἄλλα μέρη, καθάπερ ἡ Μηδικὴ μηλέα et cet. ubi erat καὶ τὰ ἄλλα μέρη. Gaza h. l. *partus dividi et alias alium reddi, absurdum certe appareat.*

4. τοῖς ἀπορουμένοις] *pro facultate, quae in his rebus suppetat* G. qui Dalecampio scriptum legisse videbatur ὡς εὔπορόν ἐστι.

εἰ δὲ οἱ πρῶτοι — ἀναγκαιότεροι] *His vero ipsis principiis germina neque cuncta similia inter sese, neque paria, neque simul proveniunt* G. Omisit igitur verba praescripta omnia: ubi Scaliger vocabulum καρποὶ supplebat e καρποτοκίαν repetendum. Dalecampius quosdam ait legere: τοῦτο μὲν πρῶτον λαμβάνειν ἀναγκαῖον. Sequentia docent, Theophrastum de βλαστοῖς nunc loqui instituisse. οἱ πρῶτοι βλαστοὶ videntur dici, qui ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει e semine prorumpunt, et maiorem necessitatem germinandi habent propter alimentum intra semen conclusum, quam qui deinde ex ipsa planta et ex arborum disseminatis passim principiis germinum (ἐκ τῶν ἀρχῶν sc. τῶν ζωτικῶν) erumpunt, perinde atque aer vel alimenti copia evocat et protrudit. Igitur levissima mutatione scripsi ἀρχῶν γε τούτων, ubi erat ἀρχῶν δὲ τούτων. Dalecampius ἀρχῶν ταυτῶν malebat.

θᾶττον καὶ πλεῖον] Intellige βλαστάνειν. *velocius uberiusque coalescunt.*

5. διαφορὰν ποιήσει] Futuri temporis necessitatem nullam video; quidni ποιεῖ dixit?

ὥσπερ γὰρ — εἰ ἐν εὐδιεινῷ] *quemadmodum et totarum arborum situs differentiam potest, ut si loca tenent serena et placida* G. Equidem dedi ἡ ἐν εὐδ. repetens θέσις ποιεῖ διαφορὰν ex oratione superiore. Deinde γὰρ post ὥσπερ cum Gaza omisi. Med. εἰ ἐνευδινῷ habet.

χρόνον βλαστητικὰ γίνεται] *breve admodum tempus arbores sua germina differunt* Gaza. Videtur igitur negationem additam in suo libro legisse. βλαστητικὰ δένδρα sunt arbores ad germinandum probae et paratae. Coelo igitur molli serenoque arbores fere semper concipiunt et parturiunt nova germina: hiemali vero et duro longius intervallum germi-

nandi faciunt. Vulgata igitur falsa, quae arbores coelo sereno placidoque breve tempus concipere et parturire germina facit.

γένοιτο διάλειψις] Aut γίνεται scribendum censeo, aut ἂν interposito γίνοιτο. Gaza *fiet* vertit. Paulo autea χειμέριος vulgatum e Med. correxi.

εἴπερ ἥ τε ἐκ τῆς γῆς] A. B. Med. ἥ τ' ἐκ τῆς γ. Heinsius ἥν τε ἐκ τῆς γῆς dedit. Margo B. cum Vinar. εἰ ἥ τε: codex Anglicanus εἰ ἡ habet. *Si tellus copiosum praebeat alimentum* G. Verum εἴπερ ἥ τε suppeditavit margo Vascos.

ἔχει τι ταὐτὸν] *idem aliquid habent* G. Vitium latet. Statim sequitur: τὰ μὲν διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τὰ δὲ διὰ τὸν τόπον τοιαῦτα.

δι' ὧν τὰ μὲν διὰ τὴν ἰδίαν] *eorumdemque alia propter suam naturam — sint talia* G. Legit igitur scriptum ὧν sine διὰ, consentiente margine Vascos. quos sequor.

τρίτον δὲ καὶ ὥσπερ ἐφεξῆς] *tertium iam et quasi ordine proximum — ponere* G. unde vulgatam cum margine Vasc. correxi.

προσεπιγεννᾶν ἑτέραν διὰ] *alia semper aggenerat etiam germina* G. unde cum Scaligero et margine Vascos. ἕτερα scripsi; nisi in vulgata γένεσιν intelligere malis. δύναται praeterea malebat V. D. in margine Vascos.

7. ἐκείνοις δι' ὅλου] *illis perpetua dote largita est* G. unde ἐκείνοις inseruit Heinsius, consentiente Vinar.

καρποφυεῖν καὶ καρπογονεῖν] Ita A. B. Med. duo postrema omisit Heinsius, quanquam Gaza verterit: *ut semper germinent semperque fructificent.* Igitur rectius βλαστοφυεῖν καὶ καρπογονεῖν scriptum legit, quod habet margo Vascos. Deinceps τελεοῦν Med. habet.

ἐπείπερ - ἅμα τὰ μέρη] *Nec* (*Haec* Heinsiana) *enim in ceteris arboribus omnes partes simul esse sentimus* G. Verbum quod deest, φαίνεται, de meo supplevi. Scaliger pro voce μέρη fructus interpretatur.

διαφέρει τε τοῖς χρόνοις — ἐφεξῆς] Haec omnia omisit Gaza. Scaliger ita: *Sed inter unam germinationem et aliam interiectum est aliquid temporis. Verba sunt corrupta: sensus est: alia mox consecutura.* Equidem non dubitavi scribere: διαφέρει δὲ τοῖς χρ. ὅτι τὰ μὲν ἄλλα παρ' ὀλίγον (parvo intervallo sibi succedunt), τὰ δ' ἐφεξῆς (alia continuo tenore sequuntur). Repetendum e superioribus verbum φαίνεται, vulgo omissum.

πλὴν χαλεπωτέρως] Med. χαλεποτέρω. Alio ordine G. *quod simile esse videtur, ut si quaeram, quae temperies semper frondentium sit: praeterquam quod hoc aliam quoque desideret rationem: addere namque oportet, cur tantum alimenti haurire* et cet. Rectius igitur verba praescripta (ubi χαλεπώτερον scripsi) post ἀειφύλλων collocata legit: pertinent enim non ad semper frondentia, sed ad ἀειβλαστῆ. Verba ὥστε γεννᾷν auctiora legit Gaza: vertit enim: *ut nunquam generandi desit facultas.* Additum ἀεὶ desiderat ipsa notio τῶν ἀειβλαστῶν, de quibus sermo est. Med. deinceps τοσαύτην λαμβάνει, omisso τροφήν.

ἡ γὰρ — γέννησις] Perplexe G. *Enimvero illa addita ratione, germinatio nonnisi fructus plures gestat, alium perfectum, alium imperfectum, alium subnascentem. Quod et iunipero aliisque obtingit.* Sed plenius Basileensis: *germinatio nonnisi fructus generatio est. Nam simul quidem fructus plures gestare — vel iunipero — obtingit.*

ἐπεὶ τό γε πλείους] Vulgatum τά τε correxi consentiente Gaza et margine Vascos. Sequens δυσαπόπτωτος damnabat Scaliger, δύσπεπτος vel δυσαπόπεπτος substituens, maleque interpretatus. *et absolvi fructus difficile potest* Gaza vertit: quasi δυσαπόλυτος vel δυσαποτελείωτος scriptum legisset.

τῷ ἀρκεύθῳ.] Rectius τῇ margo Vascos. dedit.

AD CAPVT XII. (VVLGO XIII.)

Πότερον] A. B. ποτέρα: voluerunt Atticum πότερα dare, quod cum Med. et Vinar. restitui. Deinceps βλαστῇ Med. postea ἀέρος καὶ θέρους Heinsiana retinuit, iam olim correctum a Scaligero, consentiente Vinar. Voss. Porro Med. ὑπὸ ἄστρον — οὕτως.

οὕτω συμβαίνειν] Vulgatum συμβαίνει e versione Gazae et margine Vasc. propter sequens κατακολουθεῖν correxi.

ἐν τῇ πρώτῃ] *siquidem et in prima generatione sequi identidem soleat* Gaza. Rectius Scaliger: *in prima generatione esse hasce consecutiones, ut infernae partes primum, deinde supernae sua capiant incrementa.* Equidem, praepositione ἐν deleta, quae e vitiose scripto συμβαίνει pro συμβαίνειν ortum habuisse videtur, scripsi τῇ γὰρ πρώτῃ.

2. ἢ ἐπὶ βραχύ τι· τὰ δὲ τοῦ ἔαρος ἐπὶ τὸ πολύ]

A. B. Med. βραχύτητα τοῦ ἀέρος· εἰ γὰρ ἦν. Med. tamen ἡ γὰρ habet. *tunc enim plantas consitas radices capessere, non germinare nisi paululum. Nam si radice carerent, mox putrescerent atque perirent* G. Omisit igitur verba τὰ δὲ τοῦ ἀέρος. Scaliger ἐπὶ βραχύ τι primus scripsit. Verba ἐπὶ τὸ πολὺ inseruit Heinsius, relicto vitioso ἀέρος, quod cum C. Hoffmanno correxi. Additamento Heinsiano possumus carere, si intelligamus verbum βλαστάνει. Iam olim Palmerius p. 664. ἔαρος scribi iussit, sed Heinsianam interpolationem non agnovit. Sed superest difficultas in verbis τὰ δὲ τοῦ ἔαρος, quae sic scripta intelligi debent: τὰ δὲ τ. ἔαρος φυτευόμενα βλαστάνει. quod est sententiae contrarium, quae commoda plantationis auctumnalis enarrat. Igitur τὰ in ταῦτα mutavi: quo facto intelligitur, ταῦτα δὲ τοῦ ἔαρος βλαστάνει esse plantas auctumno satas, quo tempore radices egerant, quae vere proximo germina proferunt et alunt. Paulo antea ῥιζοῦσθαι Med. habet.

ἐπὶ τῶν σπερμάτων — κῆποι] *in seminum genere hortos Adonidis dictos licet prospicere* G. Sunt horti pensiles in testis vario seminum, praecipue cerealium et λαχανηρῶν, genere hieme ad usum mulierum festum Adonidis celebrantium consiti.

3. συγκατακλειόμενα ὑπὸ τοῦ θερμοῦ διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν] *a calore, qui fugatus iniuria frigoris se ad ima recepit, atque etiam humoris alimentique copia refertae, facile augescere possunt* G. Apparet, eum legisse rectius scriptum: καὶ ἅμα ὑπὸ τοῦ θερμοῦ συγκατακλειομένου διὰ τὴν —, ἔτι δὲ δι' ὑγρότητα. Ceterum hunc locum transtulit Varro 1, 45, 2. *Venenum enim gelum radicibus tenellis sub terra, et supra virgultis, quae nec eodem tempore aeque crescunt. Nam radices autumno aut hieme magis sub terra, quam quae supra, adolescunt, quod terrae tectae tepore propagantur, supra terram aere frigidiore cinguntur.*

προσαύξεται] Puto fuisse προαύξεται, ut sect. 6. nisi et ibi προσαύξεσθαι scribi debet. Sententia eadem est 3, 4, 4. θερμῆς οὔσης ἐν βάθει τῆς γῆς κατὰ χειμῶνα, ψυχροῦ δὲ τοῦ πέριξ, τὴν αὔξησιν κατακλειομένην εἰς τὰς ῥίζας ἰέναι.

καρκινοῦσθαι] *carcinationem* inepte G. vertit. Hist. 1, 9. ῥίζας ὡς κεκαρκινωμένας male *contorsiores* reddidit. Infra 3, 26., repetit verbum noster, quod Robertus Constantinus e Plinio 18, 7. interpretatur *multis radicari fibris sive ramis, ut cancri instar*, divaricatis et in latera dispersis fibris vel

capillamentis terram apprehendant. Harpocratio et Suidas posuerunt locum Pherecratis comici:

ὁπόταν σχολάζῃς, νίψον, ἵνα τὰ λήϊα συγκαρκινωθῇ.

ubi *νίψον* vertunt *irriga*, cum deberent *ninge*. Columella 4, 2, 2. *cancellare solum radicibus* dixit.

Ταύτῃ μὲν οὖν] Hic et supra sect. 3. in verbis *Πιθανὸς* — *ὁ λόγος* est quasi apodosis propositionis *πότερα ἡ βλάστησις* — *τοῖς χρόνοις*. Nam priorem opinionem partientium incrementa cum argumentis statim subiunxit propositioni et continuavit usque ad sect. 3. ita, ut grammaticae iuncturae verborum oblitus apodosin reddere non videatur. deinceps *τῇ δέδεν πάλιν* Med.

4. *προτερεῖ* — *βλαστῶν*] *provenit quidem radix prius quam germina* G. Hippocrates de natura pueri in semine ait prius prodire radice folium, in planta autem prius erumpere radicem. Hanc et Theophrasteam sententiam impugnavit M. Cagnatus Observ. 1, 5. qui eodem tempore germen et radicem prodire monet. At vero margo Vascos. habet *προφθάνει*. Med. deinceps: *βραχύτητι πάντων* — *περὶ τὴν καρδίαν*. Vulgo *τὴν* deerat. Postea *οὐθὲν* Med. pro *οὐδὲν* dedit.

ἀθρόα καταβάλλεται] *universa simulque procreat* Gaza. Scaliger: *facit omnia simul fundamenta*. equidem malim *inchoat*.

ἀλλ' οὔτε γε] Margo Vasc. *οὔτοι γε* habet. Initio capitis sequentis est: *εἰ δὲ μὴ, οὔτι γε ταύταις ταῖς ὥραις*. quod h. l. cum Med. restitui. In Herodoto *οὔτι γε* pro *nedum* saepius legitur.

ἀλλ' ἅμα πως μάλιστα πάντων] *sed simul quodammodo omnia tota sua mole aluntur, ita, ut non alio modo quam per continuationem cuncta* — *valeant* Gaza. Igitur *μάλιστα πάντα* scriptum legisse videtur. *πάντως* Med. Praeterea correxi *ὅλος ὁ ὄγκος ὥσπερ κατὰ συνέχειαν*, addito articulo et *ὥστε* vulgato in *ὥσπερ* mutato.

5. *ἄτοπόν ἐστι τὸ θρεπτικὸν*] *Adhuc absurdum est, si vis illa alendi* (*quae* interseruit Heinsiana) *dirigat* (*dirigit* Heinsiana) *per tam multas partes suum officium, dum format impertitque alimenta* G. Hinc vulgatam scripturam Heinsius mutavit in *ἐστὶν ἐς τὸ θρ.* Voluit autem dare, certe debuit, *ἐστιν, εἰ τὸ θρ.* At ita debebat deinceps scripturam A. B. Med. *διαιρεῖται δὲ κατὰ μέρη* mutare

in διαιρεῖ κατὰ μέρη. Sed bene cecidit scriptura διαιρεῖν. E margine Vascos. ὧδε deinceps inserui.

ἢ πάλιν ἐπὶ τῶν σωματικῶν] *vel si quid extrinsecus agit* G. Igitur πάλιν εἴ τι τῶν ἐξωτικῶν scriptum legit: unde εἴ τι recepi. Ignis et spiritus ἐξωτικὰ dici non possunt in plantis, non magis quam τὸ θρεπτικόν.

οὐδὲ γὰρ ταῦτα εἰκός] *neque enim haec ita agere verisimile est* G. Equidem commodius intelligi puto διαιρεῖσθαι vel διαιρεῖν τὴν ἐνέργειαν.

τὸ γεννῶν καὶ οὐχ ὥσπερ] Ita Heinsiana, inserta copula, quam cum Gaza et A. B. Med. omisi.

Ἐμπεδοκλῆς -- τὰς ῥίζας] Aristoteles de anima 2, 4. de eodem: οὐ καλῶς εἴρηκε τοῦτο προστιθεὶς αὔξησιν συμβαίνειν τοῖς φυτοῖς, κάτω μὲν ῥιζουμένων, διὰ τὸ τὴν γῆν οὕτω φέρεσθαι κατὰ φύσιν, ἄνω δὲ διὰ τὸ πῦρ ὡσαύτως. Hippocrates de natura pueri id, quod gravissimum, descendere, ut ex eo radices fiant, levissimum autem ascendere ait, ut inde folia prodeant. Quibus de locis disputavit M. Cagnatus Observ. var. I. c. 4.

ὡς ἑκάτερον — χωριζόμενον, ἀλλ' ἐκ μιᾶς] *tanquam alterum ab altero seiungi tribuique uni tantummodo possel, nec ex una materia et a causa una generationem fieri oporteret* G. Legit igitur scriptum: ἑκατέρου χωρίζεσθαι καὶ τῷ ἑνὶ μόνον νέμεσθαι δυναμένου, ἀλλ' οὐκ ἐκ μιᾶς ὕλης — τῆς γενέσεως οὔσης. Negationem addit etiam codex Anglicanus et Vinar. ἀλλὰ μὴ ἐκ offert margo Vascos. Conieceram olim βλαστοὺς, ἑκάτερον — χωρίζων, ἀλλ' οὐκ ἐκ μιᾶς — γεννῶν. Nunc codicum opem expectandam censeo. ἑκάτερον ἑκατέρω Med. habet.

ὡς ἡ — μακρὰ, εἴπερ ἐλάμβανε πρὸς ἕξιν, καὶ κατὰ τὰς] Haec omnia praeteriit Gaza. Scaliger de loci obscuritate questus varia tentavit, quae non probo. Video etiam in annotatione eius positum: πρὸς τὴν ἕξιν καὶ τὰς τροφάς. Dalecampius coniecit: σύστασις μικρὰ, ἥπερ λαμβάνει πως ἕξιν. A. B. Med. μικρὰ Heinsius in μακρὰ mutavit. In verbis vitiosis latere videtur idem, quod Stagirita magister opposuit Empedocli l. c. τί τὸ συνέχον εἰς τἀναντία φερόμενα τὸ πῦρ καὶ τὴν γῆν; διασπασθήσεται γὰρ, εἰ μή τι ἔσται τὸ κωλῦσον.

Ὥστε — ὥραις χωρίζειν] *locis autem si divideris, magnum admodum spatium temporis sequetur* G. Vulgatum χώραις e coniectura V. D. in margine Vasc. correxi; ὥραις enim convenit χρόνων διάστημα, non χώραις. Brevis

haec responsio non pertinet ad Empedoclem, sed ad eos, qui hieme radices, aestate superiora arborum augeri censebant. Med. μετὰ κομιδῇ — κωλύσει habet.

6. ἀλλ' ὥσπερ εἰ συμβαίνοι τινὶ προσαυξεστέρας τὰς ῥίζας] A. B. συμβαίνοντι, Med. συμβαίνοντι τινὶ. *accidit enim, ut aliquorum radices increscant, quod vel tempore omnibus debito nonnunquam procul dubio evenit* G. Scaliger: *sed quemadmodum etiam adultis contingit radicibus*, verbum συμβαίνοντι interpretatus addito ἔοικε, pro συμβαίνει. Gaza scriptum videtur legisse: ἀλλὰ συμβαίνει τινὶ προσαύξεσθαι τὰς ῥίζας. Equidem non dubito, fuisse olim: ὥσπερεὶ συμβαίνοντι ἔοικε τὸ προσαύξεσθαι τὰς ῥίζας. Nomen προσαύξησις erat vulgo 3, 2. sed ibi πρὸς τὴν αὔξησιν scribi debet. Vocabulum προσαυξὴς usurpavit Hippocrates; quod si hic servare voluissem, plura corrigenda et addenda fuissent. ὡσπερεὶ margo Vascos. suppeditavit.

ὃ καὶ καθηκούσης ἐνιότε γίνεται τῆς ὥρας] Vulgatum γίνεσθαι correxi, praeeunte Gaza et margine Vasc. γε e Med. addidi. καθηκούσης Scaliger interpretatur *debitum germinandi tempus*. Intelligit ver, germinationi plantarum destinatum, quam interdum hiems longius protracta impedit; quod fieri aiunt auctumno extremo ingruente frigore, qui plantarum incrementa anni tempestatibus dividebant, et causas frigori hiemis calorique aestatis adscribebant. Interim radices tepore terrae incluso propagantur, licet frigus aeris germina retundat.

τὸ δὲ τῶν ῥιζῶν] *radicis autem incrementum nihilo impediri potest, caloris scilicet ratione, cum radix ipsa ad eruptionem augmentumque plene turgida est* G. προορώμεναι A. B. Med. correxit Scaliger, a quo προορμώμεναι accepit Heinsius. φυτὰ προωρμημένα habes infra 3, 3, 1. Gaza verba vulgo separata continuasse videtur ita: διὰ τὴν ἀλέαν, ὅταν ἤδη — τύχωσιν, εἰς ἔκφυσιν δὲ καὶ αὔξησιν ἔρχονται. Med. ἔρχεται habet; et antea ὅταν ἤδη, omisso δέ.

ἀλλὰ τοῦτο οὐ τῆς φύσεως] A. B. τοῦτο οὕτω. τοῦτο οὕτως Med. margo B. τοῦτο οὐδὲν e versione Gazae, ubi est: *tribui naturae non debet, quod aliquo extrinsecus impedimento sequatur, sed quae impetu naturali aguntur, haec solum naturae imputari par est.* Scaligero debetur οὐ τῆς φύσεως. Vulgatum antea διακωλύειν Heinsius e versione Gazae mutavit in διακωλύσει: sed ita deinceps τι τῶν ἐκτὸς mutare in τῆς τ. ἐ. non debebat. Multo leniore emen-

datione scripsi: ᾧ διακωλύειν ποτὲ συμβαίνει τι τῶν ἐκτός: ubi erat ὃ, quod poterat etiam in εἰ mutari.

7. ὡραίων χειμώνων] *hiemes tempestivae* G. Deinceps Med. εὐδινῶν — ἀλλὰ τά τε ἄνω καὶ τὰ κάτω habet: unde τὰ ante κάτω addidi. Postea A. B. εὐβλαστὴς habent, ἐκ βλαστῆς Med. εὐκραὴς dedit Heinsius. *coelum mite et germini congruens* G. Infra 3, 3, 1. καὶ ὁ ἀὴρ μαλακὸς καὶ εὐβλαστής. ubi articulus ante ἀὴρ similiter deerat.

βλαστήσεις, οὐ μεριζόμενα τοὺς χρόνους] A. B. Med. μεριζομένων. quod Heinsius in μερίζομεν οὖν mutavit ineptissime. Margo Vascos. οὐ μερίζομεν τοῖς χρόνοις habet. Postremum τοῖς χρόνοις probo, ut initio capitis est διῃρημέναι τοῖς χρόνοις. Equidem μεριζόμενα scripsi, et hoc membrum suum in locum reduxi post verba λαμβάνει τὰς αὐξήσεις, unde in alienam sedem immigraverant.

ἀλλὰ καὶ τὰς ῥίζας] E versione Gazae margo Basil. ἀλλὰ inseruit, confirmatum a Codice Med. Havn. 2. Vinar. Anglicano et margine Vasc. Paulo antea βλάστας Med. habet.

πλεῖον καταλαμβάνουσι] A. B. Med. καταλαμβάνουσαι. *altius enim, quam sol attingat, descendere nequeunt* G. unde Heinsius καταλαμβάνουσι duxisse videtur. Sed ita scribere debebat etiam Οὐ γὰρ εἰς πλεῖον καταλαμβάνουσι, puncto posito post γενέσεις. Nulla opus est mutatione, nec Moldenhaueri indigemus coniectura καταλαμβανουσῶν: nam αὐξήσεις καὶ γενέσεις ῥιζῶν καταλαμβάνουσαι sunt radices ortu atque incremento demissae et progressae in terram. De eadem re h. pl. 1, 7, 1. εἰς βάθος δὲ οὐδεμία ῥίζα καθήκει πλέον ἢ ὅσον ὁ ἥλιος ἐφικνεῖται. Infra 3, 3, 1. ὅτι τῶν ῥιζῶν ἡ βλάστησις ἢ οὐ γίνεται πο῾ῤωτέρω τῆς τοῦ ἡλίου δυνάμεως ἢ χεῖρων. Margo Vasc. coniecturam καταβαίνουσαι offerebat.

ἢ οὐ ἂν ὁ ἥλιος] A. B. Med. ἂν ὁ ἥλιος. Havn. 2. ἢ ἂν. Havn. 1. ἢ οὐκ ἄν. Bueretius e Codice Casauboni ἢ ὁ ἥλιος posuit, quod est in Vinar. his verbis annotatum: βάθος ἢ οὐκ ἄν: ubi postrema οὐκ ἂν respiciunt vulgatam scripturam. Idem suspicor de Havn. 1. Pro ἂν μὴ Voss. dat ἢ οὐκ ἄν. Margo Vasc. ἢ ἐφ᾽ ὅσον ἄν. Dalecampius ἢ ἂν coniecit. Quod dedi, Moldenhauero debetur. Med. deinceps ἐφικνεῖται habet. Varro 1, 45, 3. *nam prius radices, quam ea quae ex iis solent nasci, crescunt: neque radices longius procedunt, nisi quo tepor venit solis.*

μανὸς καὶ κενὸς] *solum expeditum molle inaneque sit* G.

unde in margine Vascos. *μαλακὸς* pro *μανὸς* ductum videtur. Mihi ἢ *κενὸς* fuisse videtur. Varro l. c. *duplex causa radicum: quod et materia alia quam alia longius proiicit natura, et quod alia terra alia facilius viam dat.* Plinius 10. s. 56. *quidam non altius descendere radices, quam solis calor tepefaciat: idque natura loci tenuioris sive crassioris dixere.*

μὴ γὰρ τούτου συμβαίνοντος] *nisi enim hoc ita sit, quaerere sane quispiam ratione optima possit, cur hieme radices augescere nequeant* G. unde negationem οὐκ ante αὔξονται in locum vulgati οὖν cum margine B. Vascos. Vinar. et Scaligero restitui. Sed priora verba Scaliger ita interpretatur rectius: *At hoc si non eveniat* (ut radices hieme cohibeantur). διά ποτ' οὖν Med. habet.

λαμβάνοντα καὶ ἀποστέγοντος] *cum neque nutrimentum neque frigus impediat* G. *adest enim alimentum eoque maius, quod a frigore introrsum retrusum sit* Scaliger vertit. Margo Vascos. λαμβανόντων aut λαμβάνουσαι scribi voluit. Mihi λαμβάνοντα, si verum est, ad τὰ κάτω, partes infimas plantarum, referri videtur: verba autem ἀποστέγοντος τοῦ ψύχους ad calorem intra terram cohibitum a frigore externo per ἀντιπερίστασιν.

8. ἅπαν μὲν γὰρ ζῷον] *alitur enim unumquodque, quamdiu vivit* G. unde Scaliger recte ζῶν scribi iussit. Nam ζῷον plantas non comprehendit. Articulum τὸ Med. addidit.

οὐκ αὔξεται] *augetur vero, quod germinandi citatur impetu* G. qui βλαστήσεως ὂν αὔξεται scriptum legit. Negationem delet etiam margo Vascos.

παρορμᾷ πρὸς αὔξησιν] *undique se ad germinandum compellunt* G., qui iterum vitiose βλάστησιν scriptum legisse videtur. Verbum παρορμᾷν iam supra e Med., ut hic, correxi. Cf. infra 3, 4, 2.

τοὺς ὅλους ὄγκους] *sed forte evenit, ut moles tunc tota crescere apta sit, cum vero hilare tempus accesserit* G. Heinsiana dedit: *ut moles quidem tunc tota crescat: cum* et cet. τότε refertur ad hiemem, qua cur radices non augeantur, nec partes singulae arborum, dubitatur.

ἄλογον ἐπ' αὐτοῖς] *quapropter non temere in se veluti praegnantia gestant et aggregato praeparatoque humore ad generandum, temporibus post idoneis partus egerunt* G. Verba igitur ἐν οἷς ὄγκος — αὔξησις omisit, sed rectius ἐν αὐτοῖς scriptum legit: praeterea λαμβάνοντα ὑγρότητα vel

τροφὴν in libro suo additum legit. Particulam ἢ ante συναθροίζοντα ut inutilem seclusi. Verba ἐν οἷς indicant omissum vocabulum, quod significabat collectum humorem γόνιμον in eum locum, qui postea intumescit in gemmam. Med. κατέχει habet.

ἀποτίκτουσιν] Ita A. B. Med. quod reddidit Gaza: in ἀποτίκτειν praeeunte Scaligero mutavit Heinsius, nulla necessitate cogente.

9. φυτοῖς τῶν ἀμπέλων] *plantas* G. alibi φυτευτήρια dicit.

συντιθεμένοις] Med. συντιθεμένων. Plantae enim maturius decerpuntur et diebus aliquot in loco tecto compositae servantur, antequam inserantur. Cf. annotata ad cap. 6, 8.

ἐκ τῶν ἄνωθεν] A. B. ἐξ ὧν ἄνωθεν. Med. καὶ καταπηγνύμενα — ἐξ ὧν ἄνωθεν ἐβλάστησεν habet. *parte sua superna* G. Sequens δὲ post κάτωθεν omisit margo Vascos.

ὅσον εἰς ἀρχὴν] *quoad scilicet principium illud vitale possit intelligi* G.

κατὰ τὸν τόκον] *sed alimento egerent, quo suos partus tueri augereque valerent* G. Equidem non dubitavi πρὸς τ. τ. scribere.

10. εὐθὺς ἀνθεῖν τοὺς νέους καρποὺς] *qui novos fructus sponderi protinus inquiunt, primis nondum semotis ab arbore* G. Scaliger haec non attigit, nisi quod A. B. scripturam ἐπόντων recte in ἐπόντων mutavit. Male Heinsius ἐνόντων edidit. Gaza vitiosa verba ἀνθεῖν τοὺς omisit, quae si in ἀνθοῦντας mutes, et ad κλάδους vel ἀκρέμονας referas, simul quaerendum est exemplum arboris, quae fructus annuos usque ad novos flores anni sequentis prorogat. Plures quidem notae sunt eiusmodi arbores: sed hic nomen aliquod peculiare huius generis ponendum fuisse videtur: nam de universo arborum genere observatio non valet. Verbum ὑπισχνεῖσθαι in Med. deest, quod commodioris locum occupasse videtur.

δηλοῦν τὰς δυνάμεις λέγουσι] Ita Heinsius vitiosam A. B. Med. scripturam δῆλον οὐ δυνάμεις corrupit. Scaliger δῆλον ὡς δυν. inde efficiebat. *hoc enim vires arborum non deficere significatur* G. unde Dalecampius conriciebat τοῦτο γὰρ δῆλον ὅτι δυνάμεις εἶναι λέγουσι. Mecum facit margo Vascos.

Τὰς μὲν οὖν — συμβαίνειν] A. B. Med. ὡς μὲν — συμβαίνει. sed Med. συμβαίνειν. *Igitur incrementa utraque ratione fieri possint. Ceterum ob haec eadem potius arbo-*

rum fieri totarum credideris G. qui verba οὐ μὴν ἀλλα, certe μεριζομένας plane praeteriit. Scaliger συμβαίνειν corrigens reliqua omnia a verbis ὑπολαμβάνοι ἄν τις pendere existimabat. Verum rectius Heinsius ὡς in τὰς mutavit, praeeunte Dalecampio, qui tamen ὡς μὲν οὖν αὔξησις εἴη — συμβαίνει malebat. In vulgata scriptura, ὅλων τῶν δένδρων μεριζομένας, duo membra sunt orationis, quibus sententia Theophrasti comprehenditur, quam Gaza recte interpretatus esse videtur. Docet enim omnis huius capitis disputatio, philosophum opinioni eorum, qui incrementum plantarum vel anni tempestatibus vel partibus supernis et infernis dividebant, minime favere. Itaque participium μεριζομένας, quod per se sensum hic nullum habet, ideoque margo Vascos. ἢ praeponi voluit, postposita particula in alium locum transferendum fuit: μεριζομένας ἢ ὅλων τῶν δένδρων ὑπολαμβάνοι γίνεσθαι. Gaza διὰ τὰ αὐτὰ scriptum legisse videri possit. διὰ ταῦτά γε significat, saltem propter argumenta antea posita incrementum arborum non magis posse dividi, quam ad arbores totas transferri. Ceterum εἴη μὲν ἂν e Med. scripsi, adiecto μέν.

AD CAPVT XIII. (VVLGO XIV. ET XV.)

Ζητήσεις] male Heinsiana ζητήσει. Deinceps περίοδος — χρόνοις ὡρισμένη fortasse fuit, ut sequitur τεταγμένη τοῖς χρόνοις κύησις.

οὐκ ἂν ἦν] *partus certis temporibus tribui haudquaquam oportere appareat* G. Med. ἂν ᾖ habet: unde non dubitavi οὐκ ἂν εἴη scribere. Deinceps praepositionem ἐν ante τοῖς χρόνοις cum viro docto in margine Vascos. seclusi.

εἰ δὲ μὴ, οὔτι γε] *vel si id minus, at non iis temporibus, quibus tribui solet* G. Scaliger interpretatur: quodsi omnino tempori non debetur germinatio, sed qualitatibus temporis, ne temporis quidem partibus debebitur. Intelligebat igitur εἰ δὲ μὴ τοῖς χρόνοις. Sed monuit me Linckius, hunc locum mecum considerans, propositionem priori contrariam hic desiderari. Igitur εἰ δὲ μὴ intellige βλαστάνουσιν ἀεὶ ἐν τοῖς εὐδιεινοῖς καὶ μαλακοῖς: deinceps οὔτι γε vitiosum muto in αὐτῇ γε ταύταις ταῖς ὥραις: intellige τεταγμένη εἴη ἡ κύησις. Si literis maioribus scripta verba *ΟΥΤΙΓΕ* et *ΑΥΤΗΓΕ* compares, et pronunciari η et ι simili modo a Graeculis recentioribus memineris, facile animadvertes, librarium prono errore lapsum esse. αὕτη ἡ κύησις et αὗται αἱ ὧραι sunt, quae

mox dicitur ἡ νῦν περίοδος τῶν ὡρῶν sect. 3. Non dubitavi coniecturam facilem recipere.

2. Εἰ δὲ καὶ συνεχῶς — τούτοις, ἴσως] *Quodsi coelum obsequens miteque assidue sit, ea quoque fortasse, quae a poetis narrantur* G. Εἴτε καὶ A. B. quod correxit Scaliger. καὶ εἴτε συν. Med. Heinsius post ἴσως demum posuit incisum; male: nisi cum margine Vascos. ἴσος scribere malis.

δόξειεν ἀναλόγως] Hanc veterem scripturam Gaza praeeunte recte iam olim Scaliger co[illegible]xerat, si monenti Heinsius obtemperasset. In Vinar. ἄνευ λόγου ἢ ἀλόγως annotatum reperi.

ἐμπεδόκαρπα — κατ᾽ ἠέρα] Ita Heinsiana correxit A. B. Med. ἦρα. Primum vocabulum significat ἀείκαρπα, ut idem poeta apud Plutarchum Conviv. Quaest. 3, 2, 2. ἐμπεδόφυλλα dixit τὰ αείφυλλα. Quid viri docti in verbis poetae corrigendis tentaverint, videbit lector apud Sturzium Fragm. Empedocl. p. 623. quae mihi non probantur. In verbis Theophrasti οὐδ᾽ ὡς vitium latere videtur. Concinnitas οὐδ᾽ ἃ videtur desiderare: et sic Gaza: *neque illud absurdum sit, quod Empedocles inquit.* Equidem alterum οὐδ᾽ ante ὡς abesse malim. Verba ὑποτιθέμενος — τὴν ἠρινὴν κοινὴν Gaza omisit.

ἐκεῖνο δ᾽ ἄν τις ἀπορήσειεν] Med. ἐκεῖνα habet. Margo Vascos. ζητήσεις πρότερον habet. Verba ἐν τούτοις male reddidit G. *Ad haec id prorsus ambiguum est, utrum maturitates fructuum similes an deteriores reddantur, cum calor infirmior tempusque humidius sit.* ἐν τούτοις pertinet ad tempora ista poetica vere perpetuo florentia, quorum conditio dubitat an fructibus maturandis aeque proficua sit pronuncianda quam floribus promendis. Hinc pendent verba: τοῦτο μὲν — καθ᾽ ὑπόθεσιν θεωρείσθω. quae Gaza vertit inepte: *Sed hoc velim per suppositionem contempleris.* Ceterum τεθεωρήσθω scripsi e more Theophrasteo.

3. καρπογονίας] Margo Vascos. rectius καρποτοκίας habet. Gaza τῇ νῦν περιόδῳ τῶν ὡρῶν simpliciter vertit: *temporum autem circuitu solito.*

ἀντιπληροῦσθαι] Gaza plenius: *rursus repleri restituique videntur.* unde ἀντιπεριΐστασθαι addi voluit Dalecampius. Sed id verbi non erat aptum et proprium, sed ἀποκαθίστασθαι.

βλαστάνειν καὶ τοὺς ἱκνουμένους — ἔχοντάς πως] *temporibus congruis* G. Dicuntur καιροὶ ἱκν. sensu eodem, quo καθήκουσα ὥρα. Vulgatum καὶ in κατὰ mutavi e versione

Gazae cum Dalecampio, Vinar. et margine Vascos. Sequens ἔχοντας in ἔχοντα cum Med. et margine Vascos. πως τῆς αὔξησιν καὶ τοῖς Med. habet. deinceps καὶ ἐπιβλαστήσεις γίνονται — ἐναντίαν ὡς.

ἡ γὰρ ἐπὶ τροπὰς βραχεῖα] *quod enim aggerminatur solstitiis minimum est* G. Ad articulum ἡ intelligitur ἐπιβλάστησις. Scripturam A. B. εἰ γὰρ Scaliger interpretatur ita: *Solstitium si quis adnumeret: et non dixit* ἡ δὲ περὶ τροπὰς, *sed* εἰ, *quia non statuit, tanquam ita sit, sed accipit cum conditione.* In Codice Anglicano κατὰ τὰς ἐπιτροπὰς extare annotavit C. Hoffmann; ubi varia lectio a librario recepta et confusa fuisse videtur. Equidem περὶ τὰς τροπὰς probavi cum margine Vasc. Verum ἡ γὰρ habet Vinar. et Med.

4. οὐδὲ θαυμάζεται] Quidni οὐ θαυμάζεται? An membrum alterum excidit? deinceps ὑγρά τις οὖσα vulgatum e Med. correxi: qui deinceps ὡς περὶ ἐναντίον habet.

ἐπιλαμβανούσης τῆς ὥρας] *aere iam immutato temporis hiberni accessu* G. unde χειμῶνος addi voluit Dalecampius. Hiemem Scaliger quoque interpretatur. Sed ita statim sect. 7. est: προσγίνεται τὸ θερμὸν ἀπὸ τῆς ὥρας, *a sequente aestate.*

5. Ἀλογία μὲν γὰρ δὴ] Omissum γὰρ a Gaza seclusi.

δεῖ γὰρ δὴ τὴν ὥραν] *tempus enim quod germini accommodetur* Gaza, non inutili sane supplemento usus, quasi τὴν εὐβλαστῆ additum legisset. Deinceps malim αὕτη μὲν οὖν.

καὶ μετ' ἀρκτοῦρον] Inserta copula e versione Gazae Scaliger, margo Basil. Vinar. Vascos. duo tempora distinxerunt: quibus parui.

καίπερ ὄντος ἐμπύρου] vulgatum καὶ παρόντος e versione G. *quanquam plurimum ferveat* iam olim correxerat Scaliger, consentiente Med. Vinar. Voss. margine Vascos.

νότια πνεῖ] intellige πνεύματα. *austri afflant* G. qui sequens διαδίδοται *expanditur* reddidit: *succum sub cortice commeare* rectius dixit Scaliger.

ῥοαὶ κατὰ] *confluvium alimenti citatur* G. Vulgatum ῥόαι Scaliger corrigens dictum putabat pro ἐπιῤῥοαὶ vel συῤῥοή. In Vinar. est ῥοαί: in Codice Casauboni et Anglicano ἐπιῤῥοή. Med. ῥόαι καὶ κατὰ habet. Sequens comparatio cum humani ventris solutione docet, non alimenti largiorem alluvionem, sed statum aliquem vitiosum humoris intelligi, fortasse arborum gummosarum morbum, cum delacrimant.

συνελαυνομένου — γενομένης] A siccitate nempe aeris et coeli, ut recte monet Scaliger. Deinceps *αἱ* ante *κοιλίαι* accessit e Med. qui *διὸ αἱ κοιλίαι, καὶ μάλιστα* habet.

6. *καθυγραινομένων*] *prae nimia corporum humiditate* G. Rationem Theophrasti convellit H. Mercurialis Var. Lect. 2, 3.

ὑδάτων ἀναδύσεις] emersiones aquarum, non quae scatent, (has enim maxime omnium abscondi notum est,) sed intelligere Theophrastum, cum antea coelum siccum fuerit, humescere, quasi latitaverint aquae in naturae sinu, ait Scaliger. Totum hunc locum non expedio; et miratur Linckius mecum coelum Atticae regionis naturae reliquarum regionum contrarium.

7. *ἀλλὰ μᾶλλον ξηρὸν*] Hoc decretum defendit H. Mercurialis l. c.

μεταβολῇ ὑγρότης ἐν τῷ ἀέρι] A. B. Med. *ὑγρότης* non habent, sed habet Vinar. Voss. *et simulac sideris facta mutatio sit, aer humidus satis redditur* G. Praeterea praepositio *ἐν* delenda, et *ἐπιγίνεται* scribendum videtur. Ante *θερμοῦ* articulum Med. addidit.

ἀπὸ τῆς ὥρας] Recte Gaza: *a sequente aestate.* Sic supra sect. 4. *ἐπιλαμβανούσης τῆς ὥρας* de sequente hieme est.

8. *τὰ νέα τῶν πρεσβυτέρων*] Recte monuit V. D. in margine Vascos., dicendum fuisse *τῶν καρπίμων καὶ τῶν πρεσβυτέρων*.

χειμερίοις ὥραις] E versione G. iam olim Scaliger corrigi et *χώραις* scribi iusserat: de re eadem deinceps est *τόποι χειμέριοι*. Deinceps *καταvυλωκότα* Med. habet.

τὰ μετοπωρινὰ — μακρὰ] *omnia auctumnalia longa redduntur* G. *quandoquidem in similibus locis autumno arbores evadunt procerae, succulentae, pulchrae* Scaliger. Mihi *τὰ μετοπωρινὰ*, si *φυτὰ* intelligas, non commode dici videntur *τὰ μετοπώρῳ φυτευθέντα:* nec sequens *ἀὴρ εὔπνους* patitur *πνεύματα* intelligere. Igitur tempora autumnalia intelligo, ut sect. 11. est *μακρὸν μετόπωρον*. Med. *ἄπνους* habet.

κατά γε τὰς πλείστας] intellige cum Gaza *χώρας*, quamvis proxime *τόποι* praecesserint: *ὥρας* intelligebat Scaliger. Mihi verbum deesse videtur, quod significet *antecedunt:* quod arguit sequens *ἐπιγινομένου ἑτέρου*, nempe *ἀέρος*. Sed haec omisit Gaza. Med. *ἑτέρως* et deinceps *εὐαξῆ* habet. Aer, qui sequitur aestatem pluviosam aeremque aestatis

humidum, debet esse humidus et calidus, ut antea *μετόπωρον* pronunciatum fuit *θερμόν*.

9. *τὰ δοκοῦντα δικαρπεῖν*] Vulgatum *διακαρπεῖν* e versione Gazae, ut sequens *διακαρπούντων* et *διαφέρει*, iam olim correxerat Scaliger, consentiente Vinar. Voss. margine Vascos. Moldenhauer *δισκαρπεῖν* maluit, quod non congruit analogiae, non magis quam *δισφέρειν*: sed separatim *δὶς φέρειν* aut *διφορεῖν* scribendum censeo. Med. *τὸν δοκοῦντα δικαρπεῖν μηλίων*.

μηλέων τέ τινα καὶ ἀπίων] Gaza supplevit *γένη* vertendo, recte: nisi *τινὲς* malis cum margine Vascos.

ἃ καὶ πρωϊκαρποῦντα ὅμως διαφέρει] *quae etiam cum fructus celeriter edunt, differunt tamen* G. Refertur *ἃ* ad superius *τὰ δοκοῦντα δικαρπεῖν*: itaque *διαφέρει* vitiosum apparet. *διφορεῖν* mecum probat margo Vascos. quod infra legitur 2, 9, 13. Quemadmodum a *δίκαρπος* fit *δικαρπεῖν*, ita e *δίφορος* formatur *διφορεῖν*. Cum locum hunc cum Linckio considerassem, vidi, locum difficilem mutata vulgari distinctione, *ὥρας, καὶ ταχὺ — ἀφαιρουμένων· ἃ — ἀναπληροῦται. Διὸ καί*, explicari et restitui sententiam posse. Novam igitur sententiam exorsus scribo: *ὥρας. Καὶ ταχὺ τῶν — ἀφαιρουμένων [ἐστὶν] ἃ πρωϊκαρποῦντα ὁμοίως διφορεῖ· θᾶττον — ἀναπληροῦται· διὸ καὶ* et cet. Possis etiam *ἀφαιρουμένων τινὰ πρωϊκαρποῦντα* scribere. Med. habet *ὃ καὶ πρωικαρπεῖν*.

Διὸ καὶ χρῶνται] *Qua de causa fructus eadem alios perfectos iam usu praestat, alios concipit parturitve* G. quem Dalecampius suspicabatur scriptum legisse: *διὸ καὶ παρέχονταί τινες αὐτῶν πρὸς τὴν ἀγορὰν τέλειοι, καὶ κυΐσκονταί τινες αὐτῶν πρὸς τὴν ὥραν ἀτελεῖς*. Scaliger locum vitiosum esse vidit, in quo *αὐτῷ* putabat esse pro *αὐτοῖς*, et *βλέπειν πρὸς τὴν ἀγορὰν* interpretabatur *mercatui studere*. Equidem conieceram: *θᾶττον ἀναπληροῦται καὶ κυΐσκεται. Διὸ καὶ χρῶνταί τινες αὐτοῖς τῶν πρὸς τὴν ἀγορὰν καὶ οὐ πρὸς τὴν ὥραν βλεπόντων. Οὐ μὴν ἀλλὰ* et cetera. Postea cum Linckio locum hunc considerans putavi, in *αὐτῷ* potius latere modum arbores *διφόρους* reddendi, detractis mature fructibus prioribus. Igitur malim nunc: *χρῶνταί τινες τῷ τρόπῳ τούτῳ*. Med. *τινες αὐτῶν τῶν — αὐτῶν πρὸς τὴν ὥραν* habet.

τῶν δικαρπούντων — τοῖς ἐξαρχῆς] Vulgatum *διακαρπούντων* e versione Gazae correxerat Scaliger, qui recte monuit, *τῶν δικ.* esse pro *τῶν ὑστέρων*, fructuum posteriorum

nullum prioribus esse parem. Med. οὐ μὴν γε. ἀλλ' — διακαρπούντων habet.

ἀλλ' ὡς — οὐ συνεκτελέσαντος] Plenius G. *Sed quoniam una cum plantae impetu solis quoque et aeris opera non adfuerit, idcirco omnia deteriora redduntur:* quasi scriptum legisset: ἀλλ' ὡς ὁρμὴν μόνον τοῦ φυτοῦ λαβόντος, καὶ οὐ συνεκτελέσαντος — ἀέρος, ἅπαντα χείρω γίνεται.

10. καὶ ἐφ' ἑτέρων ἔτι μᾶλλον] Apparet, hucusque de malis et pyris biferis locutum esse Theophrastum: transit nunc ad alia genera.

ἡ μύῤῥινος] Med. μύρηνος. Heinsiana μύρινος dedit. Scribendum esse ὁ μύῤῥινος, docet locus clarissimus 2, 7. Aristophanes Equitum versu 964. μέχρι τοῦ μυῤῥίνου. Is ramum myrti saepius μυῤῥίνην nominavit. Infra 6, 14, 6. τοῦ μυῤῥίνου dedit Heinsiana, ubi μυρήνου est in A. B. Med. Mecum facit margo Vascos.

ἐπεὶ καὶ βλαστικώτατα, γοῦν ὡς εἰπεῖν] Ita Heinsiana. ἐπεὶ καὶ βλαστικώτα, βλαστικώτατα δ' οὖν ὡς εἰπεῖν A. B. Med. ἔπειτα πλαστικώτατα βλαστικώτατα δ' οὖν — μάλιστα εὐλαβῆ — καὶ κωλύεται καθάπερ καὶ ἡ habet. *sed augere nullatenus possunt. Igitur propensiora ad supergerminandum, ut ita loquar, omnia, quae suapte natura facile affici possunt* G. Is igitur semel ἐπιβλαστικώτερα γοῦν scriptum legit: deinde εὐπαθῆ, non εὐαυξῆ. Margo Vascos. ἐπιβλαστικώτατα habet, quod vocabulum res ipsa flagitat. E vera scriptura fecit librarius ἐπεὶ βλαστικώτατα, inserta copula καί. Igitur non dubitavi cum Heinsio repetitum βλαστικώτατα omittere. E Medicei εὐλαβῆ effeci εὐβλαστῆ.

ὑπόγυιως — ἐπιβλάστησιν] A. B. ὑπόγειος. εἴ τινως ὑπόγαιος Med. Correxit Scaliger. *aut nisi fructus decerptio proximior sit quam ut germinare germina valeat* G. Scaliger latinius: *quarum decerpuntur fructus eo tempore, quo deberet evenire eiusmodi germinatio.*

11. μακρὸν γίνηται] A. B. γίνεται. Cum margine Vascos. γένηται scripsi. Deinceps Δῖον A. B. Med. *Dion* Gazae versio in editione Basileensi. Δίαν et in versione *Dian* scripsit Heinsius.

οὐκ ἰσχυρᾶς γε — πέψεως] Vulgatum ἰσχυρῶς e versione G. cum Dalecampio et margine Vascos. correxi. Gaza structuram verborum laborantem fulciebat vertendo: *quae quoniam coctione vehementiori non egeant, tempus adepta quantum satis sit florem emittunt:* quem imitati si pronomen ἃ addimus, tum membris transpositis scribendum fuerit:

ἃ οὐκ ἰσχυρᾶς μὲν δεόμενα τῆς πέψεως, χρόνον δὲ λαβόντα ἱκανὸν, ἐξέφηνε τὸ ἄνθος, ὥσπερ καὶ περὶ Δῖον τῆς Μακεδονίας.

12. προσήλιος ὢν καὶ εὐσκεπὴς] Ald. Basil. πρόσηλος. Heinsiana ὑποήλιος dedit. *apricus ac circumclusus* Gaza. Paulo superius, ubi erat προσηλίους, margo Vascos. προσείλους annotavit, hic vero πρόσειλος: quam formam utrobique cum Med. praefero.

πρότερον τῶν λοιπῶν] Primum vocabulum abundat.

AD CAPVT XIV. (VVLGO XVI.)

τῶν διςφερόντων] Vulgatum antea διαφερόντων Heinsius demum ita mutaverat, cum verum sit δὶς φερόντων aut potius διφορούντων, quod habet margo Vascos. ubi sequens γενομένῳ recte mutatum in γινομένῳ, ut habet Med.

εὐτοκήσαντα] *cum primi partus bene successerint facultasque foetificandi denuo adest* G. Med. προσκύνησιν habet.

ἐκποιούσης ἔτι] *dummodo tempus suppetat* G. ἐπιούσης malebat Dalecampius, interpretatus *proximo quoque tempore.* Scaliger: *modo tempus non obsistat, cooperante anni tempore.* Pro ὁρμᾷ margo Vascos. ὀργᾷ dat. Hegesander Athenaei 4. p. 150. Schw. τῶν ἰδίων μου προσόδων εἰς ταῦτα ἐκποιουσῶν, sensu paulum diverso. Saepius ἐκποιεῖ sequente infinito modo usurpavit Polybius.

πλείονος, ἢ ἀμφοῖν] Scaliger ἢ deleri iussit, *utrisque fructibus* interpretatus. Gaza duo vocabula haec omisit. Med. παραιθέντων — τῆς θεραπείας habet.

2. ἐάν τις ἀφέλῃ] Varro R. R. 1, 44, 4. *Quae nata sunt in fundo, alescunt, adulta concipiunt, praegnantia, cum sunt matura, pariunt poma aut spicam: sic alia simile ei, a quo profectum est semen. Itaque si florem acerbumve pirum aliudve quid decerpseris, in eodem loco eodem anno nihil renascitur, quod praegnationis diem bis habere non potest. Ut enim mulieres habent ad partum dies certos, sic arbores ac fruges.*

τοῦ προϋπάρχοντος] *cum primus humor consumtus iam totus sit* G. igitur ὑγροῦ additum legit, humorem prolificum, τὴν γόνιμον ὑγρότητα, intelligens. In graecis deest vocabulum.

βλαστάνειν ἀπὸ τούτου, καὶ μὴ καινῆς] A. B. Med. καὶ μὴ omittunt. *nunquam nisi alio denuo effecto principio*

germen emergere possit: quod quidem praesens tempus nequit efficere G. Scaliger ad h. l.: *Verba illa οὐκ ἐκποιεῖ interstrepunt. Aut tollenda sunt aut delenda altera negatio.* Voluit igitur haec ita iungi: ὥστε βλαστάνειν ἀπὸ τούτου καινῆς ἄλλης γινομένης τῆς ὥρας. Verum hic non καινὴ ἄλλη ὥρα desideratur, sed καινὴ ἀρχὴ, principium generandi aliud, seu gemma. Male etiam ἀπὸ τούτου interpretatur *ab illo tempore:* est potius locus germinis mutilatus. Dalecampius cum Gaza εἰ μὴ inserit, recte: deinceps cum eodem scribit: ὃ τὸ τῆς ὥρας οὐ ποιεῖ. Mihi scribendum videbatur γινομένης ἐκποιεῖ τὸ τῆς ὥρας, deleta negatione. Mecum sentit Linckius. Denique pro vitioso ἀπὸ τούτου malim ἀπὸ ταὐτοῦ vel τοῦ αὐτοῦ scriptum, i. e. *ex eodem loco.* Med. τὸ ante τῆς ὥρας omisit.

Τούτων μὲν οὖν οὕτως ταύτας] Inutile οὕτως tollendum censeo, quod omisit etiam Gaza.

3. *Αἱ δ' ἀνθήσεις τῶν καρπῶν οὐ κατὰ τὰς βλαστήσεις γίνονται*] Ita vulgabatur. Margo Vascos. καρπῶν κατὰ habet, omissa negatione. *flores autem rationi germinationis haud respondent* G. Vitium celavit. Quis enim ἀνθήσεις καρπῶν ferat? Egregie vidit Dalecampius, scribendum esse ita, uti fecimus, et sequentia demonstrant.

σύνεγγυς αὐτοῖς] Gaza haec non expressit vertendo: *arbores enim magna ex parte eodem fere tempore sua germina edunt.*

ὅτι τὰ μὲν τῶν φύλλων] In A. B. Med. τὰ deest, quod Heinsius addidit, qui contra μὲν, post τῶν positum in A. B., ante τῶν in Med., male omisit. Margo Vascos. habet γρ. μὲν φύλλα καὶ βλαστοί.

καὶ ῥᾴω ἂν σωματικωτέραν] Quanquam G. quoque versio habeat: *agiliora faciliorague sint, utpote cum ea crassiore callosioreque constent materie, fructus purgatiore consistunt, succisque ipsis praecipue perficiantur:* particula tamen ἂν ab hoc loco aliena corruptelam loci arguit. Margo Vascos. γρ. ῥᾴονα habet: quae ratio omnium quidem est facillima, sed ipsum hoc vocabulum quoque suspectum habeo. Suspicor, ὡσὰν aut simile aliquid scriptum fuisse. Gaza ἅτε videtur reddidisse. Med. ῥᾷον habet.

καὶ μάλιστα τοὺς χυλοὺς αὐτούς· αὐτὴ δ' ἡ — πέπανσις εἰς ἣν πλείονος] *quod quidem non aliud quam maturitas fructuum est, ad quam certe ampliore paratu confectuque opus est* G. Legit igitur scriptum: αὕτη δὲ ἡ τῶν καρπῶν πέπανσις, εἰς ἥν. Margo Vascos. αὕτη coniicit, et

pro εἰς ἣν annotavit γρ. ᾗ. Equidem cum Linckio non dubito, mutata distinctione scribendum esse: καὶ μάλιστα δὴ οἱ χυλοὶ, αὐτή τε ἡ τῶν καρπῶν πέπανσις πλείονος δεῖται (vel δέονται) κατεργασίας. Med. habet: αὐτὴ δ' ὑπὸ τῶν — δεῖται καὶ κατεργασίας.

4. προανθοῦντα — ἔχει πολὺν] Vulgatum ἔχειν e Med. et versione G. correxi cum Vinar. qui deinceps vulgatum ἀμυγδαλῆ correxit, addito articulo.

δύσπεπτος] A. B. Med. δυσαπόσπαστος. quod interpretari non potuit Scaliger: *erui namque, qui ligno constat, difficile admodum potest.* Deinceps προτέραν A. B. Med. habent.

ὑπερβάλλοντα δὲ ταῦτα — τάξιν. Ἀλλὰ καὶ — μετὰ τῶν σωματικῶν ὄγκων] Gazae versio: *si quidem ea omnia modum convenientem ordinemque debeant habere.* Scripturam diversam secutus est, hanc fere: ἐπείπερ πάντα ταῦτα συμμετρίαν τινὰ χρὴ ἔχειν καὶ τάξιν. Itaque hoc membrum cum priore sententia coniunxit. Scaliger: *Qui fructu excedunt alii alios multiplici partium diversitate, iis natura ordinis modum admetita est.* Dalecampius ὑπερβαλλόντως coniecit. Vitium equidem agnosco, sed medelam commodam et certam nondum reperi. Conieceram olim: Ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἀνθῶν ὅσα τὸν σωματικὸν ὄγκον ὑπερβάλλοντα ἔχει, καὶ ταῦτα συμμετρίαν τινὰ ἔχει καὶ τάξιν· ὀψιαίτερον γὰρ γίνεται, καθάπερ. Sed vidi postea, τοὺς σωματικοὺς ὄγκους, in flore quidem punicae, non ad ipsum florem, sed ad calicem (κύτινον) carnosum referri. Itaque Gazae scripturam nunc probare cogor, ita ut membrum ἐπείπερ πάντα ταῦτα — τινὰ ἔχει καὶ τάξιν aut priori sententiae adiungatur, ut fecit Gaza, aut sequenti postponatur: quod cum violentia aliqua transponendorum verborum fieri non diffiteor. Cetera facilia sunt ad intelligendum, si post ὅσα μετὰ σωματικῶν ὄγκων verbum, quod sequitur, γίνεται intelligas. Med. habet: εἴπερ βάλλονται ταῦτα πάντα συμμετρίαν — ἔχειν — μετὰ σωματικῶν — κτίνω. unde coniicio, in Gazae libro fuisse: εἴπερ ταῦτα πάντα συμμετρίαν τινὰ ἔχειν δεῖ καὶ τάξιν. Ceterum articulum τῶν ante σωματικῶν cum Med. omisi.

AD CAPVT XV. (VVLGO XVII.)

ἀργὰ] *inculta prius quam culta* Gaza. Deinceps vulgatum συκῆ· τὰ δ' ἄλλα e versione Gazae cum Scaligero correxi. Postea γυμνουμένης A. B. Med. habent.

διὰ τὸ κατέχειν ἔνια τὴν θερμότητα] Vocem ἔνια non reddidit Gaza: si scriptura non fallit, ea tamen alio ordine collocanda fuisse videtur. Radices autem inprimis vitis quotannis nudabantur, ut radiculae supremae auferrentur.

κλωμένων ἢ καρφολογουμένων] *dum aut rami depurarentur aut fructus decerperentur* G. vulgatum καρπολογουμένων secutus. Scaligeri emendationem neglexit Heinsius. Κλᾷν est idem quod κλαδεύειν, pampinare, et de vite proprie dicitur: contra καρφολογεῖν sicca arboribus ramosque emortuos detrahere.

ἀφελκούμενα γὰρ] Intellige τὰ ἄνω. Med. ἀφελκούμεναι γὰρ πόνον τε γὰρ παρέων· καὶ habet. Sequitur vulgo: Τοῖς δὲ πολλοῖς διαδίδοται καὶ τὰ μικρὰ, διὸ ταύταις ταῖς ὥραις ὑπακούει· καὶ ἔτι δὲ καὶ μάλισθ', ὡς εἰπεῖν, διὰ τὸ ἀβλάστων ὄντων καὶ ἀκαθάρτων ἐν πολλοῖς εἶναι καὶ τὰς μικρὰς τὰς μονίμους ἀρχὰς, ὧν ἕκαστον et cetera. *Ad haec ratio illa, et, ut sic dixerim, praecipua possit afferri, quod silvestres arbores, quoniam amputatae purgataeque non sint, sua germinandi initia minutioribus contineant surculis. Quorum quisque pro exigui corporis sui ratione motum levem desiderat, quo protinus germinare incipiat* G. Is igitur verba difficillima et sine dubio lacunosa et vitiosa, τοῖς δὲ πολλοῖς — ὥραις ὑπακούει, plane omisit, aut in libro suo scripta non legit: reliqua partim emendatiora legit, veluti: διὰ τὸ ἀκλάστων ὄντων καὶ ἀκαθάρτων ἐν πολλοῖς εἶναι καὶ κατὰ μικρὰ τὰς γονίμους ἀρχάς. quam scripturam sine haesitatione recepi. De voce ἀκλάστων iam olim Scaliger admonuerat. In verbis vitiosis, Τοῖς δὲ πολλοῖς — ὑπακούει, si cum Codice Anglicano scribas κατὰ τὰ μικρὰ, aut cum margine Vascos. κατὰ μικρὰ, sententia exit ea, quam Scaliger posuit: *succus qui inest in arboribus plerumque permeat et distribuitur in pusillos ramos seu festucas, qui obsequuntur temporibus eiusmodi, qualia sunt evocantia genitalem succum ad germinationem.* Monet tamen idem, rectius ταῦτα pro ταύταις scribi. Praeterea, id quod omnium gravissimum est, admonuit, statim repeti, quod antea iam dictum fuerit, verbis tamen paululum diversis aliquot. Itaque non opus fuisse copulatione et assertione ista, ἔτι δὲ καὶ μάλιστα. Atque haec fortasse fuit causa, cur Gaza membrum hoc orationis omitteret. De sententia totius loci dubitatio nulla potest esse: manifestum enim, a verbis inde Τοῖς δὲ πολλοῖς arbores incultas cultis opponi, et rationes enumerari, cur germinatio earum cultas antecedat. Deinde illud etiam ap-

paret, verbum διαδίδοται de succo nutritio arborum tantum et proprie quidem dici. Hinc sequitur, ut illud statuamus tanquam certum, statim ab initio post verba Τοῖς δὲ πολλοῖς excidisse τῶν ἀγρίων, aut ipsum vocabulum πολλοῖς in ἀργοῖς vel ἀγρίοις mutandum esse. Deinde nec illud dubium est, ad verbum διαδίδοται κατὰ μικρὰ suppleri debere vocem τὸ ὑγρὸν vel ὁ χυλὸς vel ἡ ὑγρότης. Suspicor igitur, fuisse olim scriptum: Τοῖς δὲ [ἀργοῖς ἐν] πολλοῖς διαδίδοται [ἡ ὑγρότης] κατὰ μικρά. Sequens membrum, διὸ ταύταις ταῖς ὥραις ὑπακούει, ad finem totius sententiae et sectionis reiiciendum, rectius copulatur cum istis, καὶ εὐθὺς ποιεῖται τὰς ἐκβλαστήσεις: quibus sententia tota absolvitur. Sed scribendum censeo: διὰ ταῦτα ταῖς ὥραις ταχὺ vel τάχιον ὑπακούει, καὶ εὐθὺς et cetera. Deinceps ἔτι δὴ Med.

ἐν πολλοῖς εἶναι καὶ τὰ μικρὰ τὰς μονίμους κατέχειν ἀρχὰς] Ita A. B. Auxit vitia Heinsius scribendo εἶναι, καὶ τὰς μικρὰς τὰς μονίμους ἀρχάς, omisso verbo κατέχειν: cum iam olim Scaliger e versione Gazae γονίμους scribi iussisset. Gaza verbum κατέχειν, non item alterum et inutile εἶναι reddidit, addita *silvestrium arborum* mentione. κατὰ μικρὰ dedit Vinar. cum margine Vascos. Praeter μικροὺς Med. nihil in vulgata variare dicitur.

δεῖται μικρᾶς κινήσεως] Ordinem Med. auctiorem copula dedi.

2. ἐπὶ τῶν ἀπίων] Confer dicta ad histor. pl. 4, 4, 2.

ἐλάττων ἡ ὑγρότης] *sic enim minus humoris relinquitur* Gaza. Nimis inepta sententia est, nisi γόνιμος addatur. Mecum sentit Linckius.

τὸ δ' ἔλαττον] Minor humidi genitalis copia facilius ad germinandum aeris calore incitatur. Vereor, ut hac verborum ambiguitate naturam rerum assequatur Theophrastus.

3. Αὐτὸ δὲ τοῦτ' ἄν τις] Ald. Basil. ἀπὸ δὲ τούτου. *Sed illud* Gaza vertit. Margo Vascos. γρ. ἔτι δὲ habet. Cum Heinsiana scriptura sententiae loci minime conveniat, veterem restitui.

οὐ πεπαίνει] *fructus maturare* G. Deinceps μὲν post κατὰ Med. addidit. Mirum Theophrastum arboribus incultis fructus maturos esse negare: igitur in verbo πεπαίνειν eum maturitatis et dulcedinis gradum intelligere oportet, quem fructus arborum silvestrium comparati cum arboribus urbanis eiusdem generis palato hominum in gustu repraesentant. Docet hoc locus hist. pl. 3, 2, 1. de silvestribus: προφαίνει μὲν

πλείω καρπὸν, ἐκπέττει δὲ ἧττον, εἰ μὴ καὶ πάντα, ἀλλὰ τά γ' ὁμογενῆ, οἷον ἧττον ἐλαίας καὶ ἀπίου κότινος καὶ ἀχράς. Ἅπαντα γὰρ οὕτως, πλὴν εἴ τι σπάνιον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κρανίων καὶ τῶν οὔων. ταῦτα γὰρ δή φασι πεπαίτερα καὶ ἡδύτερα τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων εἶναι.

ὑπερισχύουσι τῷ ἰσχύειν — ἴσχουσιν] Heinsiana ὑπορισχύουσι· τῷ ἰσχύϊ, ὅσῳ — ἴσχυσιν habet. *non tantum suis praevalent viribus, quantum plus aequo fructificant* G. Equidem inutilem tautologiam ὑπερισχύουσι τῷ ἰσχύειν sustuli, et ὑπερίσχουσιν scripsi.

ἅμα δὲ — πέψις] *Ergo magna geritur* (Heinsiana *provenit*) *copia, cuius maturitatem vires arboris attingere non queant* G. longe diversa sententia. Similis locutio est sect. 5.

ἑτέρα δὲ — ξηρότερα] *altera causa est, quod arbores silvestres spissiores siccioresque sint* G. In graecis mentio silvestrium (τὰ ἄγρια) deest.

ἐνδόσει τῆς ὑγρότητος] *humoris incremento* G. quasi ἐπιδόσει scriptum legisset. Scaliger: *cum expeditur succus ad transformationem.* Is igitur ἐν διαδόσει vel ἀναδόσει videtur in animo habuisse: quae vocabula sane commodiora essent.

ἀντισπωμένην λαμβάνοι] Ita Heinsiana. ἄν τις σπωμένην λαμβάνειν A. B. Med. *quodsi humor aliunde trahitur, nunquam ab alio capi facile possit* G. *quam distractam* (*in sua enim commoda mater gravida vertit,*) *non facile percipere fructus potest* Scaliger, qui ἄν τις σπωμένην λάβῃ scribi voluit, quam emendationem Heinsius corrupit, vulgatam scripturam inde procudens, cum deberet ἀντισπωμένην λαμβάνειν.

4. καὶ τροφιμώτερα] Mancam sententiam ita supplevit G. *non quae validiora altioraque sunt, haec amplius ad fructificationem valent.* Desunt igitur verba alterius membri haec vel huiusmodi: ταῦτα καὶ καρπιμώτερα: quae interim inserui.

μανὸν γὰρ καὶ εὐδίοδον] Vulgatum μόνον margo Basil. iam olim cum Scaligero e versione G. *solutum et laxum, permeabile* correxit, consentiente Vinar.

εὔηλα καὶ εὔπνοα] Vulgatum εὔδηλα Dalecampius et Casaubonus correxerunt, ut est in Vinar. *omnia patefacit afflatibusque exponit* G. εὐδίοδα malebat Scaliger, quod est in margine Vascos. Med. τά τε περιττὰ — προφαίνῃ — τοῦτο δὲ habet.

AD CAPVT XVI. (VVLGO XVIII.)

Ἡ δὲ πέψις] Particulam sensui contrariam cum Gaza et Mediceo omisi.

τοῦτο δὲ δεῖ γίνεσθαι καὶ λαβεῖν] *in pulpa fructus — quam scilicet confici et succum saporemque capessere cicurorum naturae congruentem necesse est* G. unde Heinsius temere scripturam A. B. Med. πρὸς ἡμετέραν φύσιν mutavit in πρὸς τὴν ἥμερον φύσιν. Nam περικάρπιον fructus pulposos arborum domesticarum appellare solet, quae ad usum humanum et cibos coluntur. Praeterea in verbis τοῦτο δὲ δεῖ γίνεσθαι latet aliud vitium, cuius medelam nondum reperi. Gaza diversam scripturam secutus esse videtur. Deinceps εὖ ἔχειν Med.

ὅτι πέψις ἐστὶν ἡ μὲν οὖν τῶν περικαρπίων] Ita A. B. Med. nisi quod habent ὅ, τι. Heinsiana dedit: ὅ, τι ἐστὶν, ἡ μὲν αὐτῶν περικαρπίων. *sed fortasse hoc ipsum prius distinxisse oportet, concoctionem aliam pulparum, aliam seminum esse* G. Hanc vero πέψιν ipse postea dicit τὴν μὴ εἰωθυῖαν, nempe τὴν τῶν καρπῶν αὐτῶν, i. e. seminum. Scaliger monet, proprie πέπανσιν fuisse dicendam.

καρποὶ καὶ τὰ σπέρματα] *Una res est*, inquit Scaliger, *καρπὸς et σπέρμα, sed ratione differunt. Cum intelligitur ad futuram plantam sationis usus, σπέρμα dicitur: cum refertur ad nostra commoda, vocatur καρπός. Sic triticum est utrumque.* Haud scio, an potius καρπὸς de fructibus arboreis, praecipue pulposis aut succulentis, σπέρμα vero de plantis et herbis, praecipue cerealibus, dicatur.

ἐπικάρπιον — πλεῖσιον] Cum margine Vascos. περικάρπιον scripsi, quod in altero membro orationis usurpatur: deinceps πλεῖον e versione Gazae scribi iam olim iusserat Scaliger, quod Med. dedit. In Athenaei 2. p. 51. c. (197. Schw.) ἐπικάρπια sunt rami aut pediculi: sed in loco Phaniae 2. p. 69. d. (264. Schw.) ἐπικάρπιον similiter est vitiosum, ut monui ad histor. pl. 7, 4, 6.

2. καὶ κάλλιον εἰργασμένον τοῦ χείρονος] diverso ordine vertit Gaza: *Omne enim fere urbanum nucleo minori fructificat quam silvestre, et cultum quam incultum, et melius cultum quam deterius.* Igitur scriptum legit: ἅπαν γὰρ — εἰπεῖν ἥμερον μικροπυρηνότερον ἀγρίου, καὶ γεωργ. — καὶ κάλλιον εἰργασμένον τοῦ χεῖρον, ἀνυγραινόμενόν τε. et sic est in margine Vascos. Vulgo erat: χείρονος — ἂν

ὑγραινόμενον. Scaliger μικρόπυρηνότερον male interpretatur per μικροκαρπότερον.

3. κατακρατεῖ] *An non quod validiora exuperat, idem etiam debiliora posse exuperare* G. *quod fortiora continet* Scaliger vertit. Partes plantarum intelligi apparet, quae, prout in planta e semine nata maius vel minus capiunt incrementum, reliquisque antecellunt, fortiores vel debiliores esse, et vincere aut vinci dicuntur.

κοινὸν γὰρ — τῶν φυτῶν ἐστιν. — τέλος] Hucusque ratiocinatio procedit recte et inoffensa. Deinceps vero quae sequuntur, turbata et confusa a librariis esse videntur. Ordine autem semel turbato, quaedam etiam superflua et aliena a sententia videntur accessisse. Ita verba illa, *Οὐκ ἀλόγως δ' ἂν — καὶ τῶν ζώων, ὡς ἂν ἡλικίαν λάβοι τις ἄν,* ad finem totius ratiocinationis reiecta, statim hic post verba praescripta inserenda fuisse videntur. Tum demum Theophrastus sententiam contrariam eiusque argumenta explicat a verbis istis: *Οὐ μὴν γε οὐδὲ τὰ ἰσχυρότατα* et cet.

ἐπιγίνεσθαι — φύσεως] *semen nonnisi perfecta natura posse fieri patet* G. sed ἐπιγίνεσθαι est quod post alia perfecta et absoluta demum nascitur et fit. Attendat velim lector comparationem seminis masculi cum semine plantarum; in hac enim ὁμωνυμίᾳ facile ratiocinatio fallitur. Med. τελειουμένοις habet.

ἐλλείπῃ — ἢ παράκμασιν] *cumque ob senilem aetatem defecerit, generatio cessat* G. imperfecta et ambigua sententia. Vulgatum cum margine Vascos. in παρακμάσῃ mutavi. Scaliger: *generatio amittit potestatem.* Ad verba duo ἐλλείπῃ et παρακμάσῃ intelligitur nomen τὰ ζῶα, minime τὸ σπέρμα: deinde iterum ad verbum ἐξαδυνατεῖ idem nomen est intelligendum. ἡλικία, opposita senectuti, iuventutem hic significat.

4. Οὐκ ἀλόγως — ἀξιώσειεν] *recte igitur dubitaveris atque ita statueris* G. sed Heinsius dedit: *non absque causa igitur moneri hoc possit.* Particulae μὲν respondent in sequentibus, quae huc translata subiungo: ἅμα δὲ καὶ ἐν τοῖς ζώοις τελειομένης — φύσεως.

ὡς ἂν ἡλικίαν λάβοι τις ἄν] Gaza breviter: *et in animalibus pro ratione aetatis.* Sed Basil. habet: *quo tandem modo aetas in singulis generibus accipi possit.* Comparat Scaliger haec cum superioribus: ὅταν δ' ἐλλείπῃ διὰ τὴν ἡλικίαν. Igitur ad verba λάβοι τις ἂν fortasse τὸ σπερμοφυεῖν intelligi voluit. Sed tum τῷ scribendum fuerit, ad

ζώων referendum. Sententia a Gaza reddita, quanquam verbis graecis insit, a ratiocinatione tamen ipsa est aliena. Altera vero ita verbis significanda fuisse mihi videbatur: ὥς ἄν τι τὴν ἡλικίαν λάβοι vel potius λάβῃ, *prout eorum quodque aetatem habuerit iustam et ad procreationem habilem*. In vulgata scriptura vitium arguit ipsa positio verborum τις ἂν in extremo membro orationis, et repetita particula ἄν. Omnino abesse malim verba haec: ὥς ἂν — τις ἄν.

Οὐ μήν γε οὔτε τὰ] Cum margine Vascos. οὐδὲ scripsi: alius οὐ fortasse praeferet.

ἑτέρωθεν μεριζομένης] *cum in alterutram partem succi viresque perrexerint* G. In graecis vitium haesisse videtur. ἑτέρωθεν est ex altera vel alterutra parte.

σημαίνει — συμβαῖνον. Οὕτω δὲ καὶ — λαμβάνειν] *quod et in genere plantarum evenire rationi consentaneum est. Atque ita proportionem etiam illam accedere planum iam est* G. Hinc cum margine Vascos. vulgatam correxi.

ὡς ὁπότερον — ὁρμήσῃ, θάτερον ἐλλειπέστερον ἔσται] *ad utram enim partem succus influxerit, reliqua ieiunior erit* G. Scaliger rectius: *Utrumvis horum sese promovebit, antevertet alteri*. Sensit igitur, deesse membrum orationi. Si enim altera pars plantae fit infirmior, sequitur, ut altera vincat et superior viribus fiat. Igitur ὁρμήσῃ, τοῦτο μὲν ἰσχυρότεροι, θάτερον δ' ἐλλιπέστερον ἔσται scribendum erat. Praepositionem εἰς duce Gaza cum margine Vascos. inserui.

5. τρεῖς τινες] Tres sunt partitiones succi nutritii plantarum; prima quidem πρὸς αὐτὸ τὸ δένδρον καὶ τὴν βλάστησιν: altera ἐν αὐτῷ τῷ καρπῷ: tertia ἐν τοῖς περικαρπίοις. Haec ita distinxit Scaliger.

ἐὰν πλεῖον γένηται] nempe τὸ βλαστάνειν et incrementum ipsius arboris.

καὶ πάλιν ἐν αὐτῷ] Ita Heinsiana. ἐν ἑαυτῷ A. B. Med. ἐν καρπῷ corrigebat Scaliger. *item ad fructum* G. ἐν αὐτῷ τῷ καρπῷ coniecit Moldenhauer. Saltem debebat esse πάλιν ἐν τῷ καρπῷ. Sed cum proxime antecesserit καρποῖς, non dubitavi cum margine Vascos. αὐτοῖς scribere. Nondum tamen locus hic persanatus esse videtur. Male enim posteriora haec membra congruunt cum priore: πρὸς αὐτὸ τὸ δένδρον καὶ τὴν βλάστησιν.

Ὥσπερ οὖν ἐπ' ἐκείνων] domesticas vel urbanas arbores intelligi, docet appositum τὰ γὰρ ἄγρια, quae Gaza vertit: "*Silvestres enim arbores tum fructui tum pulpae humorem distribuunt, sed plus ad fructum deducunt, ita ut is*

effici possit amplior: quem Dalecampius putabat scriptum legisse: τὰ γὰρ ἄγρια τὴν τροφὴν καὶ εἰς τὸν καρπὸν καὶ εἰς τὸ περικάρπιον μερίζοντα πλέον ὑγρότητος εἰς τὸν καρπὸν ἄγουσιν, ὥστε. Scaliger coniecit: Τὰ δ' ἄγρια καὶ εἰς τὴν τροφὴν τὴν ὑγρότητα ἄγοντα παρὰ τὰ τῶν περικαρπίων, ὥστε μείζω. Equidem Gazam scriptum legisse suspicor: τὰ γὰρ ἄγρια καὶ εἰς τὸν καρπὸν καὶ εἰς τὸ περικάρπιον τὴν ὑγρότητα ἄγοντα, πλείω εἰς τὸν καρπὸν ἄγουσιν, ὥστε. Moldenhauer emendabat: καὶ εἰς τὸν καρπὸν καὶ εἰς αὐτὰ τὴν ὑγρότητα ἄγοντα παρημέλησε τῶν περικαρπίων: quam coniecturam ita probo, ut verbo παρημέλησε magis poetico, et quod a vulgata scriptura nimis longe recedit, substituam παραιρεῖται. In margine Vascos. similiter annotatur: τὸν καρπόν. γρ. αὐτὰ τὴν. γρ. παρετράπη. Postremum verbum, vulgato antea παρὰ τρία τε similius, ferri tamen non potest, nisi mutetur in παρέτραπε τῶν περικαρπίων, ὥστε μείζω.

6. Τάχα δ' ἂν ποι] Malim που. Sequens ἐφικνεῖσθαι Gaza vertit: *amplius sua semina augere, quoniam masculae quodam modo sint et spissiores sicciores que natura consistant.* Scaliger μᾶλλον ἐφικν. interpretatur *plus pervenire, plus consequi, attingere magnitudinem.*

ὥσπερ ἄῤῥενα ὄντα] E Med. et versione Gazae inserui ἄῤῥενα cum Dalecampio. Margo Vascos. ἀῤῥενέστερα habet.

Ἐν ποτέρᾳ δὲ δεῖσθαι τὸ τελειότερον] Ita A. B. Med. *utra perfectior sit, alterius interest disputationis indagare* G. Cum Dalecampio Casaubonus et Moldenhauer δεῖ θέσθαι coniecerunt; et sic est in Vinar. Voss. et margine Vascos. Heinsius dedit ἐν ποτέρᾳ δὲ καὶ ὧν τὸ τελειότερον, operarum errore et permutatione, ut statim dicam.

ἐπεὶ οὕτω γε δεῖ καὶ ἐν τοῖς φύλλοις — καὶ ἐν ταῖς ῥίζαις] Ita A. B. Med. sed δεῖ omisit Med. *nam et in foliis et in radicibus sic tantummodo uti solemus, sicut olerum ea ipsa excoctio perfectior erit* G. Moldenhauer coniecit: ἐπεὶ οὕτω γε καὶ ὧν τοῖς φύλλοις — ὧν ταῖς ῥίζαις. Equidem minore mutatione scribo: ἐπεὶ οὕτω γε δὴ ἐν τοῖς φύλλοις, οἷς μόνον χρώμεθα, καὶ ἐν ταῖς ῥίζαις, ὥσπερ — αὕτη κυριωτέρα π. ἑ. Formulam γε δή, cum verbis γε δεῖ permutatam, habet Xenophon Hipparchici 4, 6. Heinsius habet: οὕτω γε δεῖ θέσθαι ἐν — καὶ ὧν ἐν ταῖς ῥίζαις. Operae videntur emendationem huius et praecedentis loci, in margine adscriptam, permutasse et confudisse. Voluit sine dubio dare cum Casaubono supra: ποτέρᾳ δὲ δεῖ θέσθαι, hic vero: ἐπεὶ οὕτω γε καὶ ὧν ἐν τοῖς φύλλοις — καὶ

ῶν ἐν τ. ῥίζαις. Eadem fuit suspicio C. Hoffmanni. Margo Vascos. proponit: ἐπεὶ οὕτω γε κἂν — κἂν ταῖς ῥίζαις.

καίτοι γε τοῦτο τέλος] quanquam eorum finis in seminibus sit G. unde recte scribi iussit Moldenhauer cum margine Vascos. καίτοι γε τούτων τὸ τέλος. Dalecampius coniecit: καίτοι γε τὸ τέλος.

Ἔστι δέ τις καὶ οὗτος ὁ λόγος] explodenda nec illa ratio est, quod G. Sequens ὡς — οὐ δυναμένων πέττειν hanc interpretationem ferre non videtur. Malim: Fertur etiam alia ratio. διὰ ψυχρότητα Med.

γίνεσθαι — ὀστᾶ] E versione Gazae vocabulum ὀστᾶ Heinsius addidit. Ad infinitivum intellige verbum φασὶ vel οἴονται, in qua ratione ponunt.

αὐτὸ μὲν τοῦτο οὐ κακῶς] Gaza: Ergo hoc ipsum non inepte asseritur, omisso adverbio ἴσως, cui substituit ergo. In graecis deest verbum λέγεται vel simile aliud.

ἀλλ' ἐκ τῆς ὕλης ἐν τούτῳ] verum semen non ex eadem sed ex purissima materia G. ἀλλ' ἐκ γῆς καθαρωτάτης ὥσπερ ἐν τούτῳ A. B. Med. quam scripturam interpretari sategit Scaliger, sed nihil profecit. Nisi desunt verba aliquot, coniicio, fuisse olim: ἐκ τῆς καθαρωτάτης ὕλης τῆς ἐν τούτῳ, scilicet τῷ πυρῆνι. Fortasse verba ἐν τούτῳ ad sequentia referenda sunt et ita copulanda: Ἐν τούτῳ δὲ πέφυκε τὰ θερμὰ — σπερμοφυεῖν. i. e. nucleo vero inclusa semina proferre solent maxime plantae natura calidae.

εἰ θερμότερα ἂν εἴη] quo plus calidiiatis obtinent G. igitur ὅσῳ θερμότερα ἂν ᾖ scriptum legit. ᾗ θερμότερα coniecit Scaliger; et sic Vinar.

καὶ τό γε — ἐκεῖνο φέρεται] et urbanorum caloris indicium vis ipsa succorum est G. Displicet τό γε — ἐκεῖνο in eodem membro iunctum. καὶ τὸ τῆς, omisso γε, Med.

8. ἑτέρα καθόλου πίστις] generalis quaedam opinio G. qui sequens πλείων γὰρ ὁ λόγος vertit: prolixiore namque opus est disputatione. Ald. Basil. πλεῖον.

τῶν ποίων τὸ αἴτιον] quaenam eorum causa sit G. quasi τὸ ποῖον scriptum legisset. Equidem τὸ ποῖον inserui, quae verba propter similitudinem antecedentium excidisse videntur.

9. Καὶ τίνων δὲ ἡ πέψις] A. B. σῆψις. Cum Heinsiana facit Vinar. Voss. et Gazae excoctio, qui totum hunc locum cum antecedente coniunxit. Sed disputatio de comparatione domesticarum et agrestium plantarum arborumque absoluta est verbis postremis sectionis praecedentis: et nova

nunc incipit sententia et tractatio: quod miror ab interpretibus hucusque non animadversum. Cum vero locum hunc cum Linckio considerarem, statim is vidit, Theophrastum aliam nunc aggredi tractationem de diverso genere πέψεως. Genera vero hucusque tractata sunt πέψις, ἡ τοῦ καρποῦ καὶ τοῦ σπέρματος, πέψις ἡ τοῦ περικαρπίου: tertia πέψις ἡ τῶν λαχάνων ἐν τοῖς φύλλοις καὶ ταῖς ῥίζαις sectionis 6. Quarta nunc accedit πέψις τῶν φαρμακωδῶν ἐν τοῖς χυλοῖς, plantarum medicamentosarum, quae succo inprimis censentur acri aut medico, veluti silphium, capparis et similes plantae. Hanc igitur si sequamur rationem, ita fere scriptum fuisse coniicio: *Καὶ τινων δὲ ἐν τοῖς χυλοῖς ἡ πέψις* et cetera. Si quis vulgatam tueri malit, is docere sataget, qualis sit ista πέψις, quae habet διαίρεσιν καὶ ἁπλῶς καὶ πρὸς ἡμᾶς, et quanam nota differat a genere superiore, quod erat ἡ μὲν πρὸς ἡμετέρας τροφὰς, ἡ δὲ πρὸς γέννησιν καὶ διαμονὴν τῶν δένδρων. Haec enim πέψις similiter habet διαίρεσιν: πρὸς ἡμᾶς alteram partem, quatenus ad usum et esum humanum refertur; alteram πρὸς τὴν γέννησιν καὶ διαμονήν: quae num ἁπλῶς nunc dicatur esse, dubitari potest. Gaza vertit: *tum simpliciter tum nostri respectu.* Sequentia nominant ἰδιότητα φύσεως in plantis, quae acrimonia vel succo medico differant: ad hanc vero referri culturam et alimentum, quod cultura suggerat: alias contra cultum omnem e natura sua abdicare et fugere, ita ut harum succi vel acres vel medici nullam mutationem cultura subeant, nec aucti, nec mitigati, sed in natura sua singulari persistant. Atque hae posteriores videntur habere πέψιν ἁπλῶς, quae differt a prima πέψει πρὸς τὴν γέννησιν καὶ διαμονὴν, quoniam non pertinet ad generationem plantarum. Ab altera vero πέψει τοῦ περικαρπίου eo differt, quod ad cultum hominum ista refertur, contra plantae plurimae huius generis cultum omnem abdicant, nisi succos earum proprios plane mutatos velis. A tertia πέψει τῶν λαχάνων, quae cernitur in foliis aut radicibus, in eo discrepat, quod haec a cultura pendet tota, et naturae plantarum quasi contraria est magis etiam quam altera. Igitur quarta πέψις a tribus antecedentibus differt propria, constanti et singulari plantarum earumque succi natura, quam ita pertinaciter tenent, ut plurimae cultum omnem aspernentur, cultaeque succum ad usus medicos alienum mutatae exhibeant. Haec quarta πέψις si hoc sensu dicitur ἁπλῶς καὶ πρὸς ἡμᾶς habere διαίρεσιν, vulgata scriptura non erit tentanda.

ὅσα — χυλοῖς] *quae acrimonia vel succo medico differunt* G. Igitur verbum διαφέρει addidi. Sequentia vertit: *quae quidem medica et comeduntur et usui potissimo sunt.* Nisi vitium est scripturae pro *commendantur*, aliter scriptum legit. In graecis deesse aliquid suspicor, veluti nomen pharmacopolarum aut medicorum. Nam χρῶνται μάλιστα usum nimis generalem et communem significat.

Ταῦτα μὲν — ἰδιότης τις φύσεως] Intellige verbum ἐστι. Sed ταῦτα debent esse αἱ δριμύτητες καὶ φαρμακώδεις χυλοί: nam plantae ipsae non possunt dici ἰδιότης τις natura esse. Med. τῆς φ. habet.

αἱ ἀργίαι] Ita A. B. Med. *ad quam — et culturae aut contra neglectus confert* G. Male Heinsius ἀγρίαι dedit. ἄλλο τι φ. Med.

σιλφίῳ — καππάρει] *ut de lasere et inturi ferunt* G. In graecis non apparet, unde casus tertius pendeat. Deinceps γῆν ξηρὰν margo Vascos. proponit. Med. ἢ εἴ τι πάλιν dedit pro καὶ εἴ τι π. et sic G. vertit.

10. μᾶλλον δὲ μέρος τούτου, πότερον] Ald. Basil. τούτου καὶ πότερον. unde copulam καὶ restitui, sed alio et commodiore loco inserui. *partem quaestionis* vertit Gaza. Hoc vero membrum posterius, πότερον ἐκ τῶν ἀγρίων ἢ ἐκ τῶν ἡμέρων, scilicet θεωρητέον μᾶλλον τὴν φύσιν, quomodo differat a priore, ποτέρως τὴν φύσιν ἐκ τῶν αὐτομάτων μ. θεωρητέον ἢ ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐργασίας, eiusque potius par esse dicatur, non statim apparet: nisi dicas, nomine τῶν αὐτομάτων et τῶν κατὰ τὰς ἐργασίας comprehendi etiam tanquam partem τὰ ἄγρια et τὰ ἥμερα. Igitur posteriorem quaestionem non tam eandem cum priore, quam partem eiusdem dici posse.

ποτέρως τὴν φύσιν] Med. ποτέρα habet: unde vulgatam correxi. Idem deinceps ποτέροις habet.

τὰς ἀρχὰς ἔχει] Gaza distinctius: *quod in se principium motus possidet et quietis:* nescio an vere. Deinceps A. B. τὸ δ' ἐκ τῶν αὐτ. *cuius generis illud profecto est, quod sponte proveniat, non quod opera hominis* G. diversam scripturam secutus, de qua statim dicam. Paulo antea Med. τούτου· καὶ πότερον.

ἐκ τῶν αὐτομάτων τοιοῦτον, τὸ δ' ἔξωθεν] In graecis vitium haesit, quod arguit versio Gazae: et vox τοιοῦτον in vulgata scriptura abundat. Igitur distinctione mutata et negatione inserta scripsi: αὐτομάτων. Τοιοῦτον δ' οὐ τὸ ἔξωθεν. Med. habet τὸ δ' ἐκ τῶν αὐτομ.

καὶ τὸν ὅλον τύπον] *in totumque ad effigiem quandam formae vi perducuntur* G. quasi verbum *καταναγκάζεται* post *μορφῆς* positum legisset.

ἢ δ' ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιστον] Vinar. dat *εἰ δ' ἀεί*. deinceps vulgabatur *πρός τε τὸ βέλτιστον*. Verbum *βοηθεῖ* Med. deinceps omisit, et copulam ante *τελείωσις* addidit.

ὅταν οὖν ἐλλειπὴς — ταῦτα προσλαμβάνει] *dum igitur natura satis sibi non est, haec per artem assumit* G. Equidem malim: *ὅσον οὖν ἐλλιπὴς τυγχάνει, ταῦτα πρ.* De scriptura vitiosa *ἐλλειπὲς* e Suida sub voce *ἐλλεῖπον* iam olim admonuit Index Thesauri Stephaniani. Rectam Med. habet.

τροφῆς τε ποιότητα] Ita A. B. Med. E versione G. *πιότητα* assumsit Heinsius, quod habet etiam Vinar. Voss. Sed pingue alimentum non omnibus convenit plantis, sed cultura imitatur naturam, quae diversitatem magnam succorum plantis distribuit, quorum qualitatem et servare et augere cultus conatur.

οἱ οἰκεῖοι τόποι] A. B. *οἱ ἐκεῖνοι*. *loca apta et accommodata* G. Med. *προσλάβῃ διὰ τέχνης* antea habet.

12. *Ἀλλ' ἐκεῖνοι*] Vulgatum *ἐκεῖνο* e versione G. correxi cum margine Vascos. Intelliguntur *οἱ οἰκεῖοι τόποι*.

καὶ ἐν αὐτοῖς] *in iis ipsis pleraque immutat disponitque* G. Igitur additum legit *τὰ πλεῖστα*, sed male *μετατίθησι disponit* vertit. *ἐν αὐτοῖς* ad plantas ipsas earumque interiores partes refertur, oppositum *τοῖς ἔξωθεν*, allatis et communicatis.

ὥστ' εἴπερ ἐκεῖνά γε] A. B. Med. *ἐκεῖνό γε*: praeterea Med. *εἴπερ καὶ* habet. Correxit Scaliger. *Quod si illa haec exigant, quo melius succedere possint, haec quoque illa desiderent ratio* (Heinsiana *necesse*) *est* G. omisit igitur *ὡς ἂν οἰκεῖα*.

ὡς ἂν οἰκεῖα] A. B. Med. adiiciunt verbum *προσαιτεῖ* (Med. *προσαπαιτεῖ*) et pergunt: *ἢ δ' αὐτὴν καὶ ζητεῖν εὔλογον*. G. post superiora pergit: *cum agricultura ab iis ipsis dependeat, atque in his sua sortiatur principia*. Itaque omisit vitiosa, quae Scaliger ita corrigebat: *τὸ δ' αὐτὴν καὶ ζητεῖν*. Heinsiana dedit: *τοιαύτην τόπων φύσιν καὶ ζητεῖν εὔλογον*. Vinar. habet *προσαπαιτεῖν δὲ ταύτην*; quod habet etiam margo Vascos. Quaeritur, quo referatur *ταύτην*? Gaza ad *γεωργίαν* retulit, quoniam sexus femineus alio referre non patitur. Altera est quaestio, quaenam sint illa *ταῦτα*, e quibus agricultura (sumamus enim hoc cum Gaza) pendere et principia sua habere dicitur? Praecesserunt *ἐκεῖνα* et *ταῦτα* ita

distincta, ut ἐκεῖνα sint illa, quae regiones conferunt ad plantarum incrementum, habitum et vires, velut solum commodum, aerem et ventos prosperos, alimentique copiam; atque haec omnia ἀπὸ τῶν ἔξωθεν plantis advenire dicuntur: ταῦτα vero videntur dici illae mutationes internae, quas cultura accedens efficit, dum in ipsis plantis μετακινεῖ καὶ μεταιίθησι, i. e. succorum cursum et qualitatem mutat et invertit, partium incrementum aliarum auget, aliarum imminuit aut supprimit. Illa plantae dicuntur postulare veluti necessaria ad naturam et πρὸς τὸ βέλτιστον (nam natura ubique τὸ βέλτιστον spectat), haec vero recipere a cultura oblata, tanquam naturae suae convenientia et commoda. Atque haec quidem omnia, ὥστ' εἴπερ ἐκεῖνά γε — ὡς ἂν οἰκεῖα, ad plantas ipsas (φυτὰ) referri videntur, et Gazae versio eo retulit. Subito nunc sexu mutato transit ad culturam, quae προσαπαιτεῖν καὶ ζητεῖν dicitur, sed non addit, quaenam sint illa, quae desiderat: quanquam sequatur: ἄλλως τε καὶ ἐκ τούτων ἠρτημένην καὶ ἐν τούτοις ἔχουσαν τὰς ἀρχάς: ut adeo pronomen ταῦτα etiam ad praecedentia intelligi debere videatur. Atque προσαπαιτεῖν dicuntur antea plantae τὰ ἔξωθεν ἐκεῖνα, quae a solo, alimento, aere et vento accedunt: alia tantum recipere, tanquam naturae suae convenientia. Nunc vero cultura προσαπαιτεῖν dicitur, non addito, quaenam, ἐκεῖνα an ταῦτα. Sunt nempe illa, in quibus dicitur ἔχειν τὰς ἀρχάς. Culturae autem principia non sunt in ipsis plantis, sed in rebus externis sita, solo, alimento, aere et ventis. Igitur cultura προσαπαιτεῖ ἐκεῖνα τὰ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν. Relinquitur igitur, ut, deserta Gazae interpretatione, verba omnia haec inde ab istis, ὥστ' εἴπερ, usque ad finem, ἔχουσαν τὰς ἀρχάς, referamus ad culturam, γεωργίαν: ita oratio et structura verborum facilis nec ad sensum obscura decurrit.

ἐπεὶ κἀκεῖνο — συμβαίνει] *nam illud quoque iis, quae sponte nascuntur, absurde et quasi praeter naturam evenire videmus* G. In voce αὐτομάτοις vitium inesse puto, neque omnino video, quid locum hunc cum antecedente coniungat. Arbores et frutices omnino semine natos degenerare, multis in locis posuit Theophrastus: de aliis seminibus alibi idem dictum. Virgilius Georgic. 1, 197. de leguminibus: *Vidi lecta diu et multo spectata labore degenerare tamen, ni vis humana quotannis maxima quaeque manu legeret.* Quae vero sine opera humana nascuntur sponte, ea quomodo degenerare semper dicantur a Theophrasto, non possum excogitare. Num αὐτόματα nunc dicit, quae a cultis orta, et in agro deserta,

deinde sponte et nulla accedente cultura nata degenerant? An potius respicit vitia segetum, ubi hordeum transire in alia genera dicitur? Tum fortasse scribendum fuerit: *ἐν τοῖς αὐτομάτοις — τὸ ἐκ τῶν ἡμέρων σπερμάτων*. Deinceps vulgatum *γενέσθαι* e Med. correxi.

καὶ ὅλως ἐξίστασθαι] Ald. Basil. post *ὅλως* interserunt negationem *μὴ*, sublatam a Scaligero, praeeunte Gaza, cum Vinar. *μὲν ἐξίστ.* Med. habet.

ἀλλ' ἀεὶ τὸ ὅμοιον] A. B. Med. *ἀλλ' εἰς τὸ ὅμοιον*. *sed ut simile semper generetur* G. unde correxit Heinsius.

13. *πρότερον εἶναι δηλονότι διαιρετέον*] Hunc vulgarem ordinem verborum praeeunte G. correxi. deinceps *αὐτόματος ἡ οἰκειοτέρα* Med.

τοῖς δ' ἡ τῆς θεραπείας] *aliis enim natura spontanea coniunctior est, aliis cultura solertiaque accommodatior* G. Is igitur ad *ἡ αὐτόματος* repetiit nomen *φύσις*, et deinceps scriptum legit: *τοῖς δ' ἡ θεραπεία καὶ γεωργία*. Nam *φύσις τῆς θεραπείας καὶ γεωργίας* contraria est et absurda: neque rectius *φύσις διὰ τῆς θεραπείας καὶ γεωργίας* dicitur.

ἔνια δ' ἀμφοτέρως] *nonnullis utraque ratio congruit* G. diversam scripturam secutus: *ἐνίοις δὲ ἀμφότερα συμφέρει* aut *οἰκεῖά ἐστιν*: atque hanc rationem flagitant priora duo membra.

ἐξ ὧν καὶ θεωρητέον] *Quas ob res omnino videndum est, quemadmodum natura in silvestria diviserit se et urbana pariter in animalium et plantarum generibus* G. non bene! Verba ita iungenda et intelligenda esse videntur: *ἐξ ὧν καὶ θεωρητέον τὴν τῶν φυτῶν φύσιν* (*οὕτως*), *ὥσπερ καὶ διῄρηται ἡμέροις καὶ ἀγρίοις ὁμοίως ἐν τοῖς ζώοις καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς*. Sed scriptura vulgata sine dubio vitiosa est, cui substituenda: *διαιρετέον ὁμοίως, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ζώοις καὶ φυτοῖς ἡ φύσις διῄρηται ἡμέροις καὶ ἀγρίοις*. Nam initio sectionis promisit hanc partitionem et distinctionem: *διαιρετέον τὰς φύσεις ὥσπερ τὰς πέψεις*. deinde argumenta partitionis et causas explicat, et docet, partitionem hinc institutam similem esse, quae iam ab aliis facta plantas in domesticas et silvestres distinguebat. Soni similitudo et pronunciatio in verbis *θεωρητέον* et *διαιρετέον* librarium scribam fefellit. Non dubitavi hanc coniecturam a Linckio probatam in contextum inserere.

ἑκατέροις — αἴτια φυσικὰ καὶ οἰκεῖα] Scripturam A. B. Med. *φύλλα φυσικὰ* e versione G. Heinsius correxisse videri possit, ubi est *causas aptissimas*, sed Basil. editio *frondes* habet. Scaliger *στοιχεῖα* coniecerat. Ad *ἑκατέροις* intellige *τὰ ἄγρια καὶ ἥμερα φυτά*. Equidem *αἴτια* non commode sup-

pletum esse censeo: intelliguntur autem ea, quae supra sect. 12. *προσαπαιτεῖν πρὸς τὸ βέλτιστον* dicitur natura plantarum, quae nempe illis accedunt ab aere, ventis, solo et alimento, et quae eadem tanquam *οἰκεῖα* in cultura *προσδέχεται*.

καρπίμοις — ἀφιεὶς] *ut aliae sint, quae sponte fructificent, aliae cultura tantum et hominis opera ferant* G. Mihi verbum *ἀφιεὶς* displicet. Dalecampius *ἀφιέντα* malebat: equidem *ἀνιεὶς* conieceram, quod *τῷ αὐτομάτῳ* saltem melius congruit, quasi *naturae liberae et spontaneae permittentes*. ad alterum enim membrum aliud verbum etiam in scriptura vulgata assumendum est. Deinde articulum *τὴν* additum malim ad *ἐπιμέλειαν καὶ κατεργασίαν*. Ceterum haec nova partitio et divisio plantarum fructiferarum in duo genera, unum, quae sponte ferunt fructum, alterum, quae cultura tantum adiuvante, ut ficorum genera quaedam, confirmare mihi videtur emendationem, qua supra *θεωρητέον* mutavi in *διαιρετέον*: nam haec altera e priore nata, eique adiecta partitio incipitur et denunciatur eodem verbo: *πάλιν ἄν τις διέλοι*. ubi Med. *ἂν* omisit.

Ἀλλὰ γὰρ — διορισμός] *Horum igitur determinatio petenda hinc est* G. diversam et pleniorem scripturam secutus. Graeca vitiosa aut lacunosa sunt.

AD CAPVT XVII. (VVLGO XX. ET XXI.)

ὧν μὲν ὁ καρπὸς ὑγρὸς καὶ γυμνὸς ᾖ] E notitia plantarum trium, quae deinceps in exemplo nominantur, colligitur, scriptum olim fuisse *ἢ γυμνός*. Nam sola morus dicitur *γυμνὸν τὸν καρπὸν*, ceterae tenui membrana tectum habere. Gaza verba *καὶ γυμνὸς* omisit. Deinceps Med. *περὶ αὐτὸ κέλυφος — αὕτη γὰρ* habet.

ὅσον ἂν ὁ ἥλιος ἐπιθῇ] Med. *κἂν* habet. *quantumcunque sol tepefecerit* G. Scaliger *imponit, imprimit*: deinde interpretatur dictum pro *συνεπιθῇ*, et comparat sequens *ἐπιοῦσα δύναμις*, quod ait dictum pro *συνεπιοῦσα*. Sensum mihi videor restituisse et explicasse mutatione levissima *ἐπίδῃ* scribendo. Deinceps *δεόμενος* vulgatum cum Scaligero correxi e Med. praeeunte Gaza, qui antea *ὅσον ἀνοῦν* scriptum legisse videtur. In verbo *προηλλοίωσε* nescio quid vitii haesisse videtur.

καὶ ἐν αὐτῷ] Gaza haec omisit vertens: *una enim vis quaedam praevalida universaque excurrere solita fructum conficit atque percoquit*. *αὐτῷ* refertur ad fructum. Sequen-

tia tamen docent, dici haec de arbore ipsa: igitur τῷ δένδρῳ videtur excidisse, aut αὐτῇ scribendum. Posteriorem hanc rationem ut leniorem praetuli.

2. ψόφον ποιεῖν] Plinius 16. c. 25. *serotino quaedam germinatu florent maturantque celeriter, sicuti morus, quae novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum. Sed cum coepit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragatur etiam cum strepitu.* Succum vere, dum arbor germinat, tanta copia et celeritate ascendere tradit Gallus *Coulomb*, ut perforato cortice et trunco strepitum exaudire liceat. Idem Humboldius in Clusia rosea observavit. Veteres agricolae in moro observarunt rem satis mirabilem, cum arborem feracem laetioremque facere vellent, dum perforato hinc inde trunco singulos cuneos terebinthi inserebant, narrante Palladio 3, 25, 30.

αἱ πέψεις ταχεῖαι] Articulum e Med. addidi, et vulgatum ταχεῖς correxi.

ὥσπερ τοῖς σίτοις — ἀναθέντες] Postremum Scaliger *repositi* interpretatur. Gaza *cum laxata sunt:* hic igitur rectius scriptum ἀνεθέντες legit. Idem οὕτω ταχείας rectius scriptum vertit, quod cum margine Basil. vulgato οὗτοι substitui. Praeterea initio puto fuisse olim τὸ τοῖς σίτοις. Rarum etiam σῖτοι ἀνεθέντες, cum τὰ σῖτα vulgo usurpatum reperiatur, sensu tamen latiore, quo cibum et cibaria significat.

εἰ μὴ κατὰ λόγον τοῖς εὐδιεινοῖς] *ut non multo serius posteriora perfici possint* G. Scaliger: *adeo ut non ita multo ab iis, quibus secundior annus fuerit, praeveniantur.* Graeca sunt vitiosa. εἰ μὴ mutandum in ἢ μή. Verbum καθυστερεῖν dativum τοῖς εὐδ. non admittit: igitur τῶν εὐδιεινῶν aut τῶν ἐν τοῖς εὐδιεινοῖς scribendum fuit. Posterius feci. Sensus est: *non multo postea aut non pro ratione coeli et frigoris, quam sata coeli clementioris adolescunt.*

εὐδιεινοῖς. Ἔτι δὲ καὶ ταύτῃ — λεπτὴ καὶ ὑδατώδης] Haec ita scripta et coniuncta vulgo legebantur, ad solam morum relata a Gaza et Scaligero, cui minime conveniunt. Igitur censura Scaligeri Theophrasto facit iniuriam. Male huc translata et mediae disputationi de moro inserta seriem argumentationis importune interpellant. Igitur retrahenda sunt post absolutam mori tractationem, quae fit verbis: Ἡ μὲν οὖν τῆς συκαμίνου διὰ τοῦτο πρώϊος et cetera, et inserenda in extrema tractatione de fructu vitis post illa: φύσει γὰρ τὸ δένδρον φίλυδρόν ἐστιν. Egregiae emendationis auctorem cum

gaudio nomino Linckium meum. Plura de eo loco deinceps dicentur.

Ἡ μὲν οὖν — πρώϊος] *fructus mori his de causis velociter maturescere potest* G. Additum igitur ἡ πέψις legisse videtur: omisit autem οὖν. Vocem ἡ πέψις commode abesse posse non puto.

διὰ τῆς ψυχρότητος] Solemnius erat διὰ τὴν ψυχρότητα, ut sequitur διὰ τὴν ἀσθένειαν, et sic Med. habet scriptum.

ἡ δὲ τῆς — ὀψιαίτεροι] *vitis autem ficique fructus seriores sunt* G. Is igitur οἱ δὲ scriptum legit, καρποὶ intelligens: sed refertur ad praecedens πέψις: igitur ὀψιαιτέρα scripsi.

πλείων καὶ παχυτέρα] Haec utrique fructui non conveniunt: sed ipse postea seorsum de vitis fructu: καὶ ἡ ὑγρότης πολλή· φύσει γὰρ τὸ δένδρον φίλυδρόν ἐστι. Igitur aut τῆς μὲν πλείων, τῆς δὲ παχυτέρα, aut leviore mutatione πλείων ἢ παχυτέρα scribendum. Posterius feci. Nam crassior est succus ficorum: itaque celerius percoquitur.

καὶ ἀθροωτέρα πως ἡ πέψις αὐτῶν] *et summatim quodammodo maturescunt* G. *eodem pene tempore* Scaliger. αὐτῶν mutandum videtur in αὐτοῦ: in proximo enim est τὸ σῦκον.

ὡς πρὸς τὴν δύναμιν] *numerosiores proveniunt, quam ut brevi excoqui possint, et congestis acinis coacervantur, nec aliquo intervallo discernuntur: item umbrosae sunt nec perinde subdivales dependent* G. non nimis elegantèr latineve. Acini uvarum nimis sunt conferti, foliis inumbrati, nec soli aerique tam expositi, quam fici fructus.

φίλυδρόν ἐστι] Sequebatur vulgo: Ἅπαντα γὰρ τὰ γλυκέα βραχυτέρας ποιεῖ τὰς πεπάνσεις et cet. Ego vero hic interserui, quae vulgo leguntur superius inserta post ἢ μὴ κατὰ λόγον τῶν ἐν τοῖς εὐδιεινοῖς.

Ἔτι δὲ καὶ ταύτῃ συμβαίνει] *Adde quod etiam morus non summatim sed particulatim fructum percoquere soleat: unde et diutissime perseverat, nec humoris tenuitas aut aquositas amittenda est* G. ad morum referens, in qua falsa omnia convincit experientia, quae hic traduntur. ταύτῃ non est dativus casus, ad συκάμινος referendus, sed adverbii loco, *hac ratione*. Male etiam ad fructum retulit, quae sunt de succo tenui et aquoso. Gaza ἢ ὑδατώδης male vertit. Si de fructu esset, scriptum oportuit διαμένουσι χρόνον, quemadmodum sequitur ἐπὶ πλεῖον δὴ τούτοις: quae referuntur ad praecedens οἱ βότρυες. Igitur mutata distinctione locus ita

scribendus et sententia de succo continuanda fuit: διὸ — πολὺ χρόνον (vulgo hic comma positum est) καὶ ἐπὶ πλεῖον δὴ τούτοις — ὑδατώδης. Comparatur ficorum maturatio et uvarum: in his longiore tempore et diutius succus aquosus et tenuis manet, quam in illis. Hoc est ἐπὶ πλεῖον διαμένει τούτοις.

Ἅπαντα γὰρ — βραχυτέρας] *denique omnia dulcia breviore tempore maturescunt* G. Rectius saltem *denique*, quam graece γὰρ, quod monuit Scaliger: quanquam possit defendi, quoniam causa redditur, cur uvarum succus tenuis et aquosus tardius percoquatur. Uva enim minus dulcis est quam ficus, cuius etiam succus crassior reperitur. Ceterum male Scaliger βραδυτέρας scribi voluit, repugnante experientia agricolarum. Poma enim et fructus omnes vinosi aut acidi multo serius maturantur vel in arbore haerentes vel decerpti et ad usum repositi, quam dulces.

ἐὰν δὲ δή τις καὶ] Heinsiana δὴ omisit. Sequens ἀφαιρέσεις ad putationem et pampinationem vitis referebat Scaliger. *si quis etiam pro nostro usu velit decerpere* Gaza vertit, recte ad fructus dulces referens. ἔτι μᾶλλον, nempe βραχυτέρας π. τ. πεπάνσεις, succo nullo amplius e matre affluente fructibus decerptis.

4. οὐ μὴν καθόλου τῶν δένδρων] *non tamen cunctae arbores generis cuiusque praecoques sunt* G. Scaliger recte monuit, τῶν δένδρων esse *harum arborum*. Igitur τούτων τῶν δ. scripsi. Med. καθ᾽ ὅλων posuit. Deinceps verba τὸν καρπὸν e versione Gazae addidi. Ad πόῤῥω intellige τοῦ χρόνου.

Πρωΐκαρπα μὲν οὖν] E versione Gazae οὖν inserui, Heinsius γάρ. neutrum Med. habet.

κάθυδρα μήτε ψυχρὰ καὶ τοῖς ὀποῖς] Med. copulam καὶ omisit. *quae non praehumidae nec succo frigidae constant* G. κάθυγρα scripsi, ut sequitur sect. 5. ὅσα κάθυγρα καὶ ψυχρά. Gaza male scriptum legit μήτε ψυχρὰ τοῖς ὀποῖς. Sequentia autem vertit: *quaeque fructum nudum aut membranis intectum praetenuibus gerunt.* igitur additum καρποῖς aut scriptum legit ἔτι δὲ τοὺς καρποὺς γυμνοὺς — περιεχομένους. Verum oppositum membrum, ὀψίκαρπα δὲ, ὅσα κάθυγρα καὶ ψυχρὰ τοῖς καρποῖς ἢ τοῖς περικαρπίοις, ξυλώδη καὶ ξηρά, monstrat rationem loci emendandi tutiorem, ipsum etiam inde corrigendum. Gaza ibi vertit: *Serotinae vero, quae modo contrario se habent, hoc est quae praehumidae, frigidae et fructu aut pulpa fructus lignosae praeduraeque.* Igitur rectius scriptum legit: ψυχρὰ, καὶ τοῖς καρποῖς ἢ τοῖς

περικαρπίοις ξυλώδη καὶ ξηρά. Med. ψυχρὰ ἢ τοῖς κ. — σκληρὰ habet. Fortasse etiam e loco superiore addenda fuerint verba τοῖς ὀποῖς, nisi ibi haec mutanda fuerint in τοῖς καρποῖς, hoc modo: ἔτι δὲ τοῖς καρποῖς γυμνὰ ἢ — περιεχόμενα. Quodsi τοῖς ὀποῖς hoc nostro in loco recte habet, deinceps scribendum erit: ἔτι δὲ γυμνὰ τοῖς καρποῖς ἢ λεπτοῖς ὑμ. περ. Interim priorem rationem utpote tutiorem secutus sum. Superest dubitatio de prima huius decreti parte, quam supra sect. 1. ita pronunciatam reperimus: ὧν ὁ καρπὸς ὑγρὸς καὶ γυμνὸς ἢ λεπτὸν ἔχων περὶ αὐτὸν κέλυφος. Igitur fructum ibi ὑγρὸν ponit; hic ipsas arbores μὴ καθύγρους μήτε ψυχρούς: verum quod sequitur, καὶ τὴν τῶν χυλῶν φύσιν ἔχοντα ὑδαρῆ καὶ μὴ παχεῖαν, non ad ipsas arbores, sed ad solum fructum pertinere videtur. Itaque utrobique fructus ὑγρὸς vel ὑδαρὴς ponitur in nota πρωϊκάρπων. De ista vero nota, καὶ μὴ παχεῖαν, subdubito: nam inter causas, cur moro serius maturent fructus vitis et ficus, ponitur etiam ὑγρότης πλείων καὶ παχυτέρα: quae nota etiamsi fico tantum conveniat, tamen ficus est etiam in numero τῶν πρωϊκάρπων.

τὴν πέψιν ἔχοντα — ὑδαρῆ] *aquosam* G., *liquidam* Scaliger vertit. Ceterum sententia flagitat φύσιν, nisi fuit olim: καὶ πρὸς τὴν πέψιν ἔχοντα τὸν χυλὸν — παχέα: ut sequitur: χυλοὶ πρὸς τὴν πέψιν λιπαροί. Med. παχείων habet.

αἱ περιοχαὶ τοιαῦται] Scaliger rectius quam Gaza *operimenta* τὰ περιέχοντα interpretatur: ut supra est λεπτοῖς ὑμέσι περιεχόμενα. Falso Thesaurus Stephani affirmat, περιοχὴν et περικάρπιον idem hic significare. cf. c. 20, 2.

λιπαροὶ καὶ ἄλλην τοιαύτην] Non dubito fuisse ἢ ἄλλην τοιαύτην. deinceps sequebatur vulgo: δύναμιν. ἐὰν ξηροί τε καὶ ὀλίγην ἔχοντες ἅμα καὶ τοιαύτην ὑγρότητα. quae Gaza vertit: *aut quibus fructus sicci parumque humoris habentes, idque pingue vel eiusmodi aliquid.* Rectius igitur scriptum legit: ἢ ὧν οἱ καρποὶ ξηροί τε καὶ ὀλίγην ἔχοντες ἅμα καὶ λιπαρὰν ἢ τοιαύτην ὑγρότητα. Vulgata est de ipsis χυλοῖς, qui ineptissime dicuntur ξηροὶ, quanquam ἱδρῶτες ξηροὶ sint apud Platonem. Accedit, quod ineptius etiam additur καὶ ὀλίγην ἔχοντες ὑγρότητα. Verum occurrit nunc alia difficultas, et emergit subito tautologia. Quid enim haec aliud significant quam superiora, τοῖς καρποῖς ξυλώδη καὶ ξηρὰ — καὶ ὧν οἱ χυλοὶ πρὸς τὰς πέψεις λιπαροὶ ἢ ἄλλην τινὰ ἔχοντες παραπλησίαν δύναμιν? Itaque suspicor, haec in margine olim adscripta fuisse tanquam argumentum loci, postea ab incauto librario in ordinem scripturae recepta.

6. *Ἐκ δὲ τῶν καθ' ἕκαστα γινομένων*] Vulgo post λόγος additum legebatur *τῶν γινομένων*. Gaza breviter: *quod in singulis etiam percipi licet*. Scaliger postrema verba interpretatur dicta pro *χρημάτων*, *πραγμάτων*, rerum quae in natura fiunt. Possis etiam iungere *ἐκ τῶν καθέκαστα γινομένων*; sed tum articulus alter *τῶν* delendus est. A. B. Med. *συμφώνως*, quod correxit Scaliger. Suspicor fuisse: *Ἐπὶ δὲ τῶν καθέκαστα θεωροῦσι σύμφωνος ὁ λόγος τοῖς γινομένοις*.

ἅπανθ' ὡς εἰπεῖν] *omnes prope* G. intellige *τὰ γένη*. Cf. c. 23, 4. deinceps *καθὰ πεύκης* Med.

τούτων δὲ ξηροὶ ἢ γλισχρότητα] *Sicci alii sunt aut pingues aut lentitia quadam gliscentes, ut cedro* G. Legit igitur rectius scriptum cum Med. *ἄλλων δὲ ξηροὶ ἢ λιπαροὶ ἢ γλισχρότητα*. Heinsiana sola verba *λιπαροὶ ἢ* omisit.

ἰξύας] Omisit Gaza: *ὀξύας* coniecit Scaliger. Quidni *ἰξίας*? de qua infra libri 2, 23. quam Med. nominat.

διὰ τὴν πυκνότητα — καὶ ἡ ἐπίσπασις ὅλη] A. B. Med. *ἐπίστασις*. *totusque accessus* G. unde mutavit Heinsius. *πυκνότητα* Gaza *spissitatem* interpretatur, quae de succo et de ligno dicitur. Verum vox graeca de ligno vel arboris vel fructus tantum valet.

7. *Τῶν δὲ μὴ ἀειφύλλων*] intellige *ὀψίκαρπά ἐστι*. *τὸ πλῆθος* intellige *τῆς ὑγρότητος*. Supra rectius *δυσκατέργαστοι* erat de fructibus, quam hic *δυσέργαστον*. Gaza alio ordine: *frigiditas enim et siccitas et multitudo et terrena concretio confici et maturescere quam difficillime possunt*.

κέκραται πρὸς τούτοις καὶ ἱκανῶς καὶ ἐν θερμασίᾳ τυγχάνει] Ita A. B. Med. tamen *ἱκανῶς* Med. omisit. *quae autem media temperie constant et satis calidae solutaeque sunt* G. quasi scriptum legisset: *κέκραται εὖ τούτοις καὶ ἱκανῶς θερμὰ τυγχάνει καὶ μανά*. Equidem Heinsianum *ἐν τούτοις* interim toleravi, et verba *ἐν θερμασίᾳ* retraxi.

8. *ἕκαστα ὥσπερ τῶν εἰρημένων*] *verum singula non nisi semoto omni impedimento sic accipienda censemus* G. Scaliger *ὥσπερ* vacare censebat. Fortasse transponenda particula et adiungenda alteri *ἐάν*.

τούτῳ κύριον ἐπενεγκεῖν] *Nullus* (*nulla enim propria in iis reddi potest causa* Heinsiana) *neque maturus neque serotinus fructus* (*attribui debet* omisit Heinsiana), *si qua sint, quae adversentur* G. Sensus est: nihil enim in his certum et proprium ita, ut possit efficere fructuum maturitatem aut tarditatem, nec plura alia, quando alia quaedam adversantur. *ἐναντιώτατα* Heinsius mutavit in *ἐναντιώματα*, cum deberet

ἐναντιῶται dare. In verbo *ἐπενεγκεῖν*, ut in istis, *πλείω πάντα*, vitium haesisse puto. Initio statim *τούτοις* scribendum: *in iis* recte Gaza vertit.

σμίλαξ] Smilax aspera Linnaei. *μίλαξ* Med. nominat.

τούτων γὰρ τὰ μὲν ψυχρὰ] *hoc enim in genere quod quaedam natura frigida sint, serotina tam fructu quam germine consistunt: quod alia nuda — sufficere sibi nequeunt, cum tempus occupavit incommodum* G. Igitur rectius, ut in Med., scriptum legit *τὰ μὲν ὅτι ψυχρὰ τῇ φύσει*, non, ut vulgo, *τὰ τῇ φ*.

περιλαμβανόμενα] A. B. *ἐπιλαμβανομένων*. Med. *περιλαμβανομένων*. quod in *ἐπιλαμβανόμενα* mutatum Gaza vertisse videtur; qui praeterea verbum additum legit, velut *ἀμύνασθαι*. Equidem *ἐπικαταλαμβανόμενα* olim fuisse putabam: sed postea reperi locum hist. pl. 3, 16, 1. de fructu *πρίνου*: *περικαταλαμβάνει δὲ ὁ νέος τὸν ἔνον*. unde h. l. *περικαταλαμβανόμενα* scripsi.

τὰ δὲ, ὅτι ξηρὰ τῇ φύσει] Intellige ad prius membrum *ὀψίκαρπά ἐστι*.

Ὡς δὲ ὁ βλαστὸς] *germen autem, prout temporis particeps utriusque est, ita sese tueri longius atque protelare potest* G. In Scaligeri commentario scriptum lego *ὁ δὲ βλαστὸς*, omisso *ὡς*, ut Gaza vertit, qui tamen sensum in graecis obscurum aliunde redintegravit. Mihi *ὁ βλαστὸς* videtur esse pro *ἡ βλάστησις*: itaque fuisse suspicor *ὧν δὲ καὶ ἡ βλάστησις — παρεκτείνει*, nempe *ὁ καρπὸς* vel *ἡ πέψις τοῦ καρποῦ*. Videntur *ὧραι ἀμφότεραι* esse aestas et sequens hiems cum autumno. Sententia ipsa referri videtur ad superius illud membrum: *τούτων γὰρ τὰ μὲν — ὀψίκαρπα καὶ ὀψιβλαστῆ*.

Ἀλλ' ὥστε τύπῳ] Cum Scaligero *ὥς γε* scripsi, qui *quoad licet* vertit. pessime G. *ut breviter dicam*.

ἐπεὶ καθ' ἡλικίαν — ὥρας] *namque ratione aetatis sero maturere fructus pro tempore perficiuntur* G., sine sensu. In graecis deest *ἔνια*, aut sequens *οἷον* delendum, ut oratio inferior cum superiore iungatur: quod tamen ne fiat, additum *ὀψίκαρπα* vetat. Margo Vascos. post *ὀψικαρπότερα* inserit *ἢ πρωϊκαρπότερα*. Med. *χώρας* habet.

πάλιν ὀψίφορα] A. B. Med. *ὡς ὅτι φορά*. *veteres autem cessant, quod effoetas iam eas longa aetas reddiderit* G. quasi *οὐκέτι φορὰ* scriptum legisset. Heinsius *ὡς ὀψίφορα* dedit: *ὀψίφορα* etiam Vinar. Voss. habent.

ὃ ἑκατοστῷ] A. B. Med. *ἑκάστῳ*, Heinsiana *ἑκτόστῳ*.

verum e versione Gazae dedit margo Basil. De arbore hac Aegyptiaca nihil aliunde compertum habeo.

συκάμινος] recte Gaza: *ficus autem regionis eiusdem.* De re compara histor. 4, 2. Est sycomorus ab aliis vocata arbor.

ὀψικαρπεῖν] A. B. Med. ὀψιοκαρπεῖν. Sequens διατιτραινομένων καὶ κολαζομένων G. vertit: *quae perforatione castigantur.*

10. ἀπελαθείσης] *nimio liberata humore* Gaza. Malim ἀπεραςθείσης, ab ἀπερᾶν. Deinceps ἐγχυλότερα Med.

ἐκκόψας τὸν πάτταλον ἐπικαθάρῃ] *si paxillo deciso humorem influentem abstergas* G. Ex histor. pl. 2, 7, 7. et 2, 3, 11. et infra c. pl. 2, 14, 4. patet, hic olim scriptum fuisse: ἐγκόψας — ἀποκαθάρῃ. Cf. ad Geopon. 10, 61.

καὶ κατασχισθεῖσα] *resectis radicibus et trunco praefixo* G. Ex histor. 2, 8. ubi est καὶ κατασχάζουσι τὰ στελέχη, et c. pl. 2, 10. αἱ σχάσεις συκῶν, correxi scripturam vulgatam.

καὶ περὶ — τραγώσας] Articulum τὸ ante praepositionem inserui sensu flagitante: τραχώσας Heinsiana dedit. Deinceps βλάστησιν ὁρμὴν omissa copula Med. *earum quoque impetum revocare quantumque superfluit auferre oportet* G. pleniorem Codicem secutus, ubi erat: ἀφελεῖν δεῖ τὸ περιττεῦον καὶ ἀντισπᾶσαι τὴν ὁρμὴν, ὅπως et cet.

AD CAPVT XVIII. (VVLGO XXII.)

τὴν δευτέραν] *sed quod deterius sit* G. Ad verba ἐν μὲν γὰρ τῇ, si bene habent, dicta pro ταύτῃ, intellige τῇ πιείρᾳ καὶ βαθυγείῳ. Fortasse tamen βαθείᾳ rectius addideris. Deinceps ἀτρεφοῦς Med.

καὶ τροφὴν ἐλάττω] Concinnitas et ratio grammatica, articulum τὴν ut adderem, flagitabant. Deinceps ψαφεραῖς — καθίενται Med. unde malim καθιέντα, nempe τὰς ῥίζας.

τὰς ῥίζας, εἴγε πετρώδης ὁ τόπος δοκεῖ] Heinsiana ὁ τόπος addidit. *Ad haec solo eiusmodi utpote saxoso radices amplius refrigerari consentaneum est* G. Is igitur rectius scriptum mutata distinctione legit: ῥίζας ἤ γε πετρώδης δοκεῖ. quod restitui.

συλλαμβάνει μὲν πλείω] *Frumentum autem radices plures solo utique frugali capessit, quoniam non alte descendit* G. Igitur cum Med. μὴ κατὰ βάθους scriptum legit.

εἶναι Med. habet. Cetera G. male vertit: nam ad πλείω intelligitur τροφήν.

καταψύξεως δ' οὐ δεῖται] *Vitioso plerumque etiam exarescit radicum inopia: refrigerationem ergo desiderat, quia radix alte infixa non est* G. Igitur scriptum legit καταψύξεως οὖν δεῖται. Med. δ' οὐ omisit. Vulgo sequebatur διὰ τὸ μὴ κατὰ βάθους εἶναι: quod e superiore membro correxi.

γένωνται, καὶ πολὺς ὁ διασωζόμενος, χείρων ἐστί] *Cum vero imbres crebri incesserint, deterius prae alimento nimio reddi credendum est* G. Verba igitur πολὺς ὁ διασωζόμενος omisit, quae sensum turbant, nisi mutentur in οὐ πολὺς ὁ διασωζόμενος καὶ χείρων ἐστί. quod feci. deinceps ἐξίσταν Med. habet, et τοιοῦτον, non τοιοῦτο.

3. ἀλλὰ περισσόχρονα] *sed omnia pari tempore et ferunt in utero et alunt, cum pepererunt* G. Igitur ἰσόχρονα scriptum legit aut παρισόχρονα. deinceps συνήσεις pro κυήσεις habet Med.

ἐκτροφάς· ἀλλὰ μόνον — μάλιστά γε ξυνανθρωπευόμενα] *Quanquam tempora pro locorum natura saepe permutant, et praecipue quae cum hominibus vivunt* G. Igitur μάλιστά γε τὰ ξυνανθρ. addito articulo rectius scriptum legit. Vulgatum ἀλλὰ non recte vertit Gaza. Sed vitiosa est scriptura. Sententia enim diversa a priore traditur: nec prior poterat recte continuari per alterum ἀλλά. Igitur facili emendatione et mutato accentu ἄλλα scripsi.

Τάχα μὲν — καὶ παραδιδόασι τὸ ἀνάλογον] *atque ita proportionem absolvunt* G. Graece scribendum erat, ut alibi, ἀποδιδόασι.

οὐ μὴν ἀλλ' — γίνεσθαι τὸ ἀπόρημα] *Caeterum in quibus id desit, quaestio ista quasi per aequivocationem fit* G., qui rectius scriptum legit ἐφ' ὧν τοῦτο μή ἐστιν, non, ut vulgo est, τοῦτο μέν ἐστιν. Sed sententia ipsa, suo loco mota, copulanda est cum illis, quae sequuntur: Τὸ γὰρ τῶν ἐρινεῶν — ἕτερα ἂν λέγοιτο κατὰ τὸ εἶδος. Igitur quae in medio interposita sententiam illam importune interpellant, loco isto eximenda sunt, et cum verbis Τάχα μὲν — τὸ ἀνάλογον iungenda videntur. Gaza vertit: *Nam et in animalibus et plantis natura id effecit, ut alia urbana, alia silvestria sint, quae nullum fructum gignere valeant.* Omisit igitur membrum τὰ μὲν πολύκαρπα, τὰ δ' ὀλιγόκαρπα, et antea particulam ὥσπερ, et scriptum legisse videtur: φυτοῖς τὰ μὲν ἥμερα, τὰ δ' ἄγρια καὶ ὅλως ἄκαρπα. Verum ita

multo minus sententia congruit cum loci argumento, quod postulare videtur additum membrum: *καὶ τὰ μὲν πρωϊβλαστῆ καὶ πρωΐκαρπα, τὰ δ' ὀψιβλαστῆ καὶ ὀψίκαρπα.* Med. *ἄγρια.* *καὶ τὰ πολύκαρπα — ἄκαρπα· ἀλλὰ γὰρ τῶν ἐρινεῶν* habet.

4. *Τὸ γὰρ τῶν ἐρινεῶν ἕτερον γένος*] Explicat nunc propositionem: *ὥσπερ ἐν ὁμωνυμίᾳ γίνεσθαι τὸ ἀπόρημα.* Vulgatam *τὰ γὰρ* G. vertit: *Nam ea, quae caprifici ferunt, eui generis sunt, quippe quae nunquam maturescere neque perfectionem ullam attingere possunt.* Sequens tamen membrum docet, haec de ipso oleastro dici, non de fructu eius: igitur *τὸ* scripsi. Deinceps *καὶ* post *ἕτερον δὲ* e Med. addidi.

ἀλλὰ καὶ πέττουσι καὶ ἀνθοῦσι] Inepte interposita verba *καὶ πέττουσι* delenda censeo: neque enim in iis, quae collecta posui de vite insana ad cap. 11, 3., est, quod defendere ea possit: et sequens *καὶ οὐ δύνανται τελειοῦν*, totaque sequens enumeratio damnat supplementum ab inepto grammatico additum. Accedit denique postremum: *καὶ εἴ τι ἄλλο μέχρι τοῦ ἄνθους ἀφικνεῖται μόνον.*

ἕτερα ἂν — κατὰ τὸ εἶδος] Med. *ἕτερον λέγοιντο* habet. Quas nos hodie non specie diversas, sed specierum varietates dicere solemus. Sed in classe malorum et pyrorum domesticarum tanta est varietatum multitudo, et tam certae et manifestae singularum notae, ut varietatum nomen sufficere non videatur: sed cultura potius aliam classificandi rationem efficere et flagitare dicenda fortasse est.

5. *πεπαίνειν — ἀνθεῖν*] Ordo naturalis primum locum verbo medio, alterum tertio, tertium primo assignabat. Deinceps vulgatum *καὶ τὰ ἄλλα μέρη* G. non vertit: *quae autem percoquere, germinare florereque simul, aliis tamen atque aliis partibus, possunt.* Itaque *κατ' ἄλλοτ' ἄλλα μέρη* scripsi. Med. *καὶ τ' ἄλλα καὶ ἄλλα μέρη* habet.

ἀεὶ διὰ τέλους] *si quidem id agere possunt perpetuo* G. Copulam interserui. *αἰεὶ* Med. habet.

συμβαῖνον, ὥσπερ ἐν τῷ ἀέρι, ὡς] Med. *ὡς* omisit: equidem prius *ὥσπερ* seclusi.

καθ' ὃν — ἡ βλάστησις] *quo scilicet germinatio et fructificatio factitari assidue potest* G. igitur verba *ἀεὶ γίνεται* addidi. Sequens *πᾶσι κοινὸς* mutandum in *κοινὸν* cum Linckio suspicor et *causam communem* interpretandum censeo.

AD CAPVT XIX. (VVLGO XXIII.)

ἕτερον τὸ περικάρπιον — τούτων ὅρον τινὰ τὸν χρόνον] *Sed cum pulpa, quae semen complectitur, diversa per se sit, — terminum eius tempusque definitum esse necesse est* G. Igitur τούτου rectius scriptum legit, et ὅρον τινὰ καὶ χρόνον. Med. τινὰ, καὶ τὸν χρόνον habet.

συγκαταῤῥέουσι γὰρ τούτοις] *una enim cum pulpis haec defluunt: prosiliunt alia* G. qui συγκ. γὰρ οὗτοι τοῖς περικαρπίοις· τινὲς δὲ προσεκπηδῶσι scriptum legit. Med. verba τινὲς δὲ omisit: et deinceps ἐκπαδᾷ pro ἐκπηδᾷ dat.

πιττώδους πεύκης] *pini piciferae* Gazae. Quam cur praecipue nominarit Theophrastus, cum idem fructibus et seminibus totius generis coniferarum arborum accidat, dubitabat Scaliger. Verum additum καὶ ὅλως τῶν κωνοφόρων satis excusat philosophum, qui argumentis singulis exempla nota subiungere solet; deinde generis totius naturam addit. Verum hoc dubito equidem, an species peculiaris aliqua πεύκης hoc nomine indigitetur.

κάρυα] *haec* (semina) *exiliunt vasaque ipsa relinquunt inania* G. quasi τὰ ἀγγεῖα κενὰ scriptum legisset. Sed intelliguntur κῶνοι in arbore inanes relicti.

ὑμενῶδες] de semine cupressi vide dicta ad cap. 5. sect. 4. Med. deinceps θερμαντικοῖς habet.

2. ταῦτα δὲ σηπομένων] Med. δὴ dat. *haec externa illa mole putrefacta labefactaque* G. Intellige τῶν περικαρπίων.

τὰ μὲν ὄντα ξυλώδη] Vulgatum μένοντα e versione Gazae iam olim Scaliger et margo Basil. correxerant.

καὶ τὸ τοῦ φοίνικος] *vinaceum et palmulae nucleus* G. omissis ceteris, quae sequuntur: καὶ ὁ τῆς ἰτέας πυρήν. Scaligerum ῥοιᾶς coniecisse ait C. Hoffmann; sed ego nihil eiusmodi in viri summi commentariis scriptum reperi. Med. καὶ ὁ τοῦ φ. dedit. Salici fortasse olea substituenda et scribendum est: ὁ τῆς ἐλαίας πυρήν.

κοινὴν περιοχὴν] *vasculo communi circumclusa* Gaza.

3. Ἡ δὲ τῶν περικαρπίων] Med. ἡ δὲ περὶ τῶν περικαρπίων ὁμοία habet.

Τῶν δὲ οὐδὲ πλείους] *nonnullis quodam tempore post copia largior datur, ut olivis post arcturi exortum: ad id enim temporis usque oleum augescere creditur: postea carnis incrementum succedit* G. Scaliger haec ita interpretatur, ut aliis verbis graece explicet: ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας οὐ γίνεται

πλεῖον τοὔλαιον, ἀλλ' ἡ σὰρξ αὐξάνεται. Ceterum ad πλείους intellige οἱ χυλοὶ χρονιζόμενοι γίνονται. Ad alterum οὐδὲ, nisi id tollendum, quid intelligam, non reperio nisi καλλίους. Gaza plura omisit, quae tautologiam ineptam continere et ad rem non pertinere videntur. Planior et mollior oratio ita decurret: χείρους γίνονται, ὥσπερ τῶν ἐλαιῶν ἀπ' ἀρκτούρου. Superest tamen lenior medicina vitii manifesti, ut inseras verba τῶν μὲν ante χείρους γίνονται: cui membro respondebit alterum, τῶν δὲ οὐδὲ πλείους οὐδὲ καλλίους ἀπό τινος ὥρας. Hanc posteriorem rationem omnium maxime probo. Med. τῶν οὐδὲ πλ. omissa particula δὲ habet.

ἀπ' ἀρκτούρου — μετὰ δὲ] Recte A. B. Med. ἄτταρ Heinsiana. Pro μετὰ vulgo erat κατὰ contrario sensu, et dissentiente Gazae versione. Cf. dicenda ad libri 6. c. 11. κατὰ τούτου τῆς σαρκὸς Med. habet.

ποιῇ ὕδατα] Ut dicitur Ζεὺς ὕει et apud Xenophontem Hellenic. 1, 1, 16. ὕοντος πολλοῦ, intellecto Διὸς, ut monet Eustathius ad Odyss. p. 557. Basil. cum vulgo πολλῷ legeretur in Xenophonte. Tamen infra 4, 15. est πολὺ μὲν ὑσαντος οὐ γίνεται. In Aristophanis Vespis 260. ὁ θεὸς ὕδωρ ποιεῖ. Ibidem versu 263. est φιλεῖ ποιεῖν ὑετόν. Hinc natum ridiculum illud Aristophaneum Nub. 372. versu: διὰ κοσκίνου οὐρεῖν Δία.

ἀμόργην] A. B. ἀρμόγην. Heinsiana ἀμοργὴν dedit. *oleum in amurca deterius redditur* Gaza.

πλείω· πολλάκις δὲ καὶ] *et saepe fructu ob eandem causam putrescente itidem accidit* G. abundantia inutili, quae in graecis non inest; deest tamen apodosis membri, nisi mecum mutata distinctione scribas πολλάκις καὶ, ut cum praecedente oratione hoc membrum copuletur.

4. Περιμένουσι δὲ πέπανσιν] Articulum τὴν de meo inserui. Verbum λυμαίνοιτ' ἂν sensu passivo ponitur.

Φαίνεται δ' οὖν] Inutilem particulam δὲ omisi.

πρὸς περίττωμα χωρεῖ] A. B. Med. περιττώματος χῶρον. *enimvero si calor vehementior sit, non eodem fungi officio potest, sed velut alienus et adiectitius quidam deficit, vimque omnem succi impellens ad carnem corpus tantummodo increscere cogit* G. unde eum scriptum legisse πρὸς σώματος αὔξησιν χωρεῖ censebat Dalecampius, ipse vero malebat: ἐπίθετός πως περιττώματος σωρὸν ποιεῖ. Scaliger vulgatum interpretari conatur *ad quantitatem superfluam*, vel *degenerat ad recrementa*, et ad vocem πλείων intelligit ὑγρότης. Sane ἡ τοῦ θερμοῦ φύσις non bene dici videtur

χωρεῖν πρὸς περίττωμα. Igitur videtur ὑγρότης excidisse. Quod tamen sequitur, ἀντισπῶσα — τὴν τοῦ χυλοῦ δύναμιν, humori minus quam calori convenit. Gaza *calorem vehementiorem* intelligebat. Sequentia Scaligeri opinionem confirmare videntur. De re dicetur infra ad 6, 11. Interim comparabis dicta ad Catonem R. R. p. 130. 154. et ad Varronem p. 367. Tandem in mentem mihi venit suspicari, fuisse olim scriptum: πλείων ὑγρότης ὥσπερ ἀλλοτρία καὶ ἐπίθετος πρὸς περίττωμα χωρεῖ, οἷον ἀντισπῶσι μᾶλλον — χυλοῦ δύναμιν. Nam nimius calor commode dici non potest ὥσπερ ἀλλότριος καὶ ἐπίθετος, non magis quam πρὸς περίττωμα χωρεῖν: at nimius humor, imbribus auctus et affluens, amplius vi caloris coqui et in olei naturam converti non potest, sed ipse fit excrementi instar, atque obiter eam succi copiam, quae in oleum mutari idonea suberat, ad carnis incrementum transfert et convertit.

5. καὶ βρεχομένων] *et aquis scaturientibus accidit* G. Intellige τῶν δένδρων vel τῶν ἐλαῶν. Pro ναματίοις scripsi ναματιαίοις, intellecto ὕδασι. Infra 6, 12. τὰ ὕδατα δὲ τὰ ἐκ Διὸς γινόμενα καὶ τὰ ἐκ τῶν ὀχετῶν ἄρδοντα τὴν σάρκα πληθύνει, καθάπερ εἴρηται. unde Gazae error fit manifestus. Med. απολλύασι habet. deinceps πλυθείη pro πληθύνει. Voluit πληθύει.

ἄρχοντος Νικοδώρου] *tum magistratu Nicodori obtigisse memoriae proditum est* G. male omissis καὶ τὸ τελευταῖον ἤδη. Nicodorum archontem Olympiadis 116. anno 3. assignavit Diodorus 16, 69. Sed ulterius historiae huius scriptae tempus protrahendum esse docet locus 4, 2, 2. ubi Ophellae expeditionem contra Carthaginenses memorat, quae pertinet ad annum 1. Olympiadis 118.

ῥύσεις καλλίων] *olei profluvium longe melius extitit* G. *largior ubertas fuit, — duplicata fluxit quantitas* Scaliger. *Fluxum meliorem olei reddit oliva* Palladius Octobr. 10, 1. *Fluxuram* uvae expressum liquorem vocat Columella 3, 2, 17. *Oleum satis fluit, exiguum fluit* idem 12, 50, 1. χείρους εἰς τὴν ῥύσιν noster h. pl. 4, 17. Cf. ad Columellam dicta p. 659.

Τὰς μὲν οὖν πέψεις — ὅτι — εὑρίσκομεν] Cum Scaligero οὖν inserui, quod sententia flagitabat. *Sed modos coquendi destinatos esse a natura hominum usui ex his ceterisque supra dictis, quibus de silvestribus disseruimus, dilucide intelligi potest* G. A sensu loci aberravit etiam Scaliger. *Frustra*, inquit, *addit, ex supra dictis cognosci a nobis*

posse, *institutas maturationes a natura nostri causa.* Dalecampius etiam cum Gaza scribi voluit εὕρηκεν ἡ φύσις. Vulgatae, in qua verbum εὕρομεν nemo advertisse et considerasse videtur interpretum, sensus est: constat igitur e dictis, maturationes esse quasdam fructuum, a naturalibus diversas, quas usum in suum homines excogitarunt, atque arte culturaque adiuvare conantur.

AD CAPVT XX. (VVLGO XXIV.)

ὅσα μὲν γὰρ ξηρὰ] E versione G. γὰρ addidi. Sequentia ὥστε μήτε μετενεγκεῖν — κατασχεῖν G. vertit: *ut neque transducere neque retinere humorem valeat.* Repeti voluit antecedens ἐπιῤῥοήν, humorem affluentem. Sed non apparet, quo transduci voluerit a germine humorem. Sequens membrum docet ex opposito, quid dicere voluerit Theophrastus: διὸ ἄμφω δύναται ποιεῖν ἅμα, τόν τε βλαστὸν καὶ τὸν καρπόν. Vitium igitur latere videtur in graecis, aut excidit vocabulum unum alterumve.

ὅσα δὲ ὑγρὰ — ταῦτα ἐκ τῶν νέων· ἀθρόα τε γὰρ ἡ ὁρμή] A. B. Med. omisso νέων habent ἀθρόως τε ἡ ὁρμή. *haec fructum novellis germinibus pariunt: vehementi enim impetu aguntur* G. unde Heinsius nimis largiter dedit: νέων βλαστῶν καρποφορεῖ, ὅτι ἀθρόως τε ἡ ὁρμή. Scaliger, cum Gazae auctoritatem contemneret, suspicabatur fuisse: τούτοις ἐκ τῶν ἀθρόως τε καί. Opponuntur haec superioribus, βραχείας καὶ μικρᾶς ουσης τῆς ἐπιῤῥοῆς. Unde et e Gazae versione γὰρ addidi, et ἀθρόα dedi. Codex Anglicanus ἀθρόως τε γὰρ ἡ ὁρμὴ habet. Vinar. τῶν νέων· ἀθρόως τε γὰρ ἡ ὁρμή. Ita etiam Voss. omissa tamen particula γάρ.

καὶ τὰ ἐκ τῶν ἐτῶν φέροντα] Articulum τὰ addidi. Male deinceps Voss. νέων habet, sententiae contrarium.

ἀποβλάστημα] *pusillo quodam emisso germine ferent* G. *extra vetulum ramum prodit tenellus quidam, e quo fructus* Scaliger. Vox inepta est ramus. Germini annuo accedit novellum germen, e quo flos cum fructu prodit.

οὐδὲ γὰρ — παράλογον] Pessime G. *quoniam nec ullo pacto aptum id sit fructum parere, nisi temere quicquam fiat.* Cogitavit Theophrastus sycomorum, cuius e trunco fructus enascuntur, praeter naturam ceterarum arborum.

2. οὐ γὰρ φέρει ἀπὸ] Med. habet οὐ τὸ φέρειν ἀπὸ. Sequentia G. vertit: *sed iis quae praegnans gestat modo spicati seminis fructum condit.* In graecis vitium haesisse

videtur, et vocabulum aliquod deesse. Ad ἕνων ἢ νέων intelligitur *βλαστῶν*.

ἐκ γὰρ τῶν ὁμογενῶν — ἡ ῥάβδος] *Virga enim, quae fructum gerit, quemadmodum spica erumpit* G. Omisit igitur verba omnium maxime ad rem pertinentia ἐκ τῶν ὁμογενῶν, quibus in inferiore oratione respondent ἐν τῷ συγγενεῖ καὶ οἰκείῳ τὴν κύησιν ἐξέτεκεν. Verbum ἐκφαίνεται non est copulandum cum istis, ἐκ τῶν ὁμογενῶν, sed ordo hic est verborum: ἡ γὰρ ῥάβδος ἐκφαίνεται καθάπερ στάχυς ἐκ τῶν ὁμογενῶν ἔχουσα πρὸς ἑαυτῇ τὸν καρπόν. *Virga enim erumpit vel existit spicae instar fructum in se enatum e partibus congeneratis ferens.* Ὁμογενῆ appellat partes, e quibus flos et fructus dependet: hae simul cum ipsa virga intus concipiuntur et formantur. Recte igitur postea, sed singulari numero, τὸ συγγενὲς καὶ οἰκεῖον dicuntur. In reliquis arboribus semper ὁ βλαστὸς florem et fructum antecedit, et annuus quidem longiore tempore, quam hornus: in palma confusa sunt tempora germinis, floris et fructus: simul enim omnia concipiuntur, formantur et generantur emerguntque, antea intra corticem latentia. Scilicet historia 1, 13, 5. tradit, palmam τὸν μὲν ἄῤῥενα ἀνθεῖν, τὸν δὲ θῆλυν οὐκ ἀνθεῖν, ἀλλ' εὐθὺς προφαίνειν τὸν καρπόν. Et 2, 6, 6. ὁ μὲν ἄῤῥην ἄνθος πρῶτον φέρει ἐπὶ τῆς σπάθης, ἡ δὲ θήλεια καρπὸν εὐθὺς μακρόν. Maris igitur pediculum floriferum σπάθην vocavit, feminae ῥάβδον, quo vocabulo ubique etiam folia significavit. Plinius 13, 4. *mas in palmite floret.* sed idem 16, 26. *palma sola in spathis habet fructum, racemis propendentem.* Abutitur vocabulo *spathae*. Denique 13, 4. *pomum est non inter folia, ut in ceteris, sed suis inter ramos palmitibus racemosum, utraque natura uvae atque pomi.* Iterum palmitis vocabulo abusus, si voluit hunc Theophrasti locum reddere, a sensu verborum ἐπείπερ οὐ παρὰ τὸ φύλλον ὁ καρπὸς plane aberravit. Σπάδιξ idem quod ῥάβδος significat apud Nicandrum Alexiph. v. 528. Hinc spadicem Pollux ῥάβδον φοίνικος interpretatur. Gellius 2, 26. et 3, 10. *spadica*, inquit, *enim Dorici vocant avulsum e palma termitem cum fructu.* His ita disputavit manifestum fit, male Scaligerum τὰ ὁμογενῆ interpretari *alios ramulos*. Cum ῥάβδῳ comparat is *vitis virgam* a scriptoribus latinis appellatam. Locus Hesychii est unicus, qui docet, conceptabulum floris et fructus vocabulo peculiari significasse Graecos: *Κά-*

πος, inquit, καὶ ὁ τοῦ φοίνικος φλοιὸς, ἐν ᾧ κέκρυπται ὁ καρπὸς καὶ ἡ πρώτη ἔκφυσις.

καὶ ἐξ αὐτῶν προφαινόμενοι] *sive extra consistant, sive intus formati demum erumpant* G. *cum post editionem foris constiterunt, et cum ex ipsis apparent primulum* Scaliger. Gaza quidem scriptum legisse videtur: καὶ οἱ ἔξω συν. καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν προφ. quod probo.

τὰ φύλλα τοσαῦτα ποιεῖ] *ceteris custodiam illam folia praestant* G. Cum Med. scripsi ταῦτα. Sequens καθάπερ εἴρηται quo referatur, nescio: nusquam enim de foliorum hoc usu gemmis appositorum traditum aliquid a Theophrasto reperire memini.

ἀναγκαῖον ἐν τούτῳ] *concrescant intra arborem necesse est* G. qui ἐντὸς scriptum legisse videtur, et quidem rectius, nisi τοιούτῳ fuit: quod tamen minus placet.

ἰσχύον — μεμορφωμένον] *ut validi formatique tandem reddantur aeri* G. referens recte ad fructus. Graeca igitur vitiosa correxi: nam genus neutrum non habet in antecedentibus, quo referatur.

συγγενεῖ καὶ οἰκείῳ — ἐξέτεκεν] Ita A. B. *quapropter in utero parentis natura partum servavit, quod similiter atque in frugibus inspicandis agitur* G. ineptissime vertit. Heinsius ἐξέθηκε edidit. Κύησιν esse pro κύημα, monuit Scaliger.

ἀλλ' εἰ ἄρα μόνον τῶν δένδρων] Cum Scaligero μόνῳ scripsi. Gaza perverso ordine sententiarum locum hunc vertit: *Spicatio autem quia communis plurium sit, causam quoque communem quandam animadverti necesse est. Sed mirum, quod ex omni arborum genere palmae tantummodo frondibus id eveniat. Proprium enim si quid in iis sit, quae generis societate iunguntur, iure admiratione dignetur. Verum de hoc amplius cogitare par est.*

ἐν τοῖς ὁμοιογενέσι] Vulgatum hôc e Med. duce Gaza correxi, et verba τὸ γὰρ ἴδιον — θαυμάζεται intra parenthesin conclusi.

3. Παρενιαυτοφόρα] Scaliger hinc novum exorditur caput. In verbis καὶ ὅσα μὴ ἐκ τῶν νέων ἀλλ' ἐκ τῶν ἔνων φέρει τοὺς καρποὺς post ὅσα vocabulum ἀσθενῆ inserendum esse videbatur Linckio, quia sect. 4. sequitur: ὅσα δὲ ἰσχυρότερα τῶν ἐκ τῶν ἔνων φερόντων.

ὡς τύπῳ λαβεῖν] Male G. *ut hoc obiter dicamus.* Sequentia ita vertit: *ut enim prius colligatur genereturque opus est.* omisit igitur τὸ γεννᾶν, quae dubio casu posita

sunt. Gemma annotina nascitur ipsa et generatur, sed colligit eadem per annum totum materiam generando flori et fructibus altero anno prodendis. Malim igitur τὸ γεννῶν accusandi casu accipere.

εὔξυλῇ καὶ εὔτροφα] *probe materiatae altaeque* G. *minus vel mediocriter lignosae* Scaliger. Sunt quae supra ὑγρὰ καὶ μανὰ καὶ εὐτραφῆ dicuntur. Scaliger εὔξυλα scribi iussit, ut analogiae congruat magis. Alibi vocabulum nondum repertum: ac vereor, ne vitiosum sit et in εὔχυλα aut simile mutandum. Recte enim ξυλώδεσι opponi τὰ εὔξυλα non videntur.

ἐπιδήλως ἐν ἐλαίᾳ τοιοῦτο] Heinsius male A. B. Med. scripturam ἡ ἐλαία mutavit: alioqui ἐπίδηλον — τοῦτο scriptum oportuit. *quod maxime in olea patet* versio G. quae Heinsium in errorem induxit.

κατακεκομμένη τὰς θαλείας] Med. κατακομένη τὰς θαλλείας. ἐπεὶ ὅσοι γε. vulgo erat ἐπεὶ καὶ ὅσοι γε. *decussa perticis aut praecissa vehementer laborat* G. inepte vertit. Scaliger: *caesis termitibus*. Deinceps putat copulam καὶ addendam aut disiunctionem ἢ αὐτομάτως — ἢ ἀποσείοντες, ut scriptum legit Gaza. Varro R. R. I, 55, 3. *Qui quatiet, ne adversam caedat: saepe enim olea ita percussa secum defert de ramulo plantam: quo facto fructum amittunt posteri anni: ut haec non minima causa sit, quod oliveta dicant alternis annis non ferre fructus aut non aeque magnos.* Recte is verba κατακεκ. τὰς θαλείας interpretatur *quae perticarum ictibus perdunt taleas.* Deinceps vulgatum ἀποῤῥέουσαν ἀποσείοντες e Med. copula καὶ interserta correxi.

4. ἐν γοῦν τῇ Ἀληθείᾳ] *Alethea* G. Meursius in Theophrasto Ἀλθαίᾳ corrigebat e Stephano Byz. et Polybio 3, 15, 5. Urbs ea princeps fuit Olcadum in Hispania. Verum vidit P. Faber in Davisii editione Ciceronis Academic. I, 13. p. 336. ubi comparavit locum Varronis R. R. I, 44, 3. *In Olynthia quotannis restibilia esse dicunt, sed ita ut tertio quoque anno uberiores ferant fructus.* unde Ὀλυνθίᾳ scribi iussit Gallus, quod feci. Dubitationis tamen aliquid subnasci lectori attento potest exinde, quod ibi Varro de frugibus et agro restibili, Theophrastus autem de arboribus frugiferis praecipueque de olea loquitur. Ceterum Varro παραλλαγὴν, quae discrimen simpliciter significat, ad fructuum ubertatem retulit. Potest idem locus Varronis inservire scripturae A. B. Med. ποιοῦνται confirmandae, quam Heinsius

ita mutavit: καρποφορεῖ· παραλλαγὴν δὲ ποιοῦντα κατὰ τριετίαν ὅσα ἰσχυρότερα, posito puncto, ubi nos incisum posuimus. *Itaque in Alethea fructificari assidue ferunt, quanquam anno tertio discrimen patescat* G. Scaliger δὲ post ὅσα inseri iussit, quod feci. Membrum hoc opponitur superiori: ὅσα μὴ ἐκ τῶν νέων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἕνων φέρει τοὺς καρποὺς, nempe παρενιαυτοφόρα ἐστί. Discrimen τριετίας ad solum agrum Olynthium pertinet. Verbum ποιοῦνται, si sana est scriptura, (male enim cum antecedente καρποφορεῖ, nempe ἡ ἐλαία, congruit) Varroni fortasse errandi occasionem dedit, ut is ad agrum et fruges verba Theophrasti referret. Med. ἀεὶ, non αἰεὶ, habet.

τῶν ἐκ τῶν ἕνων] Vulgatum νέων e versione G. admonitus a Scaligero, margine Basil. et ab ipsa sententiarum serie correxi.

φερόντων, ταῦτα γὰρ οἵας ἂν] *hae, prout deus tempore induxit, ita fructus reddere consueverunt* G. inepte Heinsius verba ταῦτα γὰρ inseruit, quae recte omittuntur in A. B. Med. deinceps ἄγει et ξυνακολουθεῖ Med. ubi συνακολ. vulgabatur.

5. εἰς ἄμφω διήκειν] *tanquam natura utrique satisfacere parti non possit* G. diversam scripturam secutus. Idem sequens λευκῶν omisit. Mihi διαρκεῖν scriptum olim fuisse videtur: certe vulgata eodem sensu accipienda: quemadmodum ἐξικνεῖσθαι apud Platonem est pro ἀρκεῖν, ἐξαρκεῖν. Med. δυναμένην habet.

συναρπεῖν] Repete verbum φασί. Sequentia εἰ δὲ τοῦτο — ἀληθές Scaliger interpretatur: *Si verum est quod aiunt, non propterea non verum est, quod nos dicimus de aliis in genere.* Med. ἀμπέλων συμβαῖνον, ὥς τινες φασὶν ταῦτα γὰρ habet.

εὐβλαστία] A. B. Med. εὐβλαστεία. Sequens γίνεσθαι correxi. *fieri solet* Gaza vertit.

ἐν τῇ μὲν γὰρ ἄφθονα] Gaza: *telluris enim eiusmodi alimenti larga copia est:* igitur plenius scriptum ἀφθονία τροφῆς legit. ἄφθονος Med. habet.

ἑλκύσαι δεινὰ] *facile suo robore attrahere possit* G. Alibi ἐπισπᾶσθαι dixit; atque haud scio, an verbum sit vitiosum, aut vox aliqua exciderit. Deinceps δῆλον ὡς Med.

6. γίνεται πρὸς] Verbum Heinsiana omisit. Sequens ἡ τοιαύτη margo Basil. in λευκὴ mutat e versione Gazae: tanquam glossema aspernatur etiam Scaliger.

λαμβάνει τὸ ξύμμετρον] Nimis definite Gaza: *modice uliginem attrahunt.*

Ἵνα μηδ' ἐκ ταύτης ἡ ὑπερβολή] Gaza: *ut ne soli quidem causa excessus possit ullus accedere.* Intellige τροφῆς.

εἰς τὰς νήσους] *in insulis haec amplius evenire videmus* Gaza, quasi ἐν ταῖς νήσοις scriptum legisset. Videtur igitur hinc argui, solum plerarumque insularum a Graecis habitatarum non nimis pingue, et vitem albam in iisdem praecipue cultam fuisse.

ἐνταῦθα τοῦτο αἴτιον] *huius igitur causam hinc petere omnino debemus* Gaza, quasi ἐντεῦθεν scriptum legisset. Sed quid opus erat τοῦτο addere post ἐνταῦθα? Praeterea post τοῦτο debebat articulus τὸ sequi. Locus igitur minus integer esse videtur.

AD CAPVT XXI. (VVLGO XXV. ET XXVI.)

ἐν ἅπασι δὲ τοῖς — αὐτοῦ γε ὁ καρπὸς καὶ τὸ σπέρμα] Gaza *semen* tantum posuit. Scaliger ait, καρπὸς esse nomen substantiae, alterum finis. Idem miratur γε particulam assertivam post αὐτοῦ. Ita tamen statim: ἢ ἐκεῖνό γε εἶναι. Ita enim cum margine Basil. et Scaligero vulgatum ἐκείνου corrigi debebat, consentiente Voss. Superest καρποῖς sine dubio vitiosum, cui καρπίμοις substitutum malim. Gaza vulgatam vertit; sed is sequens ὁ καρπὸς omisit: quam rationem si sequi malis, equidem non intercedam. περικάρπιον Gazae *pulpa et pars exterior* dicitur.

βοτρύων αἱ μικραὶ ῥάγες] Vulgabatur sine articulo deinde γλυκεῖα.

2. Ἢι καὶ δῆλον] A. B. Med. ἢ καὶ δ. *ex quo plane intelligi potest* G. Heinsiana ἢ omisit.

ὡς ἀραιὸν ἐκπέψαι — ἔοικεν ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἀέρος — συνέψεσθαι] *quam rara aptaque excoqui pulpa fructus sit. Si quidem a sole et aere et tempore ipso percoqui atque dulcescere possit, quanquam semen naturae opus proximius sit* G. Post ἀραιὸν igitur aut scriptum legit aliud vocabulum aut ipse addidit, quod reddidit *apta.* Pro ὥσπερ scriptum rectius εἴπερ legit, et deinceps συνέψεσθαι δύναται aut συνέψεται. Verba ἡλίου καὶ Heinsiana omisit. Vitium vulgatae scripturae multa produnt argumenta. Primum ἔοικεν suo loco motum ad sequens εἶναι referendum videtur. Deinde ἀραιὸν ἐκπέψαι insolenter et dure iunguntur; quare

addit Gaza *apta:* graece possis *καὶ ῥᾴδιον*. Fortasse fuit: ὡς *ἄρα ῥᾷον ἐκπέψαι*. Sed ne sic quidem satis respondet appositum membrum: *τὸ δὲ σπέρμα τῆς φύσεως ἰδιώτερον εἶναι* (*ἔοικεν*). ubi Gaza *ἐγγύτερον* vel *ἐγγυτέρω* scriptum legisse videtur. Vulgata scriptura significat, seminis perfectionem et maturitatem propriae arboris plantaeque naturae viribusque deberi, cum pulpa magis soli, aeri, tempestatisque viribus, igitur externis causis, deberi videatur.

τὰ μὲν οὐδὲν, τὰ δ' ἐν ἐλάττονι χρείᾳ· ἐλάττων] Ita Heinsiana. A. B. Med. *χρόνῳ* dant, Codex Casauboni, Vinar. Havn. 2. *λόγῳ*, quod merito probavit Moldenhauer. Latius Gaza vertit: *Sed hominibus non aeque omnia semina usui sunt: sed alia nulli, alia minimo.* Egregie Linckius meus *τὰ μὲν ἐν οὐδενὶ, τὰ δ' ἐν ἐλάττονι λόγῳ* fuisse olim scriptum suspicabatur. Vulgata certe sensum non habet, nec tolerari potest.

τὰ ἀπύρηνα] Vulgatum *πύρηνα* cum G. Scaliger iam olim correxerat, consentiente Havn. 2. et Vinar.

τοῦτο σπεύδομεν] *quoad possumus, tales ut fiant, operam damus* Gaza vertit.

3. *πλεονάζῃ*] *utrum tamen exuberaverit, reliquum minus consistit* G. minus bene vertit. In graecis verbum *γίνεται* deesse videtur.

ἁπλῶς εὐτροφίαν] Heinsiana hic male deseruit A. B. Med. quae hic et paulo post *τὸ ὅλον εὐτροφίαν* dant, hoc quidem in loco rectius, in altero secus. Gaza hic consentit. *ἀτροφίαν* tamen etiam Vinar. habet.

διὸ καὶ — ξυμπονεῖν] Mire G. *et hinc agriculturam quoque unice auxiliari dicimus.* Equidem *εἰς ὃ* fuisse olim scriptum suspicor.

Καὶ πρὸς μὲν τὴν ἑκατέρου] *Atque perfectionis coctionisque eorum ac forte plantarum etiam omnium generationis germinumque proventus celeris causas illas existimari non absurdum est, videlicet aeris solisque potentiam et proprias rerum singularum naturas* G. Satis obscure et dubie: nec apparet, verba *ἅπαντα τὰ τοιαῦτα* in libro suo legerit an non. Si ferri debent, saltem copula *καὶ* interserenda fuit; quod feci. Ad *ἑκατέρου* mentionem *καρποῦ* et *περικαρπίου* repete. Superest verbum *αἰτιατέον*, cuius structura insolens et dura vitium latens arguere mihi videtur. Suspicor olim fuisse *ἀνακτέον*, ut sequitur *αἰτία ἡ εἰς τὸ κάρπιμον ἀνάγουσα*. Quae nisi me fallit coniectura, tum sequentia verba, *ἅπαντα τὰ τοιαῦτα*, bene habent, et

complectuntur causas omnes antea dictas, quibus separatim vel *περικάρπιον* vel *καρπὸς* assignabatur.

ἐπείπερ οὐκ ἐς αἴσθησιν, ἀλλ' εἰς λόγον ἀνήκει] Haec e Med. adiecta verba vertit G. *quia non sensu, sed ratione percipi possunt.*

4. *περὶ ὧν καλῶς — διωρίσθαι πως ἄλλως, ἐπεὶ*] *de quibus alia quadam ratione determinandum erit, quando etiam permultae res aliae sunt, quae ad ea ipsa principia redigi debent* G. ubi Basil. habet: *determinasse bene est, quando etiam permultae res sunt, quae ad ea principia redigi exigant.* Equidem non dubito, scriptum a Theophrasto fuisse: *πως* (aut *πρότερον*), *ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ πολλὰ* —: *cum alias ob causas, tum propterea quod multa ex his principiis explicanda sunt.*

5. *Μία — ἡ εἰς τὸ κάρπιμον ἀνάγουσα*] *Ergo causa calidorum frigidorumque prima redditur, quae fructiferum sterileque genus attingat* G. Scaliger: *referens cognitionem nostram et ducens ad fertilitatem.* Monet, vulgo contrario modo dici ad causam fertilitatis referri. Vocabulum *αἰτία* tam vario sensu dicitur a graecis philosophis, ut latino *causa* reddere ubique non liceat. Hoc etiam in loco et qui sequuntur varie dicitur et struitur cum adiunctis verbis; et recte monuit Scaliger, proprie effectum referri ad causam: igitur dicendum fuisse: *primum fertilitas et sterilitas arborum plantarumque ad calorem et frigus tanquam ad causam refertur: deinde etiam locus natalis plantarum humidus vel frigidus ad calorem earum tanquam ad causam refertur. Tertium matura germinatio et fructuum perfectio ad calorem plantarum, in quibus locum habet, referri debet: succus enim eorum calidus maturitatem istam efficit.*

Ἑτέρα δὲ κατὰ τὰς χώρας οἷον ψυχράς] Male Heinsiana *ψυχρὰν* dedit. *secunda pro regionum natura, hoc est ratione frigiditatis* G. Graeca vitiosa esse videntur et manca. E primo membro si repetas *ἑτέρα δὲ αἰτία λέγεται τῶν θερμῶν καὶ ψυχρῶν*, sequens *ψυχρὰς* non convenit, quod in protasi solum *θερμῶν* tolerat. Additum etiam *οἷον* molestum est. Igitur aut scribendum: *κατὰ χώρας θερμὰς καὶ ψυχράς*, aut in protasi intelligenda: *ἑτέρα τῆς θερμότητος αἰτία λέγεται κατὰ τὰς χώρας ἢ ψυχρὰς ἢ ἐνύγρους.* Ab intellecto *λέγεται* pendet infinitus modus *δύνασθαι διαμένειν*: alioquin *δύναται* scribi potuisset.

θερμὰ ἐν ταῖς ψυχραῖς — θερμαῖς] Vulgatam scripturam, quae verba *ψυχραῖς* et *θερμαῖς* permutavit transposita,

e versione Gazae, Codd. Anglicano, Havn. 1. 2. Vinar. Voss. cum Scaligero et Moldenhauero correxi, consentiente Palmerio pag. 604. Deinceps *οὕτως γὰρ* Med. postea *τινὸς γινομένης*.

Ἐμπεδοκλῆς — ὑπέρπυρα] Eandem philosophiam refert et improbat Aristoteles de respiratione c. 14. de partibus animal. 2, 2. Cf. dicta in Historia piscium litteraria p. 180.

6. *οὐκ ἐκπήγνυσθαι*] *a gelu torpere* G. *gelascere* Scaliger vertit. Infra est de eadem re *ἐμπήγνυσθαι*.

δύναται διαμένειν] Vulgatum *δύνασθαι* cum C. Hoffmanno correxi, praeeunte Gaza.

ἔτι δὲ σκολιὸν — διαστρέφειν] *item tortuosa haec eadem esse pervertique ob calorem medullae asserit* G. Legit igitur aliter scriptum locum, *σκολιὰ εἶναι*. Sed arbores antea nominatae non habent lignum tortum, sed, si fissae ad aedificandum adhibentur, relicta medulla, haec torquere lignum asseritur a Theophrasto. Hic vero ipsa arbor viva torto ligno esse dicitur propter medullae calorem: et antecedens membrum, *ἐπὶ τούτου — ἐπιμένειν*, ad solam hederam refertur. Ceterum articulum *τὸ* ante *τὴν ἐντεριώνην* addidi.

7. *λέγει τοῦ πρωϊβλαστῆ*] Vulgatum *λέγειν* cum Scaligero correxi. Deinceps coniunctim scriptum *πρωϊποιεῖ* habet Heinsiana. *Tertia causa celerem proventum germinis fructusque declarat* G. Falso *celerem* dixit, quem *maturum* debebat. Intelligi videtur *τὴν θερμότητα:* deinceps vero deesse exemplum arboris, veluti fici, cuius *ὀπὸς* proprius est, i. e. humor lacteus. Neque enim *ὀπὸς*, etiamsi generatim pro succo arborum et plantarum dictum interpreteris, omnis omnium arborum plantarumque calidus natura est. Copula *καὶ* abundare videtur, aut magis etiam acuit desiderium exempli additi arboris lactescente succo praeditae.

Σημεῖον — κιττὸν καὶ ἕτερα ἄττα] *argumentum huius quoque hederam et quaedam alia capit* G. minus latine et obscure vertit. *τούτου* refertur ad *τὸ πρωῒ βλαστάνειν καὶ πέττειν τοὺς καρπούς*. In hederae nomine dubius haereo cum Linckio; neque enim haec fructum mature perficit, neque is usibus hominum inservit. Praeterea *ὀπὸν* proprie dictum, i. e. humorem lacteum, hedera non fundit, nisi fortasse vetula et lignoso trunco inclusum habet eiusmodi humorem, quemadmodum sub coelo calidiore vetula

gummi genus aliquod olidum exsudat. Tamen supra c. 10, 7. *σπάνια γὰρ ἄν τις λάβοι τὰ πρωϊβλαστῆ καὶ πρωϊκαρπα τῶν ἀειφύλλων, οἷον τόν τε κιττὸν καὶ τὴν ῥάμνον καὶ εἴ τι τοιοῦτον.*

Τετάρτη δὲ ἡ τῶν ἀειφύλλων] Mire variavit enumerationem causarum et effectuum a calore plantarum proficiscentium. Cum antea dixisset: *τρίτην αἰτίαν λέγει τοῦ πρωϊβλαστῆ εἶναι,* nunc ait: *τετάρτη δέ,* intellecto *ἡ αἰτία λέγεται:* nec effectum ipsum nominat, sed plantas, in quibus effectus caloris conspicitur, *τῶν ἀειφύλλων,* cum expectares *τῆς ἀειφυλλίας.*

ἐνδείᾳ τοῦ θερμοῦ] E versione G. monente Scaligero verba *τοῦ θερμοῦ* addidit Heinsius. Contra Med. Vinar. *τούτου φυλλοβολεῖν* dant. Ad verbum *διατηρεῖν* repete *τὰ φύλλα* e vocabulo *ἀειφύλλων.*

Προσεπιλέγει — σημειούμενος] Gaza haec omisit. Vulgatum *προσεπιλέγειν* cum Scaligero, Med. Vinar. et Moldenhauero correxi. Postremum verbum positum videtur pro *σημεῖα.* Med. *τὰ τοῖα* habet.

ἐκπυροῦται καὶ τῶν δένδρων] Hanc vulgatam e versione G. Havn. 1. 2. Vinar. Voss. cum Moldenhauero correxi. Ceterum *πυρία* A. B. Med. habent.

ὥστ' ἀεί τις τὰ τοῦ πυρὸς ὄντα] Ita A. B. ubi *τις* delebat Scaliger. *τι* dat Vinar. *ὥστ' ἀεὶ τὰ τοῦ* Med. *tanquam celerius ignem edere illa possint, quorum natura plus in se caloris contineat* G. Moldenhauer correxit: *ὡς τὰ πλεῖστον τοῦ πυρὸς ἔχοντα τάχιστα.* Equidem non dubitavi ponere: *τὰ τοῦ πυρὸς πλεῖον ἔχοντα.* Rationem sequens annotatio edet.

Καὶ τὰ μὲν ὑπὲρ τῆς θερμότητος λεγόμενα] Vulgo post *ὑπὲρ* interposita leguntur verba *πλεῖον ἔχοντα,* a Gaza et Med. omissa, et a structura non minus quam a sententia loci aliena: quae hinc removi et in locum suum transtuli. Nempe librarius ad verba praecedentis membri *τὰ τοῦ πυρὸς ὄντα* adscripserat in margine varietatem *πλεῖον ἔχοντα;* quae ab alio assumta, sed in locum alienum fuit inserta.

AD CAPVT XXII. (VVLGO XXVII.)

Πολυκαρπιμώτερα μὲν] Ita Heinsiana cum A. B. *πολυκ.* Med. sed disiunctim scribendum: *πολὺ καρπιμώτερα.*

ληπτέον καὶ μὴ ὁμώνυμον] *quod non cognatione nominis, sed similitudine animalium sumere oportet* G. Igitur

ὅπερ, non ὥσπερ, ut editur, scriptum legit. Scaliger annotationi praescriptum ὁμωνύμως ita interpretatur: *Ut eadem natura conveniat per gradum quendam, non autem penitus aequivocum feminae nomen sit.* Supra c. 19, 3. ἔοικεν ὥσπερ ἐν ὁμωνυμίᾳ γίνεσθαι τὸ ἀπόρημα.

θερμότερα. καὶ καθάπερ σαρκοφάγα] *Item animalia quamvis, quae foecundiora sunt, calidiora intelligantur, tamen non e contrario, quae minus foecunda, frigidiora, ut quae carnivora gulosaque sunt* G. quem Dalecampius putabat scriptum legisse: οὐ μὴν πάλιν τὰ ἀγονώτερα ψυχρότερα. Breviore via Scaliger locum correxit, inserta negatione, οὐ θερμότερα. Itaque recte in Med. sequitur οὐδὲ ἀνάπαλιν θερμότερα τὰ ὀλιγογονώτερα. modo cum Gaza ψυχρότερα substituas, quod feci.

τῶν ὁμογενῶν τὰ ὁμοιοειδέστερα] Heinsiana ὁμοιοδέστερα habet. *ipsorum autem unigenerum quae speciem similem expressius gerunt, foecundiora cernuntur* G. Igitur μονογενῶν scriptum legit. Scaliger sententiam non solum obscuram, sed etiam naturae minus congruam conqueritur. In vocabulo ὁμοιοειδέστερα vitium inesse, non dubitat mecum Linckius, qui suspicatur, olim scriptum fuisse eiusmodi vocabulum, quod modum corporis minorem significaret, veluti μικρότερα, sed vulgatae scripturae similius esset. ὁμογενῆ videtur nunc dicere, quae non tam uno genere quam classe eadem continentur, veluti aves.

ἐξαύξειν — διαρθροῦν] *immodice augere, coarctare indurareque membra videtur* G. diversam fortasse scripturam secutus. De verbo ἐξαύξειν dixi ad hist. pl. 1, 8, 2. Haec vero Theophrastus addidit, ut caloris vim ad foecunditatem augendam nullam esse demonstraret.

2. Ἀλλὰ καὶ εἰς] Redit ad seriem argumentationis interruptam in verbis: τὰ γὰρ θήλεα — καὶ μὴ ὁμωνύμως.

εἴπερ αὕτη μὲν — μᾶλλον] *siquidem calor nimius exsiccet maioremque in modum condenset, necesse sit* G. Antecedens μὲν desiderare membrum aliquod posterius videtur, nisi abundet.

Περὶ δὲ τῶν ἐνύδρων] E versione G. δὲ inserui, ubi est: *quaestio facilior est.*

ἐπεὶ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ] *unde Empedocles inepte illud quoque asseruit* G. Annotationi Scaligeri praescriptum legitur Ἐπὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς. *Nam ut alia taceam, in ratione Empedoclea illud etiam est contrarium et absurdum.*

γεννήσασαν ἐν ξηρῷ] Heinsiana ἐν omiserat. γεννήσαν

ἐν τῷ Med. Aristoteles de respiratione c. 14. de eadem disputans opinione: ὅλως μὲν οὖν ἄτοπον, πῶς ἐνδέχεται, γενόμενον ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ ξηρῷ, μεταβάλλειν τὸν τόπον εἰς τὸ ὑγρόν. — ὁ δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν σύστασιν λέγων, γενέσθαι μὲν ἐν τῷ ξηρῷ φησι, φεύγοντα δ' ἐλθεῖν εἰς τὸ ὑγρόν.

διέμεινεν ἢ πῶς οἷόν τε καὶ] Ita Med. διέμεινε καὶ πῶς vulgo. Praeterea οἴονται καὶ διαμένει Medic. habet. Utrumque membrum G. confudit.

3. κατὰ τὴν νῦν γέννησιν ἀποσημαίνει] *rem plane declarat* G. Herodoti 9, 71. ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ ἔχω ἀποσημήνασθαι, *nullo alio argumento vincere possum.* Heinsiana γένησιν dedit.

παθητικὰ] *affectionibus patent* inepte G. vertit. Paulo antea ἔνυγρα Med. habet et ἄλλη τε αὕτη διαφ.

4. Ἀσύμφωνοι δὲ αἱ δόξαι] *Praeterea opiniones illae minime inter se consentiunt* G. cum quo et Med. copulam καὶ inserui. Sequebatur vulgo ἔνυγρα, quod correxi.

καὶ πάλιν ὅταν τά τε — λέγωσιν] Heinsiana, omisso ὅταν, scripsit λέγουσιν, secuta temere versionem Gazae: *Rursus quae germine fructuve praeveniunt, quaeque semper fructificant, semperque frondent, calida iudicant: cum maxime — omnium sero ea fructificent, quae frondem perpetuam gerunt: atque in totum, ut supra retulimus, cum germinent fructificentve celerius ratione infirmitatis.*

ὀψικαρπότατα] Heinsiana ὀψικαρπώτατα dedit. De re vide c. 18, 6.

εἴρηται, πρωϊβλαστῆ] Haec ad ἀείφυλλα non pertinent, sed seorsum τὰ πρωϊβλαστῆ et πρωΐκαρπα dicuntur natura esse imbecilliora. Igitur articulum τὰ inserui.

συμπαρακολουθεῖ βλαστάνοντα] *in germinando florendoque plus temporis protrahunt* G. Omisit igitur verbum primum, ad quod intelligendum ταῖς ὥραις, ut ad sequens συμμετρίαν item πρὸς τὰς ὥρας. Interpretatur Scaliger illas plantas et arbores, quae et τὸ πρωῒ et τὸ ὀψὲ iungunt continuatione germinandi et fructificandi.

ἠριγέρων] *senecio* G. qui deinceps ἔχων reddidit. vulgato ἔχει δηλονότι Med. ἔχον δῆλον ὅτι substituit: et deinceps πυρίνων habet.

5. προσεπιλέγει — ἀνθηρότητος] Male A. B. προσεπιλέγειν. Sequens vocabulum G. vertit *vehementis conflictus:* unde ἀντηρότητος scribi voluit Robertus Constantinus in Lexico Crispini. ξηρότητος coniecit Moldenhauer.

σφοδροτέρα δὲ ἐν τούτοις ἢ καὶ μᾶλλον] *quodsi in huiusmodi lignis humor magis extenuari convertique in aerem facilius possit, id contritus vehementiae, non caloris insiti rationi tribui debet* G. Locum aliter scriptum is videtur legisse, ita fere: σφοδροτέρα δὴ ἐν τοιούτοις, εἰ καὶ μᾶλλον et cetera. Linckio scribendum videbatur ἢ καὶ μᾶλλον.

Ἀλλὰ δὴ μάλιστα — καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν θερμά. καὶ τὰ κατὰ λόγον, τὰ λιπαρὰ — εὔοσμα οὕτως ἔχει] *Illa vero potissimum calida tam sensu quam ratione percipi possunt, quae pinguia, acria odorataque sunt: haec enim caliditatem procul dubio habere videntur. Quare cum sicca fuerint, spissa et putredine immunia durant, et succum pinguem acremque retinent: unde pinus quoque calida et facile ignem concipit* G. Legit igitur scriptum: καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν θερμὰ καὶ κατὰ τὸν λόγον, τὰ λιπαρά τε καὶ τὰ δριμέα καὶ τὰ εὔοσμα· πάντα γὰρ ταῦτα — διὸ καὶ ξηρὰ ὄντα πυκνὰ καὶ ἀσαπῆ διαμένει, καὶ τοὺς χυλοὺς ἔχει λιπαρεῖς καὶ δριμεῖς. Ὅθεν καὶ ἡ πεύκη θερμὴ καὶ εὐπύρωτός ἐστιν. Omisit igitur verba vitiosa aut dubia οὕτως ἔχει, deinde τέ ἐστι καὶ ἄφρων. Vinar. καὶ οὕτως ἔχει dat. Olim putaveram, scriptum fuisse: καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν θερμὰ τὰ λιπαρά τε καὶ τὰ δριμέα καὶ τὰ εὔοσμα· καὶ κατὰ τὸν λόγον οὕτως ἔχει. In verbis vitiosis ὅθεν τέ ἐστι καὶ ἄφρων Dalecampio δάφνη latere videbatur: quae ad igniaria quidem adhibebatur, sed hic cum πεύκη comparari nullo modo potuit, habita ratione eius naturae, qua εὐπύρωτος dicitur πεύκη. Ald. Basil. εὐπτύρωτος habent, correctum a Scaligero. εὐπύρωτος habet margo Vascos. Totus hic locus aliter et scribendus et interpretandus esse videtur, quam vulgo factum videmus. Illa enim, ἐκεῖνα — τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ δριμέα καὶ τὰ εὔοσμα, in unam sententiam coniungi non possunt, nec ad igniaria, πυρεῖα, referri. Nullum enim eorum lignorum, quae ad igniaria olim adhiberi solita erant, pertinet ad numerum eorum, quae λιπαρὰ, δριμέα καὶ εὔοσμα sunt et dicuntur. Enumerationem eorum habet liber quintus de historia et libellus de igne. Diversae igitur duae sententiae sunt, quae traduntur in hoc loco: quarum una pertinet ad illa ligna, quae adhibebantur ad igniaria, et sensibus apparebant idonea ad ignem concipiendum, utpote ipsa calida. Altera refertur ad illa ligna, quae ratiocinatione colliguntur calida esse, quemadmodum sunt τὰ λιπαρὰ, τὰ δριμέα καὶ τὰ εὔοσμα. E genere τῶν λιπαρῶν nominatur πεύκη, cuius naturae calida argumentum ponitur vocabulo

εὐπύρωτος. His ita positis Linckius locum ita corrigebat: Ἀλλὰ δὴ μάλιστα μὲν ἐκεῖνα (ligna ad igniaria adhibita, de quibus Menestor docebat) φαίνεται κατὰ τὴν αἴσθησιν θερμὰ, κατὰ δὲ τὸν λόγον τὰ λιπαρά τε καὶ τὰ δριμέα καὶ τὰ εὔοσμα οὕτως ἔχει· πάντα γὰρ ταῦτα ἐν θερμότητι δοκεῖ εἶναι· διὸ καὶ ξηρά τε ὄντα καὶ πυκνὰ καὶ ἀσαπῆ (ἐστι,) καὶ τὰ τοὺς χυλοὺς ἔχοντα λιπαρεῖς καὶ δριμεῖς. Meliora qui me docuerit, ei gratiam maximam habebo. Med. habet: καὶ κατὰ λόγον — ταῦτα δοκεῖ ἐν θερμότητι εἶναι — εὐπτύρωτος.

βαφὴν ἀνίησι] *quae ferri aciem obtundunt* G. bene: sed graece ipsum instrumentum rectius βαφὴν ἀνιέναι dici videtur, quam lignum aciem obtundere. Quare suspicor vitium in verbo latere. Articulum ἡ ante φίλυρα addidi e Med.

6. ἀθρεῖν τὰ θερμὰ] Male Gaza interpretatur *scrutari:* est potius *spectare.* Idem προσφορὰς τοῖς σώμασι male vertit *admota corporibus*, cum sint in cibo aut in medicina quae sumuntur.

συντήξεις] A. B. συντάξεις. *cocturamque aliquam vel tabem induxerint* G. unde Scaliger correxit, *liquefactionem et solutionem corporis* interpretatus. πέψεις possunt etiam esse φλεγμονῶν et aliae medicae.

διαδίδωσι τὴν αἴσθησιν] *sensum caloris indiderint* G. *sensionem distribuunt* Scaliger. *impertiunt toti corpori* malim. τῆς θερμότητος Med. omisit.

ἢ οὐκ ἐλάττω] Scaliger putabat dicendum fuisse: πλεῖστα ταῦτα ἐν τοῖς θερμοῖς, ὀλίγιστα δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς.

διὸ καὶ πρὸς τοῖς ἐναντίοις γένεσι καὶ τοῦτ' ἀμφισβητεῖται] *quamobrem contrariis generibus id quoque ambiguitatis adiungitur* G. sensu obscuro. Scaliger: *quae causa est, ut de iis perquiramus, tanquam de rebus subcontrariis generibus.* Neuter sensum loci ex argumentationis serie colligere potuit, quem Linckius meus vidit, hisque fere verbis expressum fuisse putabat: διὸ καὶ περὶ τῆς ἐν τοῖς ἐναντίοις γενέσεως καὶ τοῦτ' ἀμφισβητεῖται. *quare ad ceteras dubitationes iam antea isti generationi Empedocleae in contrariis elementis oppositas haec quoque nunc accedit.* Plura erunt addenda, si vulgatam πρὸς servare volueris, haec fere: διὸ καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις περὶ τὴν ἐν τοῖς ἐναντίοις γένεσιν καὶ τοῦτ' ἀμφισβητεῖται.

7. Τὸ μέντοι παρέπεσθαί τινα τροφὴν] *sequi tamen alimentum quoddam* G. Vulgari sensu τροφὴ huc non con-

venit, quae e terra aut aere accedit plantae: igitur, si vocabulum bene habet, vis nutritia aliqua potius fuerit intelligenda, quae plantae innata cum ea transeat in alienum solum, eamque contra frigoris vim tueatur. Varia tentavi cum Linckio, ut loci vitium, quod nobis manifestum videbatur, tollerem: veluti *τινα τροπὴν*, mutationem aliquam fieri in planta, dum transeat in solum frigidum: aut *παρέπεσθαί τί τινα τρόπον*. sed sequens *τὰ ποῖα*, nisi id ad *ἔνια τῶν θερμῶν* refertur, in priore membro potius *τινὰ*, neutro genere positum, respicere videri possit.

ἡ διαμονὴ] Intellige verbum *ἐστὶ* vel *γίνεται*. Sequens *ἀχράδος* omisit Gaza.

καὶ δὴ τοσοῦτον ψῦχος ἀνέχονται] Tria postrema verba e versione G. *et hinc etiam frigori adeo resistere queant, ut minime concrescere possint*, inseruit Heinsius. Deinceps A. B. *ὡς καὶ ἥκιστα*. Verbum *ἐμπήγνυσθαι* vir doctus in margine Vascos. mutabat in *ἐκπ.* quocum sane saepe in his libris permutatum reperitur. *gelascere* rectius interpretatur Scaliger. Med. multo brevius *τὸ δὴ καὶ ἥκιστα ἐμπ.* quae vitiosa sunt.

ὁ διορισμός] Basileensis editio adiecto verbo *λείπει* lacunam et defectum in extremo significare voluit: quo iure, affirmare ipse non ausim.

AD LIBRI II. CAPVT I.

δύο γὰρ δὴ μέρη — ὥσπερ φυσικὸν] *genera — velut naturale* G. Scaliger *partitiones generum in species* cum Cicerone interpretatur, bis *οἷον φυσικὸν* ponens *vere naturale*. Antea *ἕκαστά τε κατὰ* Med.

λόγος — ἐπινοητικός] *ratio autem amborum non est eadem, sed altera naturae, altera ingenio redditur* G. Potius: *altera a natura proficiscitur, alteram ingenium et solertia humana excogitavit*. Med. *εἶναι· εὔλογος* habet.

οὔτε γὰρ — μάτην ποιεῖ] *nec enim natura frustra agere quicquam potest: et ingenium hominis naturae auxiliari contendit* G. unde verbum *ποιεῖ* Heinsius cum Voss. Vinar. supplevit. Nexus sententiarum non est apertus nec aptus. Intermedia quaedam excidisse videntur, haec fere

vel eiusmodi: *Initiis autem naturae insistendum ubique est tanquam fundamentis omnis culturae: nihil enim natura frustra facit: neque humana solertia aliud quicquam agit, nisi ut naturae conatus et laborem adiuvet arte.* Med. οὐθὲν habet

φυτῶν παντὶ] Cum Mediceo φυτῷ scripsi. *omni plantarum generi* G. quasi φυτῶν π. γένει scriptum legisset. Deinceps οὕτως Med.

χειμασθῆναι] *cum tempestivam probamque hiemem senserunt* G. Scaliger verbum interpretatur *hibernis affici qualitatibus.* Plinius 17. c. 2. *Hiemem quidem aquiloniam esse omnibus satis utilissimam. Imbres vero tunc expetendi evidens causa est, quoniam arbores foetu exinanitas et foliorum quoque amissione languidas naturale est avide esurire. Cibus autem earum imber. Quare tepidam esse hiemem, ut absumpto partu arborum sequatur protinus conceptus, id est germinatio, ac deinde alia florescendi exinanitio, inutilissimum experimentis creditur.*

3. χειμὼν πιέσῃ — ἡ ἐκδρομὴ] *hiems — cum diu oppresserit* G. *gravet, premat* Scaliger, qui vulgatum ἐνδρομὴ iam olim correxit, approbante Moldenhauero. Gaza hoc membrum καὶ μὴ — γένηται omisit. Scaliger comparabat sequens: ἡ μαλακότης ἐκκαλεῖται τὴν βλάστησιν.

διαδιδόναι παντὶ τῷ δένδρῳ] Pessime Gaza: *per totam arborem expandant necesse est.* Sed unde habuit quod sequitur: *Sed non prius id expedit, quam ipsum alimentum coquatur et quasi in utero gestetur spatio temporis, quantum abunde sit*: unde, inquam, prima ista quinque verba depromsit? Deinceps λαμβάνει — νοτίους Med.

καὶ μὴ ἀθρόον — ἀποῤῥυῇ προσπεσὸν] *nec universus humor influxu corruens unico dilabatur* G. Potius: *universus simul irruens et inundans statim defluat.* Plinius l. c. *Alioqui vota arborum frugumque communia sunt nives diutinas sedere. Causa non solum, quia animam terrae evanescentem exhalatione includunt et comprimunt retroque agunt in vires frugum atque radices, verum quod et liquorem sensim praebent, purum praeterea levissimumque, quando nix aquarum coelestium spuma est. Ergo humor ex his non universus ingurgitans diluensque, sed quo modo sititur, distillans velut ex ubere alit omnia, quae non inundat. Tellus quoque illo modo fermentescit, et succi plena, ac laetescentibus satis non effoeta, cum tempus aperit, tepidis arridet horis. Ita maxime frumenta*

pinguescunt, praeterquam ubi calidus semper est aer, ut in Aegypto. Continuatio enim et ipsa consuetudo idem quod modus alibi efficit: plurimumque prodest ubicunque non esse quod noceat.

συγκατακλείουσα — ἐναπολαμβάνουσα] Vulgo casu accusandi scripta haec cum Scaligero correxi. Med. ἀναζυμοῖς — ἐναπολαμβάνουσα habet. Infra 3, 22, 4. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἡ χιὼν, ὅταν ζυμοῖ καὶ μανοῖ τὴν γῆν — καὶ ἐγκατακλείουσα τὸ θερμόν.

4. ἐπισχύσαντα] A. B. Med. ἐπισχίσαντα correxit Scaliger. *fibris enim subnixa et constipatione firmata compressuque frigoris* G. Sequens γὰρ Med. omisit.

ἡμέρα διαγελώσῃ] ὥρα cum Moldenhauero scripsi, qui comparabat libri 1. c. 13. ἅμα τῇ ὥρα διαγελώσῃ τὰς ἐκβλαστήσεις γίνεσθαι. Hinc Plinius duxit *tepidis arridet horis.*

τὰς ἀναδόσεις] *celeriter atque universa erumpunt* G, *effundunt* malebat Scaliger. Articulus e Med. accessit.

καὶ τοὺς θερινούς] Vulgatum ὀρεινοὺς e versione G. cum margine B. Havn. 1. 2. Voss. Scaligero et Moldenhauero correxi. ὀρινοὺς Med. habet.

κατὰ μικρόν τε] A. B. μικροὺς τε. Med. μικρά τε, deinde ξηραίνωνται. Vulgatum ἂν ξηραίνονται correxi. ξηραι-ω-νονται Med.

συνεργήσοντος] Vulgatum συνεργήσαντος correxi. συνηργήσοντος Med. habet, et deinceps σημεῖα.

5. εὐσθενῇ μᾶλλον] Scripsi εὐσθενεῖ, cum sequatur διυγραίνονται — γίνονται. Med. ὅτι πολυϋδρία — ἀσθενῆ habet.

ἰσχυρά τε] A. B. Med. ἰσχυραί τε, ut antea ἀσθενέστεραι. Sequens membrum τῆς — διακόρου οὔσης omisit Gaza, et locum alienum occupasse videntur. Ante sequens οἰκεῖον articulum τὸ inserui.

ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ] haec commodius collocabuntur superius post illa, ὅπου — ὁ ἀήρ. Deinceps vulgatum διά τε τὴν ἀτροφίαν cum margine B. correxit Scaliger et Palmerius Exercit. p. 604. consentiente Havn. 2. et Med.

τοῦ ἀέρος εὐτρόφου] *et coeli clementia* G. unde εὐκράτου scribi fortasse malis. Nam etiam antea praeter εὐτροφίαν desideravit τὸ μηδὲν ἀντικόπτειν τῶν ἔξωθεν. Ad haec externa pertinet aeris temperamentum. Possis etiam huc advocare sequens ἑτέρας κράσεως ad defendendam scripturam Gazae.

πρὸς δὲ τὸ ποιοῦν αὐτῶν ἢ πάντων ἤ τινῶν — κράσεως] *ad rem tamen, quae omnia haec vel aliqua ex his faciat, alia quadam conditione forsitan opus est* G. plane diversam scripturam secutus. κρᾶσις enim non est conditio, sed διάθεσις. Deinde dubium est, quo referatur verbum δεῖται, ad praecedens δένδρα, arbores Aegypti, an ad aerem. Certe κρᾶσις nulla alia nisi aeris intelligi hic posse videtur: quanquam sit et arborum ipsarum quaedam κρᾶσις. Superest, ut de sensu quaeramus. Quem Gaza expressit, is in graecis non est, quae potius sonant: *ad vim autem vel effectum earum arborum aut omnium aut quarundam fortasse opus est temperamento alio quodam.* At non apparet, quid sit illud τὸ ποιοῦν, nisi aer mollis Aegypti. Hic vero quaeritur causa, quare in Aegypto arbores semper germinent et fructum ferant. Gaza scriptum legit: τὸ ποιεῖν ταῦτα πάντα ἢ τινα δεῖται et cetera. Ipse melius nondum quicquam excogitavi.

6. καθ' ὥραν ἔτους] *tempestive* G. *suo tempore* Scaliger.

ἄνεσιν τοῦ ἀέρος] *coeli indulgentia* G. *quae laxat* addit Scaliger. Plinius l. c. *In maiore parte orbis, cum praecoces excurrère germinationes evocatae indulgentia coeli, secutis frigoribus exuruntur. Qua de causa serotinae hiemes noxiae silvestribus quoque; quae magis etiam dolent urgente umbra sua nec adiuvante medicina: quando vestire teneras intorto stramine in silvestribus non est.* Deinceps εὐμενῆ — εὐτροφὴν Med. habet.

7. ἀποκεκομμένων] *cum fructus aut rubigine infestantur aut praeciduntur aut decidunt aut ad summam hieme tempestateve pereunt* G. *contusionem, afflictationem a vento* interpretatur Scaliger; χειμαζομένων vero, tot affectis difficultatibus, quot afferunt hiemales tempestates. Equidem non dubitavi ἀποκεκαυμένων scribere, *frigore adustis et laesis.* Propter sequens καὶ ἀποπιπτόντων non necesse erat scribere ἀποκαομένων. Med. ἀποκομένων habet.

συμβαίνει πονεῖν] Male Heinsiana συμβαίνειν dedit. deinceps verba ἀποῤῥεῖ — καὶ ἀπόλλυσι *enimvero uterque partus labefacit atque interimit* G. Prius verbum corruptum censeo: transitivo enim sensu non dicitur. Idem vitium in eodem verbo mox recurret. Hic ἀποκάει in locum eius substituere possis. ἀντιβλαστῶν Med.

συσθένειαν. ὅτι δὲ ταύτῃ] *hunc in modum conducere* G. Abundat δὲ, alieno etiam loco positum. Dalecampius

malebat ὅτι μὲν αὐτῇ. Heinsiana ταύτῃ dedit. E Vinariensi ὅτι δὴ recepi, et vulgarem interpunctionem duce Gaza correxi. ἀσθένειαν. ὅτι ταύτῃ Med.

AD CAPVT II. (VVLGO III.)

ὡραιότατα μὲν γὰρ] Gaza intempestivum γὰρ omisit, cuius locum οὖν rectius occupabit. ὡραιότητα Med.

πάντων ταῖς τροφαῖς] A. B. Med. μορφαῖς. *cum scilicet plene omnia suas formas receperint* G. Cum Dalecampio τροφαῖς scripsit Heinsius. Plinius haec vertit 17, 2. *Ergo tempestivae aquae hibernis primum imbribus, deinde germinationem antecedentibus: tertium tempus est, cum educant poma: nec protinus, sed valido iam foetu.* Satis haec scripturam μορφαῖς firmant, quae significat membra, quae peculiarem plantae cuiusque formam et speciem efficiunt. δένδρα κεκενωμένα — ἀντιπληρωθῆναι sect. 2. huc non pertinet.

τῶν μὲν ἐχόντων, τῶν δὲ πεττομένων] Omisit Gaza, damnavit ut aliena Scaliger: certe locum alienum insederunt: fortasse antea ἰσχυόντων fuit. ἐχόντων δ' ἐπειπομένων· τρίτα Med.

τὰ μὲν ἄλλα καὶ ἀποῤῥεῖν] *alioquin ceteri quidem fructus aut defluunt aut certe deteriores infirmioresque prae nimia humiditate redduntur* G. Legit igitur scriptum: οἱ μὲν ἄλλοι καὶ ἀποῤῥέουσι — πάθωσι, διυγραινόμενοι χείρους καὶ ἀσθενέστεροι γίνονται. Si quaeris nomen, ad quod omnia haec referuntur, genus neutrum non sinit alio referre, quam ad ὕδατα aut ad δένδρα. Ad ὕδατα absurdum est: sed δένδρα similiter cap. 1, 5. pluviis cum noto coniunctis dicuntur διυγραίνεσθαι καὶ ἀσθενέστερα γίνεσθαι. Arbores tamen recte dici non possunt ἀποῤῥεῖν, i. e. defluere, decidere, aut, nisi hoc fiat, nimio humore corrumpi et deteriores fieri. Docet etiam sequens exemplum oleae fructus amittentis, cum nimius humor nova germina arboris evocavit, esse de fructibus ubique sermonem. Nomen igitur si fructuum quaerimus, nullum aliud praeter καρποὺς occurrit, nisi σπέρμα, quod tamen ad semina cerealia et plantas minores tantum adhibetur: arborum fructus plerique pulposi, qui semina intus inclusa gerunt, proprie καρποὶ, pulpa περικάρπιον, semina inclusa σπέρματα vocantur. Igitur vitium aut lacuna est in his verbis: ac, nisi post verba τὰ μὲν ἄλλα, ad arbores ipsas referenda, verba

aliquot exciderunt, et deinceps scriptum fuit *τοὺς δὲ καρποὺς ἀποῤῥεῖν*, scriptura a Gaza expressa probanda erit.

ἐπιβλαστοῦσαν] *olivae autem germinibus omnino intereunt* G. sensu obscuro et dubio, cum germina nova oleae humore nimio affluente protrudant, eoque succum omnem absumant: quo facto fructus decidunt.

2. *περὶ τὰς ἀνθήσεις*] Articulum *τὰ* anteposui. Ad sequens *ἅπαντα γὰρ ἀσθενῆ* intellige *ἄνθη* e vocabulo *ἀνθήσεις* repetendum. Male Gaza vertit: *omnia namque imbecillia redduntur*, gemino errore, cum deberet *omnes enim flores imbecilles sunt*. Pariter sequens *τὰ ἐπιμένοντα*, opposita decidentibus, inepte vertit: *quae autem resistere potuerunt*.

χεῖρον ἀνθεῖ] A. B. Med. *ἀνθεῖν*. Correxerat Scaliger, *ἀνθεῖς* tamen dedit Heinsiana.

καὶ τοῦτ' οὐχ ἧττον] Scaliger negationem tollendam censuit. Sane verba *οἷον τὰ στεφανωματικὰ — ἀνθεῖν· ἔτι δὲ — ἔνια* non solum grammatica ratione disconveniunt cum antecedentibus, *καὶ τοῦτ' οὐχ' ἧττον — ποώδεσιν*, sed arguunt etiam exceptionem aliquam cum affirmatione. Quare verba transposita fuisse suspicor, ita in ordinem redigenda: *χεῖρον ἀνθεῖ· καὶ τοῦτ' οὐχ ἧττον — ποώδεσιν, πλὴν εἴ τινων ὀλίγων, οἷον τὰ στεφανωματικὰ* (ita enim scriptum malim, quam *στεφανωτικὰ*) — *τὰ χέδροπα*. Alioqui inepte repetitur mentio *ποωδῶν*, et quidem cum exceptione, quae antea nulla erat adiuncta. Articulus ante *ποώδεσι* e Med. accessit.

προσφύσεως] G. *retinaculum*, Scaliger *pediculum* vertit. neutrum vocabulum satisfacit.

ἀναλαμβανόντων] Grammatica ratio postulat *ἀναλαμβάνοντα* aut genitivum *ἀναλαμβανούσης*, nisi malis intelligere *αὐτῶν ἀναλαμβανόντων*. Deinceps *τὸ κρατοῦν* sine *δὲ* dant A. B. coniunctionem habet Vinar. *τὸ δ' ἐπικρατοῦν ἀπαθὲς* Gazam legisse monuit Scaliger, quod e Med. restitui.

3. *ὡραῖα καὶ τὰ ὀψιαίτερα*] Plinius 17, 2. *Quae fructus suos diutius continent longioresque desiderant cibos, his et serotinae aquae utiles, ut viti, oleae, punicae. Hae iam pluviae generis cuiusque arboribus diverso modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus. Quapropter eisdem imbribus aliqua laedi videas, aliqua iuvari, etiam in eodem genere, sicut in piris. Alio die hiberna quaerunt pluvias, alio vero praecocia, ut pariter quidem omnia desiderent. Hibernum tempus est ante germinationem, quae*

aquilonem austro utiliorem facit. Ratio eadem mediterranea maritimis praefert: sunt enim plerumque frigidiora: montuosa planis, et nocturnos imbres diurnis. Magis fruuntur aquis sata, non statim auferente eas sole. Aristophanes Vesparum versu 260. seqq. κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι· ἔπεισι γοῦν τοῖσιν λύχνοισι οὑτοιὶ μύκητες· φιλεῖ δ', ὅταν ᾖ τουτί, ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα. Δεῖται δὲ καὶ τῶν καρπίμων ἄττα μή 'στι πρῷμα, ὕδωρ γενέσθαι κἀπιπνεῦσαι βόρειον αὐτοῖς. Geoponica 5, 43, 3. τὸν οἶνον καλὸν καὶ δυνατὸν ἔσεσθαι τεκμαιρόμεθα, ἐὰν διὰ τοῦ ἔαρος ὄμβροι πλείους γίνωνται· τὸ αὐτὸ δηλοῦσιν ὄμβροι γινόμενοι καὶ ὀροβιαίας γενομένης τῆς σταφυλῆς καὶ ὀμφακιζούσης ἔτι· ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν τρυγητὸν ὄμβρος γινόμενος οὐχ ὑδαρῆ μόνον ἀλλὰ καὶ ἐκτροπίαν τὸν οἶνον ποιήσει.

ἀπόλαυσιν ποιεῖ πλείω] *faciunt, ut plantae amplius humore sibi oblato potiantur* G. inepte vertit, deserto Plinio suo. Deinceps ἰσχόντων male Heinsius posuit pro ἰσχυόντων.

4. ἀποξηραίνει] A. B. Med. ἀποξηραίνεται. Ceterum miror, quomodo aquae vel imbres aquilonii dicantur ἀφαιρεῖν τὸ περιττὸν, auferre supervacuum (humorem), et quae deinceps efficere narrantur. Ipsas enim aquas haec efficere non posse, apparet. At recte sequitur mox de ventis aquilonaribus: περιαιρεῖ γὰρ ταῦτα καὶ ἀπόλαυσιν ποιεῖ πλείω: quae tamen ipsa oratio manca est: neque enim additur, quid venti detrahant. Gaza iterum incrustavit lacunam: vertit enim: *detergunt enim et quo potiri amplius sit, efficiunt.* Quare equidem non dubito, verba multa discerpta et disiecta fuisse ita, ut pars in priorem locum transferretur, alia suum locum obtinerent, sed manca. Totum locum ita scribendum censeo: καὶ τῶν δένδρων. Διὸ καὶ τὰ ἐπιγινόμενα πνεύματα ὠφελεῖ, καὶ μάλιστα ἐὰν ᾖ βόρεια· περιαιρεῖ γὰρ ταῦτα τὸ περιττὸν καὶ ἀποξηραίνει, καὶ οὐκ ἐᾷ προσκαθήμενον διυγραίνειν, οὐδ' ὑπὸ τοῦ ἡλίου συνεψόμενον λυμαίνεσθαι. Verba altero loco posita, καὶ ἀπόλαυσιν ποιεῖ πλείω, male repetita e priore esse videntur. Aquae enim pluviae nutrimento suggesto arboribus rectius dicuntur antea τὴν ἀπόλαυσιν ποιεῖν πλείω (articulo τὴν addito), quam venti, qui detrahere superfluum, desiccare et nocumenta solis defendere dicuntur. Sequitur etiam de imbribus nocturnis: ἀπόλαυσίς τε γὰρ γίνεται πλείων.

τὰ νυκτερινὰ] intellige *ὕδατα*, non *πνεύματα*, *nocturni imbres* Gazae et Plinio.

καὶ τῶν ἄλλων ἀκινδυνώτερα] Ita Heinsiana: rectius *ἀκινδυνότερα* A. B. *et tutius quoque sic agi nullum dubium est* G. Omisit *τῶν ἄλλων*, noxas diurnorum. Scaliger rubiginem praecipue ita caveri monet. *καὶ εὐθὺς*, non *μὴ εὐθὺς*, Med. habet.

AD CAPVT III. (VVLGO IV.)

πόντια — ἀφ' ἕω] Med. *πόντεια — ἀφ' ἑώων* habet.

ἀριβλαστῇ ᾖ, καὶ λαμβάνῃ] Hanc vulgatam, ubi mutata persona verborum structuram duram facit, (ad *ᾖ* enim *τὰ δένδρα*, ad *λαμβάνῃ* intelliguntur *τὰ πνεύματα*) correxi mutato *ᾖ* in *ῇ*. Med. *ῇ ᾖ καὶ — λαμβάνει* habet.

καὶ αἱ τροπαί] *solstitiales* G. et Scaligero. Dalecampius corrigebat: *καὶ ὅλως αἱ τροπικαὶ αὖραι*. In libello de ventis sunt *αὖραι τροπαῖαι*, quem locum H. Stephanus iam olim comparavit, rectius inde interpretatus.

αὖραι — διατόνων] *aurae duris flatibus atque intentis* G. Scaliger *contentis* malebat.

τὸ μὲν γὰρ τρέφει] i. e. *αὖραι, αἱ, τρέφουσιν, οἱ δὲ ἄνεμοι οἱ σκληροὶ καὶ διάτονοι πιλ. κ. κωλ.* Neutrum genus refertur ad antecedens *πνεύματα*. Med. *τὰ μὲν γὰρ — πιλοῖ δὲ καὶ* habet. Fortasse *πιλοῖ τε* voluit dare.

2. *καὶ δεῖ τοῦ μὲν χειμῶνος*] *Ceterum cum vires agrorum quoque discrimina indere possint, ut hieme calidi, aestate ut frigidi sint, est opus* G. Sed recte Basil. *et hieme calidi, aestate frigidi veniant, opus sit.* Scaliger: *Prout erunt mutationes qualitatum, item fuerint regionum facultates ad plantarum fructus.*

εὔλογον δ' ἤδη] Rectius Gaza cum Med. *efficitur inde ratione sane optima*, omissa particula *δέ*. Est enim haec apodosis, quae respondet antecedenti membro: *οὐ μὴν ἀλλ' ἐπείπερ*. Paulo antea *μὲν* e Med. inserui ante *ἐπίπαν*.

καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος] Si *ἄνεμος* antecessisset, ferrem: nunc *ἕκαστον* malim, ad *πνεύματα* referendum. Paulo antea articulum *ὁ* ante *νότος*, et paulo post ante *κατὰ τὴν* e Med. *τὰ* addidi.

3. *ἕτερος δ' ὁ εὔπνους*] *qui enim aut nullum sentit afflatum aut iniuriae ventorum expositus est, hic certe incrementi laudem nullam assequi potest* G. qui *ἄπνους* scriptum rectius legit, assentiente margine Basil. et Scaligero, in

cuius commentario primum ἄπνους καὶ προσήνεμος, altero loco ἢ ὅλως ὁ προσήνεμος scriptum est. Equidem malim: ἕτερος δ' ὁ εὔπνους καὶ ὁ προσήνεμος· ὅλως δὲ ὁ προσήνεμος ἀναυξής.

ὁμολογουμένη — διάθεσίς ἐστι· τούτοις γὰρ ὁ ἀήρ] *quin etiam coeli habitus iis ipsis ferme respondet* G. qui verba rectius iunxit ita: ἡ τοῦ ἀέρος διάθεσίς ἐστι τούτοις· ὁ γὰρ εὐκραὴς ἀήρ. deinde ἀναλογουμένη scriptum legisse videtur. Sed verbi huius passiva forma nusquam legitur. Scaliger in vocabulo τούτοις adhaeserat, idque vitiosum censebat: nihil enim antecessit, quo referri possit pronomen. Quodsi ad πνεύματα refertur, tum vero deest verbum, quo significetur, quid coeli aerisque διάθεσις efficiat, quae dicitur ὁμολογουμένη τούτοις, i. e. consentanea. ὁ εὐκραὴς ὁ ἀήρ Med. habet.

συμβλαστὴς ὤν] E versione G. εὐβλαστὴς scribi iusserat Scaliger.

οἱ δὲ περισκελεῖς] Vulgatum περισκεπεῖς Scaliger correxit duce G. versione: *qui vero in alterutram partem excesserint, partim fructus interimunt, partim etiam totas arbores necant.* ubi Scaliger malebat *inclinarint*, addens hanc interpretationem: *Vox est apud Sophoclem et eos significat, qui alterorsum claudicant: cuius contrarium ἰσοσκελής. Quae loca in alterutrum excessum inclinant caliditatis aut frigoris.* At hic non de locis, sed de aere et ventis est sermo. Locus Sophoclis est in Antigona versu 475. ubi τὰ σκληρὰ φρονήματα comparantur cum ferro, quod igne duratum facile frangitur: καὶ τὸν ἐγκρατέστατον σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰσίδοις. Est igitur *rigidus*. Scaligeri etymologia pertinet ad diversam vocem a vocabulo σκέλος ductam: nostra est a σκέλλω, exsicco, induro. In hist. pl. 8, 1, 4. ἀὴρ περισκεπὴς est similiter de aere incommodo et iungitur ὥρα, ubi fortasse pariter περισκελὴς restituendum. Hippocratis φάρμακον περισκελὲς Galenus interpretatur δάκνον καὶ ἐρεθίζον. Eidem πρόσθετα sunt μὴ περισκελέα καὶ καθῆραι κοῦφα: igitur *non vehementia*.

τὰ δὲ φιλόψυχρα] Heinsiana δὲ omiserat. Sequens χαλεπῶς pro vulgato antea χαλεπὸς debetur Scaligero.

κιττὸς — ἐλάτη — πύξος] Hinc Virgilius Georgic. 2, 256. *sceleratum exquirere frigus* (terrae) *difficile est: piceae tantum taxique nocentes interdum, aut hederae pan-*

dunt vestigia nigrae. Deinceps συμμετρίας τινὸς, omisso δὲ, Med.

4. βλαστάνειν, τὰ δ' οὔ] Posterius membrum e versione G. cum margine Basil. et Scaligero inserui.

ἀεὶ γὰρ δῆλον τινὰ ἔχειν τὴν κρᾶσιν] *semper enim convenientiam quandam naturae ad coelum, quod ambit, esse oportet* G. qui scriptum legisse videtur: ἀεὶ γὰρ δεῖ ποιάν τινα εἶναι τὴν κρᾶσιν. Potius tamen pro voce κρᾶσιν aliam legit et *convenientiam* vertit, veluti συμμετρίαν. Cum toties in his libris ἀεὶ et δεῖ permutata reperiantur, licebit hic quoque coniicere scriptum fuisse: δεῖ γὰρ δὴ ἀναλογίαν τινὰ ἔχειν τ. κ. τ. φ. possis etiam: δεῖ γὰρ δηλονότι τινὰ ἔχειν κρᾶσιν τ. φ. π.

καὶ γὰρ τὰ ζῶα — ἑκάτερον τῶν τόπων] Articulum inutilem seclusi. Locus uterque intelligitur et frigidus et calidus. δεχόμενα τὴν διάθεσιν τοῦ ἀέρος Gaza *pati* vertit, non inepte. Scaliger malebat *admittere, suscipere*.

ὅτὲ δὲ καὶ τροφὰς] Heinsiana ὅτι posuit.

πλείους αἰτίας] quod deest, G. ita supplevit: *forsitan et alias complures causas assignare possumus*, ἀποδιδοίη τὶς ἄν, vel simile membrum additum interpretatus, nisi praecedens ἐνδέχεται κωλύειν repeti debet.

5. Μεγίστη δ' οὖν διαφορὰ κατὰ τὰ ἔνυδρα] *Sed summam differentiam in aquatilibus atque terrestribus — certe videmus* G. qui potius μεγίστη γοῦν διαφορὰ scriptum legisse videtur. Ita vero nexus huius sectionis fit apertior cum praecedente. Refertur enim haec ad verba inprimis ista: ἐνδέχεται γὰρ — τάχα δὲ καὶ ἑτέρας — ἐναντίαι. Disputatum hucusque fuit, non omnibus locis omnes plantas convenire, sed esse quaedam loca, quae plantis quibusdam adversentur. Ponit nunc exemplum classis geminae aquatilium et terrestrium plantarum, quae, ut sunt natura diversae, ita etiam loco natali discrepant, aeremque et alimentum diversum quaerunt. Sed miror geminam descriptionem classium et generum iisdem verbis institutam: nam sequitur: μεγίστη δὲ διαίρεσις κατά γε τὸν τόπον τοῖς ἡμέροις καὶ ἀγρίοις. Deinde forma ipsa descriptionis variatur. Ubi enim in priore expectabas: μεγίστη δ' οὖν διαφορὰ κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῖς ἐνύδροις καὶ χερσαίοις ζώοις καὶ φυτοῖς, omisso ipso discrimine vel loci vel elementi dicitur: διαφορὰ κατὰ τὰ ἔνυδρα — καὶ φυτά. Verum videamus, num vere sit discrimen inter terrestria et aquatilia animalia diversum ab eo, quod discernit agrestia et culta vel urbana. Loco

natali utrumque genus vere distare videtur potius, quam prius elementis aquae et terrae. Fortasse igitur scriptura sect. 6. *κατά γε τὸν αὐτὸν τόπον*, quam Gaza quoque reddidit, defendi potest, quoniam eadem est descriptio plantarum secundum loca, nisi quod in priore fit mentio aquae et terrae, quibus locus natalis distinguitur. Accedit altera dubitatio de causa et consilio, quo prior partitio facta et posita fuerit. Ego vero causam et consilium nuspiam vel verbulo indicatum reperire potui: sed statim subiungitur altera partitio agrestium et urbanarum plantarum, quarum ratio et cultus copiose explicatur. In priore desidero tractationem frigidarum et calidarum plantarum, quatenus earum natura ab elemento loci natalis pendet. Tangitur quidem illud discrimen frigidarum et calidarum in sequentibus, sed aquatilium et terrestrium differentia nuspiam repetita memoratur. Ceterum vulgatum ἔνυδρα e Med. correxi.

καὶ ἄλλα δὲ οὐ συγκεχωρημένα τῇ φύσει] *cetera tanquam naturae ratione concessa ponuntur* G. Legit igitur scriptum: *τἄλλα δὲ ὡς συγκεχωρημένα τῇ φύσει τίθεται*. Med. *καὶ τὰ δ' ἄλλα οὐ συγκεχωρισμένα* habet. Supersunt verba *τῇ φύσει*, quae ad rem non pertinent. Nam ad praecedens *τοῦτο γὰρ ἀμφισβητεῖται* referuntur haec: *τἄλλα δὲ τίθεται ὡς συγκεχωρημένα*. Suspicor igitur, verba aliena, ut videntur mihi, ab hoc loco pertinere ad membrum antecedens: *πότερα θερμότερα καὶ ψυχρότερα*.

τὰ καθόλου] Haec videntur referri ad *τὰ ἔνυδρα καὶ χερσαῖα ζῶα καὶ φυτά*, de quibus supra dixit: *περὶ ὧν οὐδὲ ζητοῦμεν λόγον, ὡς εἰπεῖν: quorum rationem et inquisitionem negligimus*, nempe cur in diversa sint elementa dispertita, et quae sit eorum ratio et natura cum elementis conveniens aut disconveniens.

Τοῦτο μὲν οὖν ἴσως κωλύοι' ἂν διὰ τὸ χαλεπὸν] *Sed hoc forsitan difficultas prohibeat* G. Particula *οὖν* alienum locum occupaverat, vulgo post *ἂν* posita. *τοῦτο* refertur ad *τὸ ζητεῖν τὰ καθόλου καὶ κοινά*. Heinsiana prava distinctione locum et sensum obscuravit. Deinceps *εἴτι* — *τυγχάνουσιν* Med. habet.

περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα] Verba *ἐν τοῖς* inutilia seclusi. Opponuntur *τὰ καθ' ἕκαστα* praecedentibus *τοῖς καθόλου καὶ κοινοῖς*. Eadem sunt, quae supra *τὰ κατὰ μέρος* dicuntur.

καὶ ἔτι μᾶλλον πλείους] *et longe amplius in planta-*

stus: πλείονες γὰρ τοῦτο (nempe τὸ ἔλαιον e voce ὀλιγέλαιοι repetendum cum Gaza) θερμότητος δεῖται πρὸς τὴν πέψιν: apparet, Gazae scripturam πολυέλαιοι non magis ferri posse, quam vulgatam, quae radicum mentionem alienam infert. Equidem μεγαλοπύρηνοι, i. e. *magnis nucleis*, fuisse olim scriptum puto.

AD CAPVT IV. (VVLGO V.)

περὶ τούτου] Debebat esse τούτων, si refertur ad ἐδάφη, ut sequitur καὶ γὰρ αὐτὰ τῆς φύσεως.

εὐβλαστῆ ἄμφω γίνεται] Scaliger dictum putabat, quasi esset δι' ἄμφω, et comparabat Homericum: ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. Equidem praepositionem addidi.

διὰ τὴν γῆν πολλάκις] Scaliger ita interpretatur, quasi esset: διὰ τὸν ἀέρα μὲν ὁμολογουμένως, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν γῆν πολλάκις.

τὰ κάτω] *pars arborum ima — superior* G. Rectius Scaliger τὰ ἐδάφη et τὰ ὑπὲρ τῆς γῆς aerem interpretatur.

ἀμμώδης ἢ κεραμὶς] male A. B. Heinsiana, cum verum ἢ e Gazae versione annotasset margo B. κεραμὶς est terra figulina, aliis κεραμῖτις dicta.

ῥιζῶσι γὰρ — οὐδεμία τῶν τοιούτων] Ita A. B. Med. ῥιζοῦσι dedit Heinsiana. *his enim radices modum excedunt, et alimentum nullum ad superiora transmittitur* G. Scaliger monuit, dicendum fuisse: ῥιζῶσι μὲν, τροφὴν δ' οὐδεμίαν ἀπὸ τούτων ἔχει. Ad τούτων repetit ῥιζῶν e verbo ῥιζῶσι. In errorem inductus a Gaza Scaliger credidit, ῥιζοῦν esse pro ῥιζοῦσθαι: sed hoc sensu passivum semper usurpavit Theophrastus: cf. supra 1, 2, 1. Igitur οὐδεμία τῶν τοιούτων (refertur ad γῇ) τροφὴν ἔχει, nulla terrarum huiusmodi alimentum plantis ipsis praeter radices transmissum subministrat. Med. οὐδὲ μίαν habet.

αἱ μὲν ἀβλαστεῖς εἰσιν αὗται] Hanc vulgatam duce Gazae versione, *et his ferme soli generibus germen negatum est*, correxi.

2. Βλαστητικῶν δὲ] Heinsiana δὲ neglexit, in margine B. e versione G. propositum, et locum prava distinctione obscuravit. σπέρματα Gaza recte *fruges* vertit. πηλώδης δὴ βλαστητικῶν Med. deinceps κακῶς ἢ διαίρεσις, omisso δή.

τὰς ῥίζας καὶ τὴν ἐκ βάθους τροφὴν ἐπισπάσαι] *Arbores contra proficiunt tenui solo, quia radices magnas*

robustaeque agunt, quibus alimentum ex imis queant haurire G. unde verba duo postrema supplevit Heinsius. τροφὴν ἑαυτοῖς ἕλκειν coniecerat Scaliger. τροφὴν ἐπισπῶσας αὕτη Dalecampius. Certe ἐπισπᾶσθαι dicendum fuisse docet sectio 4. Sed tempus et modus debet respondere antecedenti: λαμβάνει ὁ σῖτος τὴν ἐπιπολῆς τροφήν. Igitur ἐπισπᾶται scripsi.

3. πιείρα, λευκὴ λίαν οὖσα] Vulgatam hanc in λευκῇ λίαν οὔσῃ mutatam voluit Scaliger. Omisit tria haec verba Gaza, aut potius aliter scripta legit. Vertit enim: *quod etiam in solo pingui facere illae possunt, tamen alimenti copiam adeo largam attrahunt, ut optime germinare* et cet. Videtur igitur legisse scriptum: πολλὴ λίαν οὖσα. Si comparamus oppositum membrum, ἐν δὲ τῇ λεπτοτέρᾳ ξύμμετρος οὖσα, dubitari non potest, λευκὴ vitiosum esse: cui si quis propiorem scripturam excogitaverit, quam πολλὴ, verum assecutus videri possit. Interim πολλὴ posui. Sequens ἐκπέττειν in passivum mutatum malim. Postea vulgatum φυτῶν e Med. correxi.

τοιαύτην δ' εἶναι] *tale genus terrae illud affirmant* G. Infinitivus pendet a φησὶ praecedente. Rectius igitur *affirmat* posuisset Gaza.

πλυντρίδα] *quod ad abstergendum maculas usui est terrae genus* G. *qua fullones utuntur, quasi lotricem* Scaliger. πληντρίδα Med.

ἄριστα κεκραμένη] A. B. Med. κρεμαμένη. Correxit Scaliger e versione Gazae.

ἡμερώσεις — κατεργασίαι] *mitigationes et agitationes* G. Scaliger: *quod intendit ars praestare iis operis, quae ad cicurationem pertinent: cuiusmodi stercoratio est.* In annotatione κοπρώσεις scriptum reperio.

4. ἡ σπιλὰς — λευκόγειος] *argillaceum — candidum* G. *spongiosa, cavernosa* Scaliger interpretatur addens: *vox haec scopulum, interdum specum significat. Non est dubium, quin ita voluerit philosophus: vult enim ἰκμάδα multam, multum praestari πνεῦμα, quorum utrumque in cavernosa terra continetur. Talis — argilla nulla.* Robertus Constantinus in Lexico Crispini interpretatur *glareosum* e Plinii 17. c. 4. Sed locus ita habet: *Glareosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguissimum in Baetica,* unde nihil arguere licet. Sane etiam Columella prior 5, 8. *Aptissimum genus terrae est oleis, cui glarea subest, si superposita creta sabulo admista est:* quae repetiit Palladius

dixit: ἡ δὲ πίειρα πάμπαν οὐδενὶ ξυμφέρει φυτῶν· ξηραίνει γὰρ μᾶλλον τοῦ δέοντος.

λυμαίνεσθαι καὶ νοσεῖν] *plantas offendi atque aegrescere* G. qui Med. scripturam πημαίνεσθαι reddidit.

λυπρὰ] *quae macilenta tristi ieiunaque constant natura* G. Scaliger: *quae exucta atque strigosa.* Deinceps δημήτριος Med.

εὐθηνεῖ] Heinsiana εὐθυνεῖ. Deinceps προτέρας τροφῆς A. B. Med. correxit Scaliger: male πιοτέρας dedit Heinsius.

6. τοὺς γὰρ ἐκλίμους] A. B. Med. ἐκλίμνους correxit Scaliger, praeeunte G. versione: *macilentos ieiunosque homines.* ἐκλίμας dat Vinar.

ξηρὰ γὰρ ὄντα] Vulgatum ὑγρὰ cum margine B. e versione G. et Vinar. correxi cum Scaligero, e Codice Havn. 1. 2. Moldenhauer. Deinceps οὐθὲν ὠφελεῖσθαι Med. postea μάλιστα δή.

ἀνακομισθῇ — τετραμμένην ἕξιν καὶ ἄνισον] Ita Heinsiana. τετριμμένην καὶ ἄκνισον A. B. Med. *corpus autem recreatum ad contrarium et dissimilem habitum transeat* G. Sed Basil. *ad plenum incolumemque habitum*, immani diversitate. Scaliger: *nitidum et purum perpurgatum ab infestis acrimoniis.* cuius annotatio ita habet: *Aliae duae voces sumtae sunt ab usu balneatorum et paedotribarum. Etenim ad εὐεξίαν. balneo utebantur et frictione. Hoc est τετριμμένην, scilicet ἕξιν. καὶ ἄκνησον, si est per η, erit, a qua pedor ac nidor abest: si est per ι, aequabilem nec mordicantem. Κνίζειν vellicare, mordicare, urere: unde κνᾶν scalpere. Τυροκνῆστις, instrumentum, quo caseus raditur in micas.* Dalecampius e versione G. πεπλησμένην coniecit. Casaubonus e Codice suo et Anglicano ἄνοσον, quod Gaza *incolumem* reddidisse videtur. ἄνοσον dat etiam Vinar. Mihi placet τετριμμένην καὶ ἄκνισον ἕξιν, quae habitum medium corporis inter strigosum et pinguem significare videtur. Scaliger ab origine et sensu vocabuli aberravit, quod a κνίσα, non a κνίζειν, venit.

7. ἀμπέλων· ταῖς μὲν γὰρ] Distinctionem mutavi, et γὰρ e versione Gazae inserui. Differentiam hanc copiose tractat infra 3, 16. πεδιεινὴ Med.

τὰ μὲν στερεὰ] intellige δένδρα. Gaza *solidas spissasque* ad vites retulit. Pro ἐν ξηροῖς, (quae Med. omisit,) Scaliger ἐν ταῖς ἐνίκμοις scribi voluit, probabili ratione du-

ctus contrariorum. Sed ratio statim subdita satis refellit Scaligerum.

οὕτως· αἱ τροφαὶ δὲ δελονότι σύμμετροι] Ita Heinsiana. E versione G. correxi, particula inutili δὲ sublata, praeeunte Scaligero et Vinar. Pro ἐφυγροτέροις scripsi ὑφυγροτέροις. Deinceps πολλοῖς — ὀλίγοις Med.

8. Καὶ τὸ καθόλου λεχθὲν] *Et quod in universum diximus — pro utrarumque arborum natura genus utrumque arborum serere oportere* G. Equidem καὶ τὸ μὲν scriptum malim: deinde vulgatum δεῖται mutavi in δεῖ. Postea εὐβαρὲς — εἰπῶς Med. habet.

ἀγνοεῖν, ποῖος τῶν φυτῶν οἰκεῖος] *scire oportet, ut loca plantis apte distribuantur tam ex toto, quam iis, quae genus idem consortiuntur* G. In Scaligeri annotatione ποιῶν τῶν φυτῶν οἰκεῖος, et deinde ὅλως δὲ τῶν ὁμογενῶν scriptum reperio. Cum in Med. sit τῶν φυτῶν τὰ οἰκεῖα καὶ ὅλως καὶ τῶν ὁμ., non dubitavi ποῖος mutare in ποῖα: cetera enim recta sunt in codice.

συνάγκειαν] A. B. συνάγγειαν. *convallem* G. vertit.

καὶ ποιοῦσι μεγάλην] *et quidem plurimum interest ad hunc modum deposuisse* G. A. B. ποιεῖν. Med. ποιεῖ. unde fortasse vulgatum φυτευθέντες rectius mutaveris in τὸ οὕτως φυτευθὲν καὶ ἀνάπαλιν, quam in φυτεύοντες, quod feci. Deinceps δεῖται ταῦτα — οὐδ' ἁπλῶς εἰπεῖν Med. et verba καὶ ἀραιοῦ omittit.

9. ξύμμετρα τούτοις] *modice inferioribus respondentia in his ipsis* G. qui ἐν αὐτοῖς τούτοις scriptum legisse videtur. Supra similis fuit locus, ubi τὰ ἄνω habitum aeris, τὰ κάτω soli significabant.

ὁμοιότητα ἔχειν — πρὸς τὰς ἄλλας χώρας] *comparata cum ceteris soli generibus.* A. B. Med. ὁμοίαν τινά. *Id enim ad aeris habitum propius quodammodo quam cetera videtur accedere* G. qui παρὰ τὰς ἄλλας scriptum legisse videtur. Qui ὁμοιότητα scripsit, τινὰ addere debebat. Deinceps ἣν δὴ καὶ addita copula cum Med. scripsi.

ἡ δὲ πυκνὴ καὶ βαρεῖα καὶ ξηρὰ — ἐναντίαι] *spissum autem aut ponderosum ac sitiens esse incommodum constat* G. Scriptum igitur legit: ἡ βαρεῖα — ἐναντία. Postremum recte. Tria enim adiectiva ad unam terrae formam pertinent coniuncta, ut antecedentia, κούφην, μανὴν, ἔνικμον. Med. πυκνοὺς — ἐναντία habet, deinceps ἄυδρος.

10. τῶν ἀντιθέσεων — ἕξουσιν ἤδη διαφορὰς] *discrimen vero ad singula pro diversitate oppositionum recipiunt*

G. ubi *oppositionem* Heinsiana dedit. Antea ἐναντιώσεσιν singulari numero rem eandem dixit, ubi Gaza plane omisit. Deinceps ἐπιπολλῆς male Heinsiana dedit. Postea pro ἕλκειν Med. ἔχειν habet, punctis duobus super χ positis.

11. Οὐκ ἀειδῶς] A. B. Med. *sed nec illi imperite diiudicant* G. quem ἀΐδῶς scriptum legisse putabat Scaliger. ἀπείρως conieci. Sequens ἀτμίζειν *vaporem emittere* vertit Gaza, *in exhalationes resolvere* Scaliger. Quo pertineat commemoratio haec vaporis post primas pluvias emissi, nondum excogitavi. Sequens enim locus vitiosus est. In Virgilii Georgic. 2, 217. locus est: *quae tenuem exhalat nebulam fumosque volucres, et bibit humorem, et, quum vult, ex se ipsa remittit:* quae terra et vitium et olearum et frugum culturae apta dicitur esse.

ἀλλὰ τὴν μὲν ἔνικμον — ξηράν] Haec quo pertineant, non video. Excidisse verba aliquot suspicor, quae haec prioribus iungebant.

ἱκανὸν γὰρ ἔχειν] Ita A. B. Med. ἔχει Heinsiana. *habere* Gaza.

12. παγώδη] *rigidum* G. *contumacem ac concretam glebam, cuius partes haud facile separentur* Scaliger. Verum sequens πυκνὴν has interpretationes refellit. Vocabulum a πάγος deductum significare id posse non videtur; neque rectius illi, qui idem esse cum παγετώδη, *glacialem*, esse volunt: quae notio multo minus huic loco convenit. Auctoritatem nullam scriptoris posuit H. Stephani Thesaurus: nec alibi vocabulum extare puto. Suspicatus eram πηγώδη: postea incidi in glossam Hesychii, quae huc pertinere videtur: πηγάδα, τὴν οὐ πολλῷ ὕδατι κεχρημένην, ὕστερον γεγενημένην ξηρὰν καὶ πεπηγυῖαν. ubi negatio mihi videtur abundare. Ita vero sequens πυκνὴν non abundabit: et coniectura mea satis feliciter evenit. πηγὰς enim similiter ut πηγώδης a πηγὴ deductum videtur; quanquam Hesychius magis a verbo πήγω, πήγνυμι derivasse videtur.

ἀλλά ποτε μὲν καὶ ψαθυράν] Gaza haec omisit, Scaliger interpretatur: *atque etiam, si fieri pote, friabilis esto:* quasi ἀλλ' εἴ ποτε καὶ ψαθυρὰν scriptum esset. In verbis ποτὲ μὲν vitium inesse non dubito. Fortasse fuit ποτίμην (ἁλμυρᾷ oppositam *dulcem*), aut ποτὲ μανὴν καὶ ψαθυράν.

τροφήν τε — θερμότητα — καὶ ἔτι ταῖς ῥίζαις] Heinsiana τροφὴ habet. Pro εἴ τι vulgato duce G. ἔτι scripsi. Calorem habere τὴν πίειραν, supra iam bis positum extat.

μελάγγειον — Λεωφάνης] *solum nigrum* G. *pullum*

rectius cum latinis rei rusticae scriptoribus Scaliger. Leophanem nominavit. Aristoteles de gener. animal. 4, 2. quem locum excerpsit Plutarchus Placit. philos. 5, 7, 5. ubi fuit nuper, qui Galeni scripturam *Κλεοφάνης* praeferret, non indagato fonte Aristotelico.

καὶ ὄμβρον καὶ αὐχμὸν φέρειν] Eadem verba in laude terrae *μελαγγείου* habent Geoponica 2, 9, 1. Deinceps *θερμοῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ* Med.

πρὸς ἕκαστον λαμβάνειν] *convenienter singulis capere atque contemplari* G.

AD CAPVT V. (VVLGO VII.)

οὐ μικρὰν ἔχει μερίδα πρὸς] *non parum conferre* G. Deinceps pro *ἐκτρέφειν* Med. *εὐτρέφειν* habet.

ποτίμων πλείστων ὄντων — γίνεται] *quibusdam tamen in locis aquarum dulcium copia permista plantas progenerat atque enutrit, ut in aquis Thraciae fervidis licet perspicere* G. Legit igitur *παραμιγέντων* vel *κερασθέντων* additum. Verbum *γίνεται* Med. omisit.

ὥσπερ καὶ ζώων καὶ φυτῶν] *per se autem nullius fere stirpis, sicut nec animalis foecundae intelliguntur* G. *οὕτω καὶ φ.* malebat Scaliger. Sed ita statim sequitur: *καὶ ἔστιν ὥσπερ ζώων τι γένος ἐν αὐτῇ καὶ φυτῶν.*

2. *ἐν τῇ ἀμπώτιδι*] Haec est Scaligeri coniectura. A. B. Med. *ἀπότει* habent. *Arbores tamen in aestu marino magnas frugiferaeque exurgunt* G. Respicit narrationem de arboribus Tyli insulae in hist. pl. 4, 9. ubi vide annotata.

ἀλλ' ἐνδέχεσθαι] Gaza infinito modo addidit *credat.*

καθάπερ καὶ τὸ ὕδωρ τοῖς ἐνύγροις] *quemadmodum aqua stirpes suas incolas tutissime ambit* G. Dativus pendet a voce *ἀβλαβὲς* repetenda. Quare malim etiam addito articulo *τὴν περιέχουσαν.* Deinde *ἐνύδροις*, non *ἐνύγροις*, scribendum censeo.

καθάπερ τὰ εἰρημένα, καθάπερ] *praeter cetera supra dicta* G. Igitur *παρὰ τὰ εἰρημένα* scriptum legit: nec videtur tam brevi intervallo Theophrastus ipse vocem *καθάπερ* repetiisse.

3. *Τὰ δ' ἁλικὰ τῶν ὑδάτων ὕδατα*] Miror postremum vocabulum nondum sublatum fuisse, inepte a librariis geminatum. Deinceps restitui A. B. Med. scripturam: *ἐπικαίει* Heinsiana: postea formam *ἁλυκὰ* praetuli, quae postremo demum hoc capite in libris editis erat. Postea *ὅσῳ περὶ* Med.

τέχνη γὰρ ἄν τισι πρόσφορα] Vulgatum ἄν τις προσφορὰ ex Havn. 2. correxit Moldenhauer, consentiente Vin. et G. versione: *et forte non desunt, quae commodius ali eiusmodi humoribus possint.* κἄν τις Med. habet.

εἴπερ — παραβαλλόμενοι] *si quidem his sal aggeratus unice prosit* G. Intellige πρόσφοροί εἰσι.

παραπλήσιος γὰρ ὁ αὐτὸς] Omisit haec Gaza, quae Scaligerum etiam offenderunt. Sed interserenda fuit particula ἤ.

οὐ μὴν ἀλλὰ] Plinius 19. s. 59. *Peculiaris medicina raphano, betae, rutae, cunilae in salsis aquis, quae et alioqui plurimum suavitati et fertilitati conferunt. Ceteris dulcium aquarum rigua prosunt. Utilissima ex iis quae frigidissima, et quae potu suavissima.* Pro *cunila* recte Gaza *erucam* nominavit.

ἐν τῷ βρέχειν] *nitro aquae permixto aspergunt brassicam* G. Aqua macerandam, antequam coquatur, intelligo, quoniam ἡ ἑψομένη distinguitur. Dicitur etiam de rigando βρέχειν, ut mox in narratione de plantis insulae Tyli. Usus igitur nitri ab Aegyptiis ad Graecos et Romanos transiit. Cf. dicta ad Columellae 11, 3, 23. p. 584. Folia aspergit crescentis brassicae Columella. Deinceps συμβαίνει e Med. mutavi.

4. πικρότητά τινα ἔχουσα] Malim ἔχει; ut G. vertit, vel τυγχάνει addendum. Ad πρόσφορος intellige cum G. ταύτῃ. cf. ad 3, 17, 8. Deinceps τὸ ante ἁλυκὸν Med. omisit.

ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον ἐπικαίουσα] *sed hoc aduritur, quod eius familiare nimirum est* G. *quod salsugo ab eis non educat extraneum succum, sed vitiet aut absumat proprium* Scaliger. Ad prius membrum, τὰ δ' ἄλλα χείρω, intelligitur γίνεται, ad alterum τὴν ἁλυκότητα, quamquam τὸ ἁλυκὸν proxime praecesserit. Dura tamen ita fit oratio, variata persona. Quid? si excidisse statuas ποιεῖ? Ita tantum supplendum erit τὴν ἁλυκότητα. Deinde vulgatam in ἐπικάουσαν sine dubitatione mutavi. De sensu adhuc dubius haereo. Dicitur salsugo succum plantarum proprium, non alienum et noxium, educere ἐπικάουσα: cum antea effectus attributus sit salsis aquis is, ut plantarum incrementum impediat: sect. 3. ἀναυξῆ γὰρ ποιεῖ καὶ ἐπικάει: deinde sect. 4. τὸ πικρὸν brassicae dicitur ἄτροφον, eoque exemto per salsam aquam brassica fieri εὐαυξεστέρα. Modus ita indicatur: διαδυόμενον καὶ ὥσπερ ἀναστομοῦν τὸ ἁλυκὸν ἐξάγει. Soli igitur brassicae, et si quae aliae sunt succo amaro plantae, commoda reperitur aqua salsa. Ceterarum augmentum impedit ἐπικάουσα, et quidem τῇ δρι-

φύτῃτι, uti patet e fine sect. 4. ubi cepis, alliis et ceteris δοιμέσι incommoda traditur salsugo propter succorum similitudinem. Similiter aliis plantis, quae nec amarum nec acrem habent succum, nocere salsugo nunc dicitur, quod proprium earum succum educendo absumit, et quidem ἐπικάουσα. An igitur vis ignea exsiccat proprium plantarum succum, atque ita subtracto alimento facit non solum ἀναυξῆ, sed etiam χείρω? Paulo antea εὐεξέστερα Med.

ὁμοίως ἂν ἔχοι, καθάπερ ὁ κορωνόπους] *Itidem ergo vel in reliquis esse amaris ratio docet, ut in silagine atque universo genere intuborum* G. Igitur non παρὰ τὰ κιχώρια, sed καὶ τὰ κιχώρια scriptum legit: C. Hoffmann καὶ πάντα τὰ κιχώρια scribi voluit. *Silaginem* Gaza duxit e Nothis Dioscoridis 2, 158. ubi est *stilago*, non *silago*. Scaliger h. l. ita interpretatur: *Coronopoda prope cichoracea satam eorum mitigare amaritudinem sua videlicet acrimonia. Ubi vides omnino coronopoda Theophrasti esse nostrum cornu cervi seu herbam stellam. Est enim sapore acri atque erucis affine.* Quae interpretatio coniectura ducta videtur e verbis παρὰ τὰ κιχώρια, quae per se sententiam nullam fundunt. Coronopodem uno praeterea in loco h. pl. 7, 9. nominavit Theophrastus inter ἐπιγειόφυλλα. Dioscoridea notitia breviorem habet Plinius 22, 19. Bodaeus cum Scaligero Dioscorideum coronopodem, plantaginem coronopodem Linnaei interpretatur. Contra C. Sprengel hanc cum Theophrasteo coronopode comparans Dioscorideum de coronopode (olim cochlearia) Ruellii interpretatur, cuius δριμύτης est manifesta, ut cichorii amaritudo sensu facile percipitur. In plantaginis genere folia quidem ἐπίγεια adsunt, sed amaritudo et acrimonia deest. Series autem sententiarum et antecedentium et consequentium dubitare nos non sinit, sermonem adhuc esse de effectu aquae salsae in plantas amaras, quarum exemplum antea nominata fuit brassica, nunc adduntur coronopus et cichoria. De cultu prioris aliunde non constat, quem coniicere possis e rigatione aqua salsa facta. De cultura cichorii vide histor. pl. 7, 11, 3. Sed fortasse haec est potius suspicio Theophrasti, eundem effectum habiturum esse usum aquae salsae in coronopode et cichoriis, si rigentur aqua salsa. Alioqui non apparet ratio, cur optativus modus ἂν ἔχοι ὁμοίως adhibitus sit. Altera est dubitatio, cur numero plurali κιχώρια nominentur. *genus intuborum* vertit Gaza; unde πάντα τὰ κιχώρια scribi voluit C. Hoffmann. Equidem τὰ κιχωριώδη olim fuisse suspicor, quae enumerat histor. pl. 7, 11, 3 sqq. De coronopode si liceret e nomine

aliquid de forma foliorum suspicari, trifida possem conitcere, qualia sunt fici, quae cum pedibus cornicum comparavit Hesiodus.

τοῖς δὲ δριμέσιν οἷον] E versione G. δὲ inserui cum Scaligero et margine B.

καθάπερ ἐπὶ — τὰς ἐπιχρίσεις] *ut in iis fieri solet, quae maculas detergunt ac detrahunt* G. A. B. Med. ἐπιχροίσεις Scaliger interpretatur *coloramenta. Quia macula omnis alius coloris est atque id quod maculat.* Refert autem ad pannorum maculas, quas sapone vel lixivio detrahunt atque eluunt. Robertus Constantinus ἐπιχρίσεις scribi voluit, maculas interpretatus. Linckio in mentem venit, de medicamento aliquo loqui Theophrastum, quo illito scabies vel aliquod exanthema purgetur, uti emplastro kalino scabies nunc purgatur. Tum vero deesse aliquod vocabulum videtur post ἐξαγόντων, reliqua vero mutanda in ταῖς ἐπιχρίσεσι. Possis etiam suspicari, fuisse τὰς ἐπὶ χροΐ, et quae desunt, deinceps excidisse.

5. Ἀνδροσθένης] Hic igitur auctor est narrationis de insulae Tyli arboribus, quae extat in hist. pl. 4, 9. ubi res eadem traditur his verbis: ὕδωρ δὲ οὐράνιον γίνεσθαι μὲν, οὐ μὴν χρῆσθαί γε πρὸς τοὺς καρποὺς, ἀλλ' εἶναι κρήνας μὲν ἐν τῇ νήσῳ πολλὰς, ἀφ' ὧν πάντα βρέχειν, ἃ καὶ συμφέρει μᾶλλον τῷ σίτῳ καὶ τοῖς δένδρεσι· διὸ καὶ ὅταν ὕσῃ, τοῦτο ἐπαφιέναι καθαπερεὶ καταπλύνοντας ἐκεῖνο. unde patet, e vestigiis vitiosae scripturae h. l. corrigendum esse: ὕσῃ, τῷ σίτῳ ἐπαφιέντας τοὺς ἐγχωρίους ἀποβρέχειν. Androsthenis eiusdem παράπλουν τῆς Ἰνδικῆς excerpsit Athenaeus 3. p. 93. (363. Schw.) Arrianus Anabas. 7, 20, 13. Ἀνδροσθένης δὲ ξὺν ἄλλῳ τριακοντόρῳ σταλεὶς καὶ τῆς χεῤῥονήσου τι τῶν Ἀράβων προσέπλευσε. ubi male vulgata antea scriptura παρέπλευσε mutata fuit. Ceterum Gaza vulgatam, τούτοις εἰωθότας ἐγχωρίους ἀποβρέχειν, ex parte ita vertit: *et hinc agricolas loci illius statim post imbrem rivis eiusmodi abluere sata solere, consuetudinem esse.* Heinsius inde supplevit scripturam A. B. Med. τούτοις εἰ παρέχειν, quam Guil. Canterus Nov. Lect. 2, 99. ita corrigebat: τούτοις οὐ βρέχειν τοὺς ἐγχωρίους. Scaliger ad verba εἰ παρέχει intelligebat ἀληθές ἐστι. Cum nemo locum historiae plantarum comparasset, non mirum est, omnes a vero aberrasse. Ceterum de eadem re narrantem alium scriptorem secutus Plutarchus esse videbatur mihi in Quaest. natur. 1. ubi de eodem argumento salsarum aquarum disputat: ἃ δ' ἱστοροῦσιν ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ βλαστάνειν ὑλήματα καὶ

φυτὰ, καρπὸν μὲν οὐδένα φέρει, τρέφεται δὲ τοῖς ποταμοῖς πολλὴν ἐμβάλλουσιν ἰλὺν, ὅθεν οὐ πρόσω τῆς γῆς, ἀλλὰ πλησίον ἔχει τὴν γένεσιν: verum, re accuratius considerata, loqui Plutarchum puto de zoophytis maris erythraei, non de arboribus insulae Tyli.

σπείρουσι] *omnibus temporibus commode inseritur* G. quem εἰσάγουσι scriptum legisse putabat Dalecampius, ad ὕδατα referens. Paulo antea τὰ μὲν δένδρα Med.

AD CAPVT VI. (VVLGO VIII.)

ἀντιπερίστασιν] Med. ἀντιπερίσπασιν. deinceps ὅτι βελτίω habet. Ex eodem ἐν ante Διὸς addidi.

νυκτερινὰ καὶ τὰ βόρεια] Intellige βέλτιστά ἐστι. A. B. Med. νυκτερίδια habent.

πνευμάτων, ὅταν τὰ βόρεια — νότια, ὅλως] Heinsiana copulam posteriorem omisit. *sicut etiam inter ipsos afflatus aquilonii et omnino, qui frigidi veniant* G. Structura verborum dispar et minus congrua horum membrorum alterutrum vitiosum arguit. Debebat enim sequi: καὶ ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν πνευμάτων τὰ βόρεια καὶ ὅλως τὰ ψυχρά. Nunc verbum πνεύσῃ intelligi debet: tamen incongruum est prius membrum, ubi articulus τὰ abundat, qui in altero deest.

τὴν γὰρ αὐτὴν — αὐτὰς ἀνάγκας] Hic sententia prior absolvitur: sequentem ita vertit G. *et ob easdem causas aquae flatusve calidi diffundunt et humectant.* Male copulavit disiuncta natura. Calidi enim et frigidi venti nec eandem habent utilitatem nec ob eandem causam, quam frigidi: non magis quam aquae calidae. Igitur post ἀνάγκας semicolon posui, et post θερμὰ inserui γὰρ, novam sententiam exorsus. Fortasse etiam post noxam calidarum aquarum et ventorum utilitates frigidarum textus integrior commemoraverat: quod ut suspicer, facit sequens membrum de noxa nimii frigoris. Vocabulum ἀνάγκας eodem sensu reperies infra c. 11, 2.

2. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων] De animalibus non omnibus sed aquatilibus tantum loqui voluisse, sequens argumentatio docet. Igitur τῶν ἐνύδρων deest. Deinde non affirmat plane Theophrastus, idem in aquaticis animalibus accidere, ut frigus iis noceat, sed ponit suspicionem, posse id in plantis et animalibus aquaticis accidere: quod tamen non fieri, deinceps ipse monet, causasque demonstrat. Pertinet igitur ἴσως ad hoc etiam membrum.

εἴπερ — τὴν τροφὴν] *siquidem alimentum viresque*

caloris demat; sine quibus servari vita non potest G. Vitium in graecis manifestum ita tollo, ut scribam: *εἴπερ ἀφαιρουμένη τὴν — ἀφαιρεῖται τὴν τροφήν· ἀφαιρεῖται γὰρ τὴν ζωήν:* aut alterum *ἀφαιρεῖται* tollam, eiusque in locum *καὶ* substituam. Med. *τὴν θερμοῦ δ. ἀφ. τὴν τροφὴν τοῦ θερμοῦ δύ. ἀφαιρεῖται.*

οὐ μὴ πολλή γε] *non tamen frequenter in multis detrimentum id evenit, nisi alia quoque causa damnosa accedat* G. E Codice Havn. 1. 2. et Vinar. *πολύ γε* probabat Moldenhauer. Tum vero *τοῦτο* intelligere oportebit. Equidem vulgatum *πολλή γε* tenui, intellecto *ὑπερβολὴ τοῦ ψυχροῦ.*

καὶ ἄλλον ἔχῃ] A. B. *καὶ ἄλλῳ ἔχῃ.* Med. quoque *ἔχει.* Correxit Scaliger. *nisi alia quoque causa damnosa accedat* Gaza. Ad *ἔχῃ* intellige aquas salsas.

οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅμοιον καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἐστὶ τῶν ἐν αὐτοῖς] *neque enim id in his quod in animalibus agitur aquatilibus* G. contrario sensu. Negat enim Theophrastus, id in animalibus aquatilibus fieri, quamvis aqua circumdatis, adeoque frigori magis expositis. Antea autem generatim dixerat, fortasse etiam plantis, ut animalibus, excessum frigoris nocere: quod nunc negat in plantis, nisi raro et cum conditione noxii succi, evenire; nec omnino in animalibus aquatilibus, quarum status et conditio non possit cum plantis irrigatis comparari. Igitur vulgatum *οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅμοιον* mutavi in *οὐδὲν ὅμοιον.* Praeterea copulam abesse malim. Verba *τῶν ἐν αὐτοῖς* iam olim Scaliger e versione G. in *ἐν ὑγροῖς* mutaverat: auctoritatem Havn. 1. 2. addidit Moldenhauer, cum quibus facit Vinar. Equidem *ἐν ὕδασιν* vel *ἐνύδρων* malim: quanquam supra c. 5, 2. *τοῖς ἐνύγροις* vulgo extet. *περιέχεται* Med. habet et *συνίστανται.*

μιγνυμένου — ἀφαιρεῖται] *quamobrem cum his aqua se miscet nunquam terrae — tollit calorem* G. Ad verbum intelligi debet *ἡ ψυχρότης*, et statim sequitur *πλὴν γ' εἴπου — ὅλος τοιοῦτος.* ubi recte Gaza: *sicubi aer etiam totus frigidus sit.*

οὕτως γὰρ ἀβλαστὴς] Ita pro *οὗτος* e versione G. praeeunte Scaligero et Vinar. scripsi. Havn. 1. *αὕτως* habet.

3. *μίξις — ἡ τοσαύτη*] G. vitiosum *τοσαύτη* omisit, quod in *τοιαύτη* mutavi.

σκληρὸν ἡ καὶ] Vulgatum *ἢ* e versione G. correxi, praeeunte Scaligero. Sequens *θῆλυ* Gaza *mollis et placida* vertit. Deinceps *ἕνα τινὰ — συνεπιφέρει* vulgabatur, quod e Med. correxi.

κοπριώδη] Est a *κόπριον*; nam a *κόπρος* est *κοπρώδης*. Sequens *τοιαύτης δέονται τροφῆς* pertinet non ad proximum *καὶ ἔνια τινὰ — κοπριώδη*, sed ad longinquius *ἡ δὲ μίξις — τοιαύτη χρήσιμος*.

πολλάκις ἐναρμόσειε] Hanc vulgatam correxi. In graecis deest verbum *μίξαι*, quod G. ita reddidit: *saepe tenuis — impuraeque congruere potest: et putealis — pluviae aptissime consociatur.*

καὶ ἐναντίον — ἐναντίῳ] Haec G. omisit in A. B. Med. ita scripta: *εἰ μὴ τῷ καὶ — αἰτίῳ*. praeterea Med. *ῥυτὸν καὶ ὄμβριον* habet. Quam Heinsius dedit scripturam, probavit Dalecampius.

4. *πότιμον ἢ ὅλως ἄτροφον ἢ μὴ*] A. B. et Heinsianae vitia, *ἀπότιμον — εἰ μὴ*, e versione G. cum Scaligero correxi, consentiente Vinar.

καὶ ἐπὶ τὸ περὶ] *ut in aqua Pyraei agri perspicitur* G. Legit igitur scriptum *ἐπὶ τοῦ*. Equidem *ἐπὶ* deletum malim, et seclusi. Hist. pl. 9, 20. *ἐνιαχοῦ δ' ἄγονον, ὡς ἐν Πύῤῥᾳ· τοῦτο γὰρ ᾐτιῶντο οἱ ἰατροί.* ubi vide annotata.

ἐν δυσὶν ἄν τις λάβοι τούτων] Hanc barbariem ferre non potui, et ex more Theophrasteo *δυεῖν — τούτοιν* scripsi.

δοκεῖ τρέφειν] Deinceps statim sequi debere, quae post alteram rationem posita leguntur, *Οὐ γὰρ δὴ τό γε ἄγαν τρόφιμον — καὶ χείρω γίνεται*, loco plane alieno, egregie vidit Linckius. Verum ita fortasse opus fuerit post *τρέφειν* addere *τὰ φυτά*: quod in vulgato ordine facere non est necesse: praecesserunt enim *τὰ φυτά*. Deinceps *ἔχοι — ὃ λανθάνει* Med.

λουόμενοι] *qui ea lavantur* G. recte: igitur *ἐν αὐτῷ* additum legit.

ἀτροφῇ] Scaliger *ἀτρεφῇ* maluit. Stephanus in Th. G. L. hoc aut *ἀτραφῇ*. Supra 1, 22. *εὐτρεφοῦς* adfuit, ubi Ald. Basil. *ἀτρεφοῦς* dant. Sed infra 3, 2, 6. sine varietate *εὐτραφῆς* legitur. Locum G. vertit: *quod genus id aquae nimis alere possit, et proinde plantae laborent ieiunio reddanturque deteriores: utpote quae obductam pabuli copiam nequeant superare.*

AD CAPVT VII. (VVLGO IX.)

περιττὰ καὶ ἴδια] Ambitiose G. *illae, quas operoso quodam peculiarique habitu natura creavit.* Deinceps *εὐύδρους* malim in *ἐνύγρους* mutatum. Postea *πολισχίους* Med.

προσήλους] Aut *προσείλους* aut *προσηλίους* scribendum. Iterum sect. 2. est *προσήλοις* et *τόπος πρόσηλος*.

πάντας τοὺς αὐτοὺς] *sed forte non semper eadem appetunt loca* G. Omisit igitur *πάντας*, quod in *πάντα* mutavi.

καὶ παρὰ τὸ συγγενὲς] Abundat praepositio. Scaliger *ἄγει* pro *ἄγεται* dictum interpretatur: mavult tamen *ἡ φύσις ἄγει*. *quanquam naturae cognatione quodque ad locum proprium ducitur* G. quo duce *παρὰ* seclusi.

ἐν ᾧπερ καὶ τὰ αὐτόματα] *quemadmodum ea quae sua sponte proveniunt* G. quasi scriptum legisset; *ὥσπερ ἃ αὐτόματα φύεται*. Tu vulgatam interpretare: *ubi scilicet silvestres plantae sua sponte solent provenire*. Noli comparationem cum domesticis in copula *καὶ* quaerere, quasi voluisset dicere auctor: *ubi etiam silvestria solent sponte nasci*. De domesticis enim et cultis falsum est, quod ait: *τὸ συγγενὲς τῆς φύσεως ἄγει πρὸς τὸν οἰκεῖον*. Voluntas contra agricolae et loci commoditas vel opportunitas in cultis saepissime praevalet.

ὥσπερ ἐκ τῶν αὐτῶν — αἱ γενέσεις] *si quidem ex eisdem generationes et nutritiones et singulorum divisiones agantur, necesse sit, videlicet caliditate — humiditate* G. In graecis deest verbum *γίγνονται* vel *εἰσί*. Gaza rectius scriptum *εἴπερ ἐκ* vertit; membrum etiam sequens, *καὶ αἱ καθ᾽ ἕκαστον διαιρέσεις — καὶ ἡ ὑγρότης*, eodem verbo *agantur* comprehendit, quod mihi potius separandum visum est. Igitur post *γενέσεις* non incisum, sed maiorem distinctionem posui. Deinde *αἱ καθ᾽ ἕκαστον διαιρέσεις* sunt *divisiones in singula*, non, ut G. vertit, *singulorum divisiones*. Igitur cum eo *τῶν καθ᾽ ἕκαστον διαιρέσεις* scribendum, inserto articulo. Sed is sequentia, *οἷον ἡ θερμότης — ὑγρότης*, convertit in aliam formam sententiae aptiorem visam. Nam recte hae qualitates singulorum divisiones dici non possunt; sed sunt potius caussae divisionum, ut quaedam calidae, aliae frigidae, item siccae, aliquot humidae dicantur. Qui plantas ita dispertiuntur singulas, illi *διαιροῦσι τὰ καθ᾽ ἕκαστον θερμότητι — ὑγρότητι*, vel *κατὰ θερμότητα — ὑγρότητα*. Superest, ut quaeramus verbum adiungendum his nominibus, et causam, quare hoc membrum a praecedente separandum censeamus. Si cum Gaza copules, tum repetendum erit *ἐκ τῶν αὐτῶν γίνονται* vel *εἰσί*. Atqui falsum est, *ex eadem causa*, id est e natura soli et loci, esse plantarum et generationem, et nutritionem, et qualitatem. Nam haec postrema semini inest, et vim suam, in quodcunque solum coniiciatur, obtinet et ostendit. Igitur

verba *καὶ αἱ τῶν καθ᾽ ἕκαστον* — *ὑγρότης* seorsum accipienda sunt, et verbum assumendum, *μηνύουσι τὴν φύσιν*.

ζητεῖ γὰρ — κρᾶσιν] *quaerunt enim omnia quod sibi pro suo temperamento commodum est* G. Supplevit *omnia*, cum in graecis *ζητεῖ* non habeat, quo referri possit: nam *διαιρέσεις* postulat *ζητοῦσι*: igitur *τὰ καθ᾽ ἕκαστα* repetendum: *κρᾶσις* autem refertur ad quatuor qualitates nominatas. Rectius et apertius dixisset *κατὰ τὴν τούτων κρᾶσιν*. Med. *τὰ* ante *πρόσφορα* omisit.

ἔτι δὲ τὰ ἀσθενῆ — μέρη] Repetendum *ζητεῖ τὰ πρόςφορα*. G. supplevit: *haec pro suo discrimine locum appetunt*.

2. *Πολλάκις — πλείω τούτων*] *Saepe etiam plures ex his causae in eadem planta intelliguntur* G. Atqui ita ταυτολογεῖν videtur philosophus, cum supra dixerit: *οὐκ ἀεὶ πάντα τοὺς αὐτοὺς τόπους φιλεῖ, οὐδὲ διὰ μίαν αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ πλείους*. Videtur igitur nomen *μέρη* repetendum, ut plures partium differentiae in plantis reperiundae, earumque vel absentia vel praesentia causam continere dicantur, cur diversum singulae plantae locum quaerant. Igitur verba *τὰ μὲν ἔχοντα* refero ad *μέρη*.

πάντα γὰρ ταῦτα] Omisit haec G. qui membrum antecedens vertit: *et plerumque* (*ἐνίοτε*), *quod alia habeant, alia non habeant, in causa est*. Dalecampius verbum *ἔχοντα* mutari voluit in *ἀντέχοντα*. Haesit in verbis praescriptis etiam Scaliger, et vitiata censuit. Deest aliquid, veluti *διαφορὰν ποιεῖ*: nisi malis copulare haec cum antecedentibus, *τὰ δὲ οὐκ ἔχοντα πάντα ταῦτα*, omissa particula causali *γάρ*.

ἀνόμοια μὴ τὸν αὐτὸν] nempe *τόπον*. Sed praecessit *τὰ ὅμοια* (i. e. quae sunt simili inter se natura, similem locum quaerunt) *ζητεῖ τὸ ὅμοιον*. Igitur aut *τὸν ὅμοιον*, aut *τὸ αὐτὸ* scribendum videtur. Recte G. vertit: *locum similem* — *dissimilem*. Sect. 3. similiter est: *ὅσαι μὴ ὁμογενῆ τὸν αὐτὸν ζητεῖ*.

πεύκην ἐστίν· ἡ μὲν] Med. *π. ἐστί· ἡ μὲν* habet. Deinceps *προσήλοις* vulgabatur.

οὐ φύεται πᾶν ἢ κακῶς] *aut nullo modo aut prave exurgit* Gaza. Scriptum fuisse puto *πάμπαν*.

πεύκης γένεσις] *picis* G. sed Heinsiana *piceae* ineptissime fecit, cum antea *πεύκην* G. *pinum* interpretatus sit. Gazam sequitur etiam Scaliger.

ὑγρότητος πλῆθος] *ubertati humoris* — *convenit* G.

unde πλήθει cum Dalecampio scripsi: deinceps πρόσηλος vulgabatur. πρόσιλος Med. habet.

3. ὑπεραῖρον ἡ ὄρεξις. ἢ καὶ δῆλον] *rei excellentis rationis appetentia sequitur: ex quo illud etiam constat* G. Debebat qualitatem excellentem aliquam nominare; qualis in duarum congenerum, ἐλάτης καὶ πεύκης, differentia est ὑγρότης πεύκης in picem excoquenda a sole. Heinsiana male ἢ omisit: deinceps male dedit διαφορὰν ἐπὶ ὅσα: denique ἀλγώδη pro ἀλσώδη.

ὅσα μὴ ὁμογενῆ τὸν αὐτὸν ζητεῖ] *nam quae dissociata genere locum tamen petunt eundem — facile rationem suam aperiunt* G. Igitur τὸν αὐτὸν τόπον interpretatus est. Similiter sect. 2. erat: τὰ ὅμοια τὸ ὅμοιον ζητεῖ, καὶ τὰ ἀνόμοια μὴ τὸν αὐτόν. Praeterea Gaza addidit voculam *tamen*, quae in graecis non est: quo facto sententiam pervertit. Nam si causa quaeritur, cur plantae non congeneres eundem locum quaerant, eam invenire non est tam facile, quam scriptor dicit, (ῥᾴδιον εἰπεῖν τὴν αἰτίαν) nec ipse edidit in exemplis arborum propositis. Quodsi hedera eundem locum cum plantis παρύδροις aut cum ἀλσώδεσι quaereret, quanquam genere dissociata, tum profecto ipsa ad classem τῶν παρύδρων aut τῶν ἀλσωδῶν pertineret. Nusquam tamen cum iis hedera fuit a Theophrasto enumerata. Denique ipsa comparatio classium, τὰ πάρυδρα et τὰ ἀλσώδη, cum hedera, huiusque oppositio singularis docere videtur, locum diversum huic assignari natalem cum ipsa natura arboris diversa. Siccitas enim et calor non conveniunt locis humidis et umbrosis, quos amant τὰ πάρυδρα et τὰ ἀλσώδη. Hederam amare loca frigida posuit supra c. 3, 3. τὰ δὲ φιλόψυχρα μᾶλλον, ὥσπερ ὁ κιττὸς καὶ ἡ ἐλάτη· ταῦτα γὰρ ὅλως ἐν τοῖς ἐμπύροις οὐ φύεται· χαλεπῶς δὲ καὶ πύξος καὶ φιλύρα. Αἴτιον δὲ ἡ θερμότης καὶ ἡ ξηρότης· οἷον γὰρ πῦρ ἐπὶ πῦρ γίνεται. Nusquam abies inter πάρυδρα aut ἀλσώδη enumerata legitur, quae minime natura calida et sicca, sed potius contraria aut media videntur esse. Breviter ut rem absolvam, scribendum cum Linckio meo censeo: ὅσα μὴ ὁμογενῆ μὴ τὸν αὐτὸν ζητεῖ τόπον. *de his vero, quae genere dissociata diversum quaerunt locum, facile est causam invenire et rationem reddere.* Ut antea opposuit sibi τὰ ὅμοια ζητεῖ τὸ ὅμοιον, καὶ τὰ ἀνόμοια μὴ τὸν αὐτὸν, ita nunc opponuntur τὰ ὁμογενῆ, ὅσα τὸν αὐτὸν ζητεῖ τόπον, et ὅσα μὴ ὁμογενῆ μὴ τὸν αὐτὸν ζητεῖ.

ῥᾴδιον εἰπεῖν] intellige τὴν αἰτίαν. Si membrum esset

postpositum, posses etiam intelligere ῥᾳδίως ἔδειξε τὴν αἰτίαν. De vitio monuit etiam Scaliger.

ὅλως συγγενὴς] inter se an loco et solo cognata? Utrumque videtur locum in arboribus nominatis habere.

ἔνια δὲ καὶ τούτων] Haec ad proxima πάρυδρα et ἀλσώδη, an alio sint referenda, dubito. Priorem tamen rationem praefero propter exempla duo statim afferenda punicae et myrti: quae similia sunt ἀλσώδεσι, quoniam φυλλόσκεπα sunt umbramque amant.

φυλλόσκεπα] *tectifolias* Scaliger vertit; G. *quae nisi frondibus obsepta non possent servari.* De re dicetur infra ad 3, 7, 1.

καὶ ὁ μὲν πυκνὸς — μανὴ καὶ ξηρά] Negationem μὴ ante ξηρὰ e versione G. inseruit Heinsius: οὐ ξηρὰ Med. habet. Equidem otiosam copulam καὶ initio sublatam malim.

τῷ μὲν γὰρ ἡλίῳ] Med. τῷ μὲν οὖν ἡλ. dedit. *itaque soli expositus* G.

εἰσλάμποντος ἡλίου — καὶ πεπαίνει] Inepte Heinsius ἡλίου repetitum inseruit, cum deberet addito articulo τοῦ ἡλίου.

ἵνα συσκεπάζωσι] Haud scio an falso huc retulerit Niclasius locum Geoponicorum 10, 29, 5. Δημόκριτός φησι ῥοιὰν καὶ μυρσίνην ἀλλήλαις χαίρειν καὶ πλησίον ἀλλήλων παραπεφυτευμένας εὐφορήσειν, καὶ τὰς ῥίζας ἀλλήλαις συμπλέκειν, κἂν μὴ σφόδρα ἐγγὺς οὖσαι τυγχάνωσι. Med. τὰς μυρήνους habet et προσβολήν.

εἰ γὰρ αὖ — φυτεύει — ὁμοίως εὔκαρποι] *At si, quae his contraria sint natura, hunc in modum severis, ceu vitem et ficum, nunquam fructificare tantundem valeant* G. Conditio et sequens οὐκ ἂν ὁμοίως postulant, ut φυτεύοι scribamus. Med. εἰ γὰρ οὖν habet. Deinde vulgatum mutavi in εὔκαρποι; praecedens enim τἀναντία, sed praecipue additum ἂν flagitat optativum modum verbi.

ἔνυγρα γὰρ ὄντα] *Haec enim quia humida sunt* G. qui ταῦτα γὰρ ἔνυγρα scriptum legisse videtur.

5. ἄπνοια — ἀπόλλυσιν· ἀποκαίεται γὰρ πολλά] *silens enim spiritus sensu conspicuus est: quippe pleraque aduruntur: et conflatus ex mari talis occurrit, ut invecta salsugine corrodantur flores ac pereant* G. Hist. pl. 4, 16. haec breviter attigit his verbis: περὶ δὲ Τάραντα προφαίνουσι μὲν πολὺν καρπὸν ἀεὶ, ὑπὸ δὲ τὴν ἄνθησιν τὰ πολλὰ ἀπόλλυται. Hic A. B. Med. habent κατὰ τὴν αἴσθησιν: quam scripturam reddidit Gaza, atque interpretari conatus est Scaliger, immemor

loci alterius. Verbum ἀπόλλυσι Heinsius inseruit. In Gazae versione nihil est praesidii: parum in historia pl. praeter unum illud ἄνθησιν, quod recte restituit Heinsius. Cetera ita refingo: ἡ γὰρ ἄπνοια κατὰ τὴν ἄνθησιν ἀποκάει τὰ πολλά. (In A. B. Med. est ἀποκάεται.) καὶ ὅταν πνέῃ, τοιοῦτόν τι πνεῖ πόντιον, ὃ τῇ ἅλμῃ. Male enim A. B. Med. scripturam πνεῖ πόντιον Heinsius in πνεῦμα πόντιον, contra vulgatum ἢ τῇ ἅλμῃ Scaliger recte in ὃ τῇ ἅλμῃ mutavit. Palmerius pag. 605. aliam rationem iniit emendandi: sed is antiquam scripturam non comparaverat.

ὁμίχλη τις ἐκβαίνειν — ἀποκάει] Ita A. B. Med. ἀποκαίει Heinsiana. Egredi nebulam e mari intellige.

σωτήριον ἢ μὴ πρόσφορον] Propter antecedens πάλιν negationem delendam censeo. Noxae enim documentum et exemplum iam fuit allatum. Argumentationis etiam ipsa consecutio idem docet. Repetendum autem ex antecedentibus: αἱ μὲν οὖν τῶν τόπων παραλλαγαὶ διὰ — σινος πρὸς εὐκαρπίαν. Similiter e contrario aer potest commodius servare plantas, quae locis incommodis satae et contrariis naturae earum periclitantur.

AD CAPVT VIII. (VVLGO X.)

ἥ γε ὑπὸ — γινομένη] Structura imperfecta, nisi γίνεται repetas. *quae tamen ex frigiditate fit, per eventum fiat, necesse est* G. Initio Med. similiter εἰ δὲ ἥ γε πέψις habet.

ἐν ἀμφοῖν — ὅλως γὰρ πάντων] Vulgatum ἀμφοῖς — πάντως correxi cum Med.

περικαταλαμβανομένοις] *quoniam, antequam perficiantur, hiems occupat* G. *hiemis superventu occupantur* Scaliger.

ὑγρὰ τῇ φύσει] oppositum ξηροκαρπότερα docet, esse dictum pro ὑγρόκαρπα τ. φ. De re confer dicenda infra ad 3, 7, 1.

οὕτω γὰρ — ἡ πέπανσις] *sic enim longe melius* G. verbo omisso *coquit fructum*. Equidem miror, vitis fructum in media Graecia occupari interdum ab hieme, eundemque dici concoqui et maturari ab hieme. Uva enim nisi perfecta et matura in coelo nostro non coquitur a frigore et gelu, sed potius corrumpitur et vitiatur: perfecta autem fit a gelu dulcior, humore extracto aqueo. ὁ μυρῆν deinceps Med. habet.

καὶ γὰρ τοῦτο] nisi δένδρον vel intelligas vel exciderit, οὗτος malim.

ἀποστίφει τε] Ita A. B. ὑποστίφει Med. *nimia enim exsiccat exacerbatque* Gaza, qui rectius scriptum ἀποστύφει τὸ ἄγαν legit. Scaliger Aldinum praeferens interpretabatur *condenset*, ut fiat μόλυνσις in succo vitis. Verbo ἀποστύφειν noster alibi etiam usus est, de odoribus p. 447. ubi vide annotata. Ἀποστίφειν nullam habet auctoritatem nec scriptorum nec analogiae.

2. Ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ὑγρότερα τῇ φύσει] Nominat deinceps in exemplo ficum, quae nec uva, nec myrto humidior est. Quid quod statim subiicit: ἀντέχειν δὲ μάλιστα δύναται τὰ ἐν ὑγρότητι μᾶλλον πλείονι. Igitur cum Linckio ἀνυδρότερα scribendum censeo: nam ἄνυγρος graece hoc sensu non dicitur.

ἀντέχει δὲ μάλιστα καὶ δύναται τά τε — μᾶλλον πλείονι — καὶ ἔνια] *resistere tamen illi maxime possunt, qui plus habent humoris, ut poma arbuti* G. qui rectius scriptum legit: ἀντέχειν δὲ μάλιστα δύναται τά τε ἐν ὑγρότητι πλείονι, καθάπερ τὰ μεμαίκυλα. Abundant, fortasse vitiosa sunt καὶ — μᾶλλον et τῶν ὑγρῶν.

ἀχρὰς] *pirum silvestre* G. Statim addit noster, esse inter ea, quae πεπαίνεσθαι δύναται ἀφαιρεθέντα. His respondent μῆλα τὰ ἄγρια.

ὅλως ἃ πεπαίνεσθαι δύναται] A. B. Med. ἅ, A. B. etiam δύναται ἀφαιρεθέντα omittunt, addita e versione G. *quae arboribus decerpta maturescere possunt*.

καὶ τὸ οὖον, οὐ τὴν αὐτὴν] Heinsiana, omissa negatione, sententiam depravavit. ᾗπερ καὶ ἐπὶ — εἴ γ' οὖν Med. Postea ἐλαῶν ex A. B. Med. restitui, ubi ἐλαιῶν erat.

3. οὐδὲν ἂν κωλύοι καὶ τῇ ἔξωθεν θερμότητι πέττεσθαι] *Ceterum nihil fortasse prohibeat, quominus externo quoque calore fructus coquatur* G. Primum scripsi κωλύοι. Deinde mireris, qui fructus idem frigore simul et calore coqui et maturari possit dici. Vitium apertum in ἔξωθεν correxi cum Linckio, qui praeterea λέγειν vel simile verbum post κωλύοι excidisse putabat. Deinceps vulgatum κωλυόμενον propter antecedens τὰ οὖα correxi. Ceterum Med. habet πεττέσθω — πεπαυμένη.

καὶ ἐπ' αὐτῶν δὲ] Med. καὶ omisit, et ἐπιστρέφουσιν habet pro vulgato ἐπιστέφωσι.

ἀπέπαντα, ἐπικνισθέντα δὲ καὶ — ἐλαίῳ, καθάπερ — ἐλίχθῃ διὰ — εὐτροφίαν, ὥσπερ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ συκάμινα,

πεπαίνεται] *Nonnulli e contrario maturitatem accipiunt: etenim in ipsis arboribus locis fervidis atque aptissimis immaturi persistunt: scalpti autem — illiti, ut dictum est, incipiunt maturescere, ut ficus Aegyptiae* G. unde Heins. scripturam A. B. Med. ἐπικνισθέντα καὶ ἐπ. supplevit inserta particula δὲ, sed opus etiam erat verbo διαμένει post ἀπέπαντα inserto. Verba a G. omissa, διὰ τὴν εὐτροφίαν, statim post ἀπέπαντα debent collocari cum sequenti membro, ὥσπερ — συκάμινα. Ita omnia bene procedunt verba. Med. ὥσπερ ἡ τὰ ἐν Αἰ. habet, omisso verbo πεπαίνεται.

ἀπέρασιν] Heins. πέρασιν. *humoris ac spiritus aliquid effluit* G.

ἀπέπαντα — κολοκύνθη] Gaza *permanent* addidit. deinceps κολοκύντη malim.

AD CAPVT IX. (VVLGO XI. XII. ET XIII.)

εὐήλοις] Supra pluribus in locis προσήλοις cognatum correxi: similiter hoc in εὐείλοις mutavi.

ἔτι δὲ μανὰ καὶ πεφυκότα] A. B. Med. μανοῖς καὶ πεφυκόσι. *vel raris solutisque — minus tales evadunt* G. Scaliger verbum πεφυκόσι inutile et vitiosum censuit, Gazam ψαμμώδεσι scriptum legisse suspicatus. Verum vidit Dalecampius, haec respondere superioribus istis: κἂν πυκνὰ τυγχάνῃ πεφυκότα. Igitur scripsi: ἔτι δὲ καὶ μανὰ πεφυκότα, ἧττον. Vinar. dat πεφύκασιν.

κωλύεται τἀκεῖ] *incrementum enim profunditatis altitudinem vetat* G. igitur κωλύει τὸ μῆκος rectius scriptum legit. τακῇ Med. habet.

διὰ τὴν ἐπίστασιν] *retorsionis et consistentiae causa* G. *condensationem* Scaliger maluit. Viam succi ad superiora recta pergentis venti et nodi impediunt: haec videtur esse ἐπίστασις. Sequens πύκνωσις paulo diversa sequi videtur. In Aristotelis libro 1. de gener. anim. c. 7. disputatur, cur serpentes careant testiculis et genitali membro, contra ductus seminales piscium instar habeant: διὰ γὰρ τὸ εἶναι αὐτῶν προμήκη τὴν φύσιν, εἰ ἔτι ἐπίστασις ἐγίγνετο περὶ τοὺς ὄρχεις, ἐψύχετ' ἂν ἡ γονὴ διὰ τὴν βραδύτητα — ψύχεσθαι δὲ φερόμενον λίαν μακράν. Guilelmus vertit *distancia*, quasi ἀπόστασις scriptum legisset. Gaza: *si praeterea in testes protraherentur*, quasi ἐπίτασις scriptum legisset. In hoc nostro loco Stephani Thesaurus cum Lexicis

vulgaribus *cohibitionem*, *coarctionem*, *impetum* interpretatur, et verba ita vertit: *nodos faciunt propter insultum validamque impressionem*. Quod est ab hoc loco alienum genus causae. Possumus etiam Plutarchi *Δία ἐπιστάσιον* comparare, quem is e latino *Iove statore* fecit. Verbum *τραχύνει*, saepiuscule etiam *τραχὺ*, Theophrastus usurpat in plantis eligendis, in quibus distinguit *τραχεῖς καὶ ὀζωμένους* a laevibus, *λείοις*, et gemmas aut crebras protuberantesque aut raras et iacentes intelligit.

2. *δρῦς· λεῖαι γὰρ*] Haec non dubito Graeciae Europaeque meridionalis quercubus a nostris diversis convenire. Certe quercum pubescentem, macrophyllam aliasque plures in montibus Lusitaniae excelsas pulcerrimasque miratus est Linckius.

Αἷμον] *Aemum montem* G. cum latine plerumque cum aspiratione *Haemum* scribere soleant.

μανότερα καὶ ὑγρὰ] *humidiora* G. igitur *ὑγρότερα* rectius scriptum legit. Copulam ante *μανότερα* Med. inseruit. Deinceps vulgatum *λαμβάνει* correxi cum Med. qui praeterea *ὑπό τε τοῦ ἡλίου* habet.

3. *τὰ μὲν διὰ τὴν ἐναπόληψιν*] Vulgatum *καὶ διὰ τὴν* diu iam est cum margo B. correxerat, viam monstrante, quod sequitur, *τὰ δὲ τῷ*. Deinceps articulum ante *συκαῖ* addidi. Ceterum Gaza solum humorem *interclusum* causatur, spiritum omisit. Sed utramque causam in sequente disputatione simul semper posuit Theophrastus. Cf. sectio 6.

ἀσθενὲς ποιῆσαι] quid? G. *eos* vertit, non magis definite: nisi male ad fructus retulit. Videtur excidisse vocabulum, quod pediculum significaret. Similiter est de cytino punicae. Praeterea suspectum mihi est vocabulum *ὁτιοῦν*: nam quodcunque vel, ut G., quodlibet humefacere vel fructum vel pediculum non valet, sed causa est vel in intercluso fructus humore, vel in rore et pluvia.

ἐπιγίνεται μέγεθος] Gaza de suo addidit: *ut nihil resistere valeant*.

τοῖς μὲν ἄνθεσιν εὐκατάπτωτος] A. B. Med. *αὔτινος εὐάτμωτος*. *punica flores facile amittit* G. Heinsii emendationi longe praestat Scaligeriana *κύτινος εὔπτωτος*: nam sine dubio *τοῖς μὲν κυτίνοις* dare voluit. Vocabulum *εὐκατάπτωτος* ex hoc loco videtur in Lexica migrasse, etiam in Stephani Thesaurum: alterum *εὔπτωτος* nondum aliunde innotuit. Histor. pl. 2, 7, 12. *ἔνιοι δὲ ῥόαν δασύνεσθαι καὶ σκιάζειν μᾶλλον τὸν καρπὸν, ἔτι δὲ ἧττον ἀποβάλλειν τοὺς*

κυτίνους, ὅταν ἀνάπαλιν τεθῶνται τὰ φυτευτήρια. Infra c. 9. sect. 9. de rore et pluviis intrantibus ficum: ὑφ' ὧν ἀποπίπτουσι διαθερμαινομένων, ὥσπερ καὶ οἱ κύτινοι τῶν ῥοιῶν. Mihi in scriptura Aldina εὐαπόπτωτος latere visum est.

ὡς δ', ὅταν] *Itaque cum guttae pluviae aut rores in eos deciderint* G. unde Scaliger ὥστε ὅταν correxit, *minutas pluvias* interpretatus τὰ ψακάδια. Ita enim Med. pro ψεκάδια habet: et sic Poliochus comicus Athenaei 2. p. 60. c. (231. Schw.) καὶ κοχλίας γενομένου ψακαδίου ἤγρευέτ' ἄν. Infra sect. 9. Theophrastus ipse per ὑδάτια interpretatus est.

4. ἀνάπαλιν — φυτεύειν] *e contrario seri* G. inepte vertit, cum deberet *inversas*, ut explicui ad hist. pl. 2, 6, 12. ubi vitis et punica inversae plantantur. Ficum humilem fieri ita plantatam tradunt Geoponica 9, 45. Effectum in punica hic aliter tradit Theophrastus: ὅπως εὐθὺ κατανεύσωσιν. *ut se subinde valeant inclinare* Gaza vertit: rectius Scaliger: *statim in ipsis vitae rudimentis deorsum nutent.* Oleae taleam inversam plantare vetant Geoponica 9, 5, 8. et 9, 11, 11. quod est κατὰ κορυφὴν τιθέναι τὸν ὄρπηκα. Causam edit locus posterior: βασανιοῦμεν γὰρ τὸ φυτόν: *torquebimus enim plantam* ambigue vertit Cornarius: simplicius erat: *ne planta vexetur.* Columella 5, 9, 3. *si inversa talea mergatur, difficulter comprehendet, et cum validius convaluerit, sterilis in perpetuum erit.* Contra punicae virgam inversam plantari iubent Geoponica 10, 30. ne poma hient: κἂν κατακέφαλα φυτευθῶσιν, οὐ χαίνουσιν. Citri taleas similiter inversas plantant 10, 8, 2. nulla edita causa: ubi κατὰ κεφαλῆς, quod editum legitur nunc, in κατακέφαλα mutant libri scripti. Sine varietate est κατὰ κεφαλῆς φυτεύειν κορύνην συκῆς 10, 45, 10. ne ficus in altum excurrat. Plinius 17, 14. de insitione: *Surculi inseruntur et inversi, cum id agitur, ut minor altitudo in latitudinem se fundat.* In myrto monent Geoponica 11, 7, 5. aliquos, si inversa (ἐπὶ κεφαλῆς) plantetur, melius fructum laturam esse arbitrari. Idem de semine cucumeris et cucurbitae tradunt 12, 19, 19. μεγάλους σικύους καὶ κολοκύντας ποιήσεις, τὸ σπέρμα αὐτῶν ἐπὶ κεφαλὴν φυτεύων. Columella 11, 3, 49. *idque de media parte cucurbitae semen inverso cacumine ponito, ut fiat incrementi vastioris.* In salice usum nullum spectare potuerunt, de qua Plinius 17, 10. s. 13. *Salix vel inverso surculo seritur.* Experimen-

tum veteres agricolae transtulerunt ad plantas biennes. Columella 11, 3, 37. de mentha: *cuius si forte semina defecerint, licet de novalibus silvestre mentastrum colligere, atque ita inversis cacuminibus disponere, quae res feritatem detrahit, atque edomitam reddit.* Plinius 19. sect. 47. simpliciter inversis etiam ramis mentastrum seri narrat. Tam variae causae plantationis inversae eduntur, effectusque non minus diversi narrantur, quorum qui causam et inter se congruentiam indagaverit e recentioribus philosophis, equidem non novi. Unum hoc, quod ad rem pertineat, annotatum reperio a Bodaeo ad historiam pag. 110. *Ficus ut parvae admodum sint — docuere mangones. Vere fici surculum abscindunt, paulo ante germinationem, prominente iam oculo et manibus contorto cacumine, in vase terra pleno ipsum serunt, cacumine inverso. Circa hordei miliique nonnihil aspergunt terraque obruunt, extra eam relicta resecta parte.* E Gallis doctissimus sui aevi *Du Hamel* taleas et palos salicum inversos plantavit, ramosque inde enatos cum radicibus primum in contrarium flexos reverti sursum vidit. Linckius meus in arborum, fruticum bienniumque herbarum taleis et plantis experimenta multa instituit, et germina arborum fruticumque non e gemmis axillaribus foliorum, sed seorsum e duro prodeuntia vidit: in herbis biennibus tota pars superior super terra extans contabuit, et germina e radicum parte superiore proruperunt et in altum surrexerunt. De fertilitate autem plantarum eiusmodi aliisque vel commodis vel incommodis, quae memorarunt scriptores graeci et latini, nondum innotuit mihi recentiorum qui certiora doctus experimentis tradiderit.

κἂν μὴ βρέχῃ] *etiamsi non pluat* G. intellige ὁ Ζεὺς vel ὁ Θεός. Med. βρέχει habet, et in extrema sectione τε inserit post προσαρτήσει.

5. Τῶν δὲ συκῶν] Inepte Heinsiana Καὶ δὲ σ. dedit. Deinceps ἢ μόνον Med. Sequens διαθέσει A. B. Med. scripturae διαστάσει, quam G. *in intervallis* vertit, substituit Heinsius. Scaliger *speciei differentia* vulgatum interpretabatur.

διοίγουσι] A. B. διοίγουσι. Med. διοίσουσι. deinceps ἐκπέπτονται tres libri habent. Ad τὰ ἐπὶ τῆς συκῆς intellige τὰ ἐρινα, quae sunt etiam fructus ficus urbanae, qui nisi caprificentur, immaturi decidunt, ut in caprifico. Statim sunt τῶν ἐπὶ τῆς συκῆς ἐρίνων. Male ἐρινῶν ubique dedit Heinsius.

προσίπτανται — τῶν ἐρίνων] *evolant atque gravidas*

grossis assident G. Unde habet *gravidae?* deinde unde pendet genitivus τῶν ἐρίνων? cum deberet esse τοῖς ἐρίνοις. Scilicet προσάπτονται fuit olim scriptum. Med. ἐρινοῦς habet.

ἐπὶ τῶν ἐριναζομένων — ἐπιγένωνται] Ita A. B. Med. ἐπιγίνωνται Heinsiana. *etsi non caprificus appendantur, modo caprificus ipsa proxima sit, in qua culices fuerint procreati* G. unde negationem μὴ ante verbum inserui cum Scaligero, qui verbum ἐπιγένωνται interpretatur *advenerint.* Dalecampius praeterea e G. versione scribebat: ὅταν μὲν αὐτῶν τῶν συκῶν ἐρινεὸς ἐγγὺς ᾖ, ἐφ' ᾗ ψῆνες γίνονται. Breviore via poterat: ὅταν ἐγγὺς αὐτῶν τῶν συκῶν ἐρινεοὶ γένωνται. Equidem meliorum librorum opem expectandam censeo, qui fortasse dabunt: ὅταν ἀπὸ ταὐτομάτου ταῖς συκαῖς ἐπιγένωνται.

ταῖς συκαῖς ἐρινοὺς] Scripsi ἐρινεούς, ut sect. 6. ubi male etiam ἐρινεὰ legebatur pro ἐρινα.

ἐπὶ τῶν ἄκρων — ἡ πτῆσις οὐρία γίνηται] *in extremo ficis conseritur maturis matura — ut culicum advolatus secundo vento effici possit* G. Scaliger: *in summo ficeti limite, unde culices ad ficos secundo vento advolare possint, conserunt caprificos.* Vulgatum πτῶσις cum Scaligero correxi. Deinceps γίνεται male scriptum erat. Plinius 15. s. 21. *Ideoque ficetis caprificus praemittitur ad rationem venti, ut flatus evolantes in ficos ferat.* Med. habet οὔρεια scriptum: in quo latet varietas aliqua scripturae. deinceps χώραν dat, non ὥραν.

6. εὐπνούστερα] *poma spirantia efficiunt* G. ineptissime vertit, cum initio capitis 9. loca εὔπνοα καὶ προσήνεμα *loca flatibus ac vento exposita* sit interpretatus. Rectius *perflabilis* redditur et locus et fructus auris pervius. Med. εὐπρούστερα habet.

θερμότητι τῇ κατειργασμένῃ] *cum calore illo conficiente* G. rectius igitur scriptum κατεργαζομένῃ legit. κατεργασμενη Med. habet. Deinceps τὸ πνεῦμα malim, ut sequitur sect. 8. οὐ γὰρ ἔτι συμβαίνει καταχλείεσθαι καὶ ἐναπολαμβάνεσθαι τὸ πνεῦμα. Vulgo legitur τι. Est spiritus ille, qui corporibus fervescentibus et putrescentibus innascitur et exhalat vel ruptis vel apertis.

ἐπιμένει] *fructus permanet* recte G. τὰ σῦκα repetens.

γίνονται — πάλιν] *et gigni ex caprificubus et rursus easdem subire* G. Deinceps vulgatum ἐρινεὰ correxi. Sed statim G. *quia caprifici maturare atque perficere nequeant:* plenius debebat scribere addens *fructus.*

καὶ τῶν ἄλλων σηπομένων] *Ut enim in ceteris putrescentibus genus aliquod animalis concrescit, ita etiam in his vivifica quaedam natura est* G. Igitur plenius scriptum legit *συνίσταταί ζώων τι γένος*, vel similia verba addita legit, quae structuram integram reddant, quae nunc laborat: alioquin brevior emendandi via patet: *ὥσπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις σηπομένοις*.

οὐκ ἔχοντες δὲ τροφὴν] Med. *ἔχονται* habet. E versione G. *δὲ* Heinsius inseruit. Deinceps ante *γένεσις* articulum addidi, qui fortasse etiam vocabulo *αἵματος* fuerat addendus. *φθηρσὶν* Med.

7. *καταβορείοις*] A. B. Med. *καταβόροις* hoc cum Scaligero Heinsius substituit, ut est in hist. 2, 7, 1. sed *κατάβορρος οἰκία* est in Aristotelis Oeconom. 1, 6. Contrarium est quod sequitur *βορείοις*. *solo aquilonio* male Gaza illud vertit.

ξηρὰ γὰρ γίνονται] Haud scio, an male G. reddiderit: *quia sponte poma siccentur:* quod est potius in vitio pomorum. Scriptor voluit alimenti mediocritatem esse in causa, ut ne poma nimio humore et succo turgeant, et culicum ope indigeant.

ξηροτέρων ὄντων] *cum longe sicciores sint aquilonii flatus* G. igitur *τῶν βορείων* addidi.

τὰ ἐρινεὰ κωλύεται] Ita Heinsiana. A. B. Med. *κωλύει*. *ficus plus condensatae nequeant exhalare* G. In historia est: *βορείοις γὰρ μᾶλλον ἢ νοτίοις ἀποβάλλουσι, κἂν πυκνότερα καὶ πλείω γένηται, μᾶλλον.*

πῆξίς τις — τοῦ ὀποῦ] *succus intus concrescit* G. ambiguo sensu. Nam de fructus succo noluit dicere Theophrastus; sed de lacte arboris seu succo lacteo, quem proprio vocabulo in fico *ὀπὸν* Graeci dicunt. Deinceps *ταύτης γὰρ* Med. postea *ὀψίω πάμπαν*.

8. *ἐπικρατεῖ ἀντιπεριϊστάμενον*] *calor se colligens atque resistens* G. haud scio an sensu ambiguo nimis et manco. Verbum graecum elliptice sic ponitur usitatius quam latinum *resistere*, cui debebat addi aeri vel frigori externo.

τὴν ἄρδευσιν] Talem nominat ficum Laconicam historia l. c.

εὐπνοιάν γε καὶ ἀπερισσείαν ποιοῦσα] A. B. *ἀπερισίαν*. Med. *ἀπέρισι*. *ut spiritu exacto admissove et humore assumto* G. sensu plane contrario. Sed scripsit sine dubio *absumto*. *εὐπερασίαν* coniecit Scaliger: quod vocabulum nuspiam extat, nec sensum habet, nec analogiam. *ἀπερισσείαν* e coniectura Roberti Constantini in Lexico dedit Hein-

sius. *ἀπέρασιν* dedi, quod vertisse videtur Gaza, et suadet locus c. 8. sect. 4. quo Theophrastus ipse lectorem ablegat. Praeterea vulgatum *γε* post *εὐπνοιαν* mutavi in *τε*.

παραπλησίως — τινὰ συμβαῖνον] *similiter atque in Aegyptia fico evenire* G. unde Dalecamp ius coniiciebat *συμβαίνειν*. Equidem comparato loco simillimo sect. 15. *παραπλήσιον — τινὰ τὸ συμβαῖνον* scripsi.

9. *ὅταν εἰσδύωσιν*] *cum grossos subierint* G. at sectione 12. eadem verba vertit: *cum subeant culices*. Patet igitur, hic eum *εἰσδύσωσιν*, illic *εἰσδύωσιν* scriptum legisse: utrum verum sit, videbimus infra. Antea Med. *ὡς ἂν οὐκ* habet.

τὴν αἰτίαν ἐστὶν - φέρειν] *itaque causam e contrario inferendam existimant* G. nescio quam diversitatem secutus. Supra sect. 7. *ταύτην τῆς φυλλοβολίας αἰτίαν φέρουσί τινες* idem vertit: *hanc causam nonnulli assignant*.

παραφέρειν] *possint admitti* G. qui *κυτίνους* etiam hic *flores* vertit. Graeca mihi lacunosa esse videntur, insertis verbis *παρεισδύεσθαι καὶ* redintegranda, ut *παραφέρειν* significet *decutere*. Vulgatum *ψεκάδια δύνανται* e Med. correxi.

μηνύει τὸ συμβαῖνον] A. B. Med. addunt *ἃ δὲ* (M. *δὴ*) *καὶ λέγουσί τινες*. An G. hinc vertit *vel inde significari abunde credunt?* Med. antea *ἔτι δὲ ταῦτα* habet.

Σημεῖον δ', ὅτι κἀκεῖνό ἐστι — χάριν] *Argumentum vero, quod caprificatio comprimendi gratia adhibeatur, inde accipi potest* G. In graecis pronomen *κἀκεῖνο* transpositum locum in suum restitui, ut sensum aperirem: neque enim aliud agricolarum opus, sed eiusdem sententiae de caprificationis usu aliud affert argumentum. Post *χάριν* intellige *ἐρινάζουσιν*.

περιάπτειν — ἐπιπάττουσι] A. B. Med. *ὑποτάττουσιν*. *si caprificubus carent, quas arboribus iniiciant, arenam inspergunt* G. Recte post prius verbum *ἐρινα* supplevit. *ὑποπάττουσι* malebat Scaliger.

τὰ δὲ τῶν ὀψίων] *quae autem sero fructificentur* G. In graecis fructus vocabulum deest, *ἐρινα*.

οὐδὲ ὅλως θαυμασμοῦ δέονται μετὰ ταῦτα] *nec ullo modo caprificationem desiderant, cum iam vires conceperint: tum etiam temporis immutatione sese aperiunt* G. unde iam olim Scaliger et margo B. ineptam scripturam in *ἐρινασμοῦ* mutarunt. Praeterea verba *μετὰ ταῦτα*, a G. omissa, locum in alienum immigrarunt, ubi sensum vitiant. Opponuntur enim antecedentibus, *οὐ διοίγεται κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν:* igitur rectius post *ἰσχύοντα* posita novam ex-

ordiuntur sententiam: *μετὰ ταῦτα* (*δὲ* commissurae deesse videtur) *καὶ — ἀνοίγεταί τε καὶ οὐκ ἀποπίπτει*. Med. *ἰσχύον καὶ* habet.

10. *ἐπεναντιοῦσθαι*] Cum Med. posui *ὑπεναντιοῦσθαι*. Simplex verbum in annotatione posuit Scaliger. Paulo antea *ἀμφοτέρων* Med. deinceps *τάδ' ἄν τις*.

ἐρινεὰ — ἐκπνευματούμενα] Ita Heinsiana. *ἐκπνευματουμένη* A. B. Med. *quo tandem inflato* (humore) *iactura continuo sequitur* G. Rectum igitur scriptum legit et reddidit. In annotatione Scaligeri *ἐμπνευματουμένη* legitur: sed vulgata bene habet: est enim *ἐκπνευματοῦσθαι in spiritum converti*. De causa ipsa compara sectionem 6.

πάττειν — βουλομένους — ὠφελεῖν· ἐξαιρεῖν] Ad haec tempora repete e superiore oratione *φαίη τις ἄν*.

εἰ δὲ ἐναντιοῦται] *Si vero contraria haec inter se sint* G. Igitur *ταῦτα* additum legit: alius fortasse *τι* interseret. Deinceps vulgatum *συμβαίνει* correxi. Antea *ἐκείνοις* Med. habet.

καὶ εἴτι δ' ἂν πρὸς ἐπιγένοιτο] Ita Heinsiana. *προσεπιγένοιτο* A. B. Med. *καὶ εἴτι προσεπιγένοιτο* in annotatione posuit Scaliger: quam scripturam veram puto.

μάλιστ' ἂν ἀποπίπτῃ — καταχλίνῃ] G. *prona* vertit: igitur *κατακλινῇ* scripsi: deinde *μάλιστα ἀποπίπτει* malim: alioqui *ἀποπίπτοι* scribendum erat.

12. *Τοῦ δὲ συμμύειν, ὅταν εἰσδύωσιν*] *cum subeant* G. supra sect. 9. eadem verba reddidit: *cum grossos subierint*. Tamen ibi additum *οὐκ ἀνοίγουσιν* praesens tempus, non *εἰσδύσωσι*, quod Gaza vertit, postulare videtur. At vero aperiri grossos, dum subeunt culices, non est mirum: contra admodum mirabile comprimi, dum subeunt aut cum subierint culices. Huius rei tam contrariae causam nunc quaerit Theophrastus: sed satis obscure reddidit: diuque frustra quaesitam tandem reperi in verbis *κενωθέντα — ἐπισπᾶται καὶ πλείω τὸν ὀπόν*. Scilicet fructus a culicibus intus depastus et exinanitus succum attrahit multo plurem quam antea: itaque apertura a culicibus intrantibus antea facta comprimitur et clauditur. Quae ipsa res fructum facit deteriorem, quippe succo crudo turgentem, nec tam facile a sole excoquendum. Pastus culicum, dum humorem fructus primum exhauriunt, facere dicitur *πρὸς τὴν ἐπιμονὴν*, ut haereat et perduret in arbore: succus alter subiens, ut inane factum spatium repleat, deteriorem quidem fructum, sed *συμμύοντα* facit. Hanc equidem causam divinando reperi: an

veram, iudicent peritiores. Si vera haec est, tum εἰσδύσωσιν hic certe scribendum fuerit.

ἐνβόσκεσθαι] Hoc vulgatum e sectione 6. correxi. Sequentia integriora legit G. vertens: *nam humorem intestinum depasci a culicibus, utpote pabulum aptissimum illis, verum est.* Igitur verba οἷα τροφὴν addidi. Med. ἐπϊτόγ' habet.

τὰ ἐρινεὰ — ἐρινεάζουσιν] Prius correxi, alterum Heinsius correxit. Infra similiter erat ἐρινεασμῶν in A. B. Med.

Ἔτι δ' ἐχρῆν] *Item flatibus aquiloniis minus posse decidere oporteret* G. Locus hic manifesto significat, dubitasse Theophrastum, an verum sit, quod quidam posuerunt, culices ingressos fructum facere συμμύειν. Dubitatio tamen ipsa in antecedente sectione non minus obscura latet, quam causa τοῦ συμμύειν, si quam ibi edidit. Quare equidem iudicium meum sustineo.

ἐξηρᾶσθαι] Heinsiana ξηρᾶσθαι. Infra 4, 12, 3. ξηρανθέντα καταρρεῖ. 5, 14, 5. erat ἐξήρανται in Heinsiana.

13. Φαίνεται δ' οὖν] Omissum δὲ malim. Deinceps ἅμα τῆς ἐπιτροφῆς τοῦ ἀέρος G. non vertit: *cum modus aeris alimentique adsit,* sed scriptum rectius: τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ἀέρος. Fortasse fuit: τῆς ἐκ τῆς γῆς τροφῆς καὶ τοῦ ἀέρος. Med. ἔχοντος habet: deinceps καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν.

ἐρινάζουσι κἀκείνους] *et eas quoque solent caprificare* G. nempe ficus: in graecis κἀκείνας debebat esse, si ad συκᾶς referatur: nam ἐρινεοὺς non antecessit, nisi in vocabulo ἀγρίων lateat, cui additum συκῶν oportuit: quanquam non ipsa arbor, sed fructus caprificetur. Ita statim sequitur ἔνιοι — ἕτερα φέρουσι: ubi ἐρινεοὶ et ἔρινα intelliguntur.

ἐπιμείνωσι, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας· καὶ διαφοροῦσιν· ἔνιοι] G. verba διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας cum sequentibus copulavit; et Med. διὰ τὰς αὐτὰς δ' αἰτίας dedit. Idem δυσφοροῦσιν habet.

ἔνιοι δὲ — φέρουσι] Intelliguntur ἐρινεοὶ et ἔρινα.

14. φύεται γοῦν καὶ αὐτόματος] *Sponte quoque naturae id potest consistere* G. non expressa vi particulae γοῦν: saltem *quoniam* fuerat addendum.

Ἡ δὲ — σπέρματος, καὶ ὅσα — γίνεται τῆς γῆς] *Sponte autem nascentium generatio non semine modo, sed aliqua etiam putrefactione vel potius terrae alteratione* G. Aliter igitur scriptum locum legit: οὐ μόνον ἐκ σπέρματος, ἀλλὰ καὶ διὰ σ. Vulgata scriptura καὶ ὅσα δὴ manifesto falsa et vitiosa est. Fortasse fuit scriptum: ἡ δὲ τῶν αυτο-

μάτων γένεσις ὅσα μὴ ἐκ σπέρματος, (quo nempe ficus immatura caret,) καὶ διὰ σῆψιν — γίνεται τῆς γῆς.

καὶ τοῦτο — ἄν τις ἔφη] *id etiam genus — quis nuncupaverit* G. qui voluit tempus ἂν ἔφη consequi. Equidem malim ἄν τις εἴποι. καθάπερ ὁ π. φησὶ τὴν ἰτέαν. Certe Med. ποιητὴς φησι habet.

ἀβρώτους] Heinsiana ἀβρώτως dedit. G. ἀοράτους *fructum visu incognitum* vertit: verba temere mutavit Heinsius.

15. ὀλυνθάζειν] *caprificare* G. Rem. non verba, habet Herodotus 1, 193. Fabulam adiunxerunt Graeci de insecto ψῆνι, fructum maturante feminae, ortam e mala comparatione ἐρινασμοῦ: de qua vide collecta a Niclasio ad Geoponica p. 651.

συγκαταπαττόμενος] A. B. Med. συγκαταπατούμενος. Articulum ante χνοῦς e Med. addidi. *et pulvere et lanugine cum fructus insperguntur* G. qui sequens εὔπνοιαν male reddidit *atque odoratiores redduntur*: sed Basil. habet *spirantiores*. Paulo antea vulgatum τῆς ἄῤῥενος e Med. correxi, ut postea συμβαῖνον.

καὶ ἐπὶ τῶν ἰχθύων] Articulum τὸ post copulam inserui. Cf. sect. 8.

καὶ ἐκ τῶν ἀπηρτημένων] *vel ex remotis generibus* G. Scaliger malebat: *ex appendicibus et affinibus generibus*: cuius haec est annotatio: *Etiam proportio inter ficum et palmam considerari potest ex ipsis appendicibus: quia unius natura ad aliam refertur. Quia de casu loquitur, haec potuit addere: nam propter maturationis tractationem videtur hic frigere.* Quam equidem quo spectet ignoro.

AD CAPVT X. (VVLGO XIV.)

καρπιμα τῶν ἀγρίων, ἃ δὲ θήλεα, τὰ δ' ἄῤῥενα] Ita Heinsiana. Contra A. B. κάρπιμα, τῶν δ' ἀγρίων, ἃ μὲν (Med. ἃ δὴ) θήλεα, τὰ δ' ἄῤῥενα. *Quamobrem autem inter congeneres agrestis ordinis aliae steriles, aliae fructiferae sint, quae quidem foeminae marisve sexu appellantur, illa profecta causa redditur* G. Scaliger corrigebat: τῶν δ' ὁμογενῶν τῶν ἀγρίων, ἐν οἷς — κάρπιμα, τὰ μὲν ἄῤῥενα, τὰ δὲ θήλεα καλοῦσι. In qua emendatione probo priorem partem, utpote versioni Gazae congruentem: altera vero structurae verborum reliquae non convenit. Igitur malim: ὧν τὰ μὲν θήλεα, τὰ δ' ἄῤῥενα καλοῦσι.

τῇ καὶ πρότερον εἰρημένῃ περὶ τῶν καρπῶν] Cf. ad 1, 5, 5. Med. ἀκάρπων a G. redditum dedit.

τρεπομένης — καταναλισκομένης, ἀφαιρεῖται] *tolli generationem necesse est* G. Si sensu passivo sumitur verbum postremum, ἡ γένεσις scribendum fuit. Sed malim minore mutatione τρεπομένη — καταναλισκομένη.

2. οἷς δ' εὐθὺς — ὅλως ἄκαρπα] *quibus autem natura protinus ad fructificandum pertenderit, haec fructum egregie pariunt* G. male interpretatus vocem ἐνταῦθα, ut oppositum οἷς μὲν ἐνίοτε συμβαίνει docet. Praeterea εὔκαρπα scriptum legit, quod margo B. annotavit. Scaliger cum Gaza sequeretur, haesit deinceps in illo membro: διὸ δὴ — ἔνια τοιαῦτα ἐν τοῖς ὁμογενέσι, quod ad ἄκαρπα referri debere bene viderat.

ἐπεὶ καὶ μικρόκαρπα — μείζω] Hanc sententiam omisit, et sequentem tantum reddidit G. Scaliger agnovit nescio quos gradus μικροκαρπίας pro magnitudine arborum, quos haud scio an inepte verba graeca significent. Quid enim differunt τὰ μείζω μικρόκαρπα ab iis, quae εἰς μέγεθος ὡρμημένα μικροκαρπότερα dicuntur? Scilicet ante μικρόκαρπα articulus inserendus fuit. Med. μικρὸν γὰρ ἔχει φύσεως σφόδρα τὸν κ. habet.

μεγαλόφυλλος, ἀφ' ὧν — διὰ τὴν εὐβοσίαν — τῶν καθιεμένων εἶναι γένεσις] Heinsiana τῶν male omisit, et A. B. Med. εὐβοΐαν bene correxit. *et radicum ab eius foliis demissarum generatio nutrimenti copia videtur accedere* G. In Scaligeri annotatione scriptum εὔβιαν reperio, quae est eius emendatio vulgati εὔβοιαν. Deinde ἀφ' ὧν interpretatur ἀφ ὧν αἰτίων vel βλαστήσεων, comparans locum in historiae libro 4. de eadem ficu: ἣ καθίησιν ἐκ τῶν κλάδων ῥίζας ἀν' ἕκαστον ἔτος. Praeterea articulus addi debuit nomini γένεσις. In verbis ἀφ' ὧν vitium residet, quae ad antecedens μεγαλόφυλλος (in quo φύλλα insunt repetenda) referri debet. Sed in hoc membro, καὶ γὰρ σφόδρα μεγαλόφυλλος, causa non est vel sola vel maxima, cur vim omnem in germinatione consumere dicatur: neque est verum radices e foliis vel foliorum nervis (quod interdum fieri solet) omnes oriri. Igitur credere oportet, ante ἀφ' ὧν excidisse verba καὶ πολύκλαδος vel μεγαλόκλαδος, ita ut ἀφ' ὧν referatur ad vocem κλάδων in πολύκλαδος latentem. Spanhemius Athenaei 5. p. 210. F. οἱ κατὰ τὴν Συρίαν διὰ τὴν τῆς χώρας εὐβοσίαν annotavit.

Ἴσως δ' ἀνάπαλιν] Scaliger ita annotavit: *Quia est bonae habitudinis, radices edit, aut contra, non frequentatur fructuum magnitudine, quia nutrimentum in has partitur. Est igitur contra sic: Quia debilis, absumpto videlicet in radices nutrimento.* Potest ταῦτα referri non solum ad folia, sed etiam ad radices. Sed deest vocabulum ἡ τροφή. *pabulum dispensatur* G. vertit.

Μόνα δὲ καὶ μάλιστα τῶν μονοκάρπων] Ante καὶ inserui ἤ. G. haec omisit vertens: *Inter eas vero, quae solutum fructum progenerant.* ubi Scaliger *solum* scriptum fuisse a Theodoro suspicabatur: ipse πολυκάρπων verum esse voluit. Equidem a Gaza scripturam μανοκάρπων redditam fuisse non dubito: εὐκάρπων malebat Dalecampius. Series et nexus disputationis μεγαλοκάρπων postulare videtur: cum vero ficus inter μεγαλόκαρπα enumerari commode non potuerit, quemadmodum vitis, si uvam pro fructu, non singulos uvae acinos, habeas, praeterea καὶ πολυκάρπων scriptum fuisse existimo. Statim enim capitis sequentis sect. 2. vitis sola in exemplo πολυκάρπων nominatur.

κληματουμένη] G. *porrecta materia* ubi Heinsius *non putata* rescripsit. Scaliger *sarmentata, in pampinos porrecta* malebat. Equidem ἐκκληματουμένη malim. Med. antea ἐφικνεῖσθαι habet.

AD CAPVT XI. (VVLGO XV. ET XVI.)

ἀλσώδη] *nemorosa* G. Deinceps male Heinsiana ταῦτα μὲν καὶ εἴ τι dedit, omissa particula causali.

τὰς εἰρημένας αἰτίας] *Haec enim et — redigi ad praedictas rationes oportet* G. longe diversam scripturam secutus. In vulgata deest vocabulum εὔφθαρτα aut potius ὀλιγόβια vel βραχύβια.

καὶ τὸ κυριώτατον] *potissimam partem naturae* G. *quod in ipsa natura primarium* Scaliger.

συκαῖς, τοῖς ἄλλοις] Falsam interpunctionem, ταῦτα καὶ ὅλως καταγηρᾷ θᾶττον. καὶ ἐν — συκαῖς τοῖς ἄλλοις. correxi: nam cohaerent et respondent sibi membra ista: καὶ ὅλως — καὶ ἐν τοῖς ὁμογενέσι. Deinceps inserta copula τε cum Med. τοῖς τ' ἄλλοις scripsi.

2. *Γίνεται μὲν οὖν δήποτε, μᾶλλον δὲ πολλάκις*] Haec est scriptura marginis B. ubi vulgo verba priora tria omissa sunt. *Fit ergo interdum vel potius frequenter, ut — languescentes arescant* G. Recte monuit Scaliger, si sequamur

scripturam marginalem, sequens ἀφανάνθῃ mutandum esse in ἀφαυανθῆναι. Equidem pro Γίνεται malim Συμβαίνει scriptum.

καὶ τοῖς σιτηροῖς — συμβαίνει] *Et frugibus et omnino annuis hoc idem evenire videmus* G. Deest igitur τοῦτο vel ταὐτὸ, quod addidi.

διὰ τὰς αὐτὰς ἀνάγκας] *quoniam vis naturae tota consumpta eisdem de caussis sit* G. Cur Heinsiana αἰτίας scripserit, non possum excogitare causam. Supra enim cap. 6, 1. intactum vocabulum eodem sensu reliquit. Infra sectione 7. iterum mutavit.

ἐκδιδομένης — φύσεως] G. *consumpta*. Scaliger: *edita omni natura, id est exhibita, exhausta*. Verum dubito, an sanum sit verbum, quanquam supra sit de terra ἐκδιδόναι τροφήν.

περιϊσταμένης] *cum tempus vernum extiterit* G. *circumventae appetentis temporis invasione* Scaliger, qui verbum militare esse ait. Equidem *vertente anno* malim.

3. Οὐ μόνον δὲ] Particulam δὲ Heinsius addidit, ut sequens τὰ ante πολυκαρπήσαντα. Paulo antea καὶ ante ἐπιγένηται e Med. accessit.

πολλάκις ἢ καὶ φθείρεται] Med. ἀεὶ dat pro ἤ. An fuit πονεῖ μὲν αεί· πολλάκις δὲ καὶ φθ.?

ἐξασθενεῖ δὲ καὶ τὸ μὴ ἰσχυρόν] *imbecilli autem etiam quod minus validum sit, officere potest* G. diversam scripturam secutus. Scaliger activa significatione verbum interpretatur *debilitat*. Quid si fuisse scriptum suspicer ἐν ἀσθενέσι δὲ καὶ τὸ μὴ ἰσχυρόν? Deinceps ante ὅλως cum Med. δὲ interserui.

Καίτοι τάχ' ἂν] Vulgabatur καί ποι, et post ἄτοπον deerat εἰ, a G. redditum, quod dedit Med. Post verba τὰ μᾶλλον τ. θεραπείας repete θᾶττον γηράσκουσιν. Sequentia vertit Plinius 16, 29. *Silvestria autem tardissime senescunt: atque in totum omnis cura fertilitatem adiicit, fertilitas senectam: ideo et praeflorent talia et praegerminant, atque in totum praecocia fiunt, quoniam omnis infirmitas coelo magis obnoxia est.*

Θάσιοι — κακουργεῖν] Articulum οἱ addidi nomini. Verbum vertit G. *imo fraudare conantur*. Scaliger: *patiuntur domini aliquantum male esse fundo, quia prospiciunt futuris*.

συγγράφονται — κατάλειψιν] A. B. Med. κατάληψιν. *de ultimo vero diligentissime litteris notant, ut relinquatur*

G. Scaliger: *cavent ipsa syngrapha, pro ultimo paciscuntur anno, quo fructus capere debeant, ita colendum, ut, quantum redire par est, redeat.* Gaza igitur κατάλειψιν scriptum legit et ad agrum retulit: Scaliger κατάληψιν ad dominum, *perceptionem* interpretatus. Nomen hoc vitiosum esse in utraque scriptura, non est quod dubites. Si ἀνάληψιν, *recreationem*, scripseris, tamen sententiam loci nondum expleveris: necdum apparebit nexus exempli cum antecedente oratione.

4. καὶ μάλιστα ἐπὶ ἀειδῶν· τῶν τε συνανθρωπευομένων] Ita A. asteriscum post ἀειδῶν apposuit B. ἐπὶ ἀειδῶς τῶν γε συν. Med. *et potissimum gallinae, scilicet inter ea, quae cum hominibus victitant* G. Igitur μάλιστα τῶν συνανθρ. scriptum legit. Scaliger καὶ μάλιστα ἐπὶ στρουθῶν supplevit. Alios εἰδῶν vel πτηνῶν supplere narrat Dalecampius. Mihi G. scriptura non displicet. Formula enim illa, ἐπὶ τῶν συνανθρ., huic structurae verborum non convenit, nisi locum transpositis membris corrigere malis hac fere ratione: Συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ζώων τῶν τε ἄλλων καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν συνανθρωπευομένων· καὶ γὰρ ὅλως τὰ εὔτοκα βραχύβια, καὶ τὰ ὑπερτοκήσαντα πολλάκις ἀπόλλυται, ὥσπερ αἱ ὄρνιθες. Ceterum vulgatum ἀειδῶν ἐπὶ τῶν τε συνανθρ. mutavi cum Med. in τῶν γε συνανθρ. Praeterea ubi est καὶ γὰρ τὰ ὅλως εὔτοκα, transposito vocabulo uno malim καὶ γὰρ ὅλως τὰ εὔτοκα. quanquam in praecedente sectione similiter sit: καὶ τὰ ἥμερα ὅλως τῶν ἀγρίων. ubi ordo naturalis postulabat: καὶ ὅλως τὰ ἥμερα τῶν ἀγρίων.

Αὕτη τε δὴ] Inutilem copulam τε Med. in δὲ mutavit. Sequens membrum καὶ ὅσα — μὴ πάντως ὄντα πολύκαρπα male nexum haeret luxata structura, quam G. fulsit, vertens: *adde quae quamvis non large fructificent, immo pleraque infoecunda penitus sint, tamen sua imbecillitate facile pereunt.*

καθάπερ ἐν τοῖς ἐπετείοις, ὡς ἡ σικύα] A. B. Med. ὡς ἡ σκιά. *quemadmodum in annuis patet, ceu cucumis* G. Correxit Scaliger, monens, supra cap. 8, 4. κολοκύνθην nominatam fuisse: sed tu compara dicta de σικύᾳ ad 1, 10, 4. Praeterea particulam ὡς tanquam inutilem delendam censeo.

ταύτης γὰρ ἐστιν ἡ καὶ ἄκαρπος, ὥσπερ ἡ βρυοφόρος] *ceu laurus: hoc enim in genere illa quoque musci fertilis est, fructu vidua* G. Igitur inutile ὥσπερ additum non legit. Scaliger *florigeram* vertit. Est scilicet sexus masculus lauri nobilis Linnei, a femineo separatus trunco. Plinius 16,

29. *Multae vero plura gignunt — inter quas laurus uvas suas, maximeque sterilis, quae non gignit aliud: ob id a quibusdam mas existimatur.* Scripturam is βοτρυοφόρος expressit.

5. Πλὴν οὐχ ἁπλῶς ταύτῃ γε· ἀλλὰ — γῆρας] *Verum non simul cunctis suis partibus accidit* G. Si vulgatam probes, interpunctione mutata e sequentibus adiungendum pronomini ταύτῃ erit ἡ φθορὰ καὶ τὸ γῆρας. Equidem αὕτη malim, ex antecedente membro repetens εὐφθαρτος.

ἀεὶ γὰρ τὸ μάλιστα παχυνόμενον] *pars enim propemodum quae maxime crassescit, putrescit ac perit* G. Vulgatum εἰ γὰρ τὸ μάλιστα e Vinar. correxi. Vitium viderant Scaliger et Dalecampius, et varia tentaverant. Histor. 4, 12, 2. ἔνια δὲ γηράσκει μὲν καὶ σήπεται ταχέως, παραβλαστάνει δὲ πάλιν ἐκ τῶν αὐτῶν, ὥσπερ αἱ δάφναι καὶ μηλέαι καὶ ῥόαι καὶ τῶν φιλύδρων τὰ πολλά. ubi haeseram olim in verbis ἐκ τῶν αὐτῶν. Virgilii Georg. 2, 18. *etiam Parnassia laurus parva sub ingenti matris se subiicit umbra.* Sed haec ille de stolonibus lauri. Hic vero locus trunco ipsi putredine contabescenti stolones substituit, quod in salice aliisque παρύδροις accidere videmus. Ceterum Med. τρόπον τινὰ τῶν — ἀκραιμόσιν habet.

ἀλλ' ἡ διαφορὰ τοῖς μὲν ὅτι τὸ κυριώτατον, τοῖς δὲ] *sed interest, quod his pars principalis intereat, illis vero ex iis aliquid, quae dependent* G. Cum lauri soboles comparetur cum ceterarum arborum sobole, apparet, scriptum fuisse ὅτι τῇ μὲν τὸ κυριώτατον. Intelligitur autem ipse lauri truncus. Deinceps A. B. Med. μωριῶν habent: Heinsiana μοιρίων dedit. μόρια ἀπηρτημένα dicit ramos et surculos arborum emortuos et siccos. Similiter infra, ubi de putatione disputat, 3, 7, 5. ἀπηρτημένα vocat, quae purgantur. ubi vide adscripta. Deinceps τοῦτο καὶ ταυτὸ δοκεῖ καὶ τὸ δένδρον Med.

διηπορήθη] Heinsiana διητορήθη dedit. Scaliger monuit, in libro primo historiae disputatum fuisse, an eadem esset arbor, quae prius, aliis partibus in defunctarum ablatarumve locum substitutis et subnatis.

6. ἐξ ἀμφοτέρων — ἡ ἀρχή] Intelligit τὸ ἀσθενὲς et τὸ πολύκαρπον, ut demonstrat etiam antecedens πρὸς τούτῳ καὶ πολύκαρπον.

ἀλλὰ καὶ αἱ ῥόαι] nempe *αἱ γλυκεῖαι*, ut demonstrat ratio mox edenda. Sequitur enim: τὸ γὰρ τιμιώτατον ἀφαιρεῖται. *absumitur enim pabulum, quod natura commodis-*

simum praestat G. *succi dulcissimam quamque partem* Scal. Si verbum ἀφαιρεῖται sensu passivo est, quomodo vertit Gaza hic et sectione 7. καὶ γὰρ πλεῖον ἀφαιρεῖται τῆς φύσεως, tum intelligendum εἰς τὴν τῶν σκωλήκων γένεσιν. Quodsi ἀφαιρεῖται sensu activo dicitur, tum supplendum videtur ἡ τῶν σκωλήκων γένεσις. Infra 5, 9, 5. ὅλως γὰρ τὰ γλυκέα σήπεται θᾶττον· εὐμετάβλητος γὰρ ὁ χυλὸς, ἀσθενέστερος ὤν. Διο καὶ αἱ μηλέαι καὶ αἱ ῥόαι μᾶλλον αἱ γλυκεῖαι τῶν ὀξειῶν, πάντων δὲ αἱ ἠριναὶ μᾶλλον διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ χυλοῦ καὶ τῆς ὅλης φύσεως.

αἱ μὲν ὥσπερ ἄγριαι] Nempe punica acidi fructus ferax, cum dulcis cultura fieri soleat. Deinceps μυρίνων Med.

7. ἀνάλογον — τῶν σκληρῶν] G. primam vocem non reddidit, sed *celerius* bis posuit. E praecedentibus θᾶττον σκωληκοῦνται καὶ ὅλως γηράσκουσι repetendum est.

καὶ ἐπὶ τῶν μυῤῥίνων] Articulum addidi. Sequentia G. vertit: *plus enim naturae detrahitur.* Cum neque myrti species definita sit, nec causa, quae detrahat naturae, difficile est iudicium de loci sensu. Sed non dubito, myrtum fructu dulci intelligi, qualem iuxta oleam plantatam fieri tradit Androtion infra 3, 10, 3. Tum vero τὸ πλεῖον τῆς φύσεως erit mutandum in τὸ πότιμον. Sunt etiam myrta ἀπύρηνα: quorum feraces arbores si intelliguntur, tum τὸ πλεῖον τῆς φύσεως quomodo vel intelligam vel corrigam, nescio.

Ὡς δὲ Δημόκριτος — διὰ τὰς αὐτὰς ἀνάγκας] Heinsius iterum αἰτίας dederat: αὐτὰς e versione G. cum margine B. inserui. Cf. ad sect. 2. et cap. 13, 5. *At quod Democrito placet, recta et minus vivere quam tortili corpore vibrata — haud recte dici planum est* G. ineptissimis cincinnis orationem philosophi involvens, qui corporis meatus rectos et intortos dicere voluit alimenti transitum vel accelerare vel retardare. Ipsa verborum structura impedita vitium arguere videtur, quod in fine orationis haesisse et G. versio arguit et Med. scriptura, δόξειεν ἂν οὐ κακῶς. unde οὐ καλῶς scripsi. Deinceps Med. ευθέατα τῶν σκολιῶν habet.

8. ἐξ ὧν ἀμφοτέρων] Scaliger monet, unam tantum caùsam positam fuisse, τὴν ἀσθένειαν. Suspicatur igitur, praeterea aut rectitudinem meatuum aut duplicem ἀσθένειαν intelligi. Nempe verbis τῶν εὐθέων manifesto significatur altera causa, ἡ εὐθυπορία, rectitudo meatuum. Pro ὑλέαν Med. ἰλέαι habet.

καὶ πηροῦσθαι] *dirumpi atque fervescere* G. Vulgatum

igitur πυροῦσθαι vertit. Cum Scaligero πηροῦσθαι scripsi, *frangi et mutilari* vertente.

πήγνυσθαι τὴν φθοράν] *ita arborem totam perire* G. Mendum suspicabatur Scaliger in verbo: equidem ἐπιγίνεσθαι scribere non dubitavi. Deinceps οὐ μὴν δόξειεν κακῶς Med.

9. οὐδ' εὐαυξῆ δὲ ταῦτα] Male G. *nec amplius augescere maturiusve fructificare has constat.* Celeritas crescendi augescendique unice significatur vocabulo, ut ex hoc loco clarissime apparet. Med. εὐεξῆ.

οὐδὲ πρωΐκαρπα] A. B. Med. addunt οὐδὲ πρωϊκαρπεῖ, manifesta repetitione et damnata a Scaligero.

ἐχρῆν εὐθὺς] *Atqui haec etiam sequi protinus oporteret* G. qui verbum ακολουθεῖν additum legisse videtur: quod sequens membrum confirmat: ὅσα γὰρ — συνακολουθεῖν τοῖς αὐτοῖς.

10. ἡ γὰρ πυκνότης — τοιούτων αἰτία] Heinsiana vocabulum αἰτία omisit, et totum locum obscuravit.

ὥστε ῥᾴδιον καταπέττειν] Ita cum margine B. Scaliger et Heinsius pro ὥσπερ scripserunt. *atque ita reliquum pabulum percoqui dispensarique potest* G. qui verbum aliquod additum legit. καὶ καταμερίζειν Dalecampius supplebat: equidem διαδιδόναι id fuisse existimo. Pro ῥᾴδιον malim ῥᾳδίως scriptum. Deinceps Med. ἐνδελεχὲς habet.

11. καὶ ἔτι μᾶλλον] Vulgatum εἴ τι μ. correxi e Med. cum G.

προφαίνουσι πολὺν, οὐκ ἐκτρέφουσι δὲ πολλάκις τοῦτον] Ita Heinsiana. πολύν· ἐκτρέφουσι γὰρ πολλάκις τ. A. B. Med. Contra margo B. μὲν πολὺν, οὐ μὴν ἐκτρέφουσι π. τ. cum quo consentiens Scaliger ἐκτρέφουσί γε scripsit, quem sequor.

καὶ ἡ ἀπέρασις] Ita A. B. Med. *quippe cum in perficiendo sit potissimus labor ac difficultas* G. Scaliger ἀπέρασις interpretatur etiam hic, ut supra, *cruditatem atque resistentiam.* Hinc fortasse duxit Heinsius suum ἀπέρεισις. Certe ἀπέρασις huic loco non convenire videtur: ἀπέρεισις tamen non magis placet.

καὶ ὑγρὰ] G. *fertiliores* addit; graece igitur καρπιμώτερα aut πολυκαρπότερα additum legit.

AD CAPVT XII. (VVLGO XVII. CVM PARTE XVIII.)

σήσαμον — ῥᾷον ἐπιτελεῖ] G. *sesamum* omisit. σίσαμον Med. Sequentia G. vertit: *quod minora facilius effici possunt:* igitur ἐπιτελεῖν, ut Med. habet, scriptum legit.

ὥστε ἐγγυτέρω] *vel ut e propiori sumatur, quod — omnia facilius augescant celeriusque aeris qualitati obtemperent* G. *quare propter facilitatem propiores sunt effectiones atque fines principiis suis* Scal. qui sequens *ἀβλαστότερα* praefert, interpretatus *quia non luxuriant ramis aut frondibus.* Heinsius cum G. *εὐβλαστότερα* dedit; quod mihi placet, et significat non solum fertilitatem, sed etiam celeritatem germinandi. Quod attinet ad priora verba, iterum cum Gaza sentio, qui ita vertit, ut *ἢ ὥστε ἐγγυτέρω λαβεῖν τὰς αἰτίας* scriptum legisse videatur, aut *ὡς δὲ ἐγγυτέρω λ. τ. αἰτίας.* Scaligeri interpretatio multo plura verba desiderat, nec cum sequentibus congruit. Opponitur *καθόλου μὲν καὶ κοινῶς εἰπεῖν.* igitur posteriorem scripturam, *ὡς δὲ ἐγγυτέρω λ.*, praetuli. Med. *ἐγγυτέρως* habet.

ἐπεὶ καὶ τὰ σπέρματα — τῶν δένδρων] Vides, semina opponi arboribus: deinceps seminum e classe nominantur *τὰ σιτώδη* et *τὰ χέδροπα.* Sunt igitur *σπέρματα sata, segetes, arvensia, quae seminibus iactis in usum hominum proveniunt annuo aut bienni proventu.* Similiter Romani *semen* nominarunt praecipue far adoreum frequentatum ab agricolis Italis. Cf. ad Columellam 2, 12, 1. *cum semine Tusco* Ovidius Medicam. faciei versu 65. Ceterum Gaza *ἐπεὶ καὶ αὐτὰ τὰ σπέρματα* scriptum legisse videtur: vertit enim *nam et semina ipsa.*

θᾶττον γὰρ ἡ τελείωσις] *ocius enim crassantur perficiunturque* G. Rectius Scal. *adolescant*, et novo verbo *corporascunt.* Equidem *θᾶττων* malim: alioqui verbum addendum fuerit.

2. *ἀκρεμονικοὶ*] *in ramos diffusi* G. *ita divisi ab radice, ut a stirpe rami* Scaliger, peius. Iterum sect. 4. de oleribus: *ἀπὸ τοῦ ἑνὸς καυλοῦ ἀκρέμονες πλείους.*

μὴ ἀντισπῶσιν] *non succum avocent* Gaza: igitur *τὴν τροφὴν* aut *τὸν χυλὸν* additum legit.

ναρθηκωδῶν] Negat Scaliger, anethum, anisum, thapsiam et similia *ναρθηκώδη* radices amplas et semina pauca habere. Sunt quidem hae plantae omnes umbelliferae, verum an nomine generico *ναρθηκωδῶν* a Theophrasto comprehensae fuerint, erat demonstrandum. In universum tamen monet Linckius, umbelliferarum radices esse rectas et crassas, in ipsis ferulis omnium maxime: itaque multarum umbelliferarum radices cultura crassiores et dulciores ad usum cibarium hominum fieri. In loco classico hist. 6, 2. *ναρθηκώδη* enumerantur haec: *μανδραγόρας, κώνειον, ἐλλέβορος, ἀνθέρι-*

κος: deinde caule diversa, ἐκνευρόκαυλα aut νευρόκαυλα, haec: μάραθρον, μυοφόνον καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. Denique ναρθηκώδη adduntur haec: silphium et papyrus. Ipsi ferulae, classis universae duci ἐπωνύμῳ, radix unica et profunda tribuitur. Ibidem antea cap. 4, 1. est: ἔτι τὰ ναρθηκώδη καὶ νευρόκαυλα, καθάπερ μάραθρον, ἱππομάραθρον, ναρθηκία, νάρθηξ καὶ τὸ καλούμενον ὑπό τινων μυοφόνον, καὶ ὅσα ὅμοια τούτοις. unde Plinius 21, 9. *inter haec nervosi cauliculi quibusdam, ut marathro, hippomarathro, myophono.* De radicibus disertus est locus hist. 1, 7, 10. καὶ ὅσα δὲ ναρθηκώδη, καὶ τούτων αἱ ῥίζαι μεγάλαι καὶ σαρκώδεις. Contra in loco 7, 2, 8. ξυλώδεις δὲ (ῥίζαι), ὥσπερ αἱ τοῦ ὠκίμου καὶ βλίτου καὶ ἀνδραφάξυος καὶ εὐζώμου καὶ ἀνήθου καὶ λαπάθου καὶ κοριάννου καὶ ἁπλῶς τῶν ῥοκαύλων. Gaza πολυκαύλων scriptum vertit, Heinsius ὁμοκαύλων nullo sensu dedit, Bodaeus cum aliis νευροκαύλων intelligi et scribi voluit. Quae scriptura, omnium quidem maxime vero similis, si recte habet, νευρόκαυλα praeter caulem ipsum radice etiam lignosa discrepant a genere ναρθηκωδῶν: quae hic aperte cum κεφαλοῤῥίζοις coniunguntur, et radices carnosas habere dicuntur: haec enim ipsa notio inest verbis, ἂν αἱ ῥίζαι μὴ ἀντισπῶσι. Cuminum igitur, cui cum aliis deinceps μικρὰ πάμπαν ῥίζα adscribitur, non pertinet ad ναρθηκώδη quae tantum sunt et dicuntur, sed ad ea, quae simul ναρθηκώδη καὶ νευρόκαυλα vel tantum νευρόκαυλα vocantur a Theophrasto. Quod Plinius in loco supra posito e Theophrasto marathrum, hippomarathrum et myophonon ad νευρόκαυλα retulit, id suo fecit periculo, nec auctore Theophrasto, qui 6, 1, 4. simul τὰ ναρθηκώδη καὶ νευρόκαυλα nominans cum tribus istis plantis umbelliferis posuit etiam νάρθηκα et ναρθηκίαν. Verumtamen in loco classico historiae 6, 2. μάραθρον cum μυοφόνῳ inter ἐκνευρόκαυλα nominatur. Radicem autem foeniculi carnosam, non lignosam, testatur Bodaeus ad istum locum.

ὧν ἂν λαμβάνωσι] *quod ceperint* G. rectius igitur ὃ scriptum legit: genitivus enim hic nusquam causam habet. Antea αἰεὶ Med. habet.

ὅπερ καὶ ἐπὶ] E Med. καὶ accessit. deinceps ex eodem vulgatum τούτων πάμπαν correxi, consentiente G. versione.

3. ὁ μέλινος] Vulgatum μήλινος correxi. *Panicum* G. Quod sequitur, ἀπ' ἰσχυρῶν (intellige ῥιζῶν) ἰσχυροὺς καὶ πολυσχιδεῖς, postremam vocem *multiplices* reddidit G. Caules robusti et multifidi panico italico non conveniunt, mo-

nente Linckio, cum quo Sprengel Histor. p. 79. comparavit *κέγχρον*. Omnino falsum est, quod ibi posuit vir doctus, Theophrastum in historia 8, 3. *κέγχρῳ* tribuere *φόβην χνοώδη*, quod ille interpretatur comam hirsutam seu spicam. Locus est 8, 3, 3. ubi flores frumenti et spicatarum herbarum ait esse *χνοώδεις*, lanuginosos: etiam *κέγχρου* et *ἐλύμου*, quamvis non sint spicatorum e genere: deinde sectione 4. fructus distinguitur ita: *τὰ μὲν ἔχει στάχυν, ὡς τὰ σιτώδη, τὰ δὲ χέδροπα λοβὸν, τὰ δὲ κεγχρώδη φόβην· ἡ γὰρ καλαμώδης ἀπόχυσις φόβη καλεῖται.* Semen igitur fert in panicula, ut arundo: flos est lanuginosus, ut spicatorum frumentorum. Atqui panicum Italicum, ut germanicum, spicam gerit, non paniculam: igitur nec *κέγχρος* nec *ἔλυμος* seu *μέλινος* cum panico italico potest comparari.

ὥσθ᾽, ὅταν ἀπὸ μικρᾶς ἀρχῆς πολλοὶ γένωνται] *cum a principio exiguo multi provenerint caules* G. *ἀρχὴ* totius plantae est et dicitur radix: atqui de *ἰσχυρορίζοις* nunc loquitur, non de parva radice, et exemplum validorum caulium a radice valida prodeuntium posuit nominans *κέγχρον* et *μέλινον*. Igitur *μικρᾶς* vitiosum et in *μιᾶς* mutandum est: quod docet etiam sequens exemplum tritici et hordei: *ὅταν ἐξ ἑνὸς πλείονες βλαστῶσι κάλαμοι.* Quae ipsa verba G. vertit ambigue: *cum ex uno plures culmi prodierint*, quasi *ἐξ ἑνὸς καλάμου* voluerit Theophrastus dicere, ut postea est de oleraceis: *ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀκρέμονας πλείους.* ubi A. B. *ἀκρέμονος* correxit Scaliger. Vulgatum *ὑπὸ* cum Med. in *ἀπὸ* mutavi. Sed ibi praecesserat *πλείστους καυλοὺς ἀφιᾶσι*: unde commode *καυλοῦ* ad verba *ἀπὸ τοῦ ἑνὸς* repeti possunt. At in nostro loco deest nomen, veluti *πυθμένος* vel simile aliquod. Nam hist. 8, 2, 3. *τὰ δὲ σιτηρὰ πολύῤῥιζα· πολλοὺς γὰρ ἀνίησι βλαστούς· ἀπαράβλαστοι δὲ οὗτοι, πλὴν εἴ τι γένος πυρῶν τοιοῦτο, οὓς καλοῦσι σιτανίας καὶ κριθανίας.* Igitur cum generatim hoc in loco triticum et hordeum nominentur tanquam *πολύβλαστα* et *πολυκάλαμα*, verba *ἐξ ἑνὸς* de ipso calamo non possunt intelligi, sed potius de radice.

4. *ἀποδενδροῦται — διακαυλίσαντα*] *ubi suos emiserint caules, in arboris speciem transeunt* G. *partito caule diffunduntur in ramos ad arboris speciem* Scal. In historia 7, 2. Plinius 19, 7. *decaulescere* vertit. Sed cum pluribus in locis noster cum praeceptore *ἐκκαυλεῖν* dixerit, *in caulem abire*, *διακαυλεῖν* (hoc enim malim et nostro in loco *διακαυλήσαντα*) cum Scaligero interpretari praestat.

καὶ τοῦ ἀέρος εὐμένεια τυγχάνῃ] Ita Heinsiana. κατὰ τοῦ ἀέρος εὐμενῆ τυγχ. A. B. Med. unde Scaliger verum καὶ τὰ τοῦ ἀέρος εὐμενῆ τ. effecit. Ita est etiam infra 3, 4, 4.

βραχὺς γὰρ ἤδη — ὀψισπόροις] Haec omisit G. et si abessent, nemo desideraret: plane aliena ab hoc loco censuit Scaliger: certe sunt lacunosa. Deest enim nomen ὁ χρόνος. Loquitur generatim de leguminibus, quae sero seruntur et sunt πολύκαρπα, praeter fabam, quae mature, id est ante hiemem, seritur hodieque in Hispania Lusitaniaque; itaque mense Ianuario et Februario ibi floret. ἀχείμαντος χρόνος dicitur tempus hiemalis frigoris expers. Pronomen τούτοις additum malebat Linck, ut postea de iisdem leguminibus est: ταῦτα πολυκαρπότερα τῶν ἄλλων.

μὴ ἀντισπᾷ τῶν ῥιζῶν] *nec radices evocant quicquam* G. rectius alibi *avocant* dixit: inepte *quicquam* addidit. In graecis articulum τὰ inserui.

καὶ προσέτι μανῇ, σπείρεται κατὰ λόγον] In his verbis ita scriptis vulgo desinit caput. A. B. Med. προσέτι μανῆ σπείρεται. *sed solum rarum solutumque adsit, haec ceteris foecundiora evadant necesse est* G. Iam olim Scaliger correxerat ἐν τῇ μανῇ. Sequens igitur verbum in σπείρηται mutandum fuit: deinceps comma ponendum et scribendum cum Mediceo κατὰ λόγον ἤδη ταῦτα et cetera. Vulgo novum caput incipiebat ab his: καὶ ἤδη ταῦτα πολυκ.

5. Ὁ δὲ κύαμος] Vulgatum δὴ cum Med. Gaza et Scal. correxi. Deinceps τῶν ἄλλο μὴ πολύκαρπον dederat Heinsiana, omissa voce χεδρόπων.

προλαμβάνον τῶν τοὺς χειμῶνας] Ita Heinsiana. Verum προλαμβανόντων recte Scaliger, intellecto τῶν γεωργῶν, interpretabatur. Histor. 8, 1, 3. de faba: ταῦτα γὰρ διὰ τὴν ἀσθένειαν προλαβεῖν τῇ ῥιζώσει βούλεται τοῦ χειμῶνος. Infra 3, 23, 3. εἰ μή τι τοιοῦτόν ἐστιν, ὃ προλαβεῖν δεῖ τοῦ χειμῶνος πρὸς τὴν ῥίζωσιν, ὥσπερ καὶ τὸν κύαμον διὰ τοῦτο πρωϊσποροῦσι. c. pl. 4, 6, 2. ὅπως ῥιζωθεὶς ἐν ταῖς εὐδίαις ἀντέχῃ τοῖς χειμῶσι. Hinc apparet, veram esse huius loci scripturam, falsam vero alteram, τοῦ χειμῶνος, quae significat *hiemem anticipare:* illa vero *antevertere, praevenire hiemem.* Xenophon de Venatione 5, 19. lepores habet προλαμβάνοντας τὰς κύνας, cursu antevertentes canem. Idem ibidem 7, 7. ἐπειδὰν προλάβῃ ὁ λαγὼς τῷ δρόμῳ.

ἐπίκηρον ἐν πολλοῖς καὶ πολλάκις] *detrimentis multis frequenterque obnoxia* G. c. pl. 4, 13, 2. τῶν δ᾽ ὀσπρίων μά-

λιστα ἐρυσιβᾷ κύαμος, καὶ διὰ τὸ πολύφυλλος εἶναι πολλαχόθεν, καὶ διὰ τὸ πυκνοσπορεῖσθαι, καὶ διὰ τὸ τὴν ὑγρότητα μάλιστα ἕλκειν εἰς ἑαυτὸν διὰ τὴν μάνωσιν, καὶ ἔτι διὰ τὸ πρὸς τῇ γῇ μάλιστα τὸν καρπὸν ἔχειν. Quae quomodo plantae ὀρθοκαύλῳ et naturae fabae non πολυκλάδῳ conveniant, equidem non intelligo. Quod G. *multis detrimentis* vertit ἐν πολλοῖς, probare non possum: neque tamen ipse dixerim, an χωρίοις sit intelligendum ad πολλοῖς.

προφανῇ — τελειοῦν] *quamvis mature provenerit, tamen perfici — non possit* G. male vulgatum interpretatus: praeterea τελειοῦσθαι scriptum legit. Contra Moldenhauer προφάνῃ correxit, τὸν καρπὸν intelligens. τελεοῦν Med. habet.

μανὸν γὰρ καὶ κενὸν] *etenim corpore soluto evalido est* G. ubi *evanido* scriptum fuisse putabat Scaliger, qui κενὸν ipse male interpretabatur *vacuum succi interioris absentia*, cum caulis fabae sit inanis et cavus. Historiae 8, 3, 2. ὁ δὲ κυάμου καυλὸς κοῖλος μὲν, γονατώδης δ᾽ οὔ. — μόνος δὲ ἢ μάλιστα τῶν χεδρόπων ὀρθόκαυλος ὁ κύαμος. Plinius 18, 17. *fabae in folia exeunt ac deinde caulem emittunt nullis interstinctum internodiis. — Leguminum unicaulis faba sola: unus et lupinis, ceteris ramosus, praetenui surculo: omnibus vero fistulosus — multiplicia folia fabae, ciceri, piso — fabae rotundum.*

6. χρονιωτέροις· ἐπεὶ] Causam reddit additi καὶ τοῖς χρονιωτέροις, quod ad arbores refertur.

κατακοπαὶ] *praecisiones* G. putationis effectiones interpretatur Scaliger, id quod putae et purae fiant arbores. Sed sunt frutices et arbores, quae quo magis conciduntur, eo laetius feraciusque propullulant, velut avellana nux.

τὰ μὲν αὐτὰ κωλύει, τὰ δ᾽ αὐτὰ λαμβάνει τὰς τροφὰς] *cum supervacua et excrescentia partim fructum prohibeant, partim alimenta absumant* G. Plura igitur addita legit. Vitium arguit geminatum αὐτὰ, in quo vocabulum ἀνὰ latere olim eram suspicatus. Nunc breviore via prius αὐτὰ tollo, et ad verbum κωλύει intelligo λαμβάνειν τὰς τροφάς. Rami et surculi loco alieno nati atque infoecundi aliis alimenti aditum praecludunt atque occludunt: alii ipsi sibi assumunt, quod feracibus debebatur alimentum.

ἡρακλεωτικὰς — κατακόπτουσι] *nuces avellanas tondentes resecantesque* G. deinceps πᾶσαι τὴν τροφὴν Med.

AD CAPVT XIII. (VVLGO XVIII.)

κατὰ τὰς χώρας] Haec G. praeteriit, et possunt abesse.

εἴ γε καὶ ἐν τ ῖς — η ἐν τοῖς θήλεσιν ὁμοιότης] *partus feminae similis hac ratione reddatur* G. Nempe a matre eiusque lacte proficiscitur et pervenit ad foetus, monente Scaligero. In verbis graecis alterum ἐν tanquam inutile seclusi. Ceterum e doctrina magistri ὡς μεν ἐπιτοπολὺ τὰ θήλεα ἔοικε τῇ μητρὶ μᾶλλον, τα δ' ἄῤῥενα τῷ πατρὶ, ut est in histor. animal. 7, 6.

φυτὰ καὶ τὰ δένδρα] G. tantum *semina plantaeque* reddidit: Scaliger interpretatur dictum pro τά τε ἄλλα φυτὰ καὶ τὰ δένδρα. Igitur σπέρματα sunt plantae annuae ab hominibus satae et cultae. Heinsiana verba καὶ τὰ omiserat.

καὶ γὰρ τὰς τροφὰς] Hanc A. B. scripturam e versione G., ubi est *formas*, praeeunte Scaligero correxit Heinsius.

2. κατὰ τὰ χρώματα] A. B. Med. καὶ τὰ χρώματα.

τὸ δ' ἐκ τῶν χρωμάτων] *coloris enim mutatio vel nulla conspicitur* G. Praepositio hic molesta et delenda est: τὸ δὲ τῶν χρ. Pertinent haec ad fructus arboreos.

ὥστε — γίνεσθαι λευκὸν] nempe τὸν καρπόν. Male G. *ut ex nigra in candidam transeat arbor.* Myrti fructus in exemplo posuit histor. 2, 2, 6. γενέσθαι Med. habet.

3. τριγονήσαντα] *tertio partu mutentur* G. rectius *post tertium partum.*

ἀνάπαλιν εὐλόγως] *in arborum genere contra fieri consentaneum est* G. Semen statim degenerat in alienam naturam, et diversam ab ea, unde semen venit. Hinc inoculatio et emplastratio inventa est, ut eadem arboris natura servetur.

ἀσθενέστατα γὰρ ἐν ἀρχῇ, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐκ σπέρματος] *Hae namque principio infirmissimae sunt, et praecipue quae provenerint semine* G. qui plenius scripta extrema videtur legisse: μάλιστα τὰ ἐκ σπέρματος. Sed et prior membri pars lacunosa est. Nihil enim est, quod propositum ἀνάπαλιν confirmet, ut quod oppositum sit antecedenti τριγονήσαντα, post tertium annum seu partum. Historia 2, 2, 4. καὶ τὰ μὲν οὕτω ἢ ὅλως ἀπὸ φυτευτηρίων πεφυτευμένα πάντα δοκεῖ τοὺς καρποὺς ἐξομοιοῦν· ὅσα δὲ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν δυναμένων καὶ οὕτω βλαστάνειν, ἅπανθ', ὡς εἰπεῖν, χείρω· τὰ δὲ καὶ ὅλως ἐξίσταται τοῦ γένους. Ista vero mutatio fit statim, ubi e semine arbor germinavit et ad

aetatem fructiferam pervenit. Igitur semina arborum non sunt omnium debilissima ab initio, mutantur vero in melius seriore aetate, sed permanent in prima fructus mutatione. Igitur verba *ἐν ἀρχῇ* non pertinent ad *ἀσθενέστατα*, sed ad omissum verbum *μεταβάλλει* aut *μεθίσταται*. Vereor tamen, ut locus vel sic persanatus sit. Constat enim, mutationi obnoxias esse arbores maxime aut solas eas, quae e semine natae sunt: sed sunt etiam, quae deinde cura et solertia agricolarum eo perducantur, ut fructum in melius mutent. Igitur suspicari licet, scriptum fuisse a Theophrasto: *ἀσθενέστατα γὰρ ἐν ἀρχῇ μεθίσταται* (vel *μεταβάλλει*), *μάλισθ' ὅταν ἐκ σπέρματος φυῇ*.

4. *ἡ εἰς τὸ βέλτιον μεταβολὴ*] Articulum *ἡ* addidit Heinsiana; contra omisit ante *μυῤῥίνης* articulum *τῆς*: ubi miror, cur subito *μυῤῥίνη* dicatur, quae alibi *μύῤῥινος* sexu masculo est. Infra 6, 19, 4. *θαυμασιώτερον δ' ἐν Αἰγύπτῳ τὸ περὶ τὰς μυῤῥίνας, ὅτι, τῶν ἄλλων ὄντων ἀόσμων, υπερβάλλουσιν αὗται τῇ εὐοσμίᾳ· καὶ γὰρ ἡ ξηρότης καὶ ἡ θερμότης οὐχ ἧττον ἀλλὰ μᾶλλον ἔν τισιν ὑπάρχει τῶν λοιπῶν τόπων.* ad quem locum vide annotata et ad historiae 6. cap. 8. extremum. Deinceps Med. *αἰγύπτῳ γε* habet.

οὐ θαυμάζομεν] Negationem addidit Heinsiana. Contra G. *quocirca illud vehementer miramur*: cum quo facit Scaliger.

σπερμάτων συμβαῖνον. ὅταν — ἡ σχεδὸν ὅμοιον] Ita Heinsiana distinxit verba. G. vertit: *Fit ergo vel in seminum genere, ut in melius transeant, cum melius ipsum quasi simile est. In hoc enim discrimen exultat, quod alias idem permaneat semper, alias varie immutetur. Nam quod evenit, idem est.* Quae Heinsius mutilavit, multis omissis. G. plane diversam scripturam reddidit, hanc fere: *σπερμάτων συμβαίνει* (*τὸ ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβάλλειν*), *ὅταν τὸ βέλτιον αὐτὸ ᾖ σχεδὸν ὅμοιον.* Quae sententia est plane contraria disputationi Theophrasti, qui de plantarum in peius mutatione hucusque locutus arbores quasdam exceperat, quae e semine natae fructum in melius mutant. Igitur *ὅταν εἰς τὸ χεῖρον ᾖ* rectius scribendum erit: certe utraque conditio reddenda verbis: *ὅταν εἰς βέλτιον ᾖ καὶ εἰς τὸ χεῖρον.* Ante *συμβαῖνον* articulum *τὸ* addidi.

τῷ τότε μὲν ἀεὶ τό γε τοῦτο μένειν ὅταν φυτευθῇ, τὸ δ' ἄλλο μεταβάλλειν] Ita Heinsiana, omissis in altero membro verbis *καὶ ἄλλο*. G. scriptum vertit: *τῷ τοτὲ μὲν ἀεὶ τὸ αὐτὸ μένειν, τοτὲ δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο μεταβάλλειν.*

In scriptura ἀεὶ τὸ αὐτὸ consentit Dalecampius: et Med. ἀεὶ τοῦτο μένειν habet. praeterea εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο μεταβάλλειν scribendum censeo. Scaliger hic noluit comparationem institui mutationis factae in annuis et arboribus, sed ita locum interpretatur: ἐν τούτῳ γάρ: *Quaerat aliquis, quando fit haec mutatio? Ita fit, inquit, quoties non manet idem penitus, quod erat et quomodo erat.* ἐπεὶ τό γε γινόμενον. *Si quidem, quod inde generatur, non desinit esse idem.* Equidem comparari censeo arbores cum seminibus: igitur scripsi: τῷ τὸ μὲν (nempe τὸ δένδρον) ἀεὶ τὸ αὐτὸ μένειν, ὅταν φυτευθῇ. Graece arbores dicuntur φυτεύεσθαι, quae plantis, stolonibus, virgis, taleis seruntur, et quae inoculantur vel emplastrantur. τὸ δ' εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο μεταβάλλειν pertinent ad semina frumentorum et omnino plantarum annuarum vel biennium, quae solo semine progenerantur.

παραιρεῖται — φύσεως ἐπικρατοῦν] *detrahitur enim aliquid naturae assidue a vi, quae genus utrumque pari ratione devincit* G. Is igitur verbum ἀφαιρεῖται sensu activo acceptum coniunxit cum participio τὸ ἐπικρατοῦν (vulgo articulus male abest,) et verbis ὡσαύτως ἀμφοῖν, quae interpretatur *vim, quae genus utrumque pari ratione devincit.* Itaque necesse habuit vocabulo φύσεως addere *aliquid, τι,* quod a verbo active accepto ἀφαιρεῖται pendet et regitur. Mihi contra τὸ ἐπικρατοῦν τῆς φύσεως iungenda videntur, et verbum ἀφαιρεῖται sensu passivo accipiendum. Est autem τὸ ἐπικρατοῦν τῆς φύσεως id, quod in singulis plantis et arboribus earumque fructibus praecipuum distinguit eas a ceteris omnibus. Scaliger hic haesit, et dubitavit, an hic esset sensus: *ad utrumque eventum* (in melius et peius) *semper aliquid auferri naturae pristinae, ut tantundem contrarii reponatur.* Sed ἀμφοῖν, cum verbo ἀφαιρεῖται coniungendum, pertinet ad genus animalium et plantarum. Med. ἐπικρατῶν habet. deinceps καὶ λευκὰ — βραχέων.

τῶν μὲν φανερῶν] G. τῶν φανερῶν omisit, sequentia vero ita vertit: *Sed cum in his causam partim aqua habeat partim coelum et ad summam qualitates alimenti.* Transposita igitur legisse videtur τῶν δὲ ὁ ἀὴρ καὶ ὅλως αἱ τροφαί. Nisi post τῶν δὲ verba aliquot exciderunt, quae responderent antecedenti φανερῶν, videtur φανερῶς scribendum, et copula καὶ delenda esse.

καὶ παραπλησίας] Med. copulam omisit, cui sensu flagitante ἢ substitui.

μᾶλλον· ἴσως δὲ καὶ μόνως ἂν τις δοθείη] *Singula*

vero tunc magis et forte tantummodo nosse aliquis valeat, cum et agros et loca expertus studio commentandi peragrandique fuerit G. unde et ex Havn. 2. Moldenhauer εἰδείη scribi iussit, consentiente Vinar. libro. Scaliger χώραν regionem, τόπον agrum esse monet: διὰ τὰς ἱστορίας interpretatur *ut quidque ei fuerit narratum.* Sed ἱστορία latius patet, et quamcunque inquisitionem pervestigationemque quaerendo vel visendo complectitur. Mihi διὰ τῆς ἱστορίας scribendum videtur, *per diligentem locorum regionumque investigationem,* non *propter investigationem locorum.* De vocabulo ἱστορία dixi in Praefatione ad Aristotelis Historiam animalium p. XI. τόποις pro τόπου Med. habet.

AD CAPVT XIV. (VVLGO XIX.)

καὶ ὅσα διὰ τῆς θεραπείας ἀλλοιοῦται, πρῶτον μὲν καὶ καθόλου πᾶσιν εἰπεῖν ἡμερούμενα· δεύτερον δὲ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ. βέλτιον γὰρ χαίρει γεωργούμενα] Haec est loci scriptura Heinsiana. A. B. Med. postrema ita variant: τῷ τόπῳ βέλτιον καὶ χαίρει γεωργούμενα. Med. βελτίων habet. *Proximum sane huic videtur, quod ex cultura mutari potest: in primis quidem et ut in universum dicam, cum mitescit, mox vero cum eodem in loco meliorescit. Quippe cultura laetantur, cum minore nucleo reddantur — et omnino meliora evadant* G. Legit igitur scriptum; δεύτερον δὲ ὅσα ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ βελτιοῦται· χαίρει δὲ γεωργούμενα. Locum hunc totum ab initio vitiosum arguit praeter orationis et structurae insolentiam sententia falsa et contraria. Vide mihi initium capitis: Ὅμοιον τούτῳ — φαίνεται καὶ ὅσα, ubi singularis ὅμοιον copulatur cum plurali numero ὅσα: deinde βέλτιον χαίρει γεωργούμενα sensum et per se ineptum et ab hoc loco alienum habent. Sententia vero ipsa falsa est, cum dicuntur per culturam mutari primum τὰ ἡμερούμενα, deinde quae in ipso loco natali in melius mutantur. Quae vero hanc sententiam consequuntur verba, cum ista sententia non congruunt. Nunc particulatim vitiosa loca insequar, et medelam singulis afferre conabor. Ante omnia hoc certum esse debet lectori, per totum hoc caput tractari argumentum idem de mutatione plantarum earumque fructuum in melius. Haec vero accidere dicitur partim culturae effectu, partim ipsius loci natalis, in quo planta provenit. Theophrastus igitur hanc geminam conditionem persequitur, et primo loco culturam ab eaque ortam in melius mutationem pertractat:

deinde sequitur locorum natalium vim et effectum ad fructus meliores reddendos. Ad hanc normam dirigenda est orationis emendatio, quae transponendis verbis aliquot non difficulter succedet. Primum igitur, ut caput disputationis, mutatio in melius, appareat, verbo ἀλλοιοῦται addendum est vocabulum, alieno nunc loco positum, βέλτιον, ita ut scribatur ἀλλοιοῦται ἐπὶ τὸ βέλτιον. Deinde barbaries orationis initio emendabitur, addendo γίνεσθαι ἐπὶ τούτων post φαίνεται. Abhinc verba διὰ τῆς θεραπείας reiicienda sunt in posteriorem locum, hoc modo: Ὅμοιον γοῦν τούτῳ — φαίνεται γίνεσθαι ἐπὶ τούτων, ὅσα ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀλλοιοῦται, πρῶτον μὲν καὶ καθόλου — διὰ τῆς θεραπείας ἡμερούμενα, δεύτερον δὲ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ. Quod attinet verba καθόλου πᾶσιν εἰπεῖν, non dubito fuisse ἐπὶ πᾶσιν, ut infra c. 16, 1. est ὡς ἐπὶ πᾶσι, omisso εἰπεῖν: ubi male vertit Gaza. Supersunt verba e scriptura Aldina χαίρει δὲ γεωργούμενα, quae cum sequentibus ita committenda et iungenda videntur, ut τινὰ vel simile vocabulum interseramus. Haec huius loci emendatio mihi et Linckio tam vero similis videbatur, ut in textu ponere non dubitarem.

ἔχει, καὶ βελτίονα] A. B. Med. ἔχειν. τὰ δὲ β. habent. *et omnino meliora evadant* G.

ἔτι δήπου ὑδρεία — μαλακωτέρας ποιεῖ] *Prorsus granata dulciora mollioraque aquatio facit* G. Graeca his non respondent: et vocula ἔτι vitiosa videtur esse. Aquatio enim non est extra culturam, sed ipsius pars. ὑδρία mutanda fuit in ὑδρεία et articulus ἡ addendus. μαλακώτεραι fiunt ῥόαι, quae proprie sunt et dicuntur ἀπύρηνοι aut μαλακοπύρηνοι. Alia enim durities punicis malis non inest nisi nucleus. στρυφνότης autem tollitur, dum urina radices aut stercore suillo rigantur et satiantur, fructus autem dulcescunt.

Μόνον γὰρ δὴ τοῦτο — θατέρου γενομένης] A. B. οὐ μόνον γὰρ δὴ τοῦτο διχῶς — θατέρου γινομένου. *atque id solum bifarie agitur: aut enim per additionem quandam aut per detractionem alterius, sicut dictum de amygdalis est* G. Legit igitur scriptum: μόνον δὲ τοῦτο διχῶς γίνεται, ἢ προσθέσεώς τινος ἢ ἀφαιρέσεως θ. γ. Graeca, uti nunc scripta leguntur, referri videntur ad punicam malum, ita ut ad τοῦτο intelligatur δένδρον: nec inepte sequens, λαμβάνον πρόσθεσίν τινα huic membro conveniret. At sententia ipsa falsa est: nec sola punica ita per culturam emendatur, sed plures sunt eiusmodi arbores, in quibus eadem agricolae remedia experti sunt. Itaque ad sensum a Gaza expressum redeundum est, cui tamen sequens λαμβάνον πρ. τινα non convenit. Quid igitur, si e

nomine *βοηθείας* repetamus verbum *βοηθεῖται?* Itaque *τοῦτο (τὸ ἐνδεὲς) μόνον διχῶς βοηθεῖται ἢ — λαμβάνον ἢ ἀφαιρέσεως γινομένης.* Superest vox *θατέρου*, quae non minus quam Gazae *alterius* plane abundat, nec ad sententiam quadrat. Copulam post *καθάπερ* Med. adiecit.

περιαιρουμένων] *quae castigantur ablaqueanturque* G. Sequens *κατασχιζομένων perfisso caudice* vertit G. equidem *κατασχαζομένων* scripsi. De re dictum ad librum primum.

ἰσχύει — εἰς τὸ κατάλοιπον] *sublata enim nimia alimenti copia calor insitus amplius in reliquo valet* G. *τὸ κατάλοιπον* intelligo *τῆς τροφῆς*, ut G. etiam fecisse videtur. Sect. 4. *ἡ καταλειπομένη (ὑγρότης) ῥᾷον ἐκπέττεται.*

2. *ἡ ἀπὸ τῆς τῶν ῥιζῶν εἶναι θεραπεία*] *Sed peculiaris inprimis quae radicibus exhibetur cultura esse videtur* G. Heinsianus, sed Basil. *molitio quae radicibus exhibetur, appareat.* Igitur *ἡ τῶν ῥιζῶν θεραπεία* scriptum legit: ut *ἀπὸ τῆς* recidenda videantur. Equidem, comparata sect. 3. *ὑπὲρ δὲ τῆς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν μεταβολῆς*, scribendum censui *θεραπείας μεταβολή.* Qui vero *θεραπεία* substituere maluerit *μεταβολή*, is simul articulum *τῆς* delere debebit. Med. *θεραπείας* dedit.

τῆς τε κάπρου] Linckius particulam aliquam inseri malebat, quae exempla ponenda soleat antecedere, velut *οἷον, ὥσπερ, καθάπερ.* Alium verborum ordinem instituit G. *Stercus enim suillum vel quod vim proximam illi obtinet, radicibus punicarum superiniectum, dulcem efficit succum.* Ita vero stercori tribuitur effectus, qui viribus plantae vitalibus debetur. Med. *τοῦ τε κόπρου* habet. Ex eodem *ἡ* ante *ψυχρουδρία* addidi, et vulgatum *ἀέρος φύσεις* correxi.

ζητεῖν — δεῖ τὰς ἀλλοιώσεις] *nam et illis certe in rebus alterationes mutationesque perquirendae omnino sunt* G. Proprie dicendum fuit: *τὰς τῶν ἀλλοιώσεων καὶ μεταβολῶν αἰτίας.* Deinceps Heinsiana *δὲ ἐργασίᾳ* pro *καὶ ἐρ.* dedit: postea *ἁπλοῦς* pro *ἁπλῶς.* ubi G. *denique agricolatio arbores fructusque mitigans mutare valet.*

3. *ἐπὶ τῶν σικύων*] Ita A. B. *συκίων* dedit Heinsiana.

καὶ ἐπ' ἄλλων· αὗται δὲ] *Addo etiam alimentum coctius a radicibus accipi* G. Omisit igitur verba vitiosa aut lacunosa, *καὶ ἐπ' ἄλλων.*

περὶ ταύτας πρῶτον, καὶ ἀπὸ τούτων — τὰ ἄλλα συναλλοιοῦσι] Vulgatum *περὶ ταύτης* correxi. *radices primum attingunt, factoque hinc principio cetera subinde immutant* G. Heinsiana *συνεργοῦσι* dedit, nescio quo auctore.

4. *αἱ σχάσεις συκῶν*] *discissio ficis* G. vertens *σχίσεις*

videtur legisse, ut sect. 1. καταστιζομένων. Cf. ad 1, 17, 1. Articulum τῶν ante συκῶν deesse puto. Ita statim, ubi sequitur καὶ κλάσεις περ ἀμπέλων, inutile περ occupavit locum articuli τῶν, quem Med. dedit. G. male vertit: *amputatio vitibus. strictio* Scaliger, qui in commentario interpretatur male: *manibus cum torquentur pediculi.*

κολάσεις] Vulgatum κολούσεις G. vertit *diminutio.* Scaliger *mutilationes* malebat. Cf. ad 1, 17, 1. Quod sequebatur vulgo πληγαὶ, Scaliger mutabat in πληγῇ, adeoque statim quod legitur διειρόντων dictum pro ἔμπηξις putabat. G. διειρόντων vertit *vel ictus paxillo adacto:* ubi *ictu vel paxillo* scriptum fuisse puto. Ceterum quid moverit Scaligerum, ut διαιρούντων τοῖς παττάλοις scribi mallet, non excogito. Est enim διείρειν interserere. Equidem nihil mutavi praeter vocem πληγαὶ scribendo πληγῇ. De re dictum ad 1, 17, 1.

ἐκπέττεται γλυκύτης] *facilius coqui et dulcescere potest* G. Additum igitur legit καὶ γλυκαίνεται. Vulgatum γλυκύτης locum suum tueri non potest, nec magis verbum γλυκαίνεται. Mentio enim dulcedinis ab hoc loco nunc plane aliena est, ut sect. 1. τὸ σύμφυτον θερμὸν ἰσχύει μᾶλλον εἰς τὸ κατάλοιπον.

Τὰς δὲ ὀφθαλμιζομένας — ἧς οὐκέτι δύναται κρατεῖν] Vitiosum locum arguit verbum δύναται, quod etsi in δύνανται mutes, tamen vitium non tolles. Sexus foemineus ad antecedentes ἀμυγδαλᾶς nec ad συκᾶς referri non potest: neque enim in solis his arboribus valet sententia posita a Theophrasto, sed in omnibus in universum. Quare recte G. vertit: *Inoculatas autem arbores mutari non dicimus, quoniam aliud illae principium habeant, quod evincere nequeant.* Relinquitur, ut littera postrema demta scribamus Τὰ δὲ ὀφθαλμιζόμενα, intellecto δένδρα: ita sequens δύναται convenit.

5. καὶ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμιζομένων] Articulum ἡ e Med. addidi.

ἑτέρων τινῶν ἐμβαλλομένων] *per aliquorum adiectionem* G. *insertionem* debebat vertere: ἑτέρων omisit.

τὴν ἀσθένειαν αἰτιάσαιτ' ἄν τις· εὐηκοώτατα] Vulgatum αἰτιάται τ' ἄν τις — εὐηκότατα correxi. Posterius vitium iam olim Scaliger emendaverat. *facillime mutationem accipiunt* G. Saepiuscule Theophrastus plantas debiles ὑπακούειν τῷ ἀέρι dixit.

φύσεως ἰδιότης] Integrius G. *an aliam quoque naturae aliquam proprietatem assignari eis liceat.* In graecis deest αἰτία ἐστὶ vel simile aliquod supplementum.

AD CAPVT XV. (VVLGO XX. ET XXI.)

Εἰς δὲ τὸ χεῖρον μεταβολαὶ — ἐναντίαι, καὶ — γε κοινοτάτη] Vitiosam scripturam convincit sententia ipsa imperfecta et G. versio: *mutationum autem in partem deteriorem causas praedictis esse contrarias constat.* Igitur *τῶν — μεταβολῶν — ἐναντίαι αἱ αἰτίαι* scripsi: deinceps *καὶ* ante *κοινοτάτη* e versione G. cum margine B. inserui. Postea *πᾶσιν ὡς ἀγεωργησία* A. B. Med. Heinsiana *ὡς* omisit: equidem in *ἡ* mutatum malim, nisi post *ὡς* excidit *καθόλου εἰπεῖν*. Fortasse fuit scriptum, ut capitis 16. sect. 1., *κοινοτάτη, ὡς ἐπὶ πᾶσιν εἰπεῖν, ἡ ἀγεωργησία.* Ita initio capitis superioris et disputationis de mutatione in melius est: *πρῶτον μὲν καὶ καθόλου ἐπὶ πᾶσιν εἰπεῖν διὰ τῆς θεραπείας ἡμερούμενα.*

παντα — ἀπαγριοῦται] G. integrius: *omnia namque fere neglecta agrestia fiunt.* Igitur *ἀγεώργητα* aut *ἀθεράπευτα* additum legit.

γένεσιν τὰ φυτὰ] *cum scilicet principio nascens quicquam diminuitur* G. quasi *φυόμενα* scriptum legisset. *φυτὰ* potius plantae videntur esse: ut sequitur *τὰ τῆς ἀμπέλου φυτά.* Infra 5, 17, 5. *αἱ δὲ κολούσεις φθείρουσιν ὅλως ὀλίγα· μόνον γὰρ μάλιστα τὸ τῆς ἀμπέλου φυτὸν ἀπόλλυται, καὶ εἴ τι ἕτερον ἁπαλὸν καὶ ἀσθενὲς καὶ εὐθύπορον· ταῦτα γὰρ αἴτια τοῖς τοιούτοις τῆς φθορᾶς. Χείρω δὲ ποιοῦσι πλείω· καὶ γὰρ ἡ ἀμυγδαλῆ πικρὰ γίνεται καὶ ἡ ῥόα σκληροτέρα, καὶ ἕτερ᾽ ἄττα μεταβάλλει.* De amygdala postea videbimus.

Τὰ δ᾽ ἄλλα οὐκ ἔστιν ἐπίδηλα] Infra 5, 17, 5. punicam addit, quem locum antea posui.

Τὰ δὲ καὶ μεταβάλλειν — μᾶλλον ἦν] *Quocirca mutari quoque illas magis debere verisimilius esse videtur* G. Videtur Gaza scriptum legisse: *διὸ ταῦτα καὶ μᾶλλον μεταβάλλειν εἰκὸς ἦν.* Vitium arguit scriptura Med. *τὰ δὲ μᾶλλον καὶ μετ.* Deinceps *γὰρ τῶν δένδρων* A. B. Med. Fortasse *ἰσχυρότατον γὰρ τῶν δένδρων* fuit.

2. *γίνεσθαι καὶ καθάπερ οἱ Χῖοι*] Copulam seclusi inutilem: nec G. expressit, qui *pirum Phocidem* vertit. cf. sect. 5.

οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ λαμβάνεται δένδρῳ] *non in eadem arbore accipi debent* G. Vox *δένδρῳ* sana esse mihi non videtur. Nascens enim amygdala ab adulta et *κολουθείσῃ*

quomodo diversa dici potest, corpore quidem? quanquam aetate diversa recte dici potest. Igitur χρόνῳ vel καιρῷ scriptum fuisse suspicor.

ἐπεὶ καὶ μὴ κολουθεῖσαι — ἐν τοῖς πρότερον ἐλέχθη] Sic etiam G. *non diminutae*. Atqui supra sect. 1. dictum fuit: ἐνιότε δὲ καὶ οἱονεὶ πηρώσει τινὶ μεταβάλλουσιν εἰς τὸ χεῖρον, κολουόμενα κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν τὰ φυτά, καθάπερ ἡ ἀμυγδαλῆ· πικρὰ γὰρ γίνεται ἐκ γλυκείας, καὶ ἐκ μαλακῆς σκληρά· τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἔστιν ἐπίδηλα μεταβάλλοντα. Quid sit κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν κολουόμενα, explicabit locus infra 3, 18, 2. την ἀμυγδαλῆν, ὅταν ἄρχηται καρποφορεῖν, οὔτε ὑδρεύουσιν οὔτε κοπρίζουσιν οὔτε διακαθαίρουσιν, εἰ μὴ τὰ αὖα μόνον, οὐδ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν δρῶσι· πάντα γὰρ ἀφαιροῦσιν, ὅπως μὴ ὑπερισχύσασα ἀποβάλλῃ τοὺς καρποὺς ἐν τῷ ἄνθει. Διὸ καὶ χώραν οὐκ ἀγαθὴν ζητοῦσιν. Ἐὰν δὲ μετὰ ταῦτα ἀκαρπῇ, τάς τε ῥίζας γυμνώσαντες παραδιδόασι τῷ χειμῶνι καὶ τὰς ἄλλας κολάσεις προσφέρουσι τὰς εἰρημένας. De amygdala e semine nata et in peius mutata supra est 9, 1. ubi addit: διὰ τοῦτο Θάσιοι τὰς ἀμυγδαλᾶς, ὅταν προσαυξηθῶσιν, ἐνοφθαλμίζουσιν· ἐκ γὰρ μαλακῶν σκληραὶ γίνονται μετὰ τὴν φυτείαν. Ibidem c. 10, 2. ἔνια μὲν εὐβλαστῆ, καὶ ἡ βλάστησις δι' ἰσχὺν καὶ πολυτροφίαν, ὥσπερ ἀμυγδαλῆ, ῥόα. Similiter 1, 21, 5. ubi proponitur sententia, ἡ εὐβλαστία ἀφαιρεῖται τοὺς καρπούς, fieri id ait et bonitate soli et robore arborum: ἐν τῇ μὲν γὰρ ἀφθονία τροφῆς, τὰ δὲ ἑλκύσαι δεινὰ διὰ τὴν ἰσχὺν, ὥσπερ ἡ ἀμυγδαλῆ καὶ ἡ ῥόα. 2, 11, 10. cum piro et quercu numeratur inter arbores, quae quanquam fructum multum ferant, tamen non cito senescant, adeoque senescentes plus fructus ferant. Causa editur: παραιρουμένης γὰρ τῆς ἰσχύος παραιρεῖται τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς, ὥστε ῥαδίως καταπέττειν τὴν λοιπήν. Robur arboris testatur etiam locus 3, 6, 8. ubi in terra ubere luxuriare et fructus minus afferre dicitur διὰ τὴν ἰσχύν. Denique quae sectio 3. et 4. addit de causa huius effectus, plane confirmant, negationem hic abesse debere: quare eam sustuli. Superest, ut quaeramus, quo sensu κολουθεῖσα amygdalus dicatur. Theophrastus quidem opera et industria humana κόλουσιν factam intelligit, ut sequentia docent. Contra scriptores romani, qui observationem repetierunt, mutilationem casu factam et a pecore intellexerunt. *Servandae sunt a pecore, quia, si rodantur, amarescunt* Palladius 2, 15, 9. Plinius adeo, ubi noxas arborum et morbos tractat, hunc

ipsum Theophrasti locum ante oculos habuisse videtur. Post decacuminationem loquitur de depastione animalium. *Oleam quidem*, inquit, *etiam si lambat capra, sterilescere auctor est Varro. Quaedam hac iniuria moriuntur: aliqua deteriora tantum fiunt, ut amygdalae: ex dulcibus enim transfigurantur in amaras. Aliqua vero etiam utiliora, ut apud Chios pirus, quam Phocida appellant.* Ita etiam Plinii locus emendationem nostram confirmat. De causa effectus infra dicetur. Ceterum vulgatum κολουθεῖσαι e Med. correxi: hinc etiam superius κολουθεῖσα corrigendum censui. Deinceps Med. κινηθείσης τῆς, omisso δὲ, habet.

τὰ ἑψόμενα κωλύεται] *quominus percoqui possint, impediuntur* G. Non dubito, fuisse μολύνεται, quod de imperfecta coctione dici docui ad Aristotelis h. a. 10, 7. pag. 277. ubi κωλύσεως dabant Edd. pro μολύνσεως.

δυσδιάδεκτος] *et terra eadem quoque de causa aegre madescit* G. sed Heinsius, qui A. B. Med. δυσδιάδηκτος mutavit, in versione posuit: *aegre quicquam admittit, si intempestive rigetur.* Scaliger Gazam legisse putabat δυςδιάβροχος, omissis sequentibus ἢ βρεχομένη. Ita enim A. B. ἡ βρ. Med. Ipse δυσδιευδίοδος coniecit, sed in tota sententia interpretanda vehementer sed frustra laboravit. Dalecampius corrigebat: ἐπεὶ καὶ τὰ σπειρόμενα κωλύεται — καὶ ἡ γῆ δυσδιαδόχος ἀκαίρως βρεχομένη ἢ κινουμένη. Heinsius ἀκαίρως nescio an hinc assumserit. In veteri δυσδιάδηκτος et Heinsiano δυσδιάδεκτος commodus sensus non inest. Neutrum vocabulum agnoscit Stephani Thesaurus. Dum e codice integriore scriptura vera eruta fuerit, veterem Codicum lectionem restitui.

ὃ δὲ ἐν ἀρχῇ μέγα καὶ διατενὲς] *quod autem initio est, magnum ad perfectionem continuo fertur* G. sed B. habet: *quod enim inter initia agitur, summum et ad rei perfectionem spectatissimum est.* Scaliger monet, sententiam esse Aristotelicam: *maxima esse in principiis momenta perfectionis.* Vocabulum διατενὴς interpretatur de tenore facultatis vel virium firma continuatione, quae pertingit ad finem. Ceterum non dubitavi τὸ δ' ἐν ἀρχῇ scribere. Vocabulum διατενὲς hoc uno in loco hucusque repertum fortasse alterius, ab Atticis frequentati, διανεκὲς, locum occupavit. Deinceps τελεούμενος Med. habet.

τοιοῦτος εὐθὺς ἐν τοῖς τελείοις] *talis non est, quanquam in perfectis et recte fructificantibus* G. Legit igitur καίπερ scriptum pro εὐθύς. Verum quo refertur se-

quens membrum *ἐν τοῖς τελείοις καὶ εὐκαρποῦσι?* Praecessit *ταύτης* ad *ἀμυγδαλῆς* referendum: illuc igitur sequentia verba non possunt referri. Quare excidisse suspicor verba aliquot, veluti: *οὐχ ὑπάρχει τοιοῦτος ἐν τοῖς νέοις φυτοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς τελείοις καὶ εὐκαρποῦσι.*

3. *τις καὶ εἰς τὸ στρυφνότερον — γλυκὺ*] *quod ad saporem acerbum — perveniat, dum perfectionem suam acquirit* G. Additum igitur legit geminum verbum, unum quidem, quod *perveniat* reddidit, alterumque *τελειουμένων*. Si *τῶν ἄλλων* ad ipsas arbores refertur, ut antea *τῶν ἄλλων οὐθενὸς ὁ καρπὸς τελειούμενος*, tum scriptum hic fuisse puto: *τάχα δὲ κ. τ. ἄλλων ἐστί τις καὶ εἰς — μεταβάλλων καρπὸς τελειούμενος.* Brevior emendandi via est vocabulum *μεταβολὴ* addere; quod feci, dum aliunde vera scriptura innotescat.

τῶν ὁμογενῶν αἱ μὲν — αἱ δὲ — τοιαῦται] *Quippe unigenerum ipsorum alia magis alia minus esse huiusmodi certum est* G. Legit igitur scriptum: *μονογενῶν τὰ μὲν, τὰ δὲ — τοιαῦτα.* unde vulgatam correxi.

πρεσβύτεραι γενόμεναι πάλιν] Vulgatum *γινόμεναι* e Med. correxi. Sequens *γλυκύτεραι γενέσθαι* videtur in *γλυκυτέραις* mutandum: nominativus enim non habet, quo referatur. Intelligit autem amygdalas, quae prima mutilatione amarae factae fuerant. Antea vulgatum *κολουθείσαις* correxi.

διότι τῷ μὲν ἡ κόλουσις — κατέμιξε καὶ χείρω τὴν ὑγρότητα τὴν εἰς τὸν καρπὸν ἐποίησε] Hanc A. B. Med. scripturam Heinsius ita mutavit: *διότι ἡ μὲν κόλ. κωλ. τὴν — καθίμησε τὴν ὑγρότητα, καὶ χείρω εἰς τὸν καρπὸν, βελτίω ἐποίησε. quod diminutio facultate germinandi prohibita, humorem haurit deterioremque ad fructificandum meliorem efficit* G. Haec est Heinsiana scriptura: sed Basil. *humorem permiscet — fructificandum efficit.* Dalecampius coniecerat: *καὶ χείρω μὲν οὖσαν τὴν εἰς τὸν καρπὸν ὑγρότητα βελτίω ἐποίησε.* In Heinsiana scriptura ineptum est verbum *καθίμησε*, quod ineptius etiam redditur *haurit;* nec melius convenit additum *βελτίω*. Equidem Edd. primarum *κατέμιξε* non reprehendo, sed intelligo *τὴν ὑγρότητα τὴν εἰς τὴν βλάστην*: humorem germinationi destinatum admiscet reliquo ad fructus destinato, eumque non solum copiosiorem sed etiam deteriorem efficit. Quare scribere malim: *κατέμιξε τὴν ὑγρότητα (τὴν εἰς τὴν βλάστην) καὶ χείρω τὴν εἰς τὸν καρπὸν ἐποίησε.* vel: *κατέμιξε τὴν ὑγρότητα (τὴν εἰς τὴν βλάστην) τῇ εἰς τὸν καρπὸν, καὶ χείρω ἐποίησε.* Quod

attinet ad verba *κωλύσασα τὴν εἰς τὸν ὄγκον βλάστην*, male G. et nimis breviter vertit *facultatem germinandi*: nam ea non tollitur, sed planta prohibetur in altum se tollere et in ramos vel, ut hortulani nostri dicunt, in coronam dividere et formare. Quidquid igitur succi ramis et surculis erat destinatum, retrogradi coactum auget succum ad fructum concipiendum et perficiendum affluentem eumque permixtum reddit deteriorem et copiosiorem, quam ut vires arboris ei concoquendo sufficere possint.

ἄπεπτος, ὥστε πικρός] quasi nulli alii *χυμοὶ* sint medii inter coctum succum et crudum.

κατακοπτομένη — ἀφαίρεσιν] *tum praecisa vero facultatem quamdam spirandi recipit ac sublevatur* G. sed Basil. habet: *levationemque recipit*. Equidem non dubito *ἀπέρασιν* fuisse.

καὶ αὐτὸ μᾶλλον ἰσχύον διὰ τὴν εὐσθένειαν] Ad *αὐτὸ* intellige cum Scaligero *τὸ δένδρον*. Deinceps A. B. Med. *ἀσθένειαν* dant, quod Scaliger acutissime dictum censebat, *ἰσχύον διὰ τὴν ἀσθένειαν*, quia exempto succo fit ipsa amygdalus debilior, sed validior ad opus et ad fructum perficiendum. Contra G. *facta iam arbos validior utpote onere levata*. Unde Heinsius mutavit. Postea *καὶ ἐκπέπτει* Medic. dat.

ταύτης ἡ φύσις] *huius igitur naturam velut restituibilem dixerim* G. sed Heinsius dedit: *huius igitur natura quasi restituitur denuo*. deinceps *κολουθῇ* vulgabatur.

5. *κανθάρεος*] *quam cantharam vocitant* G. Hesychius *κανθάριον* vitem nominavit, Plinius 14, 7. vinum *cantharitem*. Hesychianam scripturam praefert H. Stephanus.

κολούουσιν ἄκρον] *summa uvarum detrahere solent* G. an potius *summas uvarum* scripsit?

Ἡ δὲ Φωκὶς καλουμένη] *Phocis autem appellata si diminuatur* G. Is igitur *κολουομένη* additum legisse videtur. Mihi sufficiebat: *ἡ δὲ ἄπιος ἡ Φωκὶς κολουομένη*. Ita melius apparet causa omissi verbi aut corrupti. Vocem vero *ἄπιος* additam oportuit, nisi statuere malis, vitem aliquam eodem cognomine fuisse. Ego vero censeo, Theophrastum nunc causam reddere rei supra memoratae, cum Chios narraret pirum Phocidem mutilare, itaque meliorem fieri affirmare. Nunc igitur explicat, quid sit illud *βελτίονα γίνεσθαι*.

οὐ πρὸς εὐκάρπειαν] *melius arboris speciem capessit, sed non probe fructificat* G. Theophrastus *εὐκαρπίαν* (ita

enim malo, quoniam εὐκαρπὴς nondum fuit repertum) dicit *largitatem fructuum*, καλλικαρπίαν contra *bonitatem*. Med. βελτίω — ἀκαρπίαν habet.

ἐκτρέφει γὰρ ἄγαν]- *quippe quae diminuta nimium generet et simplex infirmaque exurgat: non diminuta vero spargat se in ramos ac transeat in arboris speciem* G. vulgatam in verbo ἐκτρέφει secutus, in qua multa insunt vitii argumenta. Primum enim, cum εὐκαρπία sit fructuum largitas, eaque mutilatae piro Phocidi negetur esse, falsum est, quod nunc tradit versio, *eam nimium generare*. Sed ipsa haec versio falsa est. Graeca enim significant: nimium *educant* vel *nutriunt*, nullo addito nomine, quod fructus designet, de quorum bonitate nunc sermo est, quod tamen fieri debebat. Sumamus tamen id, quod falsum esse affirmo, largitatem nimiam fructuum nunc significari: quomodo cum ista largitate conciliari potest arboris debilitas, quae piro non mutilatae inesse dicitur, καὶ γίνεται ἀσθενής? Statim enim sequitur, mutilatam pirum robustiorem fieri, coctionemque melius procedere, itaque arborem fieri εὔκαρπον. Vitium igitur verbi ἐκτρέφει manifestum tenemus: cuius medelam quo certiorem reperiamus, vocabulum μονόκωλος considerandum est et explicandum. *Simplex* vertit Gaza. Oppositum παραβλαστάνουσα δενδροῦται de trunco simplice et recto intelligere nos cogit: illud G. vertit: *spargat se in ramos ac transeat in arboris speciem*. Infra 4, 6, 1. τὰ μὲν σιτώδη ῥιζωθῆναι δεῖ πρὸς τὸ μονόκωλα γίνεσθαι, τῆς ἀναφορᾶς οὐκ εὐθὺς ἄνω γινομένης. ubi Gaza: *ut se culmo simplici tollere possint*, quasi μονόκαυλα aut μονοκάλαμα scriptum legisset. In hist. pl. 9, 18, 8. θηλύπτερις differre dicitur a pteride τῷ τὴν μὲν φύλλον ἔχειν μονόκωλον. quae G. *folium uno artu porrectum* vertit. ubi docui, Dioscoridem μονόμοσχα dicere eadem folia, et opponere πολλὰς ἔχοντα ἀποφύσεις. Plinius 27, 9. s. 55. feminam πτερίδα ait esse *singularem, non fruticosam*. Facilis iam et expedita est vitii emendatio. Planta scilicet mutilata decacuminatione cogitur in ramos se spargere: itaque hortulani et agricolae plerisque omnibus arborum fructiferarum plantis cacumen auferunt: quo relicto planta semper in altum nititur et sursum excurrit: truncus itaque simplex (μονόκωλος) manet, et versus cacumen demum hinc inde spargit ramulos, non divaricatur in ramos. Scripsi igitur ἐκτρέχει, non ἐκτρέφει. Alibi ἐκδρομὴν simili notione usurpavit Theophrastus. Scaliger Gazam ἀποβλαστάνουσα legisse putabat,

idque verbum probabat, quoniam παραβλαστάνειν significet stolones emittere, quod officere arboris incremento. Verum idem verbum παραβλαστάνειν supra Theophrastus, de lauro in superiore trunci parte pullulante similiter usurpavit. Denique Heinsiana μονόκολος ἢ ἀσθενὴς dedit: ego vero cum Med. et Gaza καὶ ἀσθενὴς scripsi. Praeterea κολουθεῖσα vulgabatur.

εἰ δὲ μὴ] Cum G. in priore membro dedisset: *quippe quae diminuta nimium generet,* in hoc posuit: *non diminuta vero spargat se in ramos.* Sane melius ita procedit ratio grammatica in verbis εἰ δὲ μή: quae in vulgata scriptura cum nostra interpretatione conciliari non possunt, nisi negationem omittas aut scribas εἰ δὲ κολουθείη.

τάχα δ' ἄν τι συμβάλλοιτο] *quod forte nonnihil — conferre valeat* G. unde vulgatum τις συμβάλλοιτο correxi.

6. κακούμενα] *diminutae* G. καλούμενα Med. unde κολουόμενα effeci.

ῥάφανος] Brassicam igitur sectilem Graeci iam notam habuerunt et Romani. Cf. Plinius 19. s. 41, 1. De cyma, quam caulis a prima sectione praestabat, dixi ad Columellae 10, 129. p. 521. Genus hoc in cibo amant Saxoniae inferioris incolae *Sprossenkohl* appellantes.

ἣν πάλιν βλαστήσῃ] Haec verba, a G. omissa, temere vulgo inter nomina ῥάφανος καὶ ἡ μηδικὴ interposita legebantur, quae suum in locum reposui. Medicam male C. Hoffmannus malum Medicam interpretatus est. Offendit scilicet virum doctum, ut Linckium meum, mentio medicae herbae, quae historiae 8, 7, 7. inter pascuales est, inter oleraceas enumeratae. Vitiosum igitur nomen licet suspicari. Ocimum sectile excludit genus Linnaeanum, quo plantae orientales pleraeque omnes annuae comprehenduntur, quae coelum Graeciae tulisse non videntur. Igitur origani genus aliquod, veluti maioranoides, intelligi suspicatur Linckius.

εἰ ἔν τινι τὸ ὀπῶδες ὑπὸ τούτων] Med. καὶ ἢ ἔν τινι. *et si qua humoris lactuosi qualitas sit* G. *Succosum* maluit Scaliger, vel *succulentum, quod incommodat, virus qualecunque,* nec respici putabat lactucam, quam lacte defectam amarescere ait. At tu vide histor. pl. 7, 2, 4. ibique adscripta. Praepositionem ὑπὸ non vertit Gaza, et est ab hoc loco aliena: igitur seclusi.

αὐξανομένης ἔτι — κολουομένων ἰσχύος] A. B. Med. αὐξανομένων habent, Heinsiana αὐξανομένου dedit et κολουμένων. *et omnino quo amplius diminuantur, eo magis vi-*

res concipiant G. Manifesto igitur nostrum αὐξανομένης legit: praeterea articulum τῆς ante ἰσχύος addidi. Deinceps οὐθενὸς Med. dedit. Vulgabatur οὐδενός.

αὗται μὲν οὖν ἐν τοῖς χυλοῖς] Praepositionem Heinsiana omisit.

AD CAPVT XVI. (VVLGO XXI.)

Γίνονται — κατὰ τὰς ὀσμὰς] Scilicet μεταβολαί. Heins. γίνεται dedit. A. B. Med. ὁρμὰς e versione G. cum margine B. correxit Scaliger et Heinsius. Deinceps εὐοσμότεραι A. B. Med. habent.

ὡς ἐπὶ πᾶσιν] *tota fere parte* G. Supra 14, 1. καθόλου πᾶσιν εἰπεῖν erat, ubi ἐπὶ πᾶσι dedi. Deinceps ὁ τοιοῦτος addito articulo dedi e Med.

ἀρίστη δὲ ἡ μέση καὶ ὁ μέσος] Intellige χώρα et ἀήρ.

τὰ ἐν τῇ γῇ ὑδαρῇ] *nam quae terra uliginosa proveniunt, aquam sapiunt atque inolida sunt* G. Igitur τῇ καθύγρῳ additum legit.

καὶ περὶ μὲν ὀσμῶν] Structuram laborantem inserto articulo τὰ fulcire sum conatus. deinceps ἐπὶ πλέον Med.

φυσικῶς καὶ ἐκ θεραπείας] Copulam e versione G. addidit Heinsius.

2. ὅλων τῶν δένδρων] Heinsiana ὅλον dedit.

3. φθορά τις ἔοικεν εἶναι] Cum sequatur ἀλλοιωθείσης τῆς ἀρχῆς, necesse est praecedere indicium istius ἀρχῆς, quae in semine est aut in germine. Itaque τοῦ σπέρματος aut τοῦ βλαστοῦ videtur excidisse.

ἥ τε τῆς λεύκης] Scripsi δὲ pro τε. De re dictum ad 4, 5, 16.

φλοιοὶ τραχύτεροι] Vulgatum παχύτεροι correxi e loco libri 5, 8. qui multo accuratius rationes exponit. φύλλοι οἱ παχύτεροι Med.

4. καὶ ἑτέρων] Ita et G. Dixerat antea, populum albam in nigram mutari etiam in foliis. Hanc nunc videtur respicere, ut histor. 1, 10, 1. eandem cum hedera in exemplo nominaverat.

τὰ τοῦ κρότωνος ἔνια] Aut prius τὰ aut ἔνια abundat. Prius damnat comparatio locorum 1, 10, 1. et 3, 18, 7. historiae, ubi nulla exceptio, ut hic. Quid multa? e primo loco νέα in locum vitiosi ἔνια restitui.

ἀναδιαρθρούμενα] *quasi formam istam suae perfectionis demum capessere debeant* G. non satis accurate vertit.

ῥᾴδιον — ἢ τὸ πολυειδὲς] *res facilior est simplex* G. unde rescripsi ῥᾷον. Integra oratio erit, si intelligas διαφθροῦν vel φύεσθαι. De crotone nunc videamus: cuius folia Dioscorides 4, 164. similia plataninis, verum maiora esse ait: *folia vitium* tribuit Plinius 15, 7. Formam recentium rotundam cum ea descriptione conciliare sategit Bodaeus p. 1089. sed frustra laboravit, ut omnes, qui crotonem Theophrasti cum Dioscorideo id est cum ricino compararunt. Deinceps vulgatum μίνθην e Med. correxi, ut deinceps μίνθη.

εἴπερ ἄρα, μεταβάλλει μόνον, ἀπολλύον] Vulgatum ἀπολύον auctore G. correxi. Deinceps A. B. διὰ τὴν ἀγρίαν, *quia cultura caruerit* G.

ἐκείνην δ' οὐ λαμβάνον] Ita A. B. Med. *speciem vero non recipit, sed quasi nepetae redditur simile* G. unde Heinsius scripsit: ἐκείνης δὲ μορφὴν οὐ λαμβάνει. Scaliger etiam ad ἐκείνην intelligebat μορφὴν τὴν εἰδικήν: cum, si ἐκείνης scribas, nihil nisi odor intelligi possit. De re hist. pl. 2, 5. et infra 5, 7, 1. qui locus veritatem Heinsianae correctionis testatur. Ibi enim est: τῆς γὰρ δριμύτητος ἀφαιρουμένης ἡ κατάλοιπος ὀσμὴ μαλακή τις οὖσα καὶ ἀνειμένη προσεμφερὴς τῇ μίνθῃ γίνεται. ubi dubitari potest, an hinc τῇ καλαμίνθῃ rescribi debeat. Sed statim hic μίνθη vocatur, quae nunc est καλαμίνθη. Ceterum τὸ εἶδος an τὴν μορφὴν hic scriptum repererit et *speciem* reddiderit G., dubius haereo.

καὶ οὐ πόῤῥω τελέως φθειρομένων] *nec in remotum penitus transeunt* G. omisso verbo postremo. Vocabulum τελέως cum altero πόῤῥω non satis commode iungitur. Suspicor fuisse scriptum: εἰ μὴ τελέως φθειρομένων. Omnium enim mutatio fit in simile aliquod et proximum genus, non in longinquum et dissimile, nisi earum, quae naturam suam plane exuunt et perdunt. φθείρεσθαι nempe est hic perdere naturam suam, quam in sisymbrio retinet et servat cultura, κατέχει καὶ σώζει τὴν φύσιν. Ita sect. 11. ubi natura plantarum firmior quam avium dicitur esse: οὔτ' ἐν χρώμασιν οὔτ' ἐν τοῖς ἄλλοις φθειρομένην.

5. καὶ γὰρ δὴ κἀκεῖνο — ἐναντίον] *etenim illud quoque naturae adversum est, mentam — firmari, sisymbrium per summa cespitum cohaerere* G. In verbis adhaereo, praecipue in pronomine κἀκεῖνο, quod hic abundare videtur, nisi referri possit ad antecedens σημεῖον. Fortasse fuit olim scriptum: καὶ δὴ κἀκεῖνο, (σημεῖόν ἐστι) τὸ τῆς φύσεως ἐναντίον. Ad vocabulum ἐπιπολῆς intelligendum verbum

ἔχει τὰς ῥίζας, nisi ἐπιπολαιόῤῥιζον fuit scriptum. Sisymbrium est inter στεφανωτικά, de quibus hist. 6, 1, 1. ἅπαντα ταῦτα ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα· διὸ καὶ φρυγανικά. Eadem 6, 6, 3. inter ἁπλᾶ τοῖς εἴδεσιν numerata: ἁπλᾶ μὲν, οἷον τὰ ξυλώδη, καθάπερ ἕρπυλος, σισύμβριον, ἐλένιον. Ibidem sect. 2. est: τῶν δὲ καὶ οἱ κλῶνες καὶ τὰ φύλλα καὶ ὅλως ἡ πᾶσα φύσις εὔοσμος, οἷον ἑρπύλου, ἐλενίου, σισυμβρίου καί τινων ἄλλων. Has easdem tres plantas coronarias difficulter germinare e semine tradit hist. 6, 7, 2. quidam adeo semen habere negaverunt, quia cum floribus eorumque calicibus clausis densisque permixtum haeret, nec facile excidit aut excutitur. Serpylli et sisymbrii flores odoratos esse negat infra 6, 15.

ἐπί γε τῶν τοιούτων] *in his quidem* G. igitur ἐπί γε τούτων scriptum legit. ἐπεί γε Med. habet.

ὡς περὶ τὸ ἥμερον εἰς τὸ ἄγριον] *et urbanum quasi in agreste transire* G. Igitur cum Vinar. ὡσπερεὶ scripsi, et verbum μεταβάλλειν addidi.

οὐδετέρως] *nec absurde sic agi, quandoquidem loca etiam ipsa immutantur* G. qui οὐδετέρως non reddidit. Scaliger ita: sive vera fiat mutatio, sive fieri tantum videatur. In graecis intellige verbum γίγνεσθαι vel συμβαίνειν, nisi οὐδέτερον olim fuit scriptum.

6. φασὶν ἐπὶ τῶν ὀρνίθων — καὶ δυνάμεσι] *ut avium immutari et colorem et figuram et vires aiunt* G. qui verbum μεταβάλλειν vel aliud simile additum legit. Sed praeterea ἐν χρώμασι scribendum puto. Nam nimis orationem duram efficit, si iungere velis συμβαίνειν ἐπὶ τῶν ὀρνίθων καὶ τοῖς χρώμασι καὶ τοῖς σχήμασι καὶ ταῖς δυνάμεσι.

κἂν θαυμάσειεν] *mirari quispiam potius debeat, si non his quoque possit eiusmodi quicquam accidere* G. ἐνταῦθα igitur retulit ad plantas, eodemque pertinet sequens ταύτην τὴν φύσιν. Quod si εἰ μὴ *nisi* vertas, alia sententia et contraria exit. Potius igitur εἰ μὴ est *quidni, cur non,* uti solet εἰ sequi post verbum θαυμάζειν.

ἀτακτοτέραν — ταύτην τὴν φύσιν] Med. οὐ τακτοτέραν καὶ — ταύτην εἶναι. *neque enim minus conditam minusque distinctam naturam hanc esse consentaneum est, sed validiorem etiam esse credendum forsitan est* G. confusa geminа suspicione philosophi in unam propter additam priori membro negationem. In rerum naturalium ordine universo corpora plantarum minus ordinata membra quam aves, magisque confusa habere constat: igitur ad genus minus per-

fectum pertinent: mutatio etiam vel singulorum membrorum vel totius formae multo facilior in his, quam in natura avium magis expressa membris atque ordinata.

τάχα δ' ἰσχυροτέραν] A. B. *δι' ἰσχυροτέραν*. Intellige *εἰκὸς* ad hoc membrum et ad sequens, *διὸ καὶ μεταβάλλειν οὔτε ἐν χρώμασιν*. Nam praepositionem *ἐν* hic quoque additam malim. *sine ulla coloris vel alicuius corruptione* G. deinceps *φθορομένην* Med.

καὶ τοῦτο ἐν ὀλίγοις, ὥστε] *idque in paucis fieri* G. qui *συμβαίνειν* vel *γίγνεσθαι* additum legit. deinceps *ὥστ' ἔνια* Med.

7. *Ἀλλ' αἱ μεταβολαὶ*] *mutationes vero, ut supra diximus* G. unde *αἱ δὲ μεταβολαὶ* scripsi.

καὶ ὅλων τῶν δένδρων τούτων] *et magnitudine tam ipsarum plantarum quam fructuum foliorumque fieri solent. Folia enim angustiora latiora redduntur: et ad summam, plantae ipsae ad hunc modum diversae efficiuntur* G. Is igitur verba *αὐτῶν τε τῶν δένδρων καὶ τῶν καρπῶν καὶ τῶν φύλλων* scriptum legit. Deinde additum legisse videtur membrum aliud, quod vertit: *et ad summam — diversae efficiuntur*. In vulgata *ὅλως αὐτῶν τῶν δένδρων* scriptum legisse videtur. Pronomen *τούτων* abundat; aut ex integriore scriptura reliquum est.

8. *Διόπερ οὐ πᾶσιν ἄριστος*] *non omnibus solum idem aptissimum est* G. Igitur *ὁ αὐτὸς ἄριστος* plenius scriptum legit. Med. *πᾶσιν ὁ ἄριστος* habet, et deinceps *λιπράν*.

ἀμμώδη τινὰ — ῥάφανος] Nihil variat Gaza: sed cum supra c. 5, 4. sit *διὸ καὶ ἐν ταῖς ἁλμυρίσιν ἡ ῥάφανος ἀρίστη*, apparet hic scriptum fuisse olim *ἁλμώδη*, quod vocabulum saepius cum altero permutatum fuit. Infra 6, 10, 8. *ἐπεὶ τό τά γ' ἐν τοῖς ἁλμώδεσι φυόμενα ἔχειν ἁλμυρίδα τινὰ οὐκ ἄλογον — ἔνια δὲ καὶ εὐχυλότερα καὶ βελτίω γίνεσθαι, καθάπερ τὴν ῥάφανον*. Geoponica 12, 17, 1. *ὅτι τὴν κράμβην ἐν ἁλμυρῷ τόπῳ σπείρειν προσήκει*.

ἢ γὰρ τὸ οἰκεῖον — ἁρμόττον] *aut enim quae naturae conveniat, aut quae viribus roborique congrua sit* G. Scaliger ita annotavit: Vult dicere duplex commodum, aut *ἁπλῶς*, veluti cum dicimus terram bonam, intelligimus naturae bonae, in natura communi, pinguem, profundo sulco, laetam et eiusmodi, aut *πρός τι*: ideo dixit *ἁρμόττον*: quia pulicariis, botryi, artemisiae tenuifoliae, crethmo, aliis, illa bona non bona est. Levicula menda fefellit virum egregium. Excidit enim in priore membro *πρὸς*, et scribendum: *ἢ γὰρ*

τὸ πρὸς τὸ οἰκεῖον τῆς φ. nempe (τὸ τῆς γῆς) πρόσφορόν ἐστι: ut in altero membro ἢ τὸ πρὸς τὴν ἰσχὺν καὶ δύναμιν ἁρμόττον. Med. διττῷ habet.

ἡ λεπτὴ] Heinsius e G. versione γῇ addiderat, cum ex antecedente oratione χώρα πρόσφορός ἐστι commode possit intelligi. Infra 3, 6, 8. εἰ μὴ ὅσα διὰ τὴν ἰσχὺν λαμβάνοντα πλῆθος τροφῆς ἐξυβρίζει, καθάπερ ἡ ἀμυγδαλῆ· ταύτῃ γὰρ ἡ λεπτόγειος οἰκειοτέρα καὶ τόπος εὐδιεινὸς καὶ ευειλος. Coelum calidissimum amare cum Geoponicis 10, 57, 2. testatur Palladius 2, 15, 6. sed hic ibidem addit, amare agrum durum, siccum, calculosum. E Magone Plinius 17. s. 11. gaudere et dura calidaque terra: in pingui aut humida mori ac sterilescere tradit.

Καθόλου δὲ περὶ τῶν δένδρων· ἀλλὰ δὴ τὸ] *ut in universum de arboribus ante retulimus* G. integriorem scripturam Medicei, εἴρηται πρότερον, secutus. Vinar. δὲ εἴρηται habet. Med. antea ἐξυβρίσας — καθόλου περὶ.

AD CAPVT XVII. (VVLGO XXIII.)

τὸ ὑφέαρ] Ita A. B. ὕφεαρ dedit Heinsius. ἀφέαρ Vinar. Viscum significat ἰξία: loranthum europaeum στελίδα interpretatur Sprengel p. 88. ὑφέαρ et ἰξίαν nominavit historia 3, 16, 1. unde sua transtulit Plinius 16, 30. Hesychius: ὕφεαρ, τὸ ἐπιφυόμενον ταῖς πεύκαις καὶ ἐλάταις. Plinius 16, 44. s. 93. *Visci tria genera: namque in abiete ac larice stelin dicit Euboea nasci: hyphear Arcadia. Viscum autem in quercu, robore, pruno silvestri, terebintho, nec aliis arboribus adnasci, plerique copiosissimum in quercu, quod dryos hyphear vocant. In omni arbore, excepta ilice et quercu, differentiam facit odor virusque, et folium non iucundi odoris, utroque visci amaro et lento.* Postrema equidem sana non praestiterim. Palmerius hic propter sequentia scribi voluit ἰξία, ἡ καὶ στελὶς, καὶ τὸ ὑφέαρ, p. 605.

ὧν τὴν μὴν — ἰξία κοινῇ φασιν, οἱ μὲν εἶναι] Haec est Heinsianae scriptura prava. A. B. Med. τὴν μὲν habent. *viscum commune. Haec naturam eandem omnia habere quidam affirmant* G. C. Hoffmann κοινὴ scriptum maluit: Palmerius κοινῇ intellecto διαλέκτῳ interpretabatur. Med. ὑφρέαρ — κοινην φασίν — γὰρ ὑφρέαρ. deinde ὑφέαρ habet. Sed reliqua etiam sunt vitiosa, ita auctore Gaza scribenda: Οἱ μὲν οὖν φασιν εἶναι πάντα μίαν φύσιν — διαφέρειν δοκεῖν. Vulgo erat διαφέρειν καὶ δοκεῖν. Nunc de

sensu videamus, ut de Palmerii emendatione iudicium fieri possit. Nam vitiosum esse alterutrum Theophrasti locum apparet. Si vera enim est huius loci scriptura, tum deinceps scribi debuit: ἔνθεν μὲν ἰξία, ἔνθεν δὲ στελὶς ἢ ὑφέαρ. Verba ἡ δὲ ἰξία κοινῇ significant, et Arcades et Euboeenses uti vocabulo ἰξία, ut non solum ex antecedentibus apparet, sed firmat etiam locus historiae 3, 16, 1. ubi in ilicis diversis partibus ἰξίαν et ὑφέαρ nominavit. Hoc si tanquam certum ponimus, tum deinceps debuit esse: ἔνθεν μὲν ἰξία, ἔνθεν δὲ στελὶς ἢ ὑφέαρ, aut: στελὶς ἢ ὑφέαρ, ἔνθεν δὲ ἰξία. Priorem rationem equidem secutus sum. Postea dubium videri possit, num, qui diversitatem statuebant, de tribus nominibus an de duobus στελὶς et ὑφέαρ intelligi voluerint. Prior Theophrasti locus posteriori opinioni favet. Ceterum Hesychius ex hoc loco posuit: στελὶς, περὶ φυτῶν, τὴν ἰξίαν ὑπὸ Εὐβοέων. Sed idem: ἀστυλὶς, φυτὸν, ὅθεν ὁ ἰξός. Videtur igitur ἀστελὶς olim dictum fuisse, ut σταφὶς et ἀσταφίς.

τερμίνθῳ] Plinius: *pruno silvestri, terebintho*, ubi Codd. *primo* habent: Harduinus *piro* malebat.

2. Οἱ δὲ διαφέρειν] Intellige φασὶν e superiore oratione. Sequens εἰ γὰρ ἀληθὲς G. rectius scriptum legit εἴ γε ἀληθὲς, et vertit: *siquidem vere narrant.*

καθ' ἑκάτερον τῶν μερῶν] *diversis partibus* G. Intelligi arborum partem meridionalem et septentrionalem, docet locus historiae supra annotatus.

ἀλλ' οὐδὲ τοὺς καρποὺς] A. B. Heins. οὐδὲ καρποὺς: margo B. ἀλλὰ καὶ καρποὺς habet e versione G. qui praeterea ἀνομοίους scriptum legit. Vertit enim: *non modo formas sed etiam fructus dissimiles habere hanc confirmant.* Egregie Vinar. liber ἀλλ' οὐδὲ τοὺς καρποὺς scriptum habet.

Med. μορφὰς. ἐν καὶ καρποὺς cum signo vitii habet. Vulgatum deinceps ὁμοίως scriptum malim, quanquam et illud defendi possit. In priore membro intelligitur post οὐ μόνον negatio οὐ, ut in latino *non modo* pro *non modo non.*

καίτοι — διατηρεῖται] *atqui id quidem observari ubique par est* G. Equidem puto, haec etiamnum pertinere ad argumentationem tres diversas species statuentium. Igitur καὶ τοῦτό γε — διατηρεῖσθαι scribendum esse censeo. Theophrasti iudicium incipit a verbis ἐπεὶ τό γε.

ἀείφυλλον εἶναι τῶν ἰξιῶν] Cum G. e Codice Anglicano et Vinar. addidi τὴν δὲ φυλλοβόλον. Plinius: *Adiiciunt discrimen visco, in his quae folia amittant et ipsi decidere: contra inhaerere nato in aeterna fronde.*

κἂν ἢ μὲν ἀειφύλλοις — ἐμβιώῃ] Ita A. B. Med. ἀεὶ-φυλλος — βιώῃ dedit Heinsius. Cum G. scripsi μὲν ἐν ἀειφύλλοις — ἐμβιώῃ: qui vertit: *si quidem aliud virentibus semper arboribus, aliud frondem amittentibus insidet.* Praeterea κἂν in ἂν mutandum videtur.

3. σπέρματα τὰ τοιαῦτα] *Si vero semina quoque aliqua eiusmodi sint* G. qui τινὰ τοιαῦτα scriptum legisse videtur. Interim inutile τὰ omisi.

Βαβυλῶνα — ἐπισπειρόμενον] Plinius 13, 23. s. 46. *Non omittendum est et quod Babylone seritur in spina, quoniam non alibi vivit, sicut viscum in arboribus: sed illud in spina tantum, quae regia vocatur. Mirum quod eodem die germinat, quo iniectum est: iniicitur autem ipso canis ortu, et celerrime arborem occupat. Condiunt eo vinum, et ideo servant. Spina illa nascitur et Athenis in longis muris.* Noster supra 1, 10, 5. spinam regiam nominat inter sero germinantia. Patet ita, Plinium e communi fonte notitiam hausisse cum Theophrasto. Is fuisse videtur scriptor, comes Alexandri in expeditione Asiatica, fortasse Athenis oriundus, aut qui ibi scholas philosophorum Aristotelicorum frequentaverat. Semen id Cassutae esse suspicabatur ad Plinium Dalecampius. Si Plinius vere arborem dixit, spina haec regia multum differt a Theophrastea 1, 10, 5. ubi post ἀκανθώδη καὶ ποώδη καὶ ῥιζοκέφαλα nominantur in exemplo scorpiurus, tiphya, spina regia et λείριον. Si, quae sect. 10. traduntur, consideraveris, iterum dubitabis, an eadem spina sit, cum sero et sub canis ortum demum germinare dicatur, quod idem de spina regia traditur 1, 10, 5. Accedit, quod Plinius e communi fonte tradit, eandem spinam Athenis in longis muris, qui ex urbe ad Piraeeum portum deducti erant, nasci. Quae quidem comparatio excludere videtur suspicionem de mimosae genere.

καδύτας] Hesychio κασύτας Συριακὸν βοτάνιον. Plinius 16, 44. s. 92. *Quaedam enim in terra gigni non possunt, et in arboribus nascuntur. Namque cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt, sicut viscum. Est in Syria herba, quae vocatur cadytas, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese. Item circa Tempe Thessalica, quae polypodion vocatur, et quae dolichos et serpyllum.* ubi Codices alii *cassytas*, quidam *castas* habent scriptum: priorem scripturam praetulit Salmasius. Ceterum in verborum structura difficultas inest. Primo quidem membro, εἰ δὲ καὶ σπέρματα τὰ τοιαῦτά ἐστιν, bene respon-

dent haec, *τῇ μὲν ἔλαττον εἴη, τῇ δὲ πλεῖον τὸ θαυμαστόν.* ubi male A. B. *ἐλάττων — πλείων* habent. Sed cum secundo tertium non congruit: *οἷον τὸ ἐπισπειρόμενον — φασὶν — ἀναβλαστάνειν.* discrepat enim: *ἔτι δὲ τὸ — βοτάνιον, ὃ — καδύτας — ἐμφύεται,* tum sequi deberet: *ἔτι δὲ τὸ — βοτάνιον, τὸν καλούμενον καδύταν — ἐμφύεσθαι,* aut: *ἔτι δὲ εἰ τὸ — ὃ — καδύτας — ἐμφύεται.* G. postremum membrum disiunxit ita, ut sensum obscuraret: *Hinc porro anceps admiratio redditur, ut ratione alterutra magis minusve miranda sit res.*

ἀμφότερα — ὁτὲ μὲν] *quippe utrumque in iis evenit, quae cum admirabilia — sint, magno tamen numero possint reperiri: alias enim minus miramur, ut de re fieri solita, alias vehementer miramur multitudinis causa* G. Brevius Scaliger: *Horum enim utrumque, tum semen, tum cadytas, quantum auget numerum talis naturae, tantum adimit obtrectationis.*

ὡς πεφυκὸς οὕτω, μὴ θαυμάζειν] *ut de re ita fieri solita* G. *οὕτως* Med. Ut rem, quam rerum fert natura, minus miramur: nam apparet, non esse naturae legibus contrariam, quia in pluribus generibus reperitur. Contra haec ipsa multitudo et frequentia rei facit admirationem: nam si semel aut raro accideret, minus admirationis haberet.

4. *Ἀλλὰ καὶ τὸ γινόμενον — πολλοῖς*] *imo vero non est novum aliquid in multis creari, ut ederam* G. Scaliger: *non solum non est ἄτοπον, verum passim etiam invenitur.* A. B. articulum τὸ omittunt. Gazae scripturam non assequor, qui sequentia ita vertit: *et quod mirabilius, visum esse in cornibus etiam cervi aliquando.* Videtur igitur is potius scripsisse: *imo vero hoc est novum, aliquid in multis creari,* scriptumque legisse: *ἀλλὰ τὸ καὶ γίγνεσθαί τι ἐν πολλοῖς, ὥσπερ ὁ κιττός.* quae quidem scriptura vel huic similis vera mihi videtur.

ὅτι καὶ ἐν ἐλάφου] A. B. *ἔτι καὶ ἐλάφου.* Scaliger *ὅτι* scribi iussit; *ἐν* inseruit Heinsius. Aristoteles h. a. 9, 5. *ἤδη δ' εἴληπται ἀχαΐνης ἔλαφος ἐπὶ τῶν κεράτων ἔχων κιττὸν πολὺν πεφυκότα καὶ χλωρὸν, ἁπαλῶν ὄντων τῶν κεράτων ἐμφῦντα, ὥσπερ ἐν ξύλῳ χλωρῷ.* ubi plura dicta sunt in annotatione. Post *τέρμινθος* cum Med. *δὲ* omisi.

ἐπί τισι δένδροις] Plinii locum aliunde ductum supra posui, ubi miraculum ad Thessalica Tempe transfertur. Post *πολυπόδιον* e Med. *καλούμενον* adieci. *vocitatum* G. vertit.

καὶ ἐν δρυῒ — προφαίνουσιν] *laurum aliquando ortam*

in platano et quercu — interpretantur G. Supplevit igitur, quod in graecis deest, participium, φῦσα vel φυομένη. Ceterum Hesychius: προφαίνων, προλέγων, προδηλῶν. Idem: προέφηνε, προέδειξε. Alibi: πρόφαντον, λόγιον, θεοπρόπον, προδεδηλωμένον. Plutarchi locum ponunt Lexica: ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς προφαίνεσθαι θεῶν μῆνιν, i. e. significari extis quasi ostento deorum iram. Fortasse hinc προφήτης derivatur. A communi enim fonte φάω et φαίνω fluunt: hinc Pindarus πρόφαντον, altero loco πρόφατον, illustrem dixit.

εἰς γεῶδες γεγενημένον] *in partem arboris pene conversam in terram* G. qui addita legit verba τι τῶν δένδρων, vel similia.

5. Ὃ καὶ — εἴπερ ἦν, οὐκ ἄτοπον] E Med. ὃ accessit. *Quod etiam de edera — si verum sit* G. At praeceptor asseverat: ὦπται ἤδη ἔχων. Deinceps A. B. Med. ἀλλὰ τὰ habent.

καὶ συμβιωτὰ τα φυτὰ — ζῶα] A. B. σύμβρια. margo B. σύμβιά τὰ φυτά. *Enimvero plantas quoque more animalium amicas inter se et socias esse, credi forsitan potest* G. Vinar. etiam cum Med. dat σύμβια. Heinsiani συμβιωτὰ cognitorem nullum habemus. Ceterum verba τὰ φυτὰ cum Med. mutata eodem auctore in καὶ τὰ φυτὰ post ζῶα collocavi.

ἐκ διαφθορᾶς] Vulgatum διαφορᾶς e versione G. et Havn. 1. correxit Moldenhauer, et ante eum Palmerius p. 605. Havn. 2. cum Vinar. dat εὐαφθορᾶς.

προΐονται] Debetur hoc barbarum Heinsio. προαιρῶνται A. B. Med. *quae fructum devoraverint, excrementum in arbore egesserunt* G. προΐωνται scribi iam olim iusserat Scaliger. Praepositionem ἐπὶ ante τῶν δένδρων Heinsius addidit, et habet Vinar. liber. Narrationem Theophrasteam sequitur proverbium de turdo viscivoro: *turdus ipse sibi malum cacat.* Millerus contra, hortulanus Britannus, semen viscidum, rostro adhaerens, affricari trunco arboris et ramis posuit.

αὐτὸς ὁ καρπὸς] G. male *semen ipsum* vertit, cum deberet *solum.* At ex antecedente narratione et sectione 8. apparet, scriptum hic fuisse: αὐτὸ τὸ σπέρμα σωζόμενον.

6. Ἔοικεν οὖν] Aliter G. *Proximum tamen quoddam — evenire apparet.* Scriptum igitur μέντοι vel δὲ legisse videtur, et quidem rectius.

λαμβάνει τροφὴν] Defectum nominis celavit G. vertendo *alimentum capitur.* In graecis verbum desiderat τὸ ἐμφυτευόμενον vel ἐμφυτευθέν: nam singularis λαμβάνει non con-

grait cum plurali numero ταῖς ἐμφυτείαις — ἐνοφθαλμισμοῖς.

Τοῦτο δὲ πάλιν οὐκ ἔοικεν] *Hoc autem neque de visco — dicendum videtur* G. In graecis verbum ἔοικεν aut iungi debet cum sequente εἶναι, aut excidit ἀληθὲς vel simile vocabulum.

ὑποζύγια χιλεύουσι] A. B. Med. χυλεύουσι. Correxit Rob. Constantinus in Lexico. Antea ὕφθαρ Med. Plinius 16. s. 93. *Hyphear ad saginanda pecora vtilius. Vitia modo purgat primo, dein pinguefacit, quae suffecere purgationi. Quibus sit aliqua tabes intus, negant durare. Ea medendi ratio aestatis quadraginta diebus. — Omnino autem satum nullo modo nascitur, nec nisi per alvum avium redditum, maxime palumbis ac turdis. Haec est natura, ut nisi maturatum in ventre avium non proveniat.* Quae sunt quidem aliunde ducta, illustrant tamen locum Theophrasti. Hodie in pabulo iumentorum aut armentorum receptum viscum nusquam legi, praeterquam capras eo pasci in Helvetis tradit *Ehrhart Beiträge* III. p. 28. sed virtutem antiepilepticam medici multi praedicant.

ἔτι δὲ καὶ — μηνύει τὴν ἰσχὺν] *quam bonis sit viribus sua planta, latissime indicat* G. In graecis deest argumentum virium, quod sequentia demonstrant huiusmodi fere fuisse: ὅς γε διαβιάζεται βλαστάνων τὸν φλοιόν.

7. Ἀλλὰ μὴν εἴ γε ἰσχυρὰ — καθ᾽ αὑτὰ] Neutrum genus neque numerus pluralis non congruunt cum antecedente ὁ καρπὸς τῆς ἰξίας. Et statim sequitur εἰ δ᾽ αὖ ψυχρὸν ἔχει τὸ σπέρμα, ad solum viscum (ἰξίαν) referendum. Igitur nec σπέρματα supplere aut intelligere licet, sed scribendum videtur: ἰσχυρὸν — ἀσθενὲς τὸ σπέρμα — καθ᾽ αὑτό.

διαβιάσασθαι γὰρ τὴν γῆν] Ita cum Med. scripsi pro διαβιάσεσθαι. G. plenius: *quippe quae viribus valent, terram vi sua disiungere seque abscondere possunt, quod lupinum etiam facit.*

θέρμος] Vulgatum θερισμὸς e versione G. cum margine B. et Havn. 1. 2. correxit Moldenhauer. Accedit Vinar. Histor. pl. 1, 7. extremo: τὸ γὰρ τῶν θέρμων θαυμαστὸν ἧττον, ὅτι, ἂν ἐν ὕλῃ βαθείᾳ σπαρῇ, διείρει τὴν ῥίζαν πρὸς τὴν γῆν, καὶ βλαστάνει διὰ τὴν ἰσχύν. Ibidem 8, 11. καὶ τὸ ὅλον δὲ οὐκ ἐθέλει θέρμος κρύπτεσθαι τῇ γῇ· διὸ καὶ οὐχ ὑπαροῦντες σπείρουσι. Unde patet, additamentum Theodori esse a re alienum, et ex ingenio eius natum, non e libro scripto.

ἔχει τὸ σπέρμα] G. plurali numero *habeant* vertit, fortasse ad tria genera, *ἰξίαν*, *στελίδα* et *ὑφέαρ*, referens.

ἐπεὶ καὶ σευτλίων ἔνια] Margo B. *τευτλίων* habet. *betarum aliquas* G. Articulum *τῶν* e Med. addidi. Deinceps *διαφύεσθαι* — *διαβλαστάνειν* Med. habet.

οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ταύτῃ] Secundum *οὐδὲ* ex A. B. Med. restitui. Sed quid sibi vult *ταύτῃ?* *hac ratione* interpretari non licet: nec magis referre ad nomen *ἰξίας*. Nam de solo semine sermo est. G. omisit. Vertit enim: *neque enim periculum esse, ut putrescant, intelligi potest.* Equidem non dubito fuisse scriptum: *οὐδ᾽ ἐν τῇ γῇ κίνδυνος*. De re vide ad histor. 7, 1.

καὶ τοῦτο] Intellige *τὸ τῶν τευτλίων σπέρμα*. Sequens *ἐπιξυνδεῖ* G. vertit: *nodum arctius alligat.*

8. *τά τε ἐν ταῖς πίναις ἢ καὶ ἄλλα ὅσα*] Med. *πίνναις* habet. *ut quae in conchis nascuntur et in caeteris aptis praestare animalibus pabulum* G. multifariam aberrans. Sed is disiunctivum *ἢ* omisit recte, quod delevi. Praeterea *καὶ ὅσα ἄλλα* scriptum legisse videtur rectius: alioqui deberet esse *καὶ ἐν ἄλλοις ὅσα*. Verbum *ζωοτροφεῖ* significat alere animal tanquam hospitem una cum altero habitantem, ut pinna alit hospitantem secum pinnoteren cancrum.

τῶν μὲν οὐκ ἔχομεν — λέγειν] Animalium nempe parasiticorum, quae in conchis et cochleis habitare solent: at plantarum parasiticarum generationem videmus in visco qua ratione natura administret.

ὀρνίθων προσφορᾶς] *a pastu avium* G. rectius, quam Scaliger *allatione.* Deinceps *ὅπερ καὶ ἐπ᾽ ἄλλων* restitui ex A. B. Med. copulam *καὶ* omiserat Heinsius.

ἡ κίττα] *pica* G. sed is aliena adiungit: *glandes reponentes obruunt terra.* *κίχλα* ex Aldrovando Ornithol. 16. f. 269. reponi voluit C. Hoffmann. At tu vide praeceptoris hist. animal. 9, 13. Sequens *γὰρ* post *περιαιρεθέντος* tanquam alienum damnavit Scaliger. *ἰξὸν* vocat nunc succum glutinosum baccarum visci, e quo resinam elasticam Americanam imitari docuit chemicorum industria.

ψυχρότατον σὺν τῷ] Med. *ψυχρότατον μία τῷ* — *καὶ τῆς δένδρου* habet, ubi quid varietatis lateat, nondum excogitavi: an *ἅμα τῷ?*

τινὰ μεταβολὴν] Haereo in *μεταβολῇ*, nec intelligo, in cortice emolliendo, an potius in semine condendo et custodiendo facta aliqua putredine sequatur mutatio arboris ab emisso stercore avis.

9. εὐτροφίαν] Heinsiana εὐτροπίαν dedit: *pabuli copiam* G.

ἱστορίαις ταῖς περὶ τούτων] haec ad animalia eorumque historiam referri, manifestum esse mihi videtur. Respicit igitur praeceptoris libros, quos ἱστορίας περὶ ζώων inscriptos fuisse docui in Praefatione ad istos libros p. X.

ἐνταῦθα] in tractatione de plantis earumque generatione.

οὔτε γὰρ ἴσως] Aut repetendum λεκτέον ὅτι, aut ἴσως mutandum in οὕτως, et post βίος addendum ἂν ἦν.

καρκῖνον] Intelligit pinnoterem, de quo ad Aristot. h. a. 5, 13. p. 320. dictum. πίνναις iterum Med. habet.

οὐθ' ἡ τῶν μελιττῶν] Vulgatum οὐδ' hic et deinceps, ubi erat οὐδὲ ἡ τοῦ κόκκυγος, propter antecedens οὔτε γὰρ ἴσως correxi. μελιτῶν Med.

διὰ τὸν γόνον] *nisi a sua prole adiuvaretur* G. nec Scaliger verum vidit. Apes foetum e floribus plantarum collectum afferre, Graeci antiquissimi sunt opinati. Aristot. gener. anim. 3, 10. ἀνάγκη γὰρ ἤτοι φέρειν αὐτὰ ἄλλοθεν τὸν γόνον, ὥσπερ τινές φασι, καὶ τοῦτον ἢ φυόμενον αὐτόματον ἢ ἄλλου τινὸς ζώου τίκτοντος. Hinc illud Virgilii Georg. 4, 200. *Verum ipsae e foliis natos et suavibus herbis ore legunt.* Cf. ad hist. anim. 9, 28. p. 219.

ὑπολαΐς, ἧς εἰς τὴν νεοττίαν] A. B. Med. ὑπολωΐς καὶ εἰς. Heinsiana dedit ἀπολαΐς, ἢ καὶ εἰς. Correxit Moldenhauer e magistri hist. anim. 9, 29. *neque coccygis genus extaret, nisi sua ova alieno in nido supponeret* G. ubi Heinsiana absurde *curruca* adiunxit. Med. μὴ ὢν — νεοτίαν habet.

Ἀλλ' ὥσπερ καὶ φθοραὶ] Vulgatam vertit etiam G., ubi deest comparationis prius nomen, animalia, quibuscum plantae comparantur. Igitur ἐν τοῖς ζώοις inserui. Deinceps Med. καὶ ἀλλήλων habet.

διήκειν] *sic etiam plantarum generi operam ab animalibus ipsis praestari* G. *perveniunt beneficia* Scaliger. In graecis e priore membro repetendum φθορὰς καὶ σωτηρίας τινάς.

10. εὐαφὲς] *agilem ad generandum* vertit G., quem εὐφυὲς scriptum legisse putabat Scaliger: sed verba duo postrema reddunt graeca πρὸς τὴν διαβλάστησιν. Potius G. εὐαγὲς reddidisse videtur: *aptabile* vulgatum interpretatur Scaliger. Hesychius cum Suida εὐμάλακτον interpretatur.

Ceterum articulum τὸ post εἶναι cum A. et Med. omisi: sed iidem libri eundem ante δὲ ταχὺ omittunt.

AD CAPVT XVIII. (VVLGO XXV.)

τῶν φύλλων] *foliis putrescentibus* G. unde φύλλων Heinsius addidit. Deinceps ξυμβαίνει Med. dedit.

φυτοῖς ἐπισπείρουσι] recte G. *plantis vitium interserere solent.*

θηρίων ἐν ταῖς ῥαφανίσι· τοὺς ὀρόβους] Ita A. B. Med. *quaeque oleribus interponunt vel eadem de causa vel propter bestiolas, quae in plerisque nascuntur, ut ervum serere inter radices consuevere contra papiliones* G. unde vulgatam scripturam inserto δὲ et distinctione correxit Heinsius scribendo θηρίων. ἐν δὲ ταῖς. Rectius Vinar. liber dedit θηρίων, οἷον ἐν ταῖς ῥαφ. Repetitur observatio infra 3, 11, 3.

2. αὐτομάτοις τῆς φύσεως] *quae sua sponte natura progenerat* G. Mihi ἐκ τῆς φύσεως ὑπάρχειν scribendum videbatur. Deinceps A. B. Med. ἄλλως τε εἰ καὶ habent.

πρὸς δένδρα καὶ περὶ ἄλλον καυλὸν τυγχάνει] *quae arboribus sustinentur atque amplexicaulia sunt* G. Legit igitur rectius scriptum περιαλλόκαυλα, ut historiae 7, 8, 1. Igitur non dubito, fuisse etiam πρόσδενδρα scriptum, ut ἰσαδενδρὰς vitis arbustiva dicitur. Vulgata certe scriptura sine addito aliquo verbo ad δένδρα et ad καυλὸν ferri non potest.

ταῦτα γὰρ τὰ πρὸς ἑτέρῳ] *Haec enim aliquid, cui incumbant, quaerunt* G. Statim sequitur: πάντα γὰρ ταῦτα ζῇ πρὸς ἕτερον. Scaliger πρὸς ἕτερον ἐρείδεσθαι h. l. interpretatur. Hoc in loco verbum διώκει flagitat accusativum: igitur τὸ fuit olim scriptum, non τά. Ita vero sequens πρὸς ἑτέρῳ ferri nequit, etiamsi cum Scaligero ἐρείδεσθαι suppleas: neque enim ita verbum διώκει congruit. Igitur in altero loco ζῇ πρὸς ἑτέρῳ scribendum suspicor, aut utroque loco προσέτερον, nova voce, ut πρόσδενδρα: et hoc quidem in loco τὸ προσέτερον, altero vero ζητεῖ τὸ προσέτερον.

σικύα — ἕρπυλον καὶ ἡ ἀσίνη] *serpylum et volucrum* G. συκία A. B. Med. Verum ἰασιώνη scriptum legit G. quod iam olim Scaliger restitui voluit, et Bodaeus ad histor. 1, 21. p. 63. ἀλσίνη malebat Dalecampius. Vulgatum ἕρπυλον correxi. Med. ἕρπυλλον habet. Genus aliquod thymi repens, quale in Lusitania viderit, intelligi, suspicatur Linckius. Ceterum huius

loci non recordabatur Gallus *Thiébaut*, cum in *Examine* p. 47. iasionem histor. 1, 13, 2. compararet cum aquilegia vulgari Linn. falsus verbis vitiosis τοῦ χειρίου τὸ κάτω μέρος.

πάντα γὰρ ταῦτα ζῇ πρότερον] Hanc A. B. Med. scripturam depravavit Heinsius scribendo ζῇ παρ' ἄλλοις πρότερον. *haec enim omnia vitam apud aliud agunt* G. unde iam olim Scaliger cum margine B. emendaverat ζῇ πρὸς ἕτερον. quam scripturam ex Havn. 1. 2. confirmavit Moldenhauer. Accedit Codex Anglicanus et Vinar. Plura de h. l. antea dixi.

μὴ ἔχοντα δὲ, χαμαίκαυλα] *quod si obtinere non valeant* G. In graecis deest nomen. In loco simillimo de eadem re histor. 7, 8, 1. ἔνια δὲ περιαλλόκαυλα· μὴ ἔχοντα δὲ ποῦ προσπέσωσιν, ἐπιγειόκαυλα, reperies, quae aut quibus similia, veluti τὸ ὑπερεῖσον, hic puto excidisse.

καὶ ἄμπελος τοιοῦτον] Articulum ἡ interserui. Deinceps ἢ οὐχ ὁμοίως, καὶ ἀκμὴν ἔχουσα μὴ ἔχουσα τὸ ὑπερεῖσον dedit Heinsius. ὁμοίως καὶ ἀκμὴν ἔχουσα τὸ ὑπερεῖσον A. B. Med. *aut certe non aeque posset, nisi robur, et quo se sustentaret, haberet* G. ubi pessime Heinsius de suo addidit verba *robur et*. Iam olim Scaliger recte emendaverat: ὁμοίως εἰ μὴ ἔχουσα τὸ ὑπερ. Moldenhauer ita: ὁμοίως καλὰ μὴ ἔχουσα τὸ ὑπερ. Dalecampius: ἀκμάζουσα μὴ ἔχουσα. Vinar. dat: ἢ οὐχ ὁμοίως μὴ ἔχουσα.

ῥιζία τὰ ἐκ τῶν βλαστῶν] *germinibus undique prosilientes radiculas gerit* G. ῥίχεια A. B. Med. ῥιζία Vinar. dat.

3. ἡ ἀσίνη] *volucrum, lupinus, siliqua* G. Igitur iterum hic ἰασιώνη scriptum legit, quod restitui. In lupino haeret mecum Linckius, cuius species volubilis hodie non est nota. Infra tamen de eodem est 3, 1, 5. ὁ θέρμος ἄκαρπος γίνεται καθάπερ ὑλομανῶν καὶ ἐξυβρίζων. Suspicor igitur, nomen communicasse θέρμον in usu vulgari Graecorum cum alio genere volubili, veluti lathyro Linneano. Pro ἐπιμένει Med. πημαίνει habet, et ἡ δόλιχος.

τὰ μὲν τῷ κωλύειν] *cetera quidem prohibendo, edera vero infixa etiam rapit* G. igitur recte ἐμφυόμενος scriptum legit, ut annotavit Scaliger, non ἐμφυόμενον. In verbis τῷ κωλύειν haereo: quid enim significant post illa, τὴν τροφὴν ἀφαιρούμενα? Cum ἐμφυόμενος sit oppositum, videtur circumplexus in verbo vitioso latere. Neque enim verbum κολούειν, nec μολύνειν, quae saepissime cum verbo κωλύειν a librariis permutata fuisse reperiuntur, hic locum habere videtur.

ἀφαναίνεται δὲ τελέως] *exsiccat vero penitus, cum arbo-*

ris summa complexa concreverit G. Scaliger in verbo adhaesit, quod positum videtur pro ἀφαναίνει, nisi e mala pronunciatione verbi cum sequente δὲ nata est forma passiva.

τότε γὰρ πέττει καὶ ἐξαιρεῖται] *alimentum aufert atque percoquit* G. non meliore sensu. Scaliger in verbo πέττει merito adhaesit. Dubitationi succurrit observatio a Linckio meo mihi suggesta, hederam, dum amplectitur vel arborem vel parietem, fructum non ferre: postquam vero arborem vel parietem exsuperaverit et supereminentem et flores et fructum ferre. E morte igitur arboris maritae fructum concipit hedera. Apparet igitur, verba τὸν καρπὸν excidisse, quae addere sum ausus; et e Med. καὶ ante πέττει.

4. λαβεῖν τὰς βλάβας] *pleraque etiam alia plantis comperire damnosa* G. In graecis abundat τε post ἄλλοις, nisi fuit ἄλλοις τε καὶ πλείοσι. Deinceps suspicor, τοιαύτας βλάβας scriptum olim fuisse.

ὥσπερ ἐν τοῖς ζώοις] Praepositionem ἐν addidit Heinsius. Deinceps articulum ante δριμύτητα addidi. Rem eandem tradit histor. 5, 20.

κατεσταμνισμένος] A. B. Med. καταεσταμνισμένος. *quod amphoris continetur* G. Scaliger τὸ γυμνὸν vasis tenuitatem significare putabat. στάμνου κατεαγότος κεφαλὴν ἀντὶ θράνους posuit Aristophanes Pluti versu 545. ubi Scholion monet, libros alios κεραμίου exhibere, cum quo permutatur σταμνίον etiam apud Demosthenem contra Lacritum p. 933. ed. Reiskii. Καταστασμνισμὸς restituendus Dioscoridi 1, 72. ubi καταστα-θισμὸς vulgatur. Vasa figulina omnia vinaria fuisse veterum Graecorum, non est, quod admoneam. Nicostratus comicus Athenaei 11. p. 499. (353. Schw.) λαγύνους κατεσταμνισμένους τρίχους habet: ad quem locum Casaubonus e Polluce 7. s. 162. monet, κατασταμνίζειν τὸν οἶνον esse vinum diffundere, sive e vase in aliud transfundere, vel e dolio in lagenas diffundere. De vino Columella 12, 28, 4. *nulla res alienum odorem celerius ad se ducit quam vinum.* Hinc cura magna Geoponicorum 6, 2. in constituenda cella vinaria.

AD CAPVT XIX. (VVLGO XXVI.)

στρέφειν τὰ φύλλα] Confer histor. 1, 16. *circumagi folia per solstitium* ait Plinius 16, 24. s. 36. *verti folia* 18, 28. s. 68.

καὶ ὡς ἔνια] Simile est, quod sequitur, καὶ ὡς ἐν τῷ Εὐφράτῃ: sed forma ipsa non congruit cum initio ὅσα δὲ et exitu ἐν ἅπασι — ὑποληπτέον.

διεκπετάννυται] Heinsiana *διεκπετάνυται* dedit.

Εὐφράτῃ] histor. pl. 4, 9, 10. unde patebit, deinceps, ubi edebatur *δύεσθαι καὶ ἀναβαίνειν*, G. vero vertit *occidere et emergere*, recte nos scripsisse *καταβαίνειν*, *immergi et descendere*.

2. *Ῥᾴδιον δὲ ἴσως — ἰδεῖν*] *quanquam in congeneribus res deprehendi facilius potest* G. Ipsa *φαινόμενα* videtur intellexisse Gaza: alioqui *ea* (ratio), non *res*, scripsisset. Equidem causam intelligi puto: ita enim sequitur sect. 3. *ἡ δὲ σύμμυσις — ἐλαφροτέρα καὶ ῥᾴων ἰδεῖν*. Causam ipsam Theophrastus non dixit, nec hic, nec alibi, quod equidem meminerim. Sed in ipsis congeneribus quomodo causa facilius indagari posse dicatur, equidem non intelligo. Plura tamen in hoc loco dubia sunt.

Ἐπὶ γοῦν τῶν εἰρημένων] Vulgatum *δ' οὖν* correxi. *ἐπεὶ δ' οὖν* Med. habet. G. post superiora: *Ergo folia circumaguntur aestivo solstitio, quia illo potissimum tempore folia decidunt*. Omisit igitur verba prima quatuor et scriptum legisse videtur: *ἡ μὲν οὖν τῶν φύλλων στροφή*. Locum vitiosum arguit non solum haec diversitas, sed plura etiam et graviora argumenta. Verba *ἐπὶ γοῦν τῶν εἰρημένων* non possunt referri ad antecedentia *τῶν ὁμογενῶν*: nam arbores commemoratae, *φίλυρα*, *ἐλαία*, *πτελέα*, non sunt congeneres, sed omnes tres genere diversae. Deinde falsum est folia arborum maxime circa solstitium cadere: quod monuit etiam Scaliger. Verum docet hist. 1, 9, 7. *περὶ τροπὰς μάλιστα τὰς θερινὰς* folia exsiccata amittere *τὰ ἀείφυλλα* ibi narrat. Vitii indicium est etiam in verbis *ἀεί πως*, quae G. omisit, nec cum antecedente *περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν μάλιστα* congruunt. *Fere* enim, *potissimum* et *semper* notae sunt temporis sibi contrariae. Medelam huic vitio facilem reperi et quidem duplicem, quam antequam proponam, prius vitium est sanandum, cuius remedium non est tam expeditum. Equidem suspicor, scriptum fuisse: *Ῥᾷον δὲ ἴσως ἐν τοῖς ὁμογενέσιν ἰδεῖν ἢ ἐπὶ τῶν εἰρημένων*. Causa facilior inventu videtur esse in plantis congeneribus, quam in iis, quas antea nominavi. Statim aggreditur causam partis dictarum arborum, oleae nempe, quae est e classe *τῶν ἀειφύλλων*. Igitur sequentia ita scribo: *Ἡ μὲν οὖν τῶν ἀειφύλλων στροφὴ γίνεται, διὰ τὸ περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν μάλιστά πως φυλλοροεῖν*. aut: *Ἡ μὲν οὖν τῶν φύλλων στροφὴ — τοῦτον μάλιστά πως τὰ ἀείφυλλα φυλλοροεῖν*: ita ut in priore membro *ἐν τοῖς ἀειφύλλοις* intelligas. Equidem priorem rationem praefero, quoniam in ea nulla mutatione opus

est, praeterquam vocula ἀεὶ transponitur. Vulgo enim legebatur hic locus: *Ῥᾴδιον δὲ ἴσως — ἰδεῖν. Ἐπὶ γοῦν τῶν εἰρημένων ἡ μὲν τῶν φύλλων στροφὴ καιρὸν καὶ μάλιστά πως ἀεὶ φυλλοῤῥοεῖν.*

Ἡ δὲ αἰτία πρότερον εἴρηται περὶ πάντων τούτων] Nusquam de causa, cur sempervirentia folia circa solstitium amittant, dixit. In historia enim 1, 9, 7. simpliciter res narratur quando fiat; sed 1, 10, 2., ubi foliorum paginae colore et natura diversae explicantur, est de superiore: *καὶ στρέφεται τὰ πολλὰ πρὸς τὸν ἥλιον.* iterum sectione eadem *ἡ ἀνάκλασις διὰ τὸν ἥλιον* esse dicitur. Sed causa ita obiter tangitur, non enarratur. Ceterum deinceps inserenda censeo verba infra posita: *Τῶν δ' ἀειφύλλων οἷς μὴ συμβαίνει* et cet.

Γινομένης οὖν — πάσχειν τι τὰ φύλλα] *Cum igitur profluvium patiuntur folia, cuncta aliquatenus affici necesse est, ut quae infirma et quasi senio confecta sunt, exarescant ac decidant: reliqua circumagantur tantummodo* G. Additum igitur legit *πάντα* ante *τὰ φύλλα.* Ipsum foliorum defluvium hoc accidit circa solstitium solis *ἀειφύλλοις:* in ceteris arboribus eodem tempore folia tantum circumaguntur. Ita causa eadem fit communis arborum sempervirentium et reliquarum omnium.

τοῖς πρηνέσι πρὸς τὰ ὕπτια] A. B. Med. *πρανέσι.* quam scripturam restitui, cum in Aristotelis et Xenophontis libris eandem Codices optimi servent. Deinceps *γὰρ* A. B. Med. omittunt. *χλορὰ* Med. habet.

ὑδατώδη καὶ ὑγρά] *aquina et humida* G. Scaliger prius vocabulum ait continere causam nigredinis seu coloris obscurioris: quod equidem non intelligo, nisi de superiore facie folii nigriore voluit intelligi, *χλωρὰ* vero de inferiore, et *pallida* verti voluit. Sed ita sequens *ὑγρὰ* non convenit folii superiori planitiae. Mihi vocabulum *ὑδατώδη* de colore nondum sese obtulit: igitur suspectum habeo. In historia 1, 10, 2. est *τὰ ὕπτια ποωδέστερα καὶ λειότερα.* et 3. *τὸ πρανὲς ἔνικμον ἀεὶ καὶ χνοῶδες.*

μείζω γὰρ καὶ ἐκλευκότερα· δεῖ δ' ἂν ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς πεύκης] *Quod magis in tilia patet: haec enim ampliora candidioraque folia gerit* G. Cetera omisit omnia. Sed ipsa etiam illa verba, *καὶ ἐκλευκότερα,* aliter scripta, nempe *λευκότερα,* legisse is videtur: quae tamen ne sic quidem conveniunt tiliae, quae folia tantum maiora gerit, quam oleae et fraxinus. Contra albedo foliorum populi albae in inferiore pagina tam est praecipua, ut ipsi arbori nomen *λεύκη* fecerit.

Scilicet pro πεύκης Dalecampius vidit λεύκης scribendum esse. Cetera vitiosa nemo interpretum tetigit, ista videlicet, δεῖ δ' ἂν ὁμοίως. Cum saepissime in his libris ἀεὶ et δεῖ permutata reperiantur, suspicor hic quoque idem factum. Igitur scribo: μείζω γάρ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ λεύκης· λευκότερα γὰρ ἀεί.

3. Τῶν δ' ἀειφύλλων — ἐκεῖνον τὸν καιρὸν] Vulgatum antea καρὸν cum margine B. Scaliger et Heinsius e versione G. correxerunt: *quod eo tempore amplius vigeant valentioraque sint ad germinandum.* In graecis verbum εἶναι ante τῆς βλαστ. e Med. adieci. Idem deinceps συμβαίνει habet. Ceterum Th. intelligit arbores coniferas ἀειφύλλους.

ἐλαφροτέρα — ἰδεῖν] *facilius intelligi potest* G. brevius.

ψυχρῶν — ἀσθενῶν] Male G. *cum genus illud plantarum frigidum imbecilleque sit.* De solis enim floribus agitur, et intelligendum τῶν ἀνθῶν.

4. ὑπερίσχοντα] A. B. Med. ὑπερισχύοντα. Correxit Scaliger. Duo haec verba omisit G. Pro πλέον suspicor olim fuisse πλέοντα καὶ δυόμενα καὶ ὑπερίσχοντα: neque enim comparatio cum antecedentibus instituitur in mergendo.

ἐκπύροις] E more Theophrasteo ἐμπύροις scripsi.

ἐπεὶ καὶ — αἱ διαδόσεις] *siquidem in iis quae talia sunt celeriter a sole — transmitti quaeque intelliguntur* G. omisit igitur copulam καὶ, et verba ἐν τοῖς τοιούτοις male retulit ad plantas aquaticas, cum potius ad regiones fervidas referri videantur. Sed male hoc auctore Heinsius A. B. Med. τοῖς μὴ τοιούτοις demta negatione mutavit. διαδιδόναι est communicare cum aliquo, et propagare per corpus. Aristoteles de partibus anim. 3, 5. τοῦ δὲ εἰς τὸ πᾶν διαδίδοσθαι τὸ σῶμα τὰς φλέβας. Idem de incessu animal. c. 4. ὅθεν ἡ τῆς τροφῆς διάδοσις καὶ αὔξησις ἑκάστοις, ἄνω τοῦτ' ἔστι.

ὕδατα τροπαῖς] *solstitiis atque ortibus siderum affici mutarique sentiuntur* G. Rem eandem tetigit supra 1, 14, 5. Ortus Orionis et capellae vim magnam in concitando mari habere credebantur.

5. μεθ' ἡμέραν] *interdum* G. qui *interdiu* voluit. Med. καθ' ἡμέραν dedit, id est quotidie.

νεύοντα πρὸς αὐτὸν] Hinc recentiores heliotropium vocarunt genus eiusmodi plantae. Florum colores mutationem a solis radiis et calore factam in solo tripolio annotavit Dioscorides 4, 135. ex aliena narratione: quam ad folia transtulit Plinius 21, 7. *mane candida, meridie purpurea, sole occidente caerulea conspiciuntur.* Qualem mutationem in floribus phlogis vulgaris quotidie licet in hortis animadvertere.

μαλάχης] Columella 10, 247. *moloche, prono sequitur quae vertice solem.*

ᾗ γὰρ ἂν ἐξάγῃ] Vulgatum ἐξάγει e Med. correxi. Deinceps A. B. Med. ἐξάγει δὲ καθ' αὑτὸν, ὡς καὶ τοῦτο ποιοῦντος, ἀποστρέφεται γὰρ καὶ περιάγεται. Heinsiana dedit: αὑτόν· τοῦτο δὲ ποιοῦντος, ἀποστρέφεται καὶ περ. *Igitur hoc fidei faciendae gratia dictum ad illud superius sit* G. Omisit antecedentia omnia. Haesit etiam Scaliger in aperto vitio scripturae. Dalecampius coniecit: ἐξάγει δὲ καθ' αὑτόν· τοῦτο δὲ ποιοῦντος ἀποστρέφεται καὶ περιάγεται. Equidem e vestigiis scripturae antiquae malim legi: ὥστ' ἀεὶ τοῦτο ποιοῦντος (τοῦ ἡλίου) ἐπιστρέφεσθαι καὶ περιάγεσθαι. Interim ὥστε τοῦτο ποιοῦντος ἐπιστρέφεται καὶ περιάγεται scripsi.

Τοῦτο μὲν οὖν — πρὸς τὸ πρότερον ῥηθέν] De solis vi et actione in folia supra nihil fuit dictum, nisi voluit solis vim et calorem intelligi in causa illa, quae circa solstitium facit, ut folia sempervirentium vetusta decidant, ceterarum arborum vertantur.

9. μετιέναι καὶ θεωρεῖν] *petere rationes atque contemplari tentandum* G. deinceps λαμβάνοντος A. B. Med. unde λαμβάνοντας effeci. μετιέναι, ut μετελθεῖν, est saepe, ut hic, quaerere, inquirere, investigare. Plato Sophistae sect. 43. μή ποτε ἐκφύγῃ τὴν τῶν οὕτω δυναμένων μετιέναι καθ' ἕκαστα καὶ ἐπὶ πάντα μέθοδον. Hinc Aristoteles primo de partibus: περὶ πᾶσαν θεωρίαν καὶ μέθοδον. Deinceps Med. mutilum παλλαγαὶ habet.

ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων] Haec omisit G. nec cum reliqua disputatione apte cohaerent. Praeteriit etiam Scaliger. Videntur locum alienum occupasse: hinc seclusi.

AD LIBRI III. CAPVT I.

τὴν ἐκ τῆς ἐπινοίας] *aut quae hominis ingenio ac cura fiunt* G. Igitur τῶν ἐκ τῆς ἐπιν. scripsi. Ita mox est εἰς τὰ διὰ τέχνης.

τῇ φύσει πρὸς τὸ τέλος] vox φύσει e Med. et G. versione restituta fuit. Sic sect. 2. est: συνεργούσης τῇ φύσει τῆς τέχνης.

δένδρων ἔνια] *pleraque tam in arborum genere quam in*

frutetis esse G. male augens sententiam in graeco angustiorem. Sed quid est, quod legitur ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου τοῦ πρώτου εἰπόντας? Quodnam πρῶτον dicit? quod sequitur, arbores et frutices culturam non admittere, non est primum in natura arborum, sed potius in cogitatione hominis, qui de cultu arborum tractare aggreditur. Tractatio haec est αὐτὸ τοῦτο: quam qui ingreditur, omnium primum cogitare et explicare debet, quid sit, cur arbores et frutices aliquot cultum omnem aspernentur. Igitur vitium est in graecis, et scribendum: ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου πρῶτον εἰπόντας, ὅτι et reliqua.

τοῦτο γὰρ ἂν εἴη — εἰς τὰ διὰ τέχνης] *Hoc enim alterius generis veluti finis, alterius initium esse apparet, cum scilicet de iis, quae sponte prodeunt, ad ea, quae ars efficit, indagandi ratio procedit* G. Videtur igitur is hunc verborum sensum reddidisse, ut intelligeremus, tractationem plantarum plurimarum desinere in culturae ratione: quarundam contra incipere ab hac ipsa cultura. Itaque silvestrium plantarum tractationem libris duobus prioribus esse absolutam: domesticarum rationem et cultum nunc explicandum sequi.

2. εἰ τὸ — ὥσπερ χώραν οἰκείαν — εὐσθενεῖ καὶ καλλικαρπεῖ] A. B. Med. εἰς τὸ — εὐσθενεῖν καὶ καλλικαρπεῖν. E versione G. correxit Scaliger. Male G. verba ὥσπερ χ. οἰκ. vertit: *tanquam sortem sibi accommodatam.*

ἀρχὴν δὲ αὐτοῦ ληπτέον] Cuiusnam αὐτοῦ? Minime τοῦ ἀτόπου, sed demonstrationis, minime hoc esse ἄτοπον, quod dixerat, plantas quasdam culturam aspernari. An fuit αὐτόθεν aut περὶ αὐτοῦ? Deinceps Med. μιᾶς τινα ὕλης habet.

ἀλλ' ἑκάστου, πρὸς ὃ πέφυκε] *sed singulis pro eius rei ratione, ad quam genita sint, sapore, odore ceterisque finem utique statui* G. recte. Intellige igitur: ἑκάστου τοῦτο εἶναι τὸ τέλος, πρὸς ὃ πέφυκε.

διώρισται] A. B. Med. διορίζει. Correxit Scaliger.

3. ἂν εἴη τ' αὐτὸν οἰκεῖον] *non idem prorsus utrique stirpium conveniet rationi* G. Legit igitur scriptum: ἀμφοτέροις οὐκ ἂν εἴη τὸ αὐτὸ οἰκεῖον, non satis commodo sensu. Potius scribendum τὸ αὐτοῦ vel τὸ αὐτῷ (ἑκάστῳ) οἰκεῖον.

ποιότητα] Vulgatum πιότητα, a G. quoque redditum, correxi. Sequens κατεργαζομένη sensu passivo dicitur. Deinceps ante ἁπλῶς copulam e Med. et G. versione addidi.

ἐκθηλύνεται] Ita A. B. Med. ἐκθηλύεται Heinsiana. Scaliger putabat melius fuisse εὐνουχίζεται.

οὐκ ἐπιφέρει καρποὺς] *ut alia fructum omnino parere nequeant* G. Scripsi cum Med. ἐκφέρει.

ἃ καὶ ὑδαρέστερα γίνεται] *quae etiam aquosa reddantur* G. qui videtur ad fructus retulisse. Sed plantae φαρμακώδεις non omnes fructu censentur, sed aliis aliae partibus, quaedam etiam toto corpore medicum usum praebent. Puto igitur fuisse scriptum: τὰ δὲ καὶ ὑδαρέστερα γίνεται, καθάπερ et cetera. i. e. *quaedam etiam plantae totae cultura fiunt aquosae*. Mecum sentit Linckius; eoque ducit Medicei καὶ τὰ ὑδ.

4. ὅσα δριμύτητά τινα ἔχει δὴ κατὰ τὴν γεῦσιν] Suspectum mihi δὴ etiam propter locum alienum: itaque cum in Med. sit δὴ καὶ κατὰ τ. γ., verba translocavi: ὅσα δὴ καὶ κατὰ τ. γ. δριμ. τινα ἔχει. Idem liber verba ἢ κατὰ καυλὸν omisit.

τὸ θύμον] A. B. Med. θύμιον. Gaza *thymum*: sed is praeterea *satureiam* et *cunilam* nominavit. Fuisse etiam qui lapatho ὀρίγανον substituerint, annotavit C. Hoffmann. θύμβραν *satureiam* deinceps vertit Gaza, κάππαριν vero *inturim*.

λάπαθον] Diversum hoc ab oleraceo lapatho, de quo vide dicta ad historiae 7, 2, 7.

Ἔνια δὲ καὶ τὰς γλυκύτητας αὐτῶν λαμβάνει] *Nonnulla dulcescunt, cum humescere atque succo abundare inceperint* G. Deinceps A. B. Med. πληθυνούμενα habent. Heinsius πληθυόμενα dedit. Correxit Scaliger.

καὶ γὰρ τοῦτο χεῖρον ἡμερούμενον γίνεται· καὶ ἁπλῶς δὲ αὐτὸ τὸ δένδρον ὑδαρές τε καὶ μανὸν] *hic enim mitescens deterior redditur, atque in totum arbos ipsa humida, soluta, imbecillisque fit* G. Videtur igitur ὅλως, non ἁπλῶς, scriptum legisse. De ligno corni est in historia 3, 6. ἄῤῥενι κρανείᾳ (quae est cornus coli solita) ξύλον σκληρότατον, feminae contra ἀσθενὲς καὶ χαῦνον. Ad lignum igitur referenda verba: αὐτὸ τὸ δένδρον — καὶ ἀσθενές. De fructu nunc videamus. Infra c. 14. est: ἐπὶ δὲ τοῦ κράνου (περὶ τούτου δὲ ἀντιλέγεται) δῆλον, εἴπερ ἀληθὲς, ὡς πλεῖον ἀναλαμβάνει τῆς συμμέτρου τροφῆς, ὥσθ' ἧττον ποιεῖν εὔχυλον. hist. pl. 3, 3. πλὴν εἴ τι σπάνιον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κρανίων καὶ τῶν οὔων· ταῦτα γὰρ δή φασι πεπαίτερα καὶ ἡδύτερα τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων εἶναι. Vides igitur, in verbo ἀπολαμβάνει vitium esse; debebat enim esse ἀποβάλλει: quod et sequens χεῖρον γίνεται confirmat; de ipsa enim arbore, id est ligno et materie, seorsim dicitur αὐτὸ τὸ δένδρον μανὸν καὶ ἀσθενὲς, nempe γίνεται. Verba autem ὑδαρές τε καὶ, ligno minime convenientia, pertinent ad fructum: igitur scribendum: καὶ γὰρ τοῦτο χεῖρόν τε καὶ ὑδαρὲς γίνεται.

τῆς δ' ἀχράδος] A. B. τῆς δ' ἡδονῆς. *Sorbo dulcior*

quidem fructus est G. unde ὄης duxit margo B. probante Scaligero et consentiente Anglicano Codice. τῆς δ᾽ ὄνης Med. habet. Quem auctorem ineptae emendationis Heinsius habuerit, nescio.

τὴν εὐτροφίαν καὶ τὸ εὔοσμον] *vires enim succi bonique odoris deficiunt* G. quasi εὐχυλίαν scriptum legisset. Vitium vidit Scaliger, et εὐτονίαν scribi iussit: equidem ἡ εὐτροφία sententia flagitante scripsi. διὰ τὴν εὐτροφίαν coniecit Dalecampius.

5. καὶ εἴ τι τοιοῦτον] A. B. καὶ ἔτι correxit margo Basil. praeeunte Gaza. Deinceps διὰ τὰ πλείω Med.

ἐναντιοῦσιν ἡ κατεργασία] Articulum ἡ addidi. *Enimvero copia quoque nutrimenti adversatur terrae elaboratio* Gaza.

ἐκ δὲ τῆς ἀρχῆς ταμιεύεται — καὶ λαμβάνει τὴν — χώραν] *unumquodque autem pro sui principii ratione modum sui pabuli servat solumque capessit idoneum* Gaza. ταμιεύεται non est modum servare sibi pabuli, sed potius assumere subinde et capere pabulum pro naturae suae necessitate. Capit vero planta pabulum e terra per radices. ἀρχὴ igitur, ut saepe alibi, radix hic dicitur. Gaza male vertit, quasi scriptum esset κατὰ τὴν ἀρχήν, vel si quo modo alio *pro ratione principii sui* graece dici potest, veluti κατὰ τὸν τῆς ἀρχῆς λόγον. Vocabulum ξύμμετρον plane omisit, nisi id nomine *modi* voluit reddere. Sequitur nunc: καὶ λαμβάνει — χώραν. quae verba Gazam movisse videntur, ut ἐκ τῆς ἀρχῆς *pro sui principii ratione* verteret, nec ad radicem referret. Apparet enim, plantam sibi solum idoneum capere, non capere e radice. Sed omnino planta non capit sibi eligitve locum, sed casus aut cura et solertia agricolae solum idoneum plantae assignat et providet. Verba igitur falsam continent sententiam et vitiosa videntur. Si vero cum Linckio καὶ mutes in εἰ, sententiae fides constabit. Non dubitavi sic scribere, donec libri scripti verum asseruerint.

γένεσις ἐν ταύταις] *his enim ipsis spontanea illa generatio perfici potest* Gaza, qui videtur ad alimentum modicum et solum idoneum retulisse. Sed ita ἐκ τούτων scriptum oportuit. Mihi ἐν ταύτῃ verum videtur, in solo idoneo, ἐν τῇ χώρᾳ τῇ οἰκείᾳ. Sic ratio redditur membri istius et conditionis: εἰ λαμβάνει τὴν οἰκ. χώραν.

6. καὶ ἡ εὐκαρπία] Vulgatum ἀκαρπία *sterilitasve* reddidit Gaza, et εὐσθένεια *fertilitas*, falso: nisi ἢ ἀκαρπία scriptum legit. Cultura conatur efficere, ut planta μᾶλλον

εὐσϑενῆ καὶ καλλικαρπῆ, ut supra dixit Theophrastus. Igitur εὐκαρπίᾳ scripsi cum Med. qui tamen ἀσϑένεια habet.

τοῖς παρὰ φύσιν ἡμερουμένοις] *quae invita sua natura possunt mitescere* G. plane inepte: nam invita natura nulla potest mitescere planta. Aeque inepte ἔκστασιν τῆς φύσεως *naturae dimotionem* vertit, cui Heinsius *alienationem* substituit, non magis idoneam. Deinceps Med. δὲ post ἀμφοτέρων omittit.

κωλύει κατὰ τὴν μετάβασιν οὕτως ἔνια] *nihil quodammodo prohibet esse, quae translata nullam penitus culturam desiderant* Gaza. Omisit igitur οὕτως, et scriptum legit μετὰ τὴν μετάβασιν. Possit etiam scribi: οὐδὲν κωλύει τὴν μετάβασιν ἔνια μηδὲ ζητεῖν ὅλως. Equidem verba quatuor, κατὰ τὴν μετάβασιν οὕτως, non desiderassem. Tota enim disputatio processit a sententia ista, quasdam plantas culturam aspernari: atque in hanc eandem desinit hoc caput: Ὅτι μὲν οὖν οὐ πάντα προσδέχεται et reliqua. Potest etiam fieri, ut membrum prius exciderit, cui alterum responderet, ad quod οὕτω pertinebat.

φανερὸν ἔστω διὰ τούτων] *manifestum hinc est* Gaza: unde ἐστὶ scripsi.

ἴσως γὰρ — αἰτίας] *Forsitan enim alia nullam penitus curam desiderent, alia cur desiderent, causae nos fugiunt* G. sed Basil. *cur desiderent, latitant* habet. Totum hoc membrum mihi ab hoc loco alienum esse videtur, ubi disputatio conclusa videbatur desinere in verbis: ὅτι μὲν οὖν — φανερὸν — διὰ τούτων. nisi simul voluit Theophrastus repetere argumentorum summam, quibus propositionem illam confirmare conatus est. Gaza ad verba τῶν δὲ intellexit δεομένων, aut additum id verbum legit, quod existimabat Dalecampius.

AD CAPVT II.

τῆς γῆς τε παρασκευάζει] Gaza ita caput exorditur: *Sed cum duo illa praedicta sint, quibus alimenta fertilitatesque administrentur: cultura profecto et agro unice auxiliatur.* Fortasse scriptum legit δυοῖν εἰρημένων. Pro vitioso τε Scaliger μόνον scribi voluit: Heinsius delevit. Gaza τῆς γῆς δὴ μόνον videtur in codice suo reperisse. Ratio recta disputandi postulabat, ut in priore oratione nominarentur duo illa, a quibus cultus omnis pendeat, et quae summam faciant in re rustica, terra videlicet et aer. Deinde recte subiungitur demum, terrae mutationem esse sitam in agricolae potestate:

ad aerem vero mutandum aut emendandum nullam hominis valere industriam. Igitur suspicatur mecum Linckius, scriptum olim fuisse: εὐσθένειαι, τῆς γῆς τε καὶ τοῦ ἀέρος τῆς γῆς μόνον παρασκευάζει βοήθειαν. Librarius, ut saepissime factum sciunt, qui libros scriptos tractarunt, propter iterationem verborum τῆς γῆς in utroque membro aberravit a primo loco, atque intermedia omisit. Accedit Med. qui τῆς τε γῆς habet cum A. unde καὶ τοῦ ἀέρος, τῆς γῆς μόνον addidi.

δεῖ πρὸς μεταβολὰς καὶ τὰς ὥρας τὰς γινομένας] *verum ad mutationes atque vicissitudines temporum arbores ipsas agrumque praeparatum ita esse oportet* G. In graecis articulum τὰς inserui. Med. δὴ pro δεῖ habet. Sed quid sibi volunt verba τὰς γινομένας addita ad τὰς ὥρας? Mihi plane otiosa videntur esse: verum si paulum mutes scripturam vulgatam, πρὸς τὰς μεταβολὰς (τοῦ ἀέρος nempe) τὰς κατὰ τὰς ὥρας γιγνομένας, bene omnia habebunt. Itaque facere non dubitavi.

ἀπολαύῃ τὴν προσαύξησιν καὶ τροφὴν] *ut et pabuli fructus adsit ad incrementa futura* G. Scriptum igitur legit: τῆς πρὸς τὴν αὔξην τροφῆς. Vitium arguit etiam constructio aliena, ἀπολαύῃ τροφήν.

Δεῖ γὰρ — φυλακῆς] *nam id quoque in observatione habendum est* G. sed. Heinsius fecit: *nam id quoque observandum est.* Quidni *cautione* fecit? σκεπάνην deinceps Med.

λέγω δὲ οἷον τομὰς] *sunt enim necessariae amputationes, purgationes, decacuminationes* G. male. Referuntur enim haec omnia ad verba ista: δεῖ πρὸς τὰς μεταβολὰς — αὐτὰ τὰ δένδρα — διακεῖσθαί πως. Hunc ipsum habitum qualem velit intelligi, nunc explicat, praecipue vitis cultum ante oculos habens, quod indicat nominata τομὴ et βλαστολογία, in vite praecipue usurpata.

2. καὶ — ἀροσίμου καὶ σπερματουμένης — ὁμοίως] G. breviter: *de segetibus pari ratione animadvertitur.* In graecis γῆς et verbum ἔχει deesse videtur. Ut supra τὰ σπέρματα opponuntur arboribus et fruticibus, eodem sensu nunc terra σπερματοῦσθαι, id est vario seminum cerealium genere vel annuorum vel biennium conseri, videtur dici. Phanias Theophrasti amicus σπερμάτωσιν seminis fertilitatem dixisse videtur apud Athenaeum 2. p. 237. Schw. Med. σπερματουμένου habet.

τοῖς μὲν γὰρ — τοῖς δ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον] Heinsiana negationem omisit. Ad τοῖς repetitum intellige σπέρμασι e verbo σπερματουμένης.

οὐδὲ ποιεῖν ἔνια] Heinsiana ποιεῖς dedit. *nec ullo pacto praestari aliqua debeant* G. In verbo ποιεῖν haereo, ad quod δεῖ repetendum est.

φαίνονται διαιροῦντες] *quae quidem omnia prudentes agricolae generatim distinguunt* G. Addidit igitur *prudentes* et *generatim*, ut videtur, de suo. Deinceps ταῖς ante χερσὶ Heins. omisit.

ἀγκύραις τισὶ] *quibusdam aduncis* G. Scaliger: *mucronibus sinuatis in curvitatem*. Hesychii ἄγκυρα, ἐν ᾗ τὰ σῦκα λαμβάνουσι, huc pertinere non videtur.

μηλέας, ὅπως — διὰ τὴν λεπτότητα καὶ ξηρότητα τῶν κλάδων] *ne laborent ulceribus propter ramorum gracilitatem et siccitatem* G. Pro *ulceribus* rectius *vulneribus* posuisset. Linckius verba postrema, διὰ — κλάδων, rectius poni statim post μηλέας putabat. Quid Theophrastus in tribus arboribus nominatis dixerit λεπτότητα καὶ ξηρότητα τῶν κλάδων, nunc videamus. Iterum infra sect. 8. est: ἔνια γὰρ οὐ δύναται βλαστάνειν, καθάπερ ἄπιος καὶ μηλέα, καὶ ὅλως ὅσα λεπτὰ καὶ ξυλώδη· καὶ γὰρ ξηρὰ φύσει, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐχ ὑπομένει τοὺς χειμῶνας. Sed locus praecipuus est cap. 8, 10. χρὴ δὲ καὶ ὅσα πρὸς τὰς τομὰς ἀσθενῆ, καθάπερ ἄπιος καὶ μηλέα καὶ εἴ τι ἄλλο ξηρὸν καὶ λεπτόφλοιον· καὶ γὰρ ταῦτα πονεῖ. Διὸ τὰ τοιαῦτα τούτων ἢ ταῖς χερσὶν ἀφαιρεῖν, ὥσπερ ἐλέχθη, κελεύουσιν, ἢ τοῖς σιδήροις ὡς ἐλαφρότατα· κίνδυνος γὰρ ἅμα τῷ πόνῳ διὰ τὴν ἕλκωσιν. Quae Gaza ita vertit: *Minus ea recidi desiderant, quae plagis infirma fiunt, ceu pirus, malus et quicquid siccum et cortice tenui vestitum. Haec enim resecta vehementer laborant. Qua de causa manu his auferre praecipiunt, ut retulimus, aut ferro perquam levissime: periculum namque interitus propter ulcera imminet.* Graeca sunt partim lacunosa, partim vitiosa, ex hoc loco emendanda, quemadmodum ipsa huic loco medelam suppeditant. Gaza quaedam ex suo libro supplevit, alia male vertit, ut ista: *quae plagis infirma fiunt*, cum deberet: *quae propter debilitatem plagam reformidant*. Post verbum χρὴ δὲ quid Gaza scriptum legerit, difficile est ad coniiciendum. Suspicor tamen, fuisse olim: τούτων σιδήρῳ μὴ ἅπτεσθαι. Post verba καὶ γὰρ ταῦτα Gaza additum legit: τμηθέντα σφόδρα πονεῖ. Sequitur: Διὸ τὰ τοιαῦτα τούτων ἢ ταῖς χερσὶν ἀφαιρεῖν, ὥσπερ ἐλέχθη, κελεύουσιν. Nusquam dixit, quid, quale aut quantum sit auferendum: igitur τὰ τοιαῦτα vitiosa est scriptura, e loco nostro emendanda, ubi est: καὶ

γὰρ ἀφαιρεῖν δεῖ τούτων ταῦτά τε (τὰ αὖά τε) καὶ τὰ τρώξανα μόνον. Igitur ibi τὰ αὖα reponendum est, ut hoc loco τὰ αὖα mutata fuerunt a librariis in ταῦτα. Gaza enim recte h. l. *his enim praearida et tenella detrahi tantummodo iuvat.* Theophrastus ipse ita nos facere iubet; lectores enim ibi ablegat ad hunc locum, in quo tamen diserte non iubet manibus defringere ramos siccos malorum et pirorum. Verum verbis transpositis scribendum videtur: τὰ μὲν σιδήροις, τὰ δ' ἀγκύραις τισὶ, τὰ δὲ χερσὶ κελεύοντες ἀφαιρεῖν, οἷον τῆς τε — μηλέας· ὅπως μὴ ἑλκούμενα etc. i. e. ne ferro tacta et vulnerata laborent. Licebit igitur etiam in altero loco, ubi est τὰ γὰρ ταῦτα πονεῖ, supplere verbum ἑλκωθέντα. Verba denique κίνδυνος — ἕλκωσιν Gaza minus recte vertit: debebat enim: *praeter dolorem enim et languorem vulneratio periculum etiam affert.* Denique ex altero loco discimus, ea, quae hoc in capite λεπτὰ dicuntur et λεπτότης τῶν κλάδων, proprie dicenda fuisse λεπτόφλοια et λεπτότης τοῦ φλοιοῦ τῶν κλάδων. Cf. etiam ad cap. 5, 3. dicenda.

καὶ τὰ τρώξανα] Male Gaza *tenella* vertit, cum nihil nisi aridum sit malis et piris auferendum. Hesychius: Τραύσανον, ξηρὸν πᾶν ἢ φρύγανον. Suidas: Τραύξανα, τὰ ἀπὸ τῆς φάτνης ἀποπίπτοντα τῶν ἵππων ἢ τῶν βοῶν ἢ τῶν ἄλλων κτηνῶν λείψανα. Σημαίνει δὲ καὶ τὰ ἀκανθώδη καὶ ξηρὰ ξύλα. Οὕτω Φερεκράτης. ubi recte Kusterus coniecit, τραύξανα esse eadem quae τρώξανα; sed auctoritatem Theophrasti nemo posuit. Cum Etymologico M. eandem glossam habet Photius p. 439. ubi τραύξανα editum: in alio apographo erat τρώξανα. Ad Zonarae Lexicon p. 1750. nuper demum Theophrasti auctoritatem annotavit Editor, quam ipse antea in Lexico indicaveram. Originem vocabuli a verbo τρώγειν cum Scaligero Suidas duxisse videtur: interpretes Hesychii αὖσον, ξηρὸν, comparârunt. Mihi vox cognata videtur esse alteri ταρσιὰ, in qua siccantur ficus aliique fructus.

3. καὶ τὰς βραχυτόμους — καὶ τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως] *et quicquid eiusmodi, ita scilicet, ut quaeque ad finem redigantur* G. In graecis articulum τὰς ante βραχυτόμους Heinsius omisit. deinde ad τὰ τῶν ἀμπέλων intellige γένη. Casus τοῖς ἄλλοις desiderat verbum aliud, nisi sit ipse quoque in accusativum mutandus, aut contra accusativi in tertium casum.

οὐκ οἶδε δὲ καὶ διὰ τί] Verba καὶ διὰ τί adiecit Heinsius e versione G. *non tamen ideo, cur effectus hic sequa-*

tur, nosse valet: sed Basil. habet: *non tamen, cur ita effectum sit, n. v.* Deinceps addidi articulum ante ἰατρικῇ.

4. *αὐτὸ τοῦτο ἴδιον τοῦ λόγου καὶ τῆς αἰτίας*] Locum lacunosum G. vertit: *hic certae rationis et causae rerum auctor germanus existet.* sed Basil. *certe* habet. E loco superiore, ubi est: *ὑπὲρ ἑκάστου δὲ ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τὴν αἰτίαν ἔχων*, coniicio fuisse scriptum: *αὐτὸ τοῦτο τὸ ἴδιον τοῦ λόγου καὶ τὰς αἰτίας οἴδασιν.*

εἰς τὸ βέλτιον] *partim in meliorem deterioremque partem exoritur* (dubitatio) G. Sensus esse videtur: non solum de re ipsa, quid sit et cur fiat, sed etiam quid melius deteriusve factu sit.

καὶ ἰδιώτερόν τι] Gaza Heinsianus: *quanquam hic quid tale vel peculiariter solet evenire:* sed Basil.: *Verum hic vel proprium quiddam evenit.*

πρὸς τὴν χώραν τετραμμένοι] *Commoda enim tractus, quem aliqui colunt, in universum saepenumero capiuntur, cum et interdum ratione agatur utraque: quod tamen sit melius, iudicio nullo discernitur, quasi pro statu aeris culturae opus proveniat* G. sed Heinsius postrema mutavit ita: *Qualis enim aer, talia et ab agri cultura proveniunt.* Apparet, Gazam locum aeque vitiose scriptum legisse, et ita vertisse, prout potuit. τὰ πρόσφορα is retulit ad tractum, *χώραν*. Scaliger Codicem graecum hic mutilum pronuncians haec ita interpretatur: *At enimvero, cum aliquando eveniat aliter, non possumus ex illis universalibus iudicare, utrum sit melius atque eligibilius.* Linckius ὅτε δὲ mutandum censet in *ὥστε καὶ ἀμφοτέρως γινομένων, ἄκριτόν ἐστι τὸ βέλτιον.* Med. *ἔνιοι χώραν — γινόμενον* habet. deinceps: *ἀπὸ θέρους συμβαίνοντα — καὶ κατὰ τάς.* Etiam A. *ἀπὸ θέρους* habet.

5. *Οὐδὲ γὰρ δεῖ*] Argumentationis consecutio postulare videtur aliam particulam, velut: *Οὐ μὴν δεῖ γε μᾶλλον.*

τῇ τοῦ ὅλου καταστάσει καὶ περιφορᾷ] *Nunquam enim orbis universi conditionem ac circuitum potius quam plantarum ac seminum naturam sequi oportet* G. unde Scaliger cum margine B. vulgatam, *περιφορᾷ τῶν δένδρων — σπερμάτων, ὡς πολλάκις*, suppleri iussit, ut feci: quam necessariam emendationem sprevit Heinsius. Scaliger *anni constitutiones quoad qualitates et motum seu temporis conditionem ex qualitatibus et ex recursu* interpretatur. Coeli constitutionem eiusdemque cum sideribus conversionem cir-

cuitumque, quae ὥρας efficiunt et comprehendunt, intelligere Theophrastus videtur.

ὡς πολλάκις ἁμαρτανόμενα — ἀκρασίᾳ, καὶ τῇ αὐτῶν — δυνάμει, τὰ μὲν — ἀναμάχεται. καθάπερ] *Nam cum saepe illius intemperantia depravari cogantur, suis tamen haec viribus partim sustinent, partim repugnant* G. In graecis ante ἁμαρτανόμενα articulum addidi cum Scaligero, et copulam καὶ ante τῇ αὐτῶν δυνάμει seclusi. Scaliger pro καίτοι positam accepit. Verbum ἀναμάχεται male vertit G. nec melius Scaliger *superant, vincunt.* Dicitur eo sensu, quo latine *damnum reparare.*

ἡ φύσις ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς] *sicut natura hominum arte medendi tueri se atque defendere solet* G. sensu aberrans. Scaliger potius vertendum censuit *a medicina afficitur*, et verbum πάσχει addi voluit. Comparatio medicinae supra incepta nunc perficitur verbis, levissima mutatione inserto articulo τὰ sanandis: ἡ φύσις τὰ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς (ἁμαρτανόμενα ἀναμάχεται). Articulum ἡ Med. omisit.

πολλάκις παρὰ πάντων] *multa etiam consensu omnium conceduntur* G. unde πολλὰ καὶ παρὰ πάντων scripsi.

διαιρούμενα γενέσει καὶ χώρᾳ] Equidem flagitante sententia et propter sequentia περὶ τὰς γενέσεις (ubi vulgo articulus deest) scripsi γένεσι, *generibus*, et Med. χώρας in χώραις mutavi.

6. βουλομένην — τὴν ὑστέραν] *cum vulva libenter semen susceperit* G. *matricem, dum turget atque expetit coitum* Scaliger. Insulse Heinsius γαστέρα edidit.

εὐδιάχυτος — εὐτραφής] *agile, fertile atque laetum* G. rectius Scaliger: *solutile, friabile, aptum ad germinandum et ad educanda sata.* Plinius 18. s. 56. *inter diligentissimos convenit, ut in alitum quadrupedumque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus et terrae: hoc Graeci ita definiunt, cum sit calida et humida.* Med. θερμὴ τὰ τοῦ ἀέρος — εὐτροφής habet.

θερμαίνων ἄγει] *elicit germen* G. Fortasse ἐξάγει scriptum legit. Deinceps μαλακότερος Med. habet.

τὴν ἐκτροφὴν καὶ τὴν εὐβλαστίαν] *educatio et germinatio prospere sequi possit* G. Equidem εὐτροφίαν scriptum fuisse censeo.

7. διὸ καὶ τὰς ἐκβλαστήσεις] Cum arbores vere tanquam suo tempore germinent, autumno autem ἐπιβλαστάνειν soleant, non dubitavi ἐπιβλαστήσεις scribere.

ἐπαινοῦντες αὐτὴν] *qui autem hoc tempus magis quam*

vernum commendant G. igitur rectius scriptum et plenius legit ταύτην τὴν ὥραν. A. B. μᾶλλον τοῦ θέρους Gaza duce correxi.

θερμῆς οὔσης ἔτι τῆς γῆς] Ita cum G. et Scaligero scripsi. A. B. ἐπὶ dant. Inepte Heinsius θέρμης οὔσης ἐπὶ τῆς γῆς edidit. Med. deinceps ἀθρόων habet.

ἐκβεβηκυίας ἤδη καὶ κυούσης τῆς γῆς] *quod tum humus temperiem sentire atque intumescere coeperit* G. Scaliger ἐκβεβηκυίας dictum censuit pro προβεβηκυίας, *cum processit ad aliam foeturam priore sarcina foetandi exonerata.* Dalecampii ἐκλελυθυίας paene pudet referre: nec magis cuiquam placere potest ἅμα τῷ μετοπώρῳ, quod poni voluit, ubi nunc est ἅμα τῷ ἦρι. Sensum is pessime accepit. Verba διὸ καὶ ἀθρόως de vere insequente sunt, ubi plantae bene radicatae subito et prospere germinant. Sed conditio et status soli vernalis non est in causa, cur bene germinent plantae autumno satae, sed radices iam autumno prognatae ita, ut in iis producendis et educandis plantae nullus labor supersit. Huc igitur dirigens loci emendationem egregiam reperit Linckius: ἐκβεβλαστηκυίας ἤδη καὶ κυούσης τῆς ῥίζης. Hinc sequitur de plantis vere satis, ῥιγοῦν καὶ κακοβλαστεῖς γίνεσθαι τὰς ῥίζας. Magis etiam confirmat emendationem sequens oratio: τὸ δὲ ἐαρινὸν (φυτὸν) ἄρτι κυΐσκεται, et: τῷ ἄρτι κυϊσκομένῳ. Terra autem non potest dici vere κυΐσκεσθαι et κύειν, sed ipsa planta vel autumnalis vel verna (τὸ μετοπωρινὸν ἢ ἐαρινὸν), quae ubi radices educavit, alimentum attractum radicibus germinibus producendis atque educandis subministrat: hinc radix ipsa hic κύουσα dici videtur: postea ipsa planta (τὸ φυτὸν) ἔγκυμον καὶ ἐπίφορον, verna autem κυϊσκόμενον nuncupatur. Malim tamen equidem scriptum: ἐκβεβλαστηκυίας ἤδη τῆς ῥίζης καὶ κυόντων, nempe τῶν φυτῶν.

8. Καὶ διὰ τοῦτο] Heinsiana τοῦτο omiserat. Sequens τὰ λεπτὰ καὶ ξυλώδη proprie debere esse τὰ λεπτόφλοια καὶ ξ., monui supra ad sect. 2.

Ἔτι δὲ τὸ μὲν μετόπωρον] Vulgatum Ὅτι e Gazae versione iam olim margo Basil. correxerat, consentientu Codice Anglicano. Deinde μετοπωρινὸν scribendum esse, docere poterat sequens ἐαρινόν. Gaza vertit: *Item plantam autumnalem gravidam esse iamque ad pariendum propensam, vernam non pridem concipere incepisse.*

τὸ δὲ τίκτειν ἀμφοτέρας τὴν αὐτὴν ὥραν] Haec omisit Gaza. Scaliger ita ad h. l.: *Utriusque ergo cum sit idem*

pariendi praestitutum tempus, in alteris fieri potest apparatus ad perfectionem propter temporis tractum: eae sunt autumnales. Dalecampius coniecit: τίκτειν γοῦν ἀμφοτέραν τὴν ὥραν, συμβαίνειν δὲ τῷ μέν. Equidem non dubito, scriptum a Theophrasto fuisse: τίκτειν δὲ ἀμφότερα (τὰ φυτά, τὸ μετοπωρινὸν καὶ τὸ ἐαρινὸν) τὴν αὐτὴν ὥραν· ὥστε συμβαίνειν. Vulgo erat συμβαίνει. Refertur autem aliena opinio: igitur infinitum tempus praestat.

τέλεια καὶ καλά. Σχεδὸν γὰρ ταύτας τοιαύτας καὶ λέγουσι] A. B. Med. τέλεα habent. Heinsiana rectam Edd. veterum scripturam, ταύτας καὶ τοιαύτας λέγουσι, pervertit. Superest vitiosum γάρ. *Has fere rationes et eiusmodi alias referunt* G., Omisit igitur γάρ. Offendit praeterea vocula σχεδὸν initio orationis posita contra morem scriptorum Atticorum. Igitur suspicor, scriptum fuisse olim: Οὗτοι μὲν οὖν σχεδὸν ταύτας καὶ τοιαύτας λέγουσι τὰς αἰτίας.

AD CAPVT III. (VVLGO IV.)

Καὶ τοῖς καρποῖς καὶ φυτοῖς ἡ τοῦ ἔαρος ἐστὶν σπορὰ] Postremum vocabulum Heinsius inseruit e versione G. qui *satio* vertit. A. B. Med. τοῖς ὀποῖς habent, quod e versione G. (*fructuum*) Heinsius mutavit: quam bene, ipse viderit. Equidem σπέρμασι καὶ φυτοῖς praefero: deinceps ἡ τοῦ ἔαρος ὥρα. Supra enim initio cap. 3. vulgati dixerat: ἀεὶ δεῖ φυτεύειν καὶ σπείρειν εἰς ὀργῶσαν τὴν γῆν. Postea καὶ ὁ ἀὴρ praestat scribere, addito articulo. Supra 1, 12, 7. ἐπεὶ ὅπου ὁ ἀὴρ εὔβλαστὴς καὶ μαλακὸς, βραχύν τινα χρόνον διαλείπουσιν αἱ βλαστήσεις. ubi temere Heinsius εὐκραὴς scripsit.

ἡ δὲ ῥίζωσις ἰσχυρὰ καὶ οὕτω διά τε — εἰς ἄμφω — ὁμοίως ἐστὶ] *radicatio autem eo tempore vel praecipue valida fieri potest cum propter impetum naturalem plantarum, tum propter humi turgorem atque etiam aerem iuvantem ad educandum* G. Vides omissa verba εἰς ἄμφω γὰρ ὁμοίως ἐστί: quae Scaliger interpretatur: *vere nihilo segnius radicari, idque duplici de causa.* Equidem hoc membrum aut transpositum aut mendosum esse puto. Fortasse ὁμοία scriptum fuit, nempe ἡ ὁρμή. Reliqua ita scribi possunt: Ἡ δὲ ῥίζωσις τότε μάλιστα ἰσχυρὰ διά τε — τὴν γῆν ὀργᾶν, καὶ ἔτι τὸν ἀέρα συνεκτρέφειν. Cum hac scriptura consentiet Gaza.

ὑπὸ γῆς] Ita A. B. γῆν dedit Heinsiana.

2. *χειμὼν ὑπολαμβάνων*] *hiems mox post sationem secuta* G.

ὀπὸν τὸν ἐν τῇ κράδῃ] *fici intestinum succum incrassat atque cogit* G. Celavit vitium, quod correxi scribendo *κράδῃ*.

τῶν πλείστων τοιούτων τι ποιούντων] *et reliquis magna fere parte causam aliquam, qua offendantur, infert* G. quasi *τὰ πλεῖστα τοιοῦτόν τι ποιῶν* scriptum legisset: quod interim dedi, donec libri scripti verum obtulerint. Alius fortasse minore mutatione malet scribere: *καὶ τῶν ἄλλων σχεδόν τι τῶν πλείστων τῶν τοιούτων πονούντων*.

Ἀλλὰ γὰρ — ἀφορίζοιτ᾽ ἂν ὁ φάσκων] *Sed haec forsitan ille excludet, qui satum autumnalem asserit meliorem* G. rectius *distinguet* vertas aut *separes*. Sequentia *τοῖς δεχομένοις λέγων* G. reddidit: *iisque dicet esse commodiorem, quae frigora sustinere possunt.* Videtur supplendum *τὴν μετοπωρινὴν φυτείαν*.

Ἔτι δὲ πλείω ταῦτα τῆς φύσεως] *Verum cum eiusmodi plura possunt argumenta a natura ipsa deduci, tum quod arbores ipsae verno tempore ad germinandum potissimum excitentur* G. Omisit igitur verba *τῶν πρὸς τ. φ. ὡρῶν*, quae fortasse commodius collocabuntur post illa, *καὶ τὸ κοινοτέραν εἶναι πᾶσι ταύτην τῶν πρὸς τὴν φυτείαν ὡρῶν*, quae vulgo post *σημεῖα* leguntur inserta. Cetera Gaza ita scripta legisse videtur: *Ἔτι δὲ πλείω τοιαῦτα ἐκ* (vel *παρὰ*) *τῆς φύσεως αὐτῆς ἐστὶ λαβεῖν σημεῖα.* Equidem non dubitavi scribere levissima mutatione: *Ἔτι δὲ πλείω τοιαῦτα ἐκ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐστι λαβεῖν σημεῖα, τό τε παρορμᾷν — πᾶσι ταύτην τῶν πρὸς τὴν φυτείαν ὡρῶν*, donec libri scripti verum monstraverint. Verbum *παρορμᾷν* similiter, ut supra 1, 12, 7., etiam sine librorum auctoritate in *προορμᾷν* mutavi, quod supra bis Med. suppeditavit, qui h. l. habet: *ἔστι πλείω — σημεῖα τὴν πρὸς τὴν φυτείας ὡρῶν. — δῆλον ὡς.*

3. *ὡς φυσικώτερον*] *naturalius vere conseri affirmare* G. Equidem *φυσικωτέραν — ταύτην* scripsi.

Πολλῷ δέον, τῇ] *utpote cum multo melius sit coeli habitum — impetum observari* G. unde *πολλῷ δὲ βέλτιον* scribendum suspicor. Gaza scriptum legisse videtur: *ὡς πολλῷ βέλτιον ὄν.*

ὅπου δ᾽ ἂν θερινὸς ὄμβρος] Articulum *ὁ* post *ἂν* inserui. Sequens membrum *ἢ περὶ — ὁ Νεῖλος* explicatius G. vertit: *vel ut in Aegypto, cum Nilus restagnat.* Fortasse deest verbum aliquod inundationem significans.

πρὸ τούτων ἢ μετὰ τούτους] *paulo ante imbres aut post* G. ad πολὺν ὄμβρον referens: sed Nili inundatio comprehenditur.

4. τοῖς κατὰ φύσιν τόποις] *Nec non et loca ipsa suae ratione naturae dividi atque diversis temporibus tribui licet* G. legit igitur scriptum: καὶ τοὺς κατὰ φύσιν τόπους. Addidit verbum *tribui*. In vulgata commode non licet verbum διελεῖν referre et copulare cum verbis τοῦ ἦρος et θέρους, etiamsi repetas πρὸς τὴν ὥραν. Proprie dicendum fuit, uti series disputationis demonstrat: licet etiam sationis tempora distinguere locorum natura conserendorum, atque ita naturam ipsam ducem sequi. Hoc erit διελεῖν τὰς πρὸς τὴν φυτείαν ὥρας κατὰ φύσιν τοῖς τόποις aut κατὰ τὴν φύσιν τῶν τόπων. Ad alterum membrum οἷον τοὺς — τοῦ ἦρος — τοῦ θέρους deesse verbum aliquod videtur, quod G. supplevit addens *tribuit*: quasi scriptum legisset: διορίζοντας τῇ τοῦ ἦρος — τῇ τοῦ θέρους — τῇ τοῦ μετοπώρου. Alias genitivi isti tres non habent, unde pendeant. Donec libri scripti nos certiora doceant, vulgatam, καὶ τοῖς κατὰ φύσιν τόποις πρὸς τὰς ὥρας, leviter immutavi verbis aliquot transpositis, et τὰς τὴν φυτείαν inserens. Quemadmodum est τοῦ ἦρος, ita sequi debebat τοῦ θέρους et τοῦ μετοπώρου.

ῥοώδεις] *diluta et pluvia et palustria* G. Scaliger in annotatione *ubi sunt rigationes*: in censura G. versionis *fluxae terrae ac lutosae*. In Aristotelis h. a. 9, 25, 5. sunt maris τόποι ῥοώδεις καὶ βαθεῖς diverso sensu. Meteorol. libro 2. θάλασσα ῥοώδης. Videntur hic τόποι ῥοώδεις loci esse fluviis irrigui, quos exemplo Celsi, qui πυρετοὺς ῥοώδεις ita fuit interpretatus, licebit *fluentes* dicere.

θερμῆς οὔσης — ῥίζας λείας] Eadem sententia est supra 1, 12, 3.

AD CAPVT IV. (VVLGO V.)

παχεῖαι] Vulgatum ταχεῖαι e versione G. cum margine B. correxit Scaliger. Deinceps τοῦ τε γύρους cum signo vitii superpositis punctis duobus Med.

ἐκ πολλῶν, μάλιστα δ' ἐνιαυτῷ] *longo tempore ante* G. deinceps ἔνια τῷ A. B. Med. e versione G. correxit Heinsius. Idem vitium in eodem praecepto Geoponicorum 9, 6. p. 582. correxit Niclas, qui ipsum praeceptum comparatis locis Columellae illustravit. Postea πρότερον ἔτι dat liber Vinar. In vulgato ἐκ πολλῶν quid subaudiatur, non exco-

gito. Si esset ἐκ πολλοῦ, intelligerem χρόνου: si πολλῷ absque ἐκ, iungerem cum sequente πρότερον.

ἡλιωθῇ καὶ χειμασθῇ] Virgilius laudat terram, *bis quae solem, bis frigora sensit.* G. *ut humus solem nivemque combibat*, satis inepte. Scaliger: *insoletur et frigore agitetur.* Deinceps vulgatum antea καθ' ἑτέραν ὥραν emendavit Heinsiana, consentiente Vinar.

χαύνην] Ita A. B. Med. χύνην emendavit margo Basil. *soluta suspensaque* Gaza. Verum χαύνην habet Camotiana.

διορίζουσι — ἀπὸ τροπῶν — ἀρκτούρου] A. B. Med. ἀπὸ γὰρ τροπῶν. Med. ὀπῶν. Particulam causalem cum G. omisit Heinsius: alioqui lacunam statuere oportet. Potuerunt excidere κελεύουσι τοὺς γύρους ὀρύττειν. Tempus enim scrobium effodiendarum definiri, sequentia docent.

διαχεῖσθαι μάλιστα] Ita Heinsiana. διακεῖσθαι Ald. 1. Basil. διακεῖσθαι Camotiana. *diffundi maxime volunt* G. unde Heinsius διαχεῖσθαι duxit. quod tamen verbum Scaliger minus commodum putabat esse, quam διακεῖσθαι, quod *affici* interpretabatur. At ita κάλλιστα scriptum oportuit. Vinar. liber διαχεῦσθαι dat. Equidem *diffundi solum* bene dici posse video; et Geoponica 5, 25, 2. de fossionis commodis in vitis cultura memorant: ὁ δὲ πολὺς σκάφος καὶ ἡ τῆς γῆς πλείων διάχυσις βίου καὶ τροφῆς τῇ ἀμπέλῳ καὶ πολυκαρπίας αἴτιος. Infra sect. 4. est γῆ κεχυμένη καὶ ἔνικμος, soluta et humida. Sed non possum excogitare, quid commodi haec terrae solutio et diffusio habeat ad scrobes effodiendas aut ad arbores plantandas. Nam si scrobes nunc primum effodienda docetur, commoda eius nondum possunt memorari, quae ab aeris vi demum expectantur. Multo vero minus pertinet ad plantationis commoditatem id quod memoratur, καὶ βλαστάνει ὅλως οὐδέν. Tempus enim, quo nihil omnino germinat, omnium maxime incommodum esse ad plantandas arbores, nemo facile dubitavit. Igitur ad scrobes redire cogimur, quarum tempus nunc definiri videtur id, quo solum cum intra scrobem tum extra μάλιστα διαχεῖσθαι aut διακεῖσθαι dicitur. Quod quid sit, equidem excogitare non possum. Intra scrobem quidem diffundi solum non commotum plane non potest: igitur scriptura haec per se vel hanc ob causam inepta et absurda est. Altera vero, μάλιστα διακεῖσθαι, non magis locum habet: nam μάλιστα in hac dictione incongruum nihil plane significat. Expectabam κάλλιστα aut potius χείριστα, quod cum sequente membro, καὶ βλαστάνει ὅλως οὐδέν, bene congruit. Scrobes tum effodienda

praecipitur, quum solum intra et extra scrobem omnium pessime affectum est, et germinatio omnino nulla plantarum locum habet. Sunt vero in Theophrasto loca plura, ubi vocabula κάλλιστος et χείριστος fuerunt a librariis permutata. Quare non dubitavi χείριστα reponere in locum vitiosi μάλιστα. Dicitur autem tunc terra omnium minime apta et commoda esse plantationi, quia a sole et siccitate facta exsucca alimentum plantis nullum potest subministrare.

δεξάμενοί τε ἐπὶ τῷ ἄστρῳ ὕδωρ] *ubi imbrem obtinuerunt* G. omissis verbis τὸ ἐπὶ τῷ ἄστρῳ. Vulgatum nempe τε in τὸ mutavi. Vergilias τὸ ἄστρον dicit, quae post autumnale aequinoctium altero et trigesimo die absconduntur, ut ait Columella 2, 8, 2.

2. συμπληροῦσιν, ὅπως — πρότερον] Columella antestatus Magonem 5, 5, 4. *ut semina ita deponantur, ne protinus totus scrobis terra compleatur, sed dimidia fere pars eius sequente biennio paulatim adaequetur: sic enim putat vitem cogi deorsum agere radices.* Compara nunc versionem G. *alioqui vires ad superiora feruntur.* Non vidit, e verbo ῥιζωθῇ repeti debere nomen ῥίζαι.

οὐκ ἰσοβαθεῖς — τοῖς ἐπιπολαιορίζοις] *idcirco scrobes non pari altitudine faciunt iis, quae in summo cohaerent, ceu oleae, fico, sed quantum natura exigit. Aquam subministrant, lapides subiiciunt* G. ubi Basil. editio *aquam* omisit. Heinsius in textu verba τὰς ῥίζας ἱκανῶς μόνον addidit. Basileensis Editor lacunam stella apposita signavit. Scaliger ita supplebat defectum: *Depositis arboribus aggestam calcare terram, ne eo ad summum radices erumpant: hoc est* πρὸς τὰς φύσεις. *Dant igitur operam, ut ex ea compressione cohibeatur subtus vis, quae radices agit. Quapropter lego* πιέζεσθαι *et* ἀντιπαιζόμενοι. Verbum postremum vitio operarum positum puto, quemadmodum alterum ἀντιπαττόμενοι in censura versionis Gazae. Sensum loci lacunosi bene divinasse mihi videtur Scaliger. Calcari enim terram scrobis completi iubent agricolae et Xenophon Oecon. 19, 11. σάττοιμ' ἂν (τὴν γῆν εὖ μάλα περὶ τὸ φυτόν)· εἰ μὲν γὰρ μὴ σεσαγμένη εἴη, ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος — πηλὸς ἂν γίγνοιτο ἡ ἄσακτος γῆ, ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου ξηρὰ μέχρι βυθοῦ· ὥστε τὰ φυτὰ κίνδυνος ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος σήπεσθαι. Calcari vero terram voluisse videtur Theophrastus non solum propter imbres et calorem solis noxium radicibus, per terram solutam facile penetrantes, sed etiam propter radices ipsas, ne nimium efferantur ad summam terram et

calori obnoxiae pereant. Igitur πιέζεσθαι premi et quasi deprimi voluit calcata terra. Vulgatum πίεσθαι est a futuro Attico verbi πίνω, quod hic locum non habet. Ab initio vocabulum ἰσοβαθεῖς desiderare videtur mentionem non solum ἐπιπολαιοῤῥίζων, sed etiam βαθυῤῥίζων. In histor. pl. 2, 5, 1. est: τοὺς δὲ γυροὺς προορύττειν ὡς πλείστου χρόνου, καὶ βαθυτέρους ἀεὶ τοῖς ἐπιπολαιοῤῥίζοις. unde patet, hic additum fuisse a Theophrasto ἀλλὰ βαθυτέρους. Ratio, cur oleae scrobis altior effodiendus sit, est in eo, ne radices e natura sua tam facile ad summum emergant, sed deprimantur.

3. παρασκευάζεσθαι] A. B. παρεσκευάσθαι, Med. παρασκευάσθαι. praeparasse oportet G.

οἱ δὲ κέραμον ὕδατος] *vas fictile aqua plenum* G. Geoponica 10, 85. περιτιθέασι ἑκατέρωθεν κεράμια δύο τετρυπημένα, ἵνα διὰ τῶν ἀγγείων συνεχῶς ἀρδεύωσι τὰς ῥίζας. Columella 5, 10, 8. *dextra sinistraque usque in imum scrobem fasciculos sarmentorum brachii crassitudine demittito ita, ut supra terram paululum extent: per quos aestate parvo labore aquam radicibus subministrare possis.* Ceterum non dubito, κεράμιον scriptum fuisse, non κέραμον.

ξύλον, κἂν ἡμιπαχὲς] A. B. Med. κἂν εἰ μὴ παχές. *lignum satis crassum* G. Scaliger vitium agnovit, medelam non reperit, quam ineptam attulit Heinsius. Ferrem, si esset ἡμιπηχυαῖον. Sed non dubitavi scribere κνημοπαχές. Ita στέλεχος παχύτερον ἢ κνημοπαχὲς est in historia pl. 9, 4, 3. Vinar. dat καν ἢ η ἡμιπαχές. Rem eandem tradunt Geoponica 9, 11, 3. de olea: ἐμβλητέον δ' εἰς τοὺς βόθρους ἑκατέρωθεν τοῦ φυτοῦ καὶ δύο ξύλα λεῖα καὶ ὀρθὰ, ἢ καλάμους ἢ κληματίδας συνδεθείσας, ὥστε ὑπερέχειν τῶν βόθρων· καὶ μετὰ τὸ συμπατηθῆναι τὸ φυτὸν, ταῦτα μὲν ἐκσπαστέον, τοὺς δὲ διακένους τόπους λίθοις λεπτοῖς ἢ ὀστράκοις ἀναπληρωτέον, καὶ πωμαστέον μείζονι λίθῳ, ἵνα τὸ ἀπὸ τῶν ὑετῶν ὕδωρ ἐπὶ τὰς ῥίζας ἀφικνῆται.

ὅπως ἕξει συμμέτρως]. Heinsiana peius ἕξῃ dedit.

4. κεχυμένη καὶ ἔνικμος] A. B. κεχημένη. *labescat atque humescat* G. Scaliger *tabescat* e G. versione posuit, idque graece τηκομένη ait esse. Vide supra ad sect. 1. de verbo διαχεῖσθαι dicta.

ὑγρότερον καὶ ξηρότερον] Postremam vocem e versione G. inserui, quam is *siccior* vertit.

τἀναντία γίνεται· ῥιγοῦν — τὸ φυτὸν] *adversa omnia veniunt; frigent enim plantae atque laborant* G. qui scri-

ptum legit: *ῥιγοῦσι — κακοπαθοῦσι τὰ φυτά.* Pluralem numerum desiderant etiam sequentia, *δύναιντ' ἂν ὁμοίως*. Alioqui praecedens *γίνεται* mutari debet in *γίνεσθαι*. Cum G. facit Vinar. quem sequor.

ἔτι δὲ τῆς γῆς πεπηγυίας] *et solo gelato* G. *γῆς* omisit Heinsiana.

AD CAPVT V. (VVLGO VI.)

εὐθύτατα] Vulgatum *ἰθύτατα* cum Vinar. libro correxi. Cum sequatur *καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ πάχος*, ubi G. *corpore pleno* vertit, suspicari possis, *παχύτατα* hic fuisse olim scriptum. Sed sequens *εὐθύτης λειότης τε* satis defendit vulgatam scripturam. Igitur *τὸ πάχος* a iuventute et vigore arboris derivandum videtur: seniores enim virgas exiliores solent producere.

τό,τε γὰρ λεῖον] Abundat copula *τε*, nisi verba aliquot exciderunt. Deinceps *ὀζομένον* A. B. post *ἄλλως τε* omissa copula *καί*. *nodatum praesertim caecis et vanidis nodis* G. Histor. pl. 1, 8, 4. *εἰσὶ δὲ τῶν ὄζων οἱ μὲν τυφλοί, οἱ δὲ γόνιμοι· λέγω δὲ τυφλούς, ἀφ' ὧν μηδεὶς βλαστός.*

ἐάν τε ζῶσιν, ἐκβεβλαστηκὸς ἐκ τούτων] Ita Heinsiana cum A. B. Med. *et quanquam sanos habeat nodos, quod tamen ediderit, exile est, praeterquam ea, quae non sponte suae naturae talia sunt, ut palmites* G. sed Basil. habet rectius: *quae nodo crebro sponte n. s. consistant.* Scaliger putabat, eum scriptum legisse: *πλὴν ὅσων μὴ ἡ φύσις τοιαύτη.* In A. B. Med. est *εἰς τούτου*, quod Scaliger mutabat in *εἰς τοῦτο* aut *ἐκ τούτου*. Heinsius *ἐκ τούτων* dedit: *ἀπὸ τούτων* malebat Dalecampius: sed ita scribendum etiam erat: *ζῶσι, τὸ ἐκβεβλαστηκὸς ἐκ τούτων ἀσθ.* Vinar. *ἐκ τούτου* dat. Equidem articulum *τὸ* addidi, et *ἐκ τούτων* feci, ad *ὄζους* referens.

ὅσων μηδ' ἡ φύσις τοιαύτη] A. B. *ὅσον*. De palmitibus histor. pl. 1, 8, 5. *ἀεὶ δ' ἐν ἅπασιν οἱ κλάδοι φαίνονται πολυοζότεροι — καθάπερ καὶ τῆς συκῆς οἱ νεόβλαστοι τραχύτατοι, καὶ τῆς ἀμπέλου τὰ ἄκρα τῶν κλημάτων.*

περιαιροῦσι τὴν θάλειαν] *thaleam ramis abscindunt* G. *alii tondent germen, quantum in ramo est, ne eo transferatur ac dissipetur succus, atque etiam vis, vel ramos tondere, cum etiamnum frondentes petantur* Scal. Infra 5, 1. in A. B. erat *θαλλία*, Heinsius *θαλία* dedit. In histor. 2,

3. est: ἐὰν περικόπτῃς τὴν θαλίαν, oleastrum ferre phaulias ait. Est cacumen et tenerrima pars surculorum. Romani scriptores *taleam* paulo latiore sensu dixerunt. Cf. dicta ad Varronem p. 343.

2. Ἔτι δὲ εὐθύτης λειότητος] Rectius G. scriptum λειότης τε vertit *laevitas rectitudoque seminis*. Articulum ἡ initio addidi.

εἰ δὲ μή. μὴ χείρονος] *aut non deteriore* G. Vitium animadvertit Cagnatus Var. Lect. 1, 8. qui negationem alteram deleri iussit. Equidem in loco negationis praepositionem ἐκ positam malim. Initio ad verba Ὀρθῶς δὲ καὶ τὸ deest verbum aliquod, velut ἔχει. Praeceptum ipsum habet Columella 3, 5, 2. inde Palladius 1, 6, 4. et 3, 9, 5. cum iisdem rationibus.

βέλτιον συντροφοῦντος] *alterum melius educabit* G. Vitium vidit Scaliger, sed mederi non potuit. Cagnatus l. c. ἢ ἐπὶ τὸ βέλτιον malebat. Dalecampius: ἡ μὲν γὰρ ὁμοία — ἡ δὲ βελτίων καὶ μᾶλλον εὐτροφεῖ. vel: ἡ δὲ κρείττων βέλτιον εὐτροφεῖ. Mihi videtur G. scriptum legisse: ἡ δὲ βέλτιον ἐκθρέψει. Verbum vitiosum συντροφοῦντος interim seclusi.

Μέγα δὲ καὶ αἱ μεταβολαὶ] *quippe mutatio imbecilli cuique magna causa est* G. Copulam καὶ omisit Heinsiana: et commodius abesset: igitur seclusi. Sequens φυτευομένων e Med. mutavi.

πρόσβορα — τηρεῖν, ἔτι μάλιστα] A. B. εἴ τι μάλιστα. *Prout enim reliquas arbores habere se vident, ita servandum censent, quam maxime possint* G. Heinsianus, sed Basil. rectius: *utque apud parentes spectant, ita*. Scaliger προσβόρεια malebat: deinde ὅτι μάλιστα cum G. dedi. Vulgatum εἴ τι μάλιστα Scaliger interpretabatur, tanquam si latine dicas *quam quod maxime*. Equidem ad verbum τηρεῖν deesse existimo vocabulum aliquod, quod situm eundem servatum nihilque in eo immutatum significet.

ἐνεγκόντων μεταβολὴν] Articulum τὴν addidi. Deinceps ὅτι μάλιστα ὁμοίως vulgatum cum margine B. et Scaligero e versione G. correxi.

3. προμοσχεύοντες] Sine dubio ἐπὶ τῶν δένδρων intelligi voluit, ut sectione 1.

ἀπὸ τῶν κάτω] partibus vel ramis inferioribus. Sequens ἐμβιώτερα G. *vivaciora* vertit, haud scio an male.

ὑγρὰ] Videntur esse plena succi, quod docet sequens in opposito genere ξηρότης.

λεπτοδερμίαν] *tenuitatem corticis* G. Supra cap. 2, 2. ξηρότητα καὶ λεπτότητα τῶν κλάδων obscurius dixit; ubi vide annotata.

τὰ δ' ὑπὲρ ῥιζῶν. ὡς προπεπονημένον τι] *Quae autem suffulta sunt fibris, quasi praeconditam partem naturae aliquam gerunt, qua uti protinus possunt, quemadmodum viviradices* G. Miror Scaligerum de vitio tacuisse. Scribendum nempe τὰ δ' ὑπόῤῥιζα ὡς προπεπ. Vinar. habet τὸ δὲ ὑπεῤῥιζῶν. Med. μεμοσχευομένον habet.

4. λέγουσιν ὀρθὰ κελεύοντες] Articulum addo: οἱ ὀρθὰ κελεύοντες. Sequens ὑποβάλλοντες G. vertit: *nec aliqua parte subtracta.* Corrigebat Scaliger *substrata.* Brevius poterat *nec obliquas*, graece ὕπτια et πλάγια. In Xenophontis Oeconom. 19, 9. est πλάγιον τιθέναι.

τρεφομένου τὸ πονοῦν] Vulgatum ποιοῦν e versione Gazae Scaliger in πονοῦν mutavit, consentiente Med. et Vinar. Linckius tamen malit καὶ πονεῖ, ut ad genitivum τοῦ τρεφομένου intelligatur τὸ ὑπερέχον φυτόν. Pars enim extans supra terram potius soli et ventis obnoxia exarescit, quam alitur.

ἀθροωτέρα φέρεται] *tum etiam pabulum summatim magis ad germina procreanda deducitur, cum supra terram paulum extat, quod praecisis quoque arboribus evenit* G. Rectius Scaligero iudice dixisset: *confertim magis summittitur.* Praeterea τὰ κατακοπτόμενα non sunt arbores, sed plantae praecisae, cum transplantantur.

5. τῶν τῆς ἀμπέλου] Heinsiana articulum τῆς omisit. Deinceps μυρήνων Med.

ὅσα φύεται, μείζους πάντων] Ita Heinsiana. μείζων A. B. μείζω Med. *quae ampliorem magnitudinem capiunt* G. Legit igitur scriptum μείζω, quod restitui, mutata interpunctione. Fortasse etiam φυτεύεται μείζω scribendum est, *quae plantae maioris incrementi ponuntur*, ideoque praecisa maius vulnus accipiunt.

ἀποστέγουσι τὰς τομὰς] *plagas allevatas contegunt* G. igitur verbum λειώσαντες additum legit. ἀποστέγουσαι Med. habet.

νοσῆσαι ῥαγέν] A. B. νοῆσαι. Correxit Scaliger, cui suspectum fuit verbum ῥαγέν. *nam si id acciderit, morbi contrahendi periculum imminebit* G. Calor solis nimius findit et rumpit partem praecisam. ῥαγὲν est φυτὸν ipsum.

οἱ δὲ σκίλλαν] Similem usum tradunt Geoponica 5, 8, 7. τὰ δὲ ἐκ πολλοῦ διαστήματος κομιζόμενα κλήματά τινες

εἰς σκίλλαν ἐνθέντες ἢ εἰς βολβοὺς, οὓς ἐσθίομεν, χλωρὰ διεφύλαξαν.

AD CAPVT VI. (VVLGO VII.)

Ἡ δὲ κόπρος] A. B. Ὁ δὲ correxit Scaliger. οἱ δὲ κόπρος Med. Sequens εὐβλαστεία mutavi cum Med.

ὑπὲρ δὲ — ἀμφισβητοῦσι] Med. habet δι' ἀμφισβητοῦσι.

τῆς τε πρώτης γῆς — ἄνω] *inter terram superiorem atque inferiorem* Gaza, recte! Graece prima dici videtur, quia prius in scrobem vel sulcum regeritur et radicibus plantae substernitur.

κάτωθεν γὰρ παραλαμβανομένην, εἰς τὸ ἄνω φέρεσθαι — τὸν χυλόν] *hinc enim sursum ferri existimant, cum imber immerserit, atque ita succum commendabilem reddi* G. qui verbum παραλαμβανομένην omisit, et postrema ita vertit, quasi scripta sic legisset: βελτίω δὲ γίνεσθαι τὸν χυλόν. Scaliger haesit in verbo παραλαμβανομένην, quod interpretatur comprehensam a sole et imbribus: alioqui potius scribendum fuisse κατατιθεμένην. Deinde verba εἰς τὸ ἄνω φέρεσθαι explicat de vapore fimi surgente, postquam fimus tanquam calx aqua pluvia fuit perfusus. Verum ita cogitur deinceps χυλὸν mutare in καπνόν. Equidem παραβαλλομένην scribere non dubitavi. Superest maius vitium in reliquis verbis, quae nec per se sola considerata sensum habent commodum, neque copulata connexaque inter se consilium scriptoris exprimunt. Postrema enim illa, βέλτιστον γὰρ εἶναι τὸν χυλὸν, quomodo ex anteriore oratione sequantur, non apparet. Hoc tamen manifestum mihi quidem esse videtur, commendari succum fimi pluvia irrigati, qui pertingit ad radices plantae, easque alit terramque nutricem calefacit. Succus vero fieri (χύλωσιν alicubi vocavit Theophrastus) non potest a pluvia fimo admista deorsumque ad radices plantae ferri, nisi fimus fuerit superior. Iam vero fimum positum voluit Theophrastus intra terram superiorem et inferiorem scrobis vel sulci. Inferiori plantae radices inseruntur, superior inferiorem tegit, pluviam recipit et ad inferiorem, si satis rara et laxa est, demittit. Vides, succum debere descendere, non ascendere. Graece igitur male legitur, fimum ipsum post pluviam ascendere. Vitium haeret in vocibus κάτωθεν et ἄνω, vel potius in sola κάτωθεν, quae leviter mutata, abiecto fine, in κάτω verum dabit sensum. Praeterea

verbum *παραβαλλομένην* transponendum suum in locum post *καὶ τῆς ἐπάνω*, ut totum membrum ita continuetur: *οἱ δὲ παραβαλλομένην* (*τὴν κόπρον*) *ἀνὰ μέσον ποιοῦσι τῆς τε πρώτης γῆς καὶ τῆς ἐπάνω*. Tum sequitur: *κάτω γὰρ τὸ ἄνω φέρεσθαί φασιν*, (nempe *τὸ ὕδωρ* repetendum e verbo *ὕσῃ*) *ὅταν ὕσῃ· βέλτιστον γὰρ εἶναι τὸν χυλόν*. Haec ita satis probabiliter constituisse videri equidem poteram, nisi statim sequeretur: *ἄνωθεν δὲ ἐξικμάζεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου:* ubi repetendum *ἄνωθεν δὲ παραβαλλομένην τὴν κόπρον*. Unde apparet, etiam in priore membro *κάτωθεν γὰρ παραβαλλομένην* veram esse scripturam, nec debere moveri. Potius statuendum, aut excidisse verba aliquot, aut vere agricolas et arboratores aliquos existimasse, fimi pluvia descendente permisti succum sursum regurgitare aut a terra incalescente a sole attrahi. Hanc ob causam praeter verbum *παραλαμβανομένην* nihil mutavi.

διικνεῖσθαι τὰ κάτω] *nec imbrem partes imas posse attingere* G. Dalecampius recte *εἰς τὰ κάτω* scribi iussit. Scaliger sensum esse volebat, fimum non posse aquae impulsu ductuve pertingere ad partes imas, sed elui potius pluvia. Rectius Gaza *ὕδωρ* intellexit, e verbo *ὕσῃ* repetendum, ut additum ab eo *imbrem* demonstrat.

2. *συμφωνοῦσιν, ὥστε — κούφην*] *stercore non acri ac vehemente, sed levi ac facili utendum* G. In graeco deest verbum *εἶναι* vel simile. Sed praeterea insolens est usus particulae *ὥστε* post verbum *συμφωνοῦσιν:* quare vereor, ut locus sit integer.

λοφούρων] *ruminantium* G. *iumentorum* Scal. Deinceps verba *ἡ δὲ καὶ ξηραίνει* G. vertit: *et interdum etiam exsiccat*. Scaliger *ἡ δὲ* referebat ad vocem *ἰσχυρά*. Ita vero scriptum oportuit: *ἡ γὰρ δριμεῖα διαθερμαίνει μᾶλλον, ἡ δὲ* (*ἰσχυρὰ*) *καὶ ξηραίνει*. G. scriptum legit: *ὁτὲ δὲ καὶ ξηραίνει*. Infra cap. 13. de eadem re breviter hunc ipsum locum respiciens repetit Theophrastus: *διὸ καὶ φυτεύοντες ὑποβάλλουσιν εὐθὺς, ὥσπερ ἐλέχθη, τὴν τῶν λοφούρων, ὅτι κουφοτάτη· τὸ δ᾽ ἀσθενὲς κουφοτάτης δεῖται*. In hoc loco nostro vitium est manifestum e transpositione verborum, ut suspicor, natum. *ἡ δὲ* alio non potest nisi ad *κούφην* referri. Atqui leve stercus non exsiccat humum et plantam, sed *ἡ δριμεῖα* id facit. Consilium Theophrastus initio capitis posuit: *ἡ δὲ κόπρος μανοῖ τὴν γῆν καὶ διαθερμαίνει· δι᾽ ὧν ἀμφοτέρων ἡ εὐβλαστία*. Igitur solum calorem stercoris probare in genere levi (*κούφῃ*) potuit. Apparet, verbum *ξη-*

ραίνει pertinere ad prius genus, ἡ — δριμεῖα καὶ ἰσχυρὰ ξηραίνει, alterum ad leve genus, ἡ δὲ (κούφη nempe) διαθερμαίνει μᾶλλον, potius calefacit, quam exsiccat. G. *nimium calefacit* vertit hic, cum initio capitis verbum idem reddiderit *tepidum reddere*. Non dubitavi vitium apertum emendare.

ἐμπύρῳ τόπῳ] A. B. Med. φυτῷ. *si quis loco aestuoso serat* G. Scaliger φυτῷ deleri voluit. Praepositionem ἐν cum Dalecampio praeposui. Vulgatum φυτεύσῃ cum Med. correxi.

τότε βάλλειν] *cumque totam imbiberint, serere* G. Equidem ἐμβάλλειν scriptum malim. Antea Med. καὶ ἐπὶ τὴν ἀναπιῶσι habet.

3. ἁλμώδει ἢ ἐφάμμῳ] *salso arenosoque* G. igitur καὶ pro ἢ scriptum rectius legit: nam quae sequuntur, unam eandemque soli naturam explicant salsam. Deinde ὑφάμμῳ scripsi: quae enim terra arenam superstratam habet, ἔφαμμος, quae substratam, ὕφαμμος dicitur. Est autem ὕφαμμος terra hic, et, ut puto, ubique apud Theophrastum terra maritima, quae arenae salem marinum admistum habet. Fortasse igitur ἁλμώδης est simpliciter terra salsugine plena, ὕφαμμος autem terra maritima, quae salem marinum admistum habet. Itaque vulgata scriptura poterit defendi.

περὶ τὸ πρέμνον] *circa stolonem plantae* G. *ad stipitem* Scaliger. *circa truncum*, cui insitus est surculus, C. Gesner in Vitulo H.

ὅπως ἀποστέγωσι] *ut salsugo admitti nequeat* G. *ut salsugo discludatur* Scaliger. Supra cap. 5, 5. est ἀποστέγουσι τὰς τομὰς sensu diverso.

ἄμμον — ἐκ χαράδρας] *dulcem arenam — aut faucibus torrentis* G. A. B. Med. ἅλμον dant. Correxit Scaliger, qui χάραδραν alveum torrentis interpretatur. Dalecampius ποτίμων malebat, intelligens ὑδάτων.

παρέχεταί τινα δύναμιν] *vim quandam efficiunt utilem* G. Videtur refrigerationem radicum aestate dicere, item defensionem a frigore.

Ἐὰν δὲ ἔφυδρα καὶ ναματώδη] *Sin autem locis uliginosis aquosisque serendum sit* G. unde scripsi: ἐὰν δ᾽ ἐν ἐφύδρῳ καὶ ναματώδει. Vulgatum ἔφυδρον eodem vitio laborat, quo antecedens ἔφαμμος.

ὥστε μὴ — σκαπάνης] *quo sarculum tangere nequeant* G. rectius Scaliger: *tam profunde, ut, cum circa arborem fodiatur, ne offendat marra.* De fossis his dictum ad Columellam 2, 2, 9. p. 55.

4. πρὸς τὴν ὑπερβολὴν] *haec enim omnia plurimum iuvant* G. Graeca significat *contra excessum.* Gaza καθ' ὑπερβολὴν scriptum legisse videtur. Sed suspicor, in nomine ὑπερβολὴν latere vitium scripturae.

ὅτι δὲ ἡ ἄμμος καὶ ὁ χοῦς ἀναξηραίνουσι] Haec cum G. omisit Heinsius, correxit cum Dalecampio C. Hoffmann. Paulo antea ὄρθριαι A. B. Med. correxit Scaliger.

διὰ τοῦτ' ἐὰν οἵ γε ὦσι] *quodsi in eiusmodi solo lapides insint, elapidandum non est* G. Quae corrupit Heinsius. Med. οὐδ' ἐὰν dedit. unde οὐδὲ addidi: ceterum που ἐνῶσι scripsi.

τὸ βοηθοῦν, ὅλως. ἐν ὁποίᾳ οὖν ἐὰν ὀρύττων] Ita Heinsiana. ὁποιανοῦν A. B. correxit Scaliger. *Iam enim quid iuvet naturae opera adest. Denique in quacunque fodiens lapides — comperies* G. qui locum ita fere scriptum et distinctum legit: ὑπάρχει γὰρ φύσει τὸ βοηθοῦν. Ὅλως δὲ ἐν ὁποιαοῦν ἂν ὀρύττων τις. Ceterum τρόχμαλον Gaza *glaream* vertit, mox *glaream et sabulum.* Scaliger *lapidum rotundorum ac minutorum cumulum.* Ita Nicander Theriac. 143. τρόχμαλα αἱμασιάς τε καὶ εἰλυοὺς ἐρέοντες. Quid sit, hic noster locus ipse mox docebit.

οὐ ἄκος τὸ μὴ συμμιγνύναι] *non commiscuisse. neve disgregasse terram eiusmodi remedium nullum est* G. qui τοιαύτην scriptum legit. Ceterum negationem posteriorem ut inutilem delevi. Deinceps τήν τε τρόχμαλον Med. habet.

5. Ὁ μὲν γὰρ ὁ λίθος ὁ μὲν πλατὺς καὶ συμφυὴς] *enimvero lapis si latus atque perpetuus sit, arbori est noxae: sin rotundus minutusque subiiciatur, refrigerat et aquam transmittit et locum radicibus pervium praestat* G. *lapidem continua planitie compactis partibus* interpretatur Scaliger. De vocabulo συμφυὴς dictum ad Aristotelis h. a. 4, 8. p. 232. et 241. τρόχμαλον lapidem minutum rotundumque ex opposito recte hic G. interpretatus esse videtur. Plinius 17, 1. sect. 16. *Testas, aliqui lapides rotundos, subiici malunt, qui et contineant humorem et transmittant: non item planos facere, et a terreno arcere radicem existimantes. Glarea substrata inter utramque sententiam est.* ubi cum Dalecampio *qui haud contineant* scribendum esse, monui ad Columellam p. 173. Columella de arbor. 4, 4. *in imo scrobe lapides circa pondo quinque ponito, ne vitem premant; sed iuxta radices sint. — Spatium autem radicibus, qua repant, lapides praebent, et hieme aquam repellunt, aestate humorem praebent.* Quae

repetit 3, 15, 3. *per imum solum iuxta diversa latera fossarum dispositis lapidibus, qui singuli non excedant quinque librale pondus. Hi videntur, ut Mago prodit, et aquas hiemis et vapores aestatis propulsare radicibus. Quem secutus Virgilius tutari semina et munire sic praecipit:* Aut lapidem bibulum aut squalentes infode testas: *et paulo post:* Iamque reperti, qui saxo super atque ingentis pondere testae urgerent: hoc effusos munimen ad imbres, hoc, ubi hiulca siti findit canis aestifer arva. ad quem locum posui locum Geoponicorum 5, 9. et Aristotelis de Iuventute c. 6. De loco Virgilii Georgic. 2, 350., ubi saxum vel ingens testa supra imponitur, tacuerunt interpretes. Is tamen non tam e Magone quam e Theophrasto ductus esse videtur, sed integriore. Hodie enim non apparet, quid fieri voluerit saxo plano Theophrastus: simpliciter est *βλάπτει τὰ δένδρα:* ne situm quidem eius definitum vides, nisi e sequente membro ὑποκάτω τεθεὶς huc etiam referas: quod omnino faciendum puto. Contra tamen Columella sentit de Arbor. 3, 7. *Saxo summa parte terrae et vites et arbores laedunt, ima parte refrigerant.* Cum quo sentiunt Geoponica 5, 19, 2. Med. ἢ βλάπτει habet.

τόθ᾽ ὕδωρ δέχεται] *et aquam transmittit* G. Scaliger: *accipit et transmittit.* Plinius: *qui et contineant humorem et transmittant.* sed ibi cum Dalecampio videtur scribendum *qui haud contineant.*

οὐδ᾽ ἐκ γῆς ψιλῆς] *ex tenui terra* G. et Scaliger: male. Opponitur terrae arboribus consitae: unde γεωργία ἡ ψιλὴ καὶ ἡ πεφυτευμένη, ut ipsa terra, distinguitur. φέρειν Med. habet.

ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς συνεχοῦς] *in ipso continuo rure, cum partes singulae inter se dispares incomptaeque constant* G. Omisit igitur verba κατὰ τοὺς τρόπους ἑκάστους, (vel, ut scribendum potius puto, τόπους ἑκάστους: nam de agro, ut de homine, non dicuntur τρόποι:) et addidit *incomptae,* cuius vocabuli in graecis nullum inest vestigium.

6. λέγεται πολλάκις] Ita A. B. Med. E versione G. correxit Heinsius. Deinceps A. B. Med. ἔχειν ῥοπὴν correxit Scaliger.

ὅλων τῶν γενῶν ἐστι] *quod cum in universis generibus tum in ipsis, quae eandem speciem habent, licet percipere* G. unde verbum ἰδεῖν vel simile aliquod post ἐστὶ inserendum censeo. ὁμοιοειδέσι Med. habet.

ὅσοι γε ὑδρεύεσθαι] E versione Gazae ὅσαι γε scripsi;

et deinceps vulgatum ἔφυδρα mutavi cum Med. qui deinceps πεδεινὴν — πλείω habet.

7. ἀκρόδρυα] *arbores* G. consentiente Scaligero: addendum mihi videbatur *fructiferae*, quod G. hic potuit omittere, quia posuit deinceps: *melius in imis montium fructificare putantur*. Geoponica 10, 74. ὀπώραν et ἀκρόδρυα distinguunt, ut latini de re rustica scriptores *poma* et *nuces*. Sed hic usus Theophrasti non est. ὑπορείας deinceps Med. postea μία αὕτη.

ὧν οὐδεμίαν θετέον εἶναι χρή] Haec omisit G. ὧν οὐ μίαν correxit Scaliger interpretatus: *quia sit unum nomen habens relationem ad montium radices*, τὸ ὑπώρειον, *ne quis putet, una tantum differentia eius naturae ambitum contineri*. Sed verbum θετέον vitiosum mihi videtur, fortasse in ἀόριστον mutandum, aut in ἀθεώρητον.

8. λειμωνίαν] Vulgatum χειμωνίαν cum margine B. et Scaligero e versione G. correxi. Sententia eadem est supra 2, 5. Sequens vulgo ἔφυδρον iterum correxi.

τὴν εὔγειον] olim λευκόγειον scriptum fuisse monui supra ad 2, 4, 4. deinceps εὐτρεφὴς Med.

ἡ λεπτόγειος, ὑγροτέρα — καὶ εὐήλιος] *huic enim gracile, serenum atque apricum longe commodiùs est* G. unde iam olim Scaliger vulgatum ὑγροτέρα mutari iussit in οἰκειοτέρα. Deinceps A. B. Med. ἥλιος habent. εὔηλος dat Vinar. εὐειλος dedi. cf. ad 2, 16, 5. dicta.

ἐναντίως δὲ τῇ εὐβοϊκῇ] A. B. ἐναντίοπη — εὐβοῇ. Med. ἐναυτεἰοπε — εὐβοῇ. Heinsiana ἐναντίον dedit et εὐβοϊκῇ, cum verum ἐναντίως iam olim reponi iussisset Scaliger. Columella 4, 33, 1. *castanea pullam terram et resolutam desiderat: sabulonem humidum vel refractum totum non respuit: opaco et sententrionali clivo laetatur: spissum solum et rubricosum reformidat*. Consentit Plinius 17. s. 34. et Palladius Nov. 7. Dissentiunt Geoponica 3, 3. et 2, 8. Sed 10, 6, 3. χαίρει ψαμμώδει γῇ καὶ ψυχροῖς τόποις.

ἀναυξῆ — καὶ καυλώδη] *parvae namque et detortae exiguaeque proveniunt ex flatuum ictu* G. *mutilas, truncas, ut nihil aliud quam caudices videantur*, καυλώδη interpretatur Scaliger. καμπυλώδη G. scriptum legisse putabat Dalecampius: κολώδη maluit Rob. Constantinus in Lexico, quod ait dictum pro κολοβώδη. De πτελέᾳ, δρυῒ et πλατάνῳ, quae ventis et tempestatibus expositae excrescunt in κράδας, dictum ad histor. 1, 8, 5. Brassicam καυλώδη Pli-

nius 20, 9. *caule magno* interpretatur. Lactucam silvestrem Dioscorides 2, 166. *καυλωδεστέραν* esse ait, id est caule ampliore, quam domesticam.

ἔνια δὲ οὐδὲ τῶν ἀγρίων] *quibusdam etiam silvestribus locus eiusmodi nocet* G. In graecis deest verbum et hic et supra, ubi est *πνευματώδη* — *τῶν γε ἡμέρων*: neque enim commode antecedens *ζητεῖ* repeti potest, sed ex isto verbo intelligendum cognatum *ferunt, tolerant.* Ceterum ex hoc loco apparet, castaneam in agro Attico cultam non fuisse: neque omnino ibidem provenisse videtur. Quid enim opus erat antestari aliorum fidem? Omnino castanea certum coeli statum amare videtur: et in Hispania Lusitaniaque, ut in Sicilia Aetnae montis, certum montium situm veluti corona castaneae cingunt, quod me monuit Linckius: in campis calori solis expositis non visuntur.

οὐ γὰρ τελειοκαρπεῖν] Praeeunte G. cum Med. modum temporis correxi. Ceterum Med. *ἀμφικινεῖσθαι* et *εὐξεῖς* habet.

ἔν τε ταῖς ἄλλαις τροφαῖς] *pariter in ceteris rebus et in mutationibus aeris* G. Vitavit igitur vitiosum *τροφαῖς*; cuius in locum vocabulum aliud quod substituam, nunc non succurrit. *τροπαῖς* enim convenire non videtur. An praecedens *ἄλλαις* delendum, quod in mentem Linckio venit?

AD CAPVT VII. (VVLGO VIII. IX. ET X.)

καρποὶ ξηρότατοι καὶ πυρηνώδεις] *siccissimi nucleosique* G. Non dubito, fuisse *ξηροί τε καὶ πυρ*. Deinceps *μυρήνου* Med.

ὥσπερ ῥόας καὶ μυῤῥίνου] Hoc minime verum est; fructus enim mali punici et myrti non sunt sicci, multo minus siccissimi. Aut igitur exciderunt verba aliquot, aut exempla duo haec ab aliena sunt manu addita hominis rerum naturae imperiti. Ita quidem arguebam cum Linckio, antequam reliqua Theophrasti loca comparassem. De re histor. pl. 2, 5, 6. *φυτεύειν δὲ καὶ ῥόας καὶ μυῤῥίνους καὶ δάφνας πυκνὰς κελεύουσι, μὴ πλέον διεστώσας ἢ ἐννέα πόδας*. Supra 2, 7, 3. *Ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα φυλλόσκεπα τυγχάνει καὶ τῶν ἀγρίων καὶ τῶν ἡμέρων, ὥσπερ ἡ ῥόα καὶ ὁ μύῤῥινος· καὶ ὁ μὲν πυκνὸς ὢν καὶ ξηρὸς, ἡ δὲ μανὴ καὶ ξηρά. Τὸν μὲν γὰρ καρπὸν ἀμφότερα πυρηνώδη καὶ οὐχ ὑγρὸν ἔχει· τῷ μὲν γὰρ ἡλίῳ παραδιδόμενος ταχὺ καταξηραίνεται, σκιατροφούμενος δὲ καὶ μετρίως εἰσλάμποντος σώζει τε τὴν οἰκείαν ὑγρότητα*

καὶ πεπαίνει. Διὸ καὶ τὰς ῥόας πυκνὰς φυτεύουσι καὶ τοὺς μυῤῥίνους, ἵνα συσκεπάζωσιν ἄλληλα, καὶ προβολὴν ἔχωσι τοῦ ἡλίου. Ἅμα δὲ καὶ τῷ μὴ πολύῤῥιζα τυγχάνειν, οὐκ ἐνοχλοῦνται κατὰ τὰς τροφάς. Iterum 2, 8, 1. ὅσα δὲ ξηροκαρπότερα, (comparata cum uva,) καθάπερ ὁ μύῤῥινος (καὶ γὰρ τοῦτο τῶν ὀψικάρπων) ἐλαφροτέρων δεῖται τῶν ψυχρῶν. Ibidem inter fructus ὑγροὺς praeter uvam ficus et μιμαίκυλα numerantur. Apparet igitur, hunc etiam locum nostrum non simpliciter intelligi debere de fructibus siccis per se, multo minus siccissimis, ut habebat scriptura vulgaris, sed comparari fructus arborum multi et liquidi succi, veluti vitis, arbuti et fici, cum myrtis et malis punicis.

τῷ ταῤῥῷ] *nullus enim radicum mutuus decursus cratis instar contextus infestat* G. Heinsianus: sed Basil. *decursus nullus implexus rixatusve improbus infestat.* Scaliger: *nullae radicum mutuis complicationibus inter se molestae sunt.* Ita mox dicitur σύνταῤῥα γίνεσθαι, et in sequente sect. 6. occurret verbum συνταῤῥοῦσθαι. Columella 4, 2, 2. *haec autem, quae toto est prostrata corpore, cum inferius solum quasi cancellavit atque irretivit, cratem facit, et pluribus radicibus inter se connexis angitur.* Idem 3, 15, 3. *sic deinde curvatam deponere, ne duarum vitium radices implicentur.* Hoc est graecum συνταῤῥοῦσθαι.

διὰ πολλοῦ] *amplo intervallo* G. Ad sequentia, ἐν γὰρ τοῖς ὀρεινοῖς, compara histor. pl. 2, 5, 6. ποιεῖσθαι δὲ καὶ πρὸς τόπον τὰς ἀποστάσεις· ἐν γὰρ τοῖς ὀρεινοῖς ἔλαττον ἢ ἐν τοῖς πεδινοῖς. quem locum ex hoc nostro correxi. Deinceps ὀρθῶς γε — πεδεινοῖς Med. habet.

αἱ ῥίζαι προαύξονται] *radices comaeque augescunt* G. Equidem προσαύξονται scribere non dubitavi. Κόμαι non solum folia sed totam arboris superficiem cum ramis et foliis significant.

3. τῶν ἄνω] G. plane omisit. Med. τῶν ἄλλων habet.

ἀφιέντες τὰς ῥάχας] A. B. Med. ἀφιέντας. Gaza Heinsianus plane diversus abit: *ut in vitibus observatur. Priusquam enim egerit radices, si quis demat aliquid et moveat, dum adhuc est imbecilla, laedet. Cum vero radices egerit, et confirmatum fuerit, amputabis.* Basil. *observatur: cum vero tenuerit convalueritque, amputabis.* Scaliger ῥάχας interpretatur frequentiam sarmentorum, *unde,* inquit, ῥαχὰς *fruticetum: a fragore, qui auditur ex conflictione flagellorum. Sic enim latina quoque vox a fra-*

gore. Robertus Constantinus, apposita Hesychii glossa, ῥαχὴ, ἀπόσπασμα, ἀπορράχισμα, scribendum censuit ῥαχὰς, interpretatus brachia, quae *duramenta* et *duramina* vocent Plinius et Columella: quae in novellis vitibus putare agriculturae lege vetitum sit. Quidni comparavit Etymol. M. locum, ubi est: ῥάχος ἀρσενικῶς ὁ σκόλοψ ὁ ἀκανθώδης· καὶ ἐπὶ τῆς ἀμπέλου, ἐπεὶ ἀποξύνεται ἐν τῷ ἀποτέμνεσθαι· καὶ ῥαχῶσαι τὸ τέμνειν. Quae mutilavit Zonarae Lexicon p. 1604. Legit igitur grammaticus in loco nostro τὰς ῥάχους scriptum, quod e Med. restitui.

ὅταν ἰσχύωσι] Vulgatum ἴσχωσι cum Scaligero correxi, consentiente Vinar. Deinceps τὰ πεφυκότα A. B. Articulum omisit Heinsiana. τῶν πεφυκότων malebat Scaliger. deinceps τὰ μάλιστα Med. habet.

κατὰ γὰρ τὰ δένδρα — ἀναγκαῖον. οὐχ ὥσπερ] *Sic enim arbores tractari necesse est, quanquam in ceteris detrahi resecarique impune omnia possint* G. Distinctionem mutavi et οὐδὲ pro οὐχ scripsi. Ad ἰσόγεων, a G. praeteritum, intelligo τομήν. Sed quid intelligi voluit auctor verbis τῶν ἄλλων? Arbores et frutices plantandos excipit ipse Theophrastus et rerum natura: supersunt plantae biennes et annuae, praecipue τὰ λαχανώδη, quorum vis germinandi omnis in radicibus inest. Ceterum Heinsiana ἰσογεῶν dedit. *terra tenus* vertit Scaliger. Verba κατὰ τὰ δένδρα mihi vitii suspecta sunt: usitata enim dicendi ratio ἐπὶ τῶν δένδρων postulare videtur. Deinceps Med. ἰσογενῶς· ἀρίζοι τε γὰρ ὄντως.

περιαιρῇ — λωβήσεται μᾶλλον] A. B. σωθήσεται, συνθήκεται Med. *vehementer laedetur* Gaza: unde egregie Scaliger correxit. σωθήσεται ἧττον habet Vinar. ἀῤῥωστήσεται ineptum dedit Heinsius, praeterea περιαίρῃ, ut supra περιαίρειν. Deinceps δὲ ῥιζωμένου Med. postea τοῖς καταλείποις A. B. habent.

4. τῶν φυτῶν παιδείαν] Vulgatum φυτειῶν corrigere non dubitavi: *eruditio plantarum* G. inepte vertit. *reductionem* maluit Scaliger *et plantationum institutionem* dicere. Antea ἡ δι' ἀναγωγὴ Med.

Ὡς δ' ἐπίπαν φυτεύουσι τὰ ὑψηλὰ] Med. δὲ omisit. *Omnia fere, quae se in altum attollunt, compescenda agricolae docent* G. secutus diversam scripturam probatam Scaligero. παιδεύουσι coniecit Dalecampius. Vinar. liber supplementum habet: τέμνουσιν ἢ περιαιροῦσιν, οὐ φυτεύουσι τὰ ὑψηλά. Gaza τέμνειν κελεύουσι scriptum legisse videtur,

quod, si in libris scriptis repertum fuerit, praeferam. Interim τέμνουσι dedi, et φυτεύουσι in φυτεύοντες mutavi: quanquam ἀποτέμνουσι malim.

εὐκαρπότερα γίνεται γὰρ] Hanc vulgarem scripturam a Scaligero etiam damnatam cum margine B. e versione G. et Med. correxi, particula γὰρ suum in locum eodem Med. auctore revocata. διὰ πολλοῦ *per longinquum spatium* vertit G. deinceps ἀλλὰ δὴ Med. habet.

5. ὑπὲρ ἧς καὶ δεικτέον· πρῶτον] A. B. Med. addunt τῶν κατὰ τὰς θεραπείας. *de qua disserere ante debemus, quam de reliquis agriculturae officiis* G. Dalecampius duce Gaza coniecit: πρότερον κατὰ τὰς ἄλλας θεραπείας. Sed verba sunt transposita atque ita iungenda sequentibus, uti feci. Heinsius, cum Gazam ducem sequi praestaret, verba ista plane omisit, et locum mutilavit. Verbum δεικτέον mutandum videtur in λεκτέον aut in διαιρετέον.

ὑπὲρ ἧς ἐπειδὴ καὶ ἐν τῇ βλαστήσει — αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ] *Qua de re quoniam, cum de germinatione ceterisque disputaremus, abunde diximus, ipsas rationes per se postea contemplari decebit* G. Rectius Scaliger: *de ea namque exactior cognitio iam est apud auctores, sive quae tangit illius germinationem, sive quae spectet ad alia: quarum summa cum sit operosa, peculiari tractatione fuerit exequenda.* Quaeritur primum, verba ὑπὲρ ἧς quo sint referenda? Equidem ad ἀμπέλου refero, quae in verbo ἀμπελουργοῦσιν latet. Nam si ad ἀμπελουργίας (quod nomen in eodem verbo latet) referas, sequens ἡ θεραπεία abundare videri potest. Deinde quid est ἡ θεραπεία (id est ἡ ἀμπελουργία) ἠκρίβωται ἐν τῇ βλαστήσει? Mihi haec inepte coniungi videntur. Tractatio vitis et putatio vitis iuvenculae formandae accurate iam perspecta et usu probata in germinatione dici non potest, ut in ceteris, quae ad culturam et formationem spectant, sed potius ἐν τῇ βλαστολογίᾳ. Nam ipsa βλάστησις ad curam vinitoris non pertinet aliter, nisi quatenus putatione male natorum germinum aut stercoratione germina relicta et probata adiuvantur, incitantur et roborantur. Supersunt verba αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ θεωρεῖν: quae quo referantur, in superiore oratione non habent, nisi mecum scribas: ἐπειδὴ καὶ τὰ ἐν τῇ βλαστολογίᾳ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις διηκρίβωται. Verum iterum nos impedit sequens ἡ θεραπεία, cum verbo διηκρίβωται coniungenda.

Quae manum ab hoc ulcere nunc abstineo, et meliorum librorum opem expecto. Ceterum λέγωμεν Med. habet.

καταστήσασθαί πως τὰ δένδρα] *scite arbores constituisse* G. Vinar. liber habet πῶς δεῖ. Supra: ἡ τοιαύτη θεραπεία καὶ κατάστασις. ubi G. vertit *cultura atque conditio*.

6. τὰ κακῶς πεφυκότα καὶ ἐμποδίζοντα] Vulgatum καὶ τὰ ἐμποδίζοντα correxi propter sequentia: ἐμποδίζει γὰρ οὐ ταῦτα μόνον (τὰ κακῶς πεφυκότα) ἀλλὰ καὶ τὰ ἀπηρτημένα. quae postrema vertit G. *sed etiam remota quaedam, et ea omnino, quae intempestive provenerint*. Scaliger interpretatur *aridas partes, quae sanis appensae sunt*. προσηρτημένα dixit sect. 8. infra c. 8, 1. ἀφαιρετέον δὲ καὶ τὰς αὔας· προσηρτημέναι γὰρ καὶ ἄλλως λυμαίνονται καὶ σκώληκας ἐμποιοῦσι τοῖς δένδροις. Iterum ἀπηρτημένα vocat 2, 11, 5. Med. ἐμπαίζοντα habet.

ἐμποδίζει γὰρ — καὶ αὐτὰ ὅλως τὰ παρακαίρως πεφυκότα] G. omisit αὐτὰ ante ὅλως positum, quod in αὖα mutandum esse docet sect. 8. ἀλλὰ μόνον τό γε συνεχὲς ἐν τῇ τῶν αὔων ἀφαιρέσει ποιεῖσθαι· ταῦτα γὰρ οὔτε πόνον ποιεῖ τῇ ἑλκώσει, κωλύει τε προσηρτημένα τὰς τροφάς. Igitur copulam καὶ addidi. Initio particulam γὰρ malim mutatam in δέ: ratio enim non redditur, sed explicatur, quae partes impediant alimentum et fructuum creationem. παρακαίρως haud scio an mutandum sit in παρὰ καιρὸν, ut supra est: τὰς μὴ κατὰ καιρὸν βλαστήσεις.

μετατιθέναι τὴν βλάστησιν εἰς τὸ δένδρον] *vim germinandi revocare ad arborem convenit* G. quasi antea alio derivata fuerit. Sequitur tamen εἰς τὰ καταλειπόμενα ῥεῖ: itaque εἰς τὸ ἄλλο δένδρον scriptum malim: nisi quis statuat, partes mortuas arborum non pertinere amplius ad easdem, sed pro alienis haberi debere. Deinceps ὥστε περ ὀχειεία Med. habet.

ὅπως ἂν ἄγῃ τις] A. B. Med. ἀνάγῃ τις. *prout aliquis deduxerit* G. ἀνάγῃ cum Scaligero dedit Heinsius: equidem ἂν ἄγῃ verum cum codice Anglicano et Vinar. dedi.

6. τοῖς μέρεσιν ἄριστα πέφυκε] Heinsiana μέγεσιν habet. *quia plantae ipsae partibus suis solertissime constent* G.

ὥστε συνταῤῥοῦσθαι τὰ χωρία] Heinsiana ὥτε. deinceps omnes συνταράττεσθαι habent: quod mire vertit G. *ut loca radicibus impleantur ac perhorrescant*. Felicem Scaligeri coniecturam, in quam ipse incideram, temere sprevit Heinsius.

8. τετραετίας] Med. τετραετείας — ἐναξὲς habet.

δέοιτ' ἂν ἀφαιρεῖν ἀπὸ τῶν ὑγρῶν περίεργον] G. Heinsianus: *demi partem eius humidi supervacuam oporteat. Tum etiam vulnus facit, ut arbores languescant laborentque.* Basileensis: *Si quid tamen huiuscemodi sit, tantundem certe desideret: recidere partem eius humidi supervacuum est.* Vides, Heinsium verba *tantundem certe desideret* omisisse, quae omnium maxime faciunt ad iudicandam scripturam vulgatam eamque emendandam. G. scriptum legit: δέοιτ' ἂν τῶν αὐτῶν vel ἐπὶ τοσοῦτον· ἀφαιρεῖν δὲ ἀπὸ τῶν ὑγρῶν περίεργον· ἅμα γὰρ ἡ ἕλκωσις et cetera. Quae scriptura certe sensum commodiorem habet, quam vulgata, in qua Heinsius coniunxit verba δέοιτ' ἂν ἀφαιρεῖν — τὸ περίεργον, ideoque in versione posuit: *demi partem eius humidi supervacuam oporteat.* Verum ita scriptum oportuit δέοι ἄν, non δέοιτ' ἄν: deinde περίεργον graece de rebus supervacuis non dicitur, sed de personis eorumque actionibus. Denique τῶν ὑγρῶν non potest *humidi* significare: nihil enim humido arborum detrahitur, dum putantur et interciduntur: sed τὰ ὑγρὰ sunt aut arbores ipsae succo multo et aquoso turgentes, quemadmodum vites, ficus et similes, aut sunt surculi teneri et succulenti, et opponuntur τοῖς αὔοις, siccis, qui recidi debent. περίεργον igitur hic nimiam arboratoris et noxiam diligentiam significare videtur, qui arborum germinantium luxuriam demendis surculis tenerrimis quotannis coercere conatur. Videtur praeterea addendum ἀεὶ, id est, quotannis: ut haec ratio opponatur illi, quae annis alternis aut post tertium demum annum purgat arbores. Interim dedi, quod intelligi possit, donec libri scripti auxilium laboranti loco tulerint. Scaliger in vocula ἅμα adhaesit, tanquam haud satis apta ad transitum faciendum.

ἀποδιδόναι θεραπείαν] *cultumque reliquum adhibendum continuo censent, ut se recreare pabulo possint* G. qui verba τό γε συνεχές, quae sequuntur, huc transtulisse videtur. Ita vero κατὰ τὸ συνεχὲς aut συνεχῶς scriptum oportuit.

ἀλλὰ μόνον τό γε συνεχὲς ἐν] *sed arida detrahi tantummodo debent* G. igitur ἀλλὰ μόνον τὴν τῶν αὔων ἀφαίρεσιν δεῖ ποιεῖσθαι scriptum legit. Mihi τό γε συνεχὲς intellecto τῆς θεραπείας interpretandum esse videtur.

προσηρτημένας τροφὰς] Articulum τὰς e Med. addidi,

qui antea *αὔνων* habet. Sunt quae sect. 5. dicuntur *ἀπηρτημένα*.

9. *ὅσα διαπέφυκεν*] *quae inter brachia constiterint* G. *quae se importuno situ immiscuerint legitimae germinationi* Scaliger minus apte! *palmes internatus* Columellae 4, 24, 5. optime convenit.

ἀλλήλοις ἐπιβάλλοντα] *quae densa inter se sint* G. omisso verbo *ἐπιβάλ`οντα*. Scaliger *πυκνὰ conferta* vertit, reliqua ita: *quae inter se, aliis aliae, imponunt, imminent, manus iniiciunt*. Geoponica 9, 9, 9. *διακαθαίρειν δεῖ τὰ ξηρὰ καὶ τὰ ἐκ τοῦ μέσου, ἵνα ἔχῃ ἀναπνεῖν· καὶ τοὺς ἀλλήλοις δὲ ἐπικειμένους κλῶνας ἀφαιρεῖν χρὴ καὶ ἀραιότητος προνοεῖν*.

πρόσειλον] Vulgatum *πρόσηλον* e Med. correxi, ut deinceps *οὕς τε* et *σικύας*, quorum postremum e versione G. iam olim corrigi iusserat Scaliger: alterum Heinsio debetur. *ῥιζυμίζοντες* — *συκίας* Med. habet.

10. *ἐπίπονος*] *laboriosa* G. quod vereor ut latine eadem notione dicatur. deinceps *διὰ τούτων οὐκ* Med. in quo fortasse *τοῦτ' οὖν οὐ* latet.

ἀλλὰ μετὰ πλειάδα] Articulum *τὴν* inserui. *λαμβάνειν τὴν ὥραν* est *eligere tempus anni*. deinceps *καταναλωκότα* malim.

μάλιστα αὑτῶν] Aspirate scribendum esse monuit Scaliger: *se ipsis sunt robustiora*. Sequens *δεδεγμένα* Heinsius dedit pro *δεδειγμένα* A. B. Med. quod interpretari conatus est Scaliger. Heinsio praeivit G. *susceperit* vertens: confirmant Geoponica 9, 9, 1. *συμβαίνει γὰρ αὐτοῖς πρῶτον μὲν, ὅσον ὑγρὸν ἦν, ἀνηλωκέναι εἰς τοὺς βλαστοὺς — δεύτερον δὲ δια τὴν τοῦ θέρους θερμότητα ὅσον ἔλιπε τὸ ὑγρὸν ἀποξηρᾶναι, τρίτον δὲ διὰ τὸ μηδέπω τοὺς χειμερινοὺς ὄμβρους δέξασθαι*. Et 10, 78. de arboribus: *μετὰ τὴν καρπολογίαν εὐθέως καὶ τὰ δένδρα καθαρτέον — ὀξυτάτοις δρεπάνοις, πᾶν τὸ φαῦλον καὶ περιττὸν ἐξαιροῦντας*.

αἴτιον δ' ὅτι] Med. *οἵ τι δ' ὅτι* scriptum habet.

εὐσύμφυτος] *coagmentari consolidarique maxime possit* G. Rectius Scaliger: *quod vulnera facilius atque celerius convalescunt, quod vulnus facile coit in cicatricem*. *εὐσύμφυτον* Med.

δεῖ δὲ τοῦτο σπεύδειν] Vulgatum *ταὐτὸ* cum Scaligero correxi: qui verbum sequens pro *σπουδάζειν* vel *τηρεῖν* po-

situm interpretatur. *quod quidem observandum magnopere est* G.

μάλιστα διὰ τοῦ μετοπώρου] Praepositionem omisit G. nec ferri potest, nisi addito τὰς πληγὰς aut τὴν ἕλκωσιν.

οὐ δυναμένης] Si vulgata bene habet, copula καὶ inserenda videtur. Sed non dubito, δυναμένη fuisse scriptum a Theophrasto. *quia ex temporis siccitate unitas fieri nequeat* G. συμφῆται Med.

σήπεταί τε] *tum putrescit imbre admisso* G. sed *tum* addidit Heinsius. Mihi σήπεταί τε γὰρ addita causali particula scribendum videtur.

ἴδιον — καὶ μανῶν] Cum antea ficum solam nominaverit, nunc omnium eiusmodi arborum communem observationem facit: sane etiam in vite putationem fieri eodem modo monuit Scaliger.

11. δεῖ δὲ τὰ εὐβλαστοῦντα — γενομένης] Scaliger morosam phrasin dicens ad πολλῆς intelligit βλαστήσεως. G. haec omisit, sane vitiosa: quae tamen ita facili opera corrigentur: δεῖται δὲ τὰ εὐβλαστοῦντα πολλῆς, nempe ἀφαιρέσεως. Med. ἀβλαστοῦντα habet. Sequens verbum γενομένης quid sibi velit in hoc loco, non exputo. Fortasse plura exciderunt. Postea Med. μύρηνος — ἂν τι ἐλάττω — καταλίπῃ — βλαστάνειν. unde vulgatum καταλείπῃ correxi.

Χρὴ δὲ καὶ — ἀρθενῆ] *minus ea recidi desiderant, quae plagis infirma fiunt* G. Supplevit verba, quae in graecis nostris desiderantur: tamen postea inferuntur haec: διὸ τὰ τοιαῦτα τούτων ἢ ταῖς χερσὶν ἀφαιρεῖν — κελεύουσιν. Scaliger intelligebat ὅσα ἀσθενῆ πρὸς τὰς τομάς. Sed haec significant ipsas arbores: τὰ τοιαῦτα sunt surculi sicci vel alieno loco enati, quos auferri iubent aut manibus aut ferreis instrumentis; addit ὥσπερ ἐλέχθη. Supra nempe c. 2, 2. est: ἐν τῇ διακαθάρσει τὰ μὲν σιδήροις, τὰ δὲ ταῖς χερσὶ, τὰ δὲ ἀγκύραις τισὶ κελεύοντες ἀφαιρεῖν, οἷον τῆς τε ἐλαίας καὶ τῆς ἀπίου καὶ τῆς μηλέας, ὅπως μὴ ἑλκούμενα πονῇ διὰ τὴν λεπτότητα καὶ ξηρότητα τῶν κλάδων· καὶ γὰρ ἀφαιρεῖν δεῖ τούτων τὰ αὖα τε καὶ τὰ τρώξανα. Hinc apparet, excidisse mentionem surculorum siccorum, quae sola demere arboribus nominatis permittunt. Lacunae igitur signum apposui, et pro τὰ τοιαῦτα scripsi τὰ αὖα. Ante πονεῖ inserui ἑλκωθέντα ex altero loco, ad quem plura dixi. Med. ἐλέχθη τε habet.

ὥσπερ γὰρ καὶ τῶν ῥιζῶν] Copulam καὶ inseruit Hein-

sius, nescio quo auctore, certe inepto loco. Med. σκαπτάνῃ habet.

καὶ ἀπὸ τῶν ἄνωθεν ἐν τοῖς μὴ δυναμένοις] *sic etiam vulnere partis superioris noxam eandem his posse adferri iis credendum est satis, quae hoc nequeant tolerare* G. sed Heinsius de suo et inepte inseruit *iis*, deinde *satis*, postea *hoc*, et pro *nequeunt* dedit *nequeant*. In graecis facile ex antecedente membro repetitur τιτρωσκομένων, sed deest nomen cum verbo, quod *noxam eandem adferri* significet, veluti συμβαίνειν τὸ πάθος, ut adeo praepositio ἐν abundet, si συμβαίνειν coniungas cum membro τοῖς μὴ δυναμένοις φέρειν. Alia si ratione locum interpoles, fortasse praepositio possit tolerari.

AD CAPVT VIII. (VVLGO XI.)

μετὰ τὴν φυτείαν καὶ ὅταν ᾖ νέα] altero anno fieri iubent Geoponica 5, 19, 5. in vite: περισκάπτων δὲ τὰς ἀμπέλους μετὰ τὸ πρώτῳ ἔτει κατασχεῖν, τῷ ἑξῆς τὰς ῥίζας τὰς ἐπιπολαίους ὀξυτάτῳ δρεπάνῳ ἀφαιρεῖν· πανταχόθεν γὰρ ῥιζοῦν (ῥιζοῦσθαι?) εἰωθυῖα ἐμποδίζει τὴν εἰς τὸ βάθος ῥίζωσιν. Γυρώσομεν δὲ τουτέστι περισκάψομεν διετεῖς ἤδη γενομένας εἰς βάθος δύο ποδῶν, πλάτος δὲ τριῶν. Cf. dicta ad Catonem c. 61. et ad Columellam 4, 8, 2. p. 193.

ὅπως — ὠθῶνται] nempe αἱ ῥίζαι, e verbo ῥιζοιμεῖται repetendae.

φθείρουσι γὰρ ἐκείνας αὗται — αὐτοῖς δ' οὐ δύνανται] Vulgatum ἐκεῖναι αὐτὰς correxi e Med. praeeunte G.: *Has enim illae vetant atque interimunt, nec alimentum arboribus sumministrare queunt.* Scaliger deinceps αὐτοῖς scribi voluit (aut potius αὐταῖς), ad radices referens. Rectius Gaza αὐτοῖς ad arbores vel plantas retulit. Hic enim est mos Theophrasti post nominatas partes plantarum αὐτὰ dicere, cum plantas et arbores ipsas et totas vult intelligi.

προσηρτημέναι] Ita etiam aridi surculi arborum dicuntur. Cf. ad cap. 7, 5.

ὁποθενοῦν φυομένη] Vulgatum καὶ πόθεν οὖν cum Scaligero correxi. Ad sequens πανταχόθεν repete φυομένη. *undecunque radix prorepserit — si undique prodeat* G. Ceterum singularis nunc subito ponitur, cum in priore membro fuerit τὰς δὲ ἄλλας οὐ κινητέον.

πλάτος ὅσῳ ἂν ᾖ πλέον] Vulgatum ὅσον correxi. Praeterea nomini primo crassitudinem, πάχος, substituendam cen-

seo cum Linckio. Nam *πλάτος* ad arboris latitudinem et circumferentiam referre verborum structura non patitur.

3. *περὶ δὲ ἀρδεύσεως καὶ ὑδάτων*] Suspicor, articulos *τῆς* et *τῶν* excidisse. Deinceps *ὥρας ἢ ἔτους* vulgabatur, quod Gazam secutus in *τοῦ ἔτους* mutavi.

μάλιστα χρῶνται] *aquis fluentibus maxime utuntur* G. sed graeca tantum *ἀρδεύσει* desiderant.

δεῖσθαι πλείστης αφαιρέσεως] *sunt tamen qui per id temporis auferendum potissimum censeant* G. contraria sententia. Veram ut consequeretur, Scaliger scribi voluit: *ἐπεὶ καὶ οἴονται — καὶ τοῦ κυριωτάτου γινομένης*, succum interpretatus *τὸ κυριώτατον*. Si G. interpretationem sequaris, tum abundat verbum *γινομένης*, et *ἀφαίρεσις* inepte *κυριωτάτη* dicitur. Nulla mutatione nisi interpunctionis opus erat.

4. *ἀποδιδῷ — ἀρξάμενος*] Intellige *τις*, quod Attici scriptores saepe omittunt, aut *ὁ* ad *ἀρξάμενος* intellige.

ἐκείνην — τὴν ἰσχὺν] *nam et pristinam alimoniae facultatem adimes* G.

ἀμφοτέρων πλεῖον διαμαρτάνει] Ita A. B. *πλείω* Med. *διαμαρτάνεις* Heinsius dedit. *committes, ut aestu saepe arbores exarescere possint* G. Omisit igitur verba dubia, et, ut recte Scaliger censuit, vitiosa. Is *ἀμφοτέρως* coniecit, sed ea mutatione nihil admodum profici, ipse agnovit, nisi cum Linckio *πλεῖον* in *πλεῖστον* mutes: quod feci.

οἱ καρποὶ χείρους τῶν γε πλεῖστον δεχομένων] Heinsius *χείρους* omisit. G. haec tantum reddidit: *Fructus tamen paene omnium, qui plurimum aquae capiunt, deteriores redduntur.* Omisit nempe verba manifesto vitiosa et lacunosa. Basileensis post *δεχομένων* asteriscum apposuit. Scaliger monuit, *δεχομένων* esse pro *βρεχομένων*. In ceteris codicis integrioris opem expectamus. Dalecampius coniecit: *ἐὰν δὲ συμμέτρως, καὶ πλεῖον καὶ πολλῷ κάλλιον φέρουσι*, non inepte! Equidem *πλέον δεχομένων* scribi malim, quod sequenti *ξυμμέτρως* rectius opponitur. Med. *ἀλλὰ πλεῖον καὶ π. μ.* habet.

AD CAPVT IX. (VVLGO XII. ET XIII.)

τῇ ἰδίᾳ καθάρσει μετὰ τοὺς χρόνους· ἄλλως τε καὶ μετ'] Ita Heinsiana. A. B. Med. *ἄλλως τε αἱ καὶ*. *Tempora stercorandi singulis statui pro sua purgatione par est, praesertim si post illam stercus sit continuo disponendum* G. absurda sententia, et contraria graecis, quorum ali-

quot verba omisit. Scaliger vulgatam interpretabatur *quocunque tempore.* καθοριστέον τοὺς χρόνους e G. versione scribi voluit Dalecampius. Equidem non dubitavi scribere: ἀκολούθως δῆλον ὅτι τῇ διακαθάρσει. deinde post μετὰ olim inserebam ταῦτα λεκτέον: sed haec definitio inutilis est post illam superiorem, ἀκολούθως τῇ διακαθάρσει. Igitur μετὰ mutandum censeo in λεκτέον vel διαιρετέον. Verba ἄλλως τε εἰ καὶ mutanda censeo in καὶ εἰ, hoc sensu: *utrum statim post purgationem sit stercorandum.* Supra c. 7, 8. fuit: διὸ καὶ μετὰ τὴν διακάθαρσιν εὐθὺς οἴονται δεῖν κοπρίζειν. Oleas ante purgationem stercorari iubent Geoponica 9, 9, 8. Ipsum vero ἄλλως τε καὶ vitiosum videtur esse: solennis enim eius significatio *praesertim,* i. e. *cum ob alias causas tum etiam,* locum hic non habet. Quare in ἁπλῶς mutandum censeo, i. e. in universum tempora stercorandi distinguenda censeo, tum et statuendum, utrum post purgationem statim sit stercoratio adhibenda.

Ἅμα δὲ καὶ] Insignis lacuna. Praecessit enim aliquid de modo et vicibus stercorandarum arborum, cui subdebantur haec. *Tum etiam nec tolerare crebram — possunt* G.

τὴν ψιλὴν] *in segetibus locisque arboribus vacuis* G. *in arvo* brevius Scaliger.

ἐξαναλίσκεται] Deinceps A. B. Med. addunt: τὰ δὲ οὐ μόνον τῶν σπερμάτων. quae omisit G. nec eorum rationem habuit Scaliger. Equidem partem postremam τῶν σπερμάτων lubens accipio, de segetibus interpretatus: priorem misere laceratam ita composui, ut efficerem διαδιδομένη, nempe ἡ κόπρος. e verbo κοπρίζειν repetenda, etiam ad sequentia, δύεται — δύναται διαδιδόναι. Interim, ne sensu cassa verba in textu relinquerem, coniecturam in eius loco reposui.

διαδιδόναι τοῖς καρποῖς οὐχ ὁμοίως — πολύχουν] *in arbusto radices ipsas subeat, nec vis tota caloris possit excurrere: ita enim calore multiplicato arbos fervefacta exarescit* G. verbis aliquot omissis. In Scaligeri annotatione positum reperio: *non enim potest in fructus illico distribui.* Dalecampius coniecit διαδίδοσθαι — πολύχυλον. G. φυτὸν additum legisse videtur: certe δύναται διαδιδόναι retulit ad arborem. Vocabulum πολύχουν vitiosum est in hac communione verborum: nam ipsa arbor et planta, quae largam fructuum et seminum messem praebet culta, graece dicitur πολύχους, non ipse succus arborum aut stercus alendis plantis adhibitum. Igitur recte Dalecampius πολύχυλον coniecisse videtur. Gazae πᾶν· vis tota caloris est: praeterea

αὐτὰς τὰς ῥίζας male vertit *ipsas*, cum deberet *solas radices*. Radicibus solis opponitur tota arbos cum fructibus. Itaque *εἰς πᾶν διαδίδοσθαι τὸ φυτὸν* scriptum fuisse suspicor. Tum vero, si *πολύχουν* servandum est, scribi poterit: *οὐδ' ὁμοίως εὔτροφον καὶ πολύχουν τοῖς καρποῖς ποιεῖν*. aut: *εἰς πᾶν διαδίδοσθαι τὸ φυτὸν σὺν τοῖς καρποῖς, οὐδ' ὁμοίως εὔτροφον οὐδὲ πολύχουν ποιεῖν*. Certe *τὸ φυτὸν* desiderant etiam sequentia, *ἐκθερμαινόμενον αὐαίνεται*.

ἐπιγινομένης, ὡς ἐκθερμαινόμενον] Ad participium deest nomen, quod *κόπρου* non potest esse, e superiore oratione alioqui facile repetendum. Potius *τροφῆς* excidit aut latet in *ὡς* larvatum vocabulum, nisi *ὡς* cum Linckio in *ὥσπερ* mutare malis.

2. *ἐπεὶ καὶ ὁ σῖτος*] *nam triticum perit e nimio stercore* G. Intellige *ἐκθερμαινόμενος αὐαίνεται*. et ad verba *ἄν τις — χρῆται* e superioribus repete *τῇ κοπρίσει*.

καὶ οὐκ ἐπιγίνηται] Ita Heinsiana, cum negationem omissam in A. B. Med. Scaliger recte inserto *μὴ* supplevisset cum margine B. e versione G. *ἐπιγίνεται* etiam dedit Heinsiana. Ita sect. 5. est: *ἄλλως γὰρ κίνδυνος μὴ ἐπιγινομένων τῶν ἐκ Διός*.

ταῖς ἐπομβρίαις] *solo pluvio* G. Cum sequatur *ἐν δὲ ταῖς αὐχμώδεσι καὶ λεπταῖς*, videtur *ἐπόμβροις* scriptum fuisse, intellecto *χώραις*. Sed infra sect. 5. huc respiciens auctor: *καθάπερ ἐλέχθη, ταῖς ἐπομβρίαις χώραις συμφέρει*. ubi Heinsius *ἐπομβρίοις* dedit. Vide dicenda ad cap. 20, 4. et 21, 1.

τὸ μὴ τοῖς ἰσχυροτάτοις] E versione G. *non id validissimis convenire, quod validissimum est*, addidi *τὴν ἰσχυροτάτην ἁρμόττειν*. Med. *εἶναι τοῖς ἰσχυροτάτην* habet.

ἐπεὶ καὶ τοῖς λαχάνοις ἁρμόττει. διὰ τοῦτο — χύλωσις] A. B. Med. *διὰ τοῦθ' ἁρμόττει*. male Heinsius fecit: *λαχάνοις ἁρμόττει· διὰ τοῦτο μεθ' ὑδρείας ἡ χ.* *nam et in olerum genere hac eadem de causa succatio cum aquatione commoda est: et in totum, quod aquae usus frequens in eo genere sit, atque id ipsum natura humidum contest* G. *χύλωσις* quid sit, docebit locus in hist. pl. 7, 5. ubi de oleribus: *χρῶνται δὲ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀμῇ· πρὸς τὴν χύλωσιν*. Inter genera stercoris fortissima et acerrima est humanum: quare cum aqua mistum adhibebant hortulani. Haec est *χύλωσις*, Gazae *succatio*. Ita fit *κόπρος χυλώδης* Geopon. 2, 22, 2. Hinc *χυλίζειν κόπρον χοιρείαν οὔρῳ ἀνθρωπείῳ* ibid. 10, 18, 3. et *κ. ὀνείαν χ. ὕδατι*

10, 18, 5. Geoponica etiam 12, 4. praeter cinerem stercus columbinum et caprinum ad olerum cultum commendant. Praeterea φίλυδρα omnia olera pronunciavit ipse Th. h. pl. 7, 5. Hinc est, quod ibidem, ubi vulgatur: τὸ δὲ πολὺ λίαν ὕδωρ δοκεῖ συμφέρειν (oleribus), ἄλλως τε καὶ ἐὰν μὴ ἔχῃ κόπρον· πολλάκις γὰρ πεινῆν τὰ λάχανά φασι, Dalecampius negationem deleri voluit. Palmam ὑδρεύειν μετὰ τῆς κόπρου iubet hist. pl. 2, 6, 3. καὶ μετὰ τοῦ ὕδατος ὠφέλιμον ἡ κόπρος. quae omnia conveniunt oleribus, quae Theophrastus h. pl. 7, 5. φιλόκοπρα simul et φίλυδρα pronunciavit.

καὶ ὅλως — φύσει ὑγρὰ]. Verba καὶ καθ' ἡμέραν omisit Gaza, qui sequentia, φυλλοφορεῖν — αὐτὰ, vertit: *haec enim non fructum an folia ferant, contendunt:* ubi Heinsius *num* pro *non* inepte posuit. Ceterum totus hic locus, καὶ ὅλως — φύσει ὑγρὰ, quid ad hanc disputationem faciat, nondum potui assequi, et suspicor, verba aliquot excidisse. Denique φυλλεῖα, φυλλία et φυλλίδα Attici poetae varia olerum genera et fercula hinc parata dixerunt.

3. ἐνίαις γε] Vulgatum τε correxi: deinceps ὑεία e versione G. cum Scaligero inserui, qui sequens ἀπυρήνους A. B. Med. ἀπύρους substituit. deinceps μυρήνους Med.

καὶ ὡς παρὰ — παρασχεῖν] *utque myrtis etiam vehementius congerendum praecipiunt, videlicet spurcitias pellium urinamque, cum germina prosiliunt* G. Heinsius fecit: *Ita — adhibenda praecipiunt.* Scaliger *strigmenta* maluit. Mihi ὡς suspectum et tollendum videtur, nisi praecedenti οἷον respondere malis. Deinceps παραχεῖν scribendum. Alia ratione ἀπυρήνους fructus myrti efficiunt Geoponica 11, 7, 7. gaudere tamen lotii humani et ovilli irrigatione eadem tradunt.

5. τὸ ἐν τῇ ἀρχῇ] *quod in principio fit* G. sed Basil. *inest* habet. Haud scio an rectius haec ad radicem, totius plantae ἀρχὴν, referas, a qua primum alimentum plantae recipiunt.

γλυκυτέρους ποιεῖ] intellige σύκους vel καρπούς. *dulciores faciant fructus* G. καὶ κατὰ τῶν συκίων Med.

ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων γίνεσθαι λαχάνων] Cur ἄλλων additum, cum antecedentia non de oleribus, sed de arboribus loquantur? Suspectum mihi vocabulum est: quanquam non ignorem, quam insolenter Attici scriptores addant vocem ἄλλος. Cf. Heindorfii annot. ad Phaedon. pag. 234.

Ceterum G. vertit: *Hoc idem et in ceteris oleribus fieri posse non inepte putaveris: verum sapor acris illorum usui destinatus forsitan utilior est.* Legit igitur scriptum rectius *ταυτά:* in reliquis a sensu vero videtur aberrasse. Nam nunc non quaeritur, quid fieri possit in oleribus, si stercus acre adhibetur, sed quid fieri debeat, si comparentur arbores, quarum fructum immutat. Quod si olerum saporem et succum non immutat stercus acre adhibitum, causa est quaerenda, quam continere videntur verba: *ἀλλ' ἴσως τὸ δριμὺ χρησιμώτερον.* Dubium est, τοῦ χυμοῦ, saporis olerum, ut putavit Gaza, an *τῆς κόπρου τὸ δριμὺ* intelligere nos voluerit Theophrastus. Prior ratio falsa videtur: nam olera non sunt omnia acria, *δριμέα:* contra stercus acre oleribus plerisque omnibus adhibetur. Equidem tamen in his verbis et ratione edita nondum acquiesco, sed excidisse verba aliquot suspicor. Turbatum enim esse a librariis etiam hunc locum statim docebo.

ἡ δὲ ῥίζα τῶν δένδρων — ἐξομοιοῖ τὰ ἐφ' αὑτῆς] Haec omnia omisit Gaza, et lacunosa, partim etiam vitiosa quilibet statim agnoscet: quae ita corrigenda et supplenda: *συνεξομοιοῖ καὶ πάντα τὰ ἀφ' ἑαυτῆς.* Non solum pulpas fructuum arboreorum sed omnes omnino arborum partes e radicibus ortas assimilari principio isti ait Theophrastus. Quod autem in plantis satis est semen, idem in arborum et fruticum plantariis est radix, principium videlicet generationis, e quo partes omnes et singulae corporis prodeunt enatae. In fine sectionis A. B. *πλείονα* habent.

5. *ὥσπερ ἐλέχθη*] Respicit 3, 6, 2. sed ibi *ὑποβάλλουσι* non adest. Post *ἀσθενὲς* e Med. copulam *καὶ* addidi.

καὶ τοῖς καρποῖς] *atque etiam fructuum ratione* G. Vitium est in voce *καρποῖς,* cui veram *καιροῖς* substitui, toties cum illa in his libris permutatam. Deinceps *κόπρησις* habent A. B.

ἀλλ' ἐκκαίονται] *cum illae penitus adurantur* G. Recte admonuit me Linckius, haec verba alieno loco posita post remedium, *οὐδ' ἔστι βοήθεια — ἡ ὕδρευσις,* reponenda esse post noxam memoratam, *οὐ γὰρ δύνανται φέρειν δι' ἐλαττόνων,* ut statim noxae genus explicetur, *ἀλλ' ἐκκαίονται.* Deinceps autem recte subiicitur remedium, quod in arborum genere solet adhiberi. Non dubitavi verba transponere.

ἐπομβρίοις χώραις] A. B. Med. *ἐπομβρίαις.* Vide di-

vertit: *totam enim, si fieri possit, in scrobes defodere satius est.* Miror, interpretes omnes a vero sensu aberrasse, vitio scilicet scripturae deceptos. Scribendum enim: οὐ γὰρ γύρους, ἀλλ' ἅμα πᾶσαν — ὀρυκτέον. Plantam ait non in scrobe, sed in pastinato ponendam. Tres igitur modos plantandi docet, in scrobe, in pastinato, in fossa. Pastinationem Geoponica παντοσκαφείαν vocant aptissimo vocabulo. Compara de triplice hac ratione Columellam 3, 13.

ἵν' ὡς — δέχηται] Paulo aliter et brevius G. *ut omni ex parte aquam suscipiat.* Deinceps ποιοῦντα Med.

2. βαθύτατα σκάπτειν] Pessime G. *pastinari perquam altissime iubent.*

πνεῦμα παράσχῃ τροφὴν] A. B. Med. κατάσχῃ. *aer quoque alimentum praestare potest* G. Omisit igitur verba πλεῖστον ἐγκαταμιχθέν. Med. ἐγκαταμισθὲν habet cum signo vitii.

οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἡ τροφή] E versione G. Scaliger, ex Havn. 2. et Vinar. Moldenhauer p. 121. vulgato οὐκ substituit.

3. ὀρύττοντες τοῖς καθεστῶσι πνεύμασι] A. B. καθιστῶσι. Heinsiana καθαστῶσι. Verum Med. habet. *scrobes enim pro ratione afflatuum praeparant* G. sed Basil. habet *pro moribus.* Deest vocabulum in graecis, quo significetur, situm scrobium in agro montano aversum esse debere a ventis ibi dominantibus. Equidem non dubito, fuisse ὑπὸ τοῖς καθεστῶσι πν. Collis latus id eligendum videtur, ubi ventus obliquus plantas vineae perflet, non contrarius aut defringat aut deiiciat.

ὑποπεσοῦσα] A. B. Med. ὑπερπεσοῦσα. *neve delapsa praeter naturam augerentur* G. Vitium in graeco verbo vidit Scaliger, et *inclinata* maluit vertere. Planta ventis exposita et agitata non tam celeriter crescit et augetur, quam vires et robur acquirit: in terram autem deiecta maius capit incrementum, sed debilior et imbecillior simul accrescit.

τὰ ἄλλα — χώραν] *pari modo et reliqua ratione agri decerni omnia debent* G. Deest in graecis verbum, velut ἀφοριστέον vel simile aliquod.

AD CAPVT XIII. (VVLGO XVIII.)

ὡς ἂν ῥιζωθῶσι] *ut radices vires incrementaque capiant* G. diversam scripturam secutus. Supra c. 5, 4. ὀρθῶς δὲ καὶ τὸ μὴ πολὺ τῆς γῆς ὑπερέχειν τὸ φυτόν· εἰ δὲ

μὴ, γίγνεται δυσαυξὲς, ὅταν ᾖ πλέον τοῦ τρεφομένου τὸ πονοῦν· ἅμα δὲ καὶ ἀθροωτέρα φέρεται μᾶλλον ἡ τροφὴ πρὸς τὴν βλάστησιν. Ὃ καὶ ἐπὶ τῶν κατακοπτομένων συμβαίνει· τὰ γὰρ παρὰ τὴν γῆν ὅτι μάλιστα κοπέντα θᾶττον παραγίνεται τῶν ἐν ὕψει. Φανερὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ἀμπέλου φυτῶν καὶ εἴ τι ἄλλο τομὴν ζητεῖ κατὰ τὴν φυτείαν. In graecis igitur hic vocabulum *θᾶττον* aut simile deest.

ἅμα δὲ ἡ γῆ αὐχμηρὰ — τὰ πολλά] *tum enim solum magna ex parte ieiunum et quod alere nequeat* G. Scaliger loci vitium vidit: *nam*, inquit, *si est praeceptum generale, quorsum ἡ γῆ αὐχμηρά? nulla namque mentio terrae squalidae. Sensus talis esse debet: tanto magis in solo macro: unde tenuis copia suppeditari potest.* Equidem suspicor, fuisse olim scriptum ita fere: *μάλιστ' ἐὰν ᾖ αὐχμηρὰ ἡ γῆ καὶ ἰσχ.* Sequens *τὰ πολλὰ* ad plantas ipsas referre malim, et suspicor, plura hic verba excidisse, quorum sententia fuerit fere eadem, quae Columellae 4, 9, 1. *e praecepto veterum auctorum vitem ad unam virgam revocandam esse putatione.*

ἢ καὶ ὅλως ἔναστρον καὶ τὸ ἔαρ τέμνειν εὐλαβοῦνται] *locis montosis et frigidis recisionem etiam vernam cavendam existimant* G. omissis verbis *ἢ καὶ ὅλως ἔναστρον*, quae Scaliger vertit: *aut obnoxiam sideri cuipiam.* Equidem, quid siderum mentio ad hunc locum faciat, haud possum excogitare, et vocabulum suspectum habeo. *ἔναστρος Μαινὰς* Achaei poetae apud Hesychium huc non pertinet: neque plantae ἀστρόβλητοι suppeditant interpretationem commodam. Hae enim a caloris et siderum vi calorem inferentium patiuntur: hic vero locus, ut recte vidit Linckius, mentionem causae alicuius desiderat, quae frigus inferre locis montuosis possit. Succurrit nunc vocabulum *ἔναυρος*, quod est in loco simili hist. pl. 8, 11, 6. de Cappadocia: *τὸ δὲ χωρίον ἄλλως τε ὑψηλὸν εἶναι καὶ εὔπνουν καὶ εὔαυρον αἰεὶ καὶ ἀπὸ ἀνατολῆς (ἔχουσι) καὶ δύσεως καὶ μεσημβρίας.* ubi Codices duo Medicei cum A. B. *ἔναυρον ἀεὶ* habent, quod satis aptum huic loco videtur et prope a scriptura vitiosa abest. Sed supersunt plura et maiora vulnera sananda. Primum mentio veris ab hoc loco aliena est: tempus enim putationis statim sequitur. Deinde vernum tempus minime propter frigus insequens timendum erat in Graecia, sed situs loci montuosi, alti, et ventis obnoxii frigus et metum de plantis putatis augebat. Igitur plane assentior Linckio existimanti, mentionem veris pertinere ad sequentem periodum inserendam post *ἀποδιδόασιν* ante *ὑπ'*

αὐτὴν τὴν βλάστησιν. Deinde idem Linckius acutissime vidit, ὅλως non pertinere ad verba ἢ καὶ ἔναστρον, sed cum verbo τέμνειν coniungendum esse, hoc modo: ψυχρὰν ἢ καὶ ἔναυρον ὅλως τέμνειν εὐλαβοῦνται· τὸ γὰρ ψῦχος ἀποξηραίνει. Ὥραν δὲ τῆς τομῆς σχεδὸν τὴν αὐτὴν πᾶσιν ἀποδιδόασι κατὰ τὸ ἔαρ ὑπ' αὐτὴν τὴν βλάστησιν.

πλῆρες — πρὸς τὴν ἀφαίρεσιν ὁρμήσῃ] Heinsiana πλῆρος dedit. *ut planta plena humoris protinus exsiccetur, ut germen optime prodeat* G. Nisi ἀφαύανσιν scriptum legit, ingens est error Gazae. Succus ad partem extremam mutilatae plantae incitatus fertur et germen nutrit et protrudit.

2. τὴν γὰρ τομὴν — γίνεσθαι] G. plenius: *quippe putationem istam non fructus, sed germinis gratia faciunt, autumnalem vero fructui praeparant.* Additum igitur ταύτην legit, quod pronomen sententia flagitat. Infinitus modus pendet a praecedente ὥραν δὲ — ἀποδιδόασιν, in quo existimationis et iudicii notio inest. Deinceps εὐθὺ Med. habet.

συνεστηκότα] *tunc enim vites sibi maxime constare* G. debebat: *tunc enim vitis maxime robusta et firma est.*

ἀμφότερα πάσχειν — πονεῖν] Vulgatum πάσχει — πονεῖ propter antecedentia et consequentia correxi.

ἐξ ἄκρου φύεσθαι] Margo B. φύεται proponit propter antecedentia πάσχει — πονεῖ, quos modos equidem sequentibus accommodavi. Deinceps ἐξαῤῥυηκέναι Med. habet. *effluxit* Gaza.

3. Τέμνειν δὲ — τῇ χέρσῳ] *Quae rudi agro disposita sint, triennio post resecari par est: cum haec celerius germinent, quippe quia solum nuper coli inceperit, et alacriter semina educanda complexum sit* G. diversam scripturam secutus: nam ἀκάρπωτος est terra *fructibus ferendis non effoeta.* Ceterum de putatione prima plantarum sermonem non amplius esse, docent sequentia de dispositione et educatione palmitum circa caput vitis. Est igitur de secunda plantarum adultarum, cum ad eam figuram formantur, quam loci natura et domini voluntas arboribus et vineae destinaverit. Sed vereor, ne verba aliquot perierint, quae transitum hunc a prima ad alteram putationem significarent.

διὰ τὸ ἀεργοτάτην εἶναι τὴν γῆν] Med. διὰ τὸν ἐοργοτάτην. Gaza: *quia solum nuper coli inceperit.* unde νεουργόν τε εἶναι effeci.

ἐν τῇ γεωργουμένῃ ὀψιαίτερον] *quae autem diu cultis mandaveris, haec serius amputabis* G. igitur τέμνειν sup-

plevit: equidem *παραγίνεσθαι καὶ τέμνεσθαι* intelligendum puto. *γεωργουμένη* est simpliciter *terra frugibus consita.*

κύκλῳ περὶ τὸν πυθμένα] *vitis vero subtus circum sua crura instituenda formandaque est* G. Mirum, cur *κύκλῳ subtus* verterit, nisi *κάτω* scriptum legit. Columella 4, 21, 1. et 4, 24, 11. caput vitis vocat, quod quaternis brachiis vel duramentis in totidem partes dividit.

ὁμαλῆς οὔσης, καλλίων καὶ εὐκαρποτέρα] *nam si undique laevis expoliataque sit, melior foecundiorque evadet* G. diversam scripturam secutus: nam ὁμαλὴς vitis planta nec laevis nec expoliata dici potest. Verum graeca ipsa vitiosa sunt in structura verborum. Nam si de planta ipsa una eademque sermo est, cur membrum prius variatur casu genitivo, quasi de diversa re? Gaza vertit, quasi scriptum legisset: *πανταχόθεν γὰρ ὁμαλὴς οὖσα καλλίων*. Potuit tamen fieri, ut nomen aliquod excideret, ad quod referebantur verba *καλλίων καὶ εὐκαρποτέρα*. Potuit etiam excidere vox *ἀγωγῆς* post *ὁμαλοῦς οὔσης*: nisi malis id nomen repetere e verbo *ἄγειν*.

ἐάν τις καταλίπῃ] Ita cum margine B. e versione G. scribi voluit Scaliger, ubi erat *τι*.

ὀφθαλμὸς λειφθεὶς εἰς τὸ δένδρον] Heinsiana ineptum *ἀπολειφθεὶς* post primam vocem inseruit. *quippe singulas gemmas singulis reliquisse abunde* G. Omisit igitur verba tria postrema, quae quomodo interpreter, non habeo: nam de vite arbustiva hic non est sermo. Similiter infra c. 16, 1. *εὐθὺς τὸ δένδρον σκάπτειν* est de vite. Fortasse de vite capitata locus est capiendus. Linckius suspicabatur, *εἰς τὸ δένδρον* esse vertendum *versus truncum* vel *τὸν πυθμένα*, id est in interiore parte palmitis.

4. *καὶ τοῦτ' οὐ διὰ τὴν ἄμπελον ὡρμηκέναι*] *At si nec istud certo fieri possit, quia scilicet vitis non per eandem tulerit partem, gemmae prorsus internae tollendae sunt* G. unde patet, vere correxisse Scaligerum: *τοῦτο διὰ τὸ τὴν ἄμπελον μὴ ὡρμηκέναι*. Deinceps *ληφθέντων* A. B. Med. habent. G. haec verba omisit, quae posita videntur pro *τῶν λοιπῶν*, aut potius proximi palmites significantur, e quibus divisis ramus alter in locum vacuum perducendus est.

σχίσῃ τὴν ἄμπελον] *scindat in brachia* G. rectius *dividat*. Fortasse etiam *σχίσει* scriptum fuit.

τὸ ζῶν] *ad partem vivam atque capacem perfluitur* G. Oculi videlicet excoecati et emortui succum vitalem non admittunt nec amplius recipiunt.

ἐν ταῖς ἐνίκμοις] intellige χώραις. *agro humecto atque frugali* G. deinceps vulgatum ἑτέρας correxi. *nunquam alios facile profert.* G. ad palmites (κλήματα) referens: quanquam editi libri *alio* praeferant.

τῇ αὐτῇ τομῇ] *quin et afflatuum ratione rescindere oportet* G. omisit igitur inutile αὐτῇ. Equidem malim: χρὴ δ' αὖ καὶ πρὸς τ. πν. τῇ τομῇ χρῆσθαι.

τοιαῦτα καὶ διὰ ταῦτα] duce G. τοιαύτας καὶ διὰ ταῦτα — θεραπείας scripsi. ταύτας Med. habet.

AD CAPVT XIV. (VVLGO XIX.)

τελέων — κλάσις] Scripsi τελείων. Scaliger malebat κλάδευσις; idem tamen Hesychii κλαστήριον, δρέπανον τὸ τῆς ἀμπέλου comparavit. Poterat indidem ponere: κλᾶν — τέμνειν ἀμπέλους, ὅπερ ἡμεῖς κλαδεύειν. ad quem locum vide annotationes. G. *falcationem* vertit, reprehensus a Scaligero, qui *putationem* praeferebat, et Columellam ad unguem vocem graecam expressisse putabat, ubi *cacumina infringere* iubet, quod alibi dicat *decacuminare*. Contra G. βλαστολογίαν decacuminationem interpretatus est, eum *pampinationem* deberet, recte monente Scaligero. Comparatis Geoponicis, inprimis 5, 23., apparet, κλάσιν sive κλάδευσιν ab ἀμπελουργία nisi vocabulo non differre, esseque putationem. Ut ἀμπελουργία dicitur, ita ἐργασία, ἐργάζεσθαι ἄμπελον est de eadem re: contrarium autem intelligitur in ἀμπέλῳ ἀργῇ capitis sequentis.

καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα] Alteram copulam e versione G. addidi, cum Scaligero. Deinceps τὸ ποῖα Med. habet.

πρὸς τοὺς ἑτέρους καρποὺς] *tam ad fructuum rationem* G. omissa voce ἑτέρους, quam Scaliger anno futuros sequente interpretatur. Equidem inutilem vocem seclusi: prius enim mentio fructuum anni praesentis fieri debebat: deinde πρὸς in altero membro e Med. adieci.

πάντα δ' ἔχοντα διάνοιαν — καὶ τρόπον] *nil tamen tam facile est, ut non sit cum solertia. omnes quippe vites culturae ingenium, modum atque rationem exposcunt* Gaza. Omisit igitur verbum ἔχοντα et addidit *culturae ingenium.* Scaliger vitium in voce καινὸν agnovit, et καιρὸν coniecit, quod interim amplexus sum; quanquam Gaza neutrum reddiderit. In verbis πάντα δ' ἔχοντα διάνοιαν vitium demonstrat structura laborans et sententiae absurditas, quae verbis inest, et operibus vinitoris ipsis διάνοιαν tribuit. Deest igi-

tur δεῖ πράττειν, aut potius vox διάνοιαν alienam sedem occupavit. Fortasse ibi fuit olim διαφορᾶς.

2. κατὰ τὰς ὥρας τῶν ἔργων, τὰ μὲν — πλείστη γε] *Differentia vero, quam in operibus locorum ratio facit, cum in omnibus constat, tum maxime in falcatione officioque putandi est* G. Igitur rectius χώρας scriptum legit: deinceps: αἱ μὲν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις εἰσίν, οὐ μὴν ἀλλὰ πλείστη γε κατὰ τὴν κλ. Ceterum cum praecesserit ἐν τοῖς ἄλλοις, sequi debebat: πλείστη γε ἐν τῇ κλάσει καὶ τῇ ἀμπελουργίᾳ.

διαιρεῖν ὅσα τοῖς γένεσιν] Ita A. B. Med. ὅσα omisit Heinsiana: in quo quid lateat absconditum, non excógito.

ἐν ποίαις ἑκάσταις ὥραις] G. breviter *agrarum statu*: igitur rectius χώραις scriptum legit. Ceterum ἕκαστα scripsi, intellecto γένη. cf. c. 15, 5.

3. ἐπί τε τῶν γενῶν] Propter sequens καὶ τῆς ὁμοίας χώρας suspicor, excidisse αὐτῶν vel simile vocabulum.

ὅσαι τοιαῦται] nempe ξηραί, vites siccae. Deinceps vulgatum τυγχάνουσαι correxi. Postea margo B. μὲν pro γὰρ habet: quod nec solum nec cum γὰρ iunctum locum habet.

μακροτομεῖν δ' ἐν ταῖς — ἐν τοῖς ἐφύγροις] Rectum in annotatione Scaligeri ταῖς ἐφύγροις positum video, qui monet, alibi dici ἐφύδροις et ἐπόμβροις. Scilicet ἔφυδρος rectius dicitur quam ἔφυγρος: sed hic locus ὑφύδροις flagitat. Ita c. 15, 4. erat τοῖς ἐφύδροις vitiose scriptum. ἐφ' ὑγροῖς καὶ εὐτροφέσι Med.

πιοτέρας] G. *humidae*, ubi Heinsius *pinguiores* posuit. A. B. πότεραι, Med. ποτέρας habent. Correxit Scaliger, ὑγροτέρας Vinar. habet.

4. οὐκ εἰς τὰς ὥρας] Recte G. *non agri ratione*: igitur χώρας scriptum legit. αὐτὰ τὰ γένη sunt sola genera. G. αὐτὰ non expressit.

ὥσπερ ἐπὶ τῶν αὐτῶν εἴπομεν] G. verba ἐπὶ τ. αὐτῶν omisit, quae plane otiosa sunt. Deinceps duce eodem et Med. vulgatum καρπὸς γίνεται correxi. δύναται praeterea Med. habet.

καὶ πολὺ τοῦ ἕνου κλήματος] *sin autem parum medullae, multum palmitis anniculi gerant, pauciores quidem, sed longiores palmites relinquendi sunt* G. ἐάν τι — ἔχουσαν A. B. ἔχουσαν quoque Med. unde posterius praeferebat Moldenhauer p. 135. Sed medulla dici non potest ἔχειν πολὺ τοῦ ἕνου κλήματος. Ceterum ἕνον κλῆμα est lignum palmitis anniculi, κλῆμα vero νέον ipse palmes novissimus anniculus, cuius medulla in putanda vite spectanda dicitur esse.

ὅσῳ ἐλάττων ἡ μήτρα] Vulgatum ἐλάττω τὴν μήτραν cum Moldenhauero l. c. correxi, praeeunte G. Etiam δεῖ mutavi in δεῖν. Narratur enim aliorum opinio.

5. καθ' ἑκάστην ποιεῖσθαι] *Igitur in universum modum resecandi ita determinant. Mensura autem palmitum semper ad rationem medullae ita capi* (*sumi* Heinsiana) *omnino debet, ut palmiti amplectenti medulla in latitudine respondeat* G. Scaliger vitium loci vidit, sed medelam non reperit. Interpretatur tamen ita: caesurae metam ibi fore, ubi nactus fueris medullae crassitudinem aequalem palmitis crassitudini, qui eam circumdat. Emendationem bene exorsus Heinsius copulam καὶ inseruit cum libro Vinariensi: sed deest verbum κελεύουσι, vel simile aliquod, quod latere videtur in verbis καθ' ἑκάστην (nempe χώραν), quae post superius illud καθόλου videntur abundare.

ἐν τοῖς ἀποτόμοις] Moldenhauer ταῖς ἀποτομαῖς scribi voluit, G. omisit. Supra fuit: ἐν τοῖς ἀποτεμνομένοις τῶν νέων κλημάτων. Durum est ad ἀποτόμοις intelligere κλήμασι.

ὅπως ἴση τὸ πλάτος ᾖ — κλήματι] Iterum κλῆμα hic lignum medullam cingens dicitur, quae in novello palmite, quo magis ad cacumen appropinquat, eo fit minor angustiorque, et tandem evanescit; contra ligni natura paulatim augetur eadem ratione. Iubet igitur in putando palmite eo usque procedere, donec medulla par crassitudine ligno circumdanti appareat. In iudicio de mensura palmitum Columella attendere iubet ad internodia vitis brevia vel longa oculosque dissitos et raros aut frequentes, 4, 29, 20. μακροτομεῖν et βραχυτομεῖν Palladius 1, 6, 4. *latius* et *strictius putare*; alterum Columella l. c. *anguste putare* dixit.

τεμνομένης ἐξίσου] Bene G. *cum enim vitis pariter ad suum habitum conservandum et ad fructum ferendum reciditur.* sed male *conservandum* addidit: nam habitus spectatur et regit putationem.

ἀμενηνὰ] Med. ἀμενῆν habet. *palmites imbecilles* G. vertit, ut sequens δυνατὸν καὶ νεανικὸν *palmes solidus sit et iuvenili robore constet.* Male: κλῆμα enim hic lignum est, quod solidum esse minime vult Theophrastus, sed maius et latius medulla media.

ἐὰν δὲ τὸ κλῆμα] Med. ἐὰν δὲ αὐτὸ κλ. unde αὖ τὸ effeci.

6. τὰ γὰρ ἐκ τῶν ἔνων νέων βλαστήματα] Ita A. B. Med. Copulam interseruit Heinsius. *germina enim omnia,*

quae novellae annotinis protulerint brachiis, fructu carere G. Utrumque igitur vocabulum ἔνων νέων scriptum legit, sed interpretari aliter conatus est, quam qui καὶ interseruit. Scaliger unice τῶν ἔνων probavit. Series et ordo argumentationis mihi et Linckio postulare videtur νέων, ut in sequenti membro ἀφορωτέρας. Novellorum palmitum medulla minor et angustior est quam vetulorum: eademque est ratio ipsarum vitium iuvenculárum cum vetulis comparatarum: itaque βλαστήματα ex annuis flagellis pronata minus sunt fructuosa, ut ipsae vites iuvenculae adultis et vetulis fructuum ubertate cedunt. βλαστήματα vocat germina ex hornotinis palmitibus nata, non κλήματα: quae si ex annotinis provenissent, ad fructificandum aptiora et foecundiora fuissent.

καὶ τὰς νέας — ἀφορωτέρας] *et novellas minus fructificare quam veteres* G. Contra Scaliger εὐφορωτέρας scribi voluit: quae ratio toti disputationi Theophrasti de medullae proportione contraria est.

σαρκὸς καὶ τοῦ γιγάρτου γινομένου] Vulgatum σαρκὸς καὶ τουτὶ γὰρ τοῦ γινομένου e versione G. *cum carnem et vinaceum medulla progeneret* facile fuisset corrigere: sed Moldenhauer demum vidit verum p. 135.

ὅπερ οὐδ' ὑπολαμβάνουσιν — οὐδ' ἀληθὲς] A. B. Med. οὐδ' ὑπολαμβάνουσιν οὐδ' ἔοικεν, omisso ἀληθές. *Sed hoc minus verum apparet, si quidem medulla detracta caro creetur, vinaceum nequeat generari* G. unde Heinsius ἀληθὲς inepte addidit. Nam G. aliter haec scripta legit, et ὑπολαμβάνουσιν omisit. οὐδ' ἔοικεν est *nec est vero simile*. Equidem, si verbum ὑπολ. abesset, (quod fortasse alienum in locum invasit, supra rectius olim positum post verba: δηλοῦν δὲ τὴν ἄμπελον αὐτήν,) scriptum malim: ὅπερ οὐδ' ἀληθές, οὐδ' ἔοικεν, εἴπερ. Deinceps Med. σαρξὶ habet.

πλὴν εἰ ἄρα τῷ ἐνδοτάτῳ τῆς — ἐξαιρουμένης] *nisi forte intima parte medulla detracta sic fiat necesse est* G. qui τῆς ἐνδοτάτω μήτρας scriptum rectius legit. Praeterea ἐξῃρημένης scriptum malim. G. cum postrema illa, *sic fiat necesse est*, adderet, sensum loci pervertit. Theophrastus enim vinaceum nasci negat in uva, detracta medulla palmiti, carnem autem non abesse, sed nasci affirmat, nisi plane medulla ex intima parte detracta et derasa, quando nec caro uvae procreatur. Scaliger ita: *Nisi quis putet, non totam eximi medullam, ut vinaceum tollatur; nam si tota eximeretur, fortasse nullus proveniret fructus.* Addit, se in vitibus pluribus expertum uvas ἀγιγάρτους procreare non potuisse. Artem hoc

efficientem tradit Theophrastus infra libro 5, 5, 1. et 6, 13. Geoponica 4, 7. ubi vide interpretem. ὅταν ἡ μήτρα τοῦ κλήματος ξυσθῇ est infra 5, 6, 13. τὴν ἐνδοτάτω μήτραν equidem interpretor ita, ut putem, artificium adhiberi in palmite non fisso, sed praeciso et excavato, quod facere aliquos monent Geoponica 4, 7, 3. et Palladius 3, 29. *tempore, quo vites putant, sarmentum fructiferum putatae vitis in ipsa vite quam possunt de alto sublata medulla excavant non divisum, et calamo affixo alligant, ne possit inverti.*

Τοῦτο — ἐπισκεπτέον] Male G. *Sed de hoc alias.*

7. *Κοινοτάτην μὲν δεῖ — πάσαις*] *publicam omnium amputationem hanc esse autumant* G. Legit igitur scriptum: κοινοτάτην μὲν δὴ ταύτην τὴν τομὴν ὑπολαμβάνουσιν εἶναι πάσαις.

ἐξ ἄκρου τὰ πρῶτα ὡς μακρότατα] A. B. Med. ἐξ ἄκρας τὰς πρώτας. *his postremos palmites relinqui longissimos volunt* G. Deinceps dicuntur τὰ ἐξ ἄκρου κλήματα. Scaliger ἐξ ἄκρας τὰ πρῶτα scribi voluit: ἄκρου dedit Heinsius. Equidem non dubitavi ἄκρας τῆς πρώρας scribere. Vide dicta ad histor. 2, 1, 3. *Caput vitis* ultimum et productissimum flagellum appellare agricolas monet Columella 3, 10, 1.

ἀπὸ μὲν βραχείας] *ut a brevibus vitis augescere possit* G. Articulum τῆς e Med. addidi. Scaliger monet, anno sequente superiora omnia usque ad hos palmites inferiores resecari: ita fieri resecem. De remedio hoc vide dicta ad histor. 4, 15, 6.

ἀπὸ μεγάλης τῆς μήτρας πολὺς] *copiose fructificet, utpote a larga medulla* G. In graecis post καρπὸς verbum γένηται excidisse videtur. De feracitate summorum flagellorum consentit Columella 3, 5, 1. et 4.

8. περιαιρεῖν — ἐπικνίζειν — οἰνάνθαις] *detrahi censent — dimutilari, cum uva floret* G. Scaliger *unguibus mutilare*, et οἰνάνθην interpretatur palmitem fructiferum. Ita sequitur: ἐπὶ ταῖς οἰνάνθαις αὔξῃ τὸν βότρυν. In ipsa vite silvestri recens germen cum rudimento florum et fructuum ita dici testatur Galenus de medicam. secundum loca 5, 1. οἰνάνθην ὀνομάζω τὸ τῶν ἀγρίων ἀμπέλων ἐκβλάστημα σὺν τοῖς ἄνθεσιν. Suidas et Photius τὴν πρώτην ἔκφυσιν τῆς ἀμπέλου interpretantur. Sunt tamen loca scriptorum veterum, ubi οἰνάνθη ipsum florem vitis urbanae significat: unde error Gazae natus est. Ceterum ἐν αὐταῖς τ. οἰν. vitiosum esse puto, et potius ἐπ' αὐταῖς scribendum: infringenda sunt recentia germina frugifera iuxta ipsum floris rudimentum. Contra deinceps rectius dicetur alimentum collectum augere τὸν ἐν ταῖς

οἰνάνθαις βότρυν. Quod attinet Gazae versionem, de tempore floris οἰνάνθην interpretantis, possis comparare Columellam: *Tempus pampinationis, antequam florem vitis ostendat — sed et postea licet eandem repetere*, 4, 28, 1. sed verba τὸν ἐπὶ ταῖς οἰνάνθαις βότρυν istam rationem Gazae aspernantur.

ὅπερ ἀποτέμνεται] *ut nec vitis ad abscissum palmitem incrementum compellat, et quantum alimenti superait, in eadem parte coactum uvam augeat* G. Omisit igitur verba ἐπὶ ταῖς οἰνάνθαις, sane inutiliter repetita: male vero posuit *abscissum*, cum deberet *abscindendum*. συνειληθεῖσα vertit *coactum*. Dalecampius συμπιληθεῖσα coniecit; Scaliger συνειληφθεῖσα posuit, interpretatus *comprehensus in palmite*. Sed mutatione non est opus, nisi quod vulgatum αὔξει e Med. mutavi in αὔξῃ propter antecedens ἀφίῃ. Similiter paulo post vulgatum ἰσχύσῃ mutavi in ἰσχύσει propter sequens ἔσται.

Αὕτη μὲν — καθόλου τίς ἐστι κοινὴ πάσαις] *Haec igitur generalis atque communis omnium est* G. unde copulam καὶ addidi.

AD CAPVT XV. (VVLGO XX.)

οἱ δὲ τῶν γενῶν ἐφάπτονται] *alii genera etiam tangunt* Gaza. additum igitur καὶ legit.

διασώζουσαι τὸ ὑγρὸν] quod alias lacrymando perdunt. deinceps αὗται. μὲν οὐδὲν χείρους vulgatum praeeunte Gaza correxi.

2. πρωῒ πάσας — ὅπερ εἴπομεν] nempe ἀμπελουργεῖν, *putare*. Ante πρωΐας dixerat. Utrumque recte. Sed πρωΐας significabat autumnalem putationem: πρωῒ nunc brumalem, a qua vernalis distinguitur, utpote serior, Gaza; *ut dictum iam est*. Additum ἤδη legisse videtur. Pro ὅπερ scripsi ὥσπερ.

ἀμβλωπεῖς οὐκ ἔσονται] Ita A. B. Med. ἀμβλωπὲς οὐκ ἔσεται Heinsiana. *et nulli oculi obtundentur* G. Videtur igitur οἱ ὀφθαλμοὶ additum legisse. Statim sequitur: καὶ ἀμβλωπεῖς ἐπιγίνονται πολλοί. ubi G. iterum *oculi* supplevit. quod fieri necesse est propter oppositum et antecedens ῥεῖ τε τὸ δάκρυον: alioqui scriptum oportuit πολλαί, nempe ἄμπελοι.

ἐὰν συμβήσεται εὐδία] Barbarum tempus in συμβῇ mutandum aut potius in ἐπισυμβῇ censui. Deinceps συμφέρει vulgatum correxi.

αὐτὴν τὴν βλάστησιν. Deinde idem Linckius acutissime vidit, ὅλως non pertinere ad verba ἢ καὶ ἔναστρον, sed cum verbo τέμνειν coniungendum esse, hoc modo: ψυχρὰν ἢ καὶ ἔναυρον ὅλως τέμνειν εὐλαβοῦνται· τὸ γὰρ ψύχος ἀποξηραίνει. Ὥραν δὲ τῆς τομῆς σχεδὸν τὴν αὐτὴν πᾶσιν ἀποδιδόασι κατὰ τὸ ἔαρ ὑπ' αὐτὴν τὴν βλάστησιν.

πλῆρες — πρὸς τὴν ἀφαίρεσιν ὁρμήσῃ] Heinsiana πλῆρος dedit. *ut planta plena humoris protinus exsiccetur, ut germen optime prodeat* G. Nisi ἀφαυάνσιν scriptum legit, ingens est error Gazae. Succus ad partem extremam mutilatae plantae incitatus fertur et germen nutrit et protrudit.

2. τὴν γὰρ τομὴν — γίνεσθαι] G. plenius: *quippe putationem istam non fructus, sed germinis gratia faciunt, autumnalem vero fructui praeparant.* Additum igitur ταύτην legit, quod pronomen sententia flagitat. Infinitus modus pendet a praecedente ὥραν δὲ — ἀποδιδόασιν, in quo existimationis et iudicii notio inest. Deinceps εὐθὺ Med. habet.

συνεστηκότα] *tunc enim vites sibi maxime constare* G. debebat: *tunc enim vitis maxime robusta et firma est.*

ἀμφότερα πάσχειν — πονεῖν] Vulgatum πάσχει — πονεῖ propter antecedentia et consequentia correxi.

ἐξ ἄκρου φύεσθαι] Margo B. φύεται proponit propter antecedentia πάσχει — πονεῖ, quos modos equidem sequentibus accommodavi. Deinceps ἐξαῤῥυηκέναι Med. habet. *effluxit* Gaza.

3. Τέμνειν δὲ — τῇ χέρσῳ] *Quae rudi agro disposita sint, triennio post resecari par est: cum haec celerius germinent, quippe quia solum nuper coli inceperit, et alacriter semina educanda complexum sit* G. diversam scripturam secutus: nam ἀκάρπωτος est terra *fructibus ferendis non effoeta.* Ceterum de putatione prima plantarum sermonem non amplius esse, docent sequentia de dispositione et educatione palmitum circa caput vitis. Est igitur de secunda plantarum adultarum, cum ad eam figuram formantur, quam loci natura et domini voluntas arboribus et vineae destinaverit. Sed vereor, ne verba aliquot perierint, quae transitum hunc a prima ad alteram putationem significarent.

διὰ τὸ ἀεργοτάτην εἶναι τὴν γῆν] Med. διὰ τὸν ἐοργοτάτην. Gaza: *quia solum nuper coli inceperit.* unde νεουργόν τε εἶναι effeci.

ἐν τῇ γεωργουμένῃ ὀψιαίτερον] *quae autem diu cultis mandaveris, haec serius amputabis* G. igitur τέμνειν sup-

accipimus, (quia putatio biberna palmitibus recisis frigore inducto nocet,) fossio aquae copiam ad radices immittet et impetum vitis augebit, simulque e Theophrasti ratione palmites oculis et fructibus anni futuri statim initio aestatis exuberabit. Itaque scribendum videtur: *ἐάν τις ἐργάσηται τοῦ χειμῶνος τὰς ἀργὰς, ἀρχομένου τοῦ θέρους εὐθὺς — γίνεται. — ἡ ἐργασία ποιεῖ· ὁ δὲ ἥλιος θερμαίνων πήγνυσι. καὶ πυκνότεροι οἱ ὀφθαλμοὶ γίνονται.* Interim postrema verba intacta reliqui: potuit enim fieri, ut vocabulum *εἰκὸς* vel simile aliquod excideret, a quo pendebant infinitivi.

4. *Οἱ δὲ ταῦτα κελεύοντες ἄλλας πως τὰς αἰτίας*] Ita Heinsiana. *ἀλλ' ὥσπερ* A. B. *ἄλλως πῶς* Med. *alias reddunt rationes* G., sed Basil. *secus rationes assignant.* *ἄλλως τὰς* malebat Scaliger. Verum dedit Med. Initio *ταὐτὰ* scripsi, sensu flagitante. Nova enim sententia aliorum refertur, qui consentiunt mature putandum, sed alias ob rationes, exceptis tamen vitibus ad luxuriandum pronis et in solo humido positis.

φασὶ γὰρ τοῦτο δεῖν] *quippe — colendum mature autumant* G. Igitur *ποιεῖν* additum legisse videtur. Sequens *καὶ ὅπως* mutandum in *καὶ ὅπως*: sequitur enim *καὶ ἔχῃ τροφήν.* Sunt *κλήματα κυριώτατα* non tam *maxime opportuni*, ut Gaza vertit, sed fructuosi pauci, qui recisis nimiis et inutilibus relicti post putationem maturam non dolacrimant, sed, ut est initio, *διασώζοντα τὸ ὑγρὸν αὐτά τε βελτίω γίνεται καὶ ὁ καρπὸς ἡδυοινότερος.* Deinceps vulgatum *τοῖς ἐφύδροις* correxi. Vide cap. 14, 3. Initio *φησὶ* Med. habet.

ὅπως διεσκεδασμένον τὸ ὑγρὸν, καὶ τμηθείσης ἐν ὥρᾳ, τοῦτ' ἀποῤῥυῇ] *has recidi verno tempore oportere, ut humor diffusus levata plaga effluat tempestive* G. Plaga levata unde Gazae innotuerit, ignoro: graecum *τμηθείσης* refertur ad *ἀμπέλου*, quanquam pluralis *πεττούσας* statim sequatur. *ὑγρὸν διεσκεδασμένον* dici videtur diffusum vere, incitata vitis germinatione: quod effluit e vulneribus putatae. Graeca vero sunt aperte vitiosa et hiulca: paulo tamen mollior fiet oratio, si non sana, si scribas *διεσκεδασμένου τοῦ ὑγροῦ*, et post *τμηθείσης* posito inciso verba *ἐν ὥρᾳ* coniungas cum sequentibus *τοῦτο ἀποῤῥυῇ*. Med. *διεσκεδασμένη* habet.

τόθ' ὑβρίζειν] A. B. *τοῦθ' υβρ.* deinceps vulgatum *ἐγκληματοῦσθαι* G. vertit *sarmentis silvescunt.* Equidem *ἐκκλ.* scripsi. Sic enim Geoponica 5, 41. *τὰς ὑλομανούσας μακροτομεῖν δεῖ· ἐκκληματούμεναι γὰρ λωφῶσιν.* ubi a vero sensu aberravit Niclas. Superest aliud vitium in verbis *ἀλλὰ καὶ*,

ubi ἀλλὰ prorsus inepte additum ex alieno loco legitur. Fortasse pertinet ad sequentia: Ἀλλὰ φυτοῖς οὖσι τοῖς τοιούτοις.

Φυτοῖς δὲ οὖσι τοῖς τοιούτοις] *his, dum plantae sunt, hordeum fabasque interserere placet* G. male, monente Scaligero, qui vulgatam positam censet pro eo, quod alius dixisset φυτοῖς δὲ οὖσι τοιούτοις vel τοῖς τοιούτοις οὖσι. Recte! neque enim de plantis nunc sermo est, sed de vitibus adultis et perfectis: nec, quod plantae fuit auxilio, adultam etiam iuvat. Rem eandem tradidit supra c. 11, 3. Geoponica 5, 11. et 5, 41, 4. τοῖς τῶν ἀμπέλων φυτοῖς ἐπισπείροντες est in altero Theophrasti loco.

τὰ ἀνθηρὰ] Omisit G. et Scaliger. Scripsi ἄνδηρα, ut in histor. 7, 14. τοῖς ἐπὶ τῶν τοίχων ἀνδήροις. Sunt interordinia vitium.

5. αὗται παρ' ἑκάστων] Omisit duo postrema verba G., nec ferri possunt, nisi addito λέγονται.

ἀκριβεστάτη — μακροτομεῖν] Multo brevius G. *Sed et ad agros et ad mensuram resecandi omnium diligentissima distinctio illa est.* Supra c. 14, 2. διαιρεῖν τοῖς γένεσι καὶ ταῖς χώραις τὸν ἀφορισμόν. ὁ δ' ἀφορισμὸς, ἐν ποίαις ἕκαστα χώραις, καὶ ἐν τῷ μακροτομεῖν ἢ βραχυτομεῖν. E Med. πρὸς ante τὸ βραχυτ. addidi.

οὐ φέρουσι, κἂν βραχὺ τμηθῶσιν] *quae fructum parere nequeant, etiamsi recidantur ad breve* G. Dubitabam, an potius contracte scribendum sit βραχυτμηθῶσι. Non succurrunt exempla temporum similium verborum plurium ab eodem fonte derivatorum, velut ἀκροτομεῖν, μακροτομεῖν.

ἡ Ἀφυταῖος] ab urbe Aphyte, de qua ad Xenophontis Hellenica et ad Aristotelis Politica dictum fuit. In eadem regione Acanthus fuit sita. Post Ἀκάνθῳ e Med. δὲ accessit.

ἐλαχίστην τέμνουσι] G. omisit ἐλαχίστην, ad quod vocabulum τὴν τομὴν intelligendum e verbo τέμνειν. Sed articulus τὴν necessario addendus esse videtur. ἐλαχίστους Med. dedit.

AD CAPVT XVI. (VVLGO XXI.)

βλαστολογία] *decacuminatio* Gazae: rectius Scaliger *pampinationem*, et βλαστολογεῖν *stringere* interpretatur. Cf. Varro 1, 31, 2. et ad Geoponica 5, 28. Niclasii annotationes. Deinceps δεῖσθαι ταύτην εὐθὺ Med. habet.

ὅταν διαφάνωσι τὸν καρπὸν] Med. διαφαίνωσι dedit, qui deinceps εὐθὺ habet. Columella 4, 28, 1. *tempus pampinationis, antequam florem vitis ostendat, maxime est eligendum:*

sed et postea licet eandem repetere. Medium igitur eorum dierum spatium, quo acini formantur, vinearum nobis aditum negat: quippe florentem fructum movere non expedit: pubescentem vero et quasi adolescentem convenit religare foliisque omnibus nudare, tum et crebris fossionibus implere: nam fit uberior pulverationibus. — *Celsus quoque et Atticus consentiunt, tres esse motus in vite seu potius in omni surculo naturales: unum, quo germinet* (agnoscis τὴν ὁρμὴν τῆς βλαστήσεως): *alterum, quo floreat: tertium, quo maturescat* (habes τὴν ὁρμὴν τῆς πέψεως Theophrasteam). *Hos ergo motus censent fossionibus concitari.* Idem 11, 2, 38. extremo Aprili *prima pampinatio recte inchoatur, dum prorepentes oculi digito decuti possunt.* et Arbor. 11, 2. *ante dies decem, quam vinea florere incipit, pampinatam habeto.* Geoponica 5, 28. pampinationis modum docent, cap. 29. tempus in plantis: τῶν νεωστὶ φυτευθεισῶν ἀμπέλων ἅμα τῷ βλαστῆσαι μετὰ τὸ ἀπανθῆσαι τὸ περισσὸν περὶ τὴν βλάστην ἀφαιρεῖν δεῖ ἀτρέμα καὶ χωρὶς βίας. ubi vereor, ne post βλαστῆσαι exciderit aliquod vocabulum. Certe nota sequens temporis cum priore congruere non videtur.

σκάπτειν, ὅταν ὁ καρπὸς καὶ βλαστὸς νέος ὢν καὶ ἐν ὁρμῇ τοῦ] A. B. ὅταν ὁ καρπὸς καὶ ὁ βλαστός. Med. ὅ τε καρπὸς καὶ ὁ βλαστός. *tunc enim fructus novus et recens editum germen sarculum tempestive recipiunt, cum maxime augeri contendunt* G. Scriptum igitur rectius legit: ὅπως ἂν ὅ τε καρπὸς νέος ὢν καὶ ὁ βλαστὸς ἐν ὁρμῇ τοῦ βλαστάνειν, ὡραίαν λ. τ. σκ.

ἐν τούτῳ τὸ βοστρύχιον] Felicem Scaligeri coniecturam A. B. Med. στρύχιον recte substituit Heinsius. *Interim enim cirrus augescere solet, quia nondum acina consistunt* G. debebat *nondum formata constiterunt.* nec melius Scaliger *cincinnum pendentem* interpretatur. Est idem qui proprie βότρυς dicitur, cum formatus plene et explicitus acinis constat. In Aristotelis h. a. 5, 18. ὅμοιον βοστρυχίοις οἰνάνθης καὶ λεύκης καρπῷ. Guilelmi versio habet: *simile vilibus racemis ydyanthae albae vitis fructui.* ubi glossa coaluit cum verbis auctoris. Idem postea: ἐκτίκτει μακρὸν καὶ συνεχὲς ἐκ τῶν ᾠῶν οἷον τὸ τῶν βοστρύχων. ubi Gaza: *qualis cirrhi muliebris species est.* Guilelmus autem: *velut quod vilium racemorum.* Scriptum fuisse puto: οἷον τὸ τῆς οἰνάνθης βοστρύχιον.

2. ἀκμαῖα μάλιστα] A. B. αὐχμαῖα correxit Scaliger. *tempestive fieri* G. vertit, *in ipsa prima expeditione, in ipsis momentis ac tenore vigoris* Scaliger. Suspicor, vitium adhuc superesse in vocabulo ἀκμαῖα, nisi est pro ὡραῖα.

σκαφητὸς] Ita A. B. Med. *σκαπητὸς* Heinsiana. Deinceps in verbis vulgatis, ὅταν οὖν ὁ καρπὸς μὴ παρυθῇ, vitium vidit et e versione G. correxit Scaliger, cum quo facit Vinar. Deinceps Med. γονεύσῃ — τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς habet.

ὅταν δὲ ἐπιτέλλῃ] A. B. ἐπιτέλῃ. Med. ἐπιτίλῃ. unde ἐπιτείλῃ scribendum erat.

τὸ προηγούμενον τῶν βλαστῶν ἁπαλὸν] *summa pars germinum* G. omissa voce postrema, quam interposito καὶ copulandam cum antecedente puto. προηγουμένου Med. habet.

κρατεῖ τοῦ ἡλίου] *solem tolerant* G. male vertit. παύεται, nempe αὐξανόμενος, ut antea παύεται τὰ μέλλοντα — γίνεσθαι intellige παύεται βλαστάνοντα.

3. διαστολὴ καὶ ἡ κόλουσις] *distractio et mutilatio* G. Brachiorum diductionem, cum palis ridicisve aut iugo distribuuntur, suspicatur intelligi Scaliger: κόλουσιν autem decacuminationem post germinationem factam. Aliam etiam posuit interpretationem, hanc: *An κόλουσις est, quoties seritur veteranus truncus ad malleolum usque, qui anno praecedenti hanc ob causam relictus fuerat? Eum malleolum pampinarium vocabant, antequam secaretur truncus: secto autem trunco, resecem.* Sed unice vera est prior interpretatio, et *decacuminare* Columella idem opus dixit.

ὅταν ἄρχωνται] A. B. ἄρχονται. G. Heinsianus: *cum nigrescere uvae incipiunt, non differre, quousque ad maturitatem perveniant, oportet.* Scaliger μὴ ἐᾷν vertit *non permittere.* et sic Gaza Basileensis: *pulveris concitationem primis temporibus, cum nigrescere uvae incipiunt, damnari, quousque ad maturitatem perveniant, ratio est,* immani sensus differentia! Legit igitur G. scriptum, ut hodie vulgatur locus, ita ut pulveratio ab eo usque tempore, quo uva variatur, (male Gaza περκάζειν nigrescere vertit,) donec maturetur, omnino damnetur. Hist. pl. 2, 7, 5. Τρέφειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ κονιορτὸς ἔνια καὶ θάλλειν ποιεῖν, οἷον τὸν βότρυν· διὸ καὶ ὑποκονίουσι πολλάκις· οἱ δὲ καὶ τὰς συκᾶς ὑποσκάπτουσιν, ἔνθα τούτου δεῖ. Μεγαρεῖ δὲ καὶ τοὺς σικύους καὶ τὰς κολοκύντας, ὅταν οἱ ἐτησίαι πνεύσωσι, σκάλλοντες κονιορτοῦσι, καὶ οὕτω γλυκυτέρους καὶ ἁπαλωτέρους ποιοῦσιν οὐχ ὑδρεύοντες. Τοῦτο μὲν οὖν ὁμολογούμενον. Τὴν δ' ἄμπελον οὔ φασι δεῖν ἢ ὑποκονίειν ἢ ὅλως ἅπτεσθαι περκάζοντος τοῦ βότρυος, ἀλλ', εἴπερ, ὅταν ἀπομελανθῇ· οἱ δὲ τὸ ὅλον μηδὲ τότε, πλὴν ὅσον ὑποτίλαι τὴν βοτάνην. Ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων ἀμφισβητοῦσιν. Unde de sensu huius loci dubitari non potest. Recte igitur Gaza vertit. Pulveratio

graece dicitur fossio, quae fit post secundam tertia terrae siccae et sole calido. De usu vocabuli latini dixi ad Columellam 4, 28. p. 215. Deinceps Med. ἄχρι οὗ habet, et postea ἔχῃ.

κωλύουσι — ἀντισπῶντες ἑτέρα κινήσει] *motus enim percoquendi motu altero avocatur vetaturque* G. Ad pluralem intellige verbum οἱ ὑποκονίοντες, quod e nomine ὑποκόνισιν repetendum: quanquam haec est ratio inusitata et dura. Ceterum cum supra fossione uvae impleri et ali dictae fuerint, ἑτέρα κίνησις intelligenda videtur de motu humoris denuo incitato, quo affluente largiter impeditur uvae percoctio. ἀντισπῶνται Med. habet.

οἴονται δεῖν ἐκτίλλειν] Ita cum margine B. et Vinar. vulgatum οἷόν τι e versione G. correxi: *nec herbam evellendam per id temporis censent.* Rectius igitur additum τότε legit. Copulam post διὸ e Mediceo inserui, qui ἐκτίλειν habet.

ὡς δὲ ὅλως ἀχρεῖον καὶ βλάπτον οὐκ ὀρθῶς] *At omnino inutilem noxiamque putari, nulla ratio est* G. Med. ὡς ὅλος omisso δὲ habet. Antecedens τὴν ὑποκόνισιν postulat, ut βλάπτουσαν scribamus, et intelligamus ἐᾶν, οὐκ ὀρθῶς ἔχει.

4. ἐκ πλειόνων — καὶ τῷ] Sequentia, ubi bis dicitur καὶ τῷ, et usus Theophrasteus suaserunt ἐν πλείοσιν scribere. Deinceps ἀτμωδῶν A. B. Med. mutavit Heinsius in ἀκμωδῶν, nullo sensu. Gaza: *ut de solo vaporoso retulimus:* quod non magis vel verum est, vel loco convenit. Pluribus in locis dixit, fossura terrae admisceri aerem humidumque aeris alimentum: sed praecipue supra c. 10, 1. unde αὐχμωδῶν hic scriptum fuisse suspicor, nisi ἀτμώδη sunt, quae ibi ἑλώδη et ὕφυδρα dicuntur, ut fere infra c. 23, 2.

καὶ ὅτι μαλακῇ — ἐπισπᾶται] A. B. Med. καὶ εἴ τι, e versione G. ὅτι scripsit Heinsius: equidem ἔτι dedi. Gaza vertit: *et quia leviter molliterque siccatus amplius a vite pabulum attrahere possit:* ubi Basil. habet *siccenas.* Deinceps vulgatum καταξηραινόμενον mutandum in nominativum censui. Postea Med. ἁπαλῇ — ἐκ τοῦ ἀμπέλου habet.

Ἡ δὲ τῶν σκιῶν] Copulam καὶ anteponit Vinar. equidem δὲ e Mediceo addidi. Gaza haec omisit usque ad verba διὸ καί.

ἔχοντες καὶ βρεχομένων ἀμφοτέρων, εὐτραφεῖς] *cum itaque tegmine et aqua, quoad satis sit, potiantur* G. Rectius igitur scriptum legit βρεχόμενοι. Vocabulum ἀμφοτέρων praeteriit, quod in ἀμφοτέροις mutavi. Praeterea ἐπιβολὴν malim in προβολὴν mutatum: quanquam pulvis iniectus et tegminis

vicem sustinens ἐπιβολὴ dici posse videatur. Columella Arbor. 12. de tertia fossura: *post meridiem fodito pulveremque excitato: ea res et a sole et a nebula maxime uvam defendit.* Ita et Plinius 17. c. 22.

AD CAPVT XVII. (VVLGO ADHVC XXII. ET XXIII.)

τῶν κατὰ τὰς θεραπείας — παραβαλλόμενοι] Satis inepte Gaza: *Omnium autem maxime res peculiaris inter curas agricultorum sal esse videtur, quod radicibus palmarum accumulatur.*

χρήσιμον] *perutilis est* G. Graecum neutrum potest defendi: malim tamen χρήσιμοι scriptum.

ἐπεὶ ὅσα γε — τινὰ τῶν τοιούτων ἢ φυλακὴν] *medicandi enim tutandique ratione si eiusmodi quicquam adhibeatur, minime mirum* G. Graeca distracta sic ordinanda et iungenda sunt: ὅσα τῶν τοιούτων πρὸς ἰατρείαν τινὰ ἢ φυλακὴν (ποιοῦσι), οὐδὲν ἄτοπον (ποιεῖν ταῦτα). Ad verba ταῖς συκαῖς — πηγάνῳ, quae Gaza sic manca reddidit, intellige παραβαλλομένη aut ἐπιπασσομένη.

ξηρὰ γὰρ — ῥίζας. βοηθεῖ γὰρ — καταξηραίνουσα] Brevius Gaza: *facit enim siccitate sua, ut radices neque vermem neque putredinem sentiant.* In graecis cum distinctione post ῥίζας particula γὰρ tollenda videtur: quanquam vel sic satis inepte ταυτολογεῖ Theophrastus: ξηρὰ — καταξηραίνουσα. Quare plura aut vitiosa sunt aut exciderunt.

2. Περὶ δὲ τῶν ἀλῶν] Ita pro ἄλλων recte scribi voluit margo Basil. cum Vinar. e versione Gazae: eandem emendationem mox iterum proposuit, ubi Heinsius monenti non est obsecutus, sed βοηθοῦσι διὰ τῶν ἄλλων dedit.

οἱ μὲν γὰρ οὕτω ποιοῦσιν, οἱ δ' ἐκείνως] Cum Mediceo verba transposui: οὕτως, οἱ δ' ἐκείνως ποιοῦσιν.

φιλεῖ φοῖνιξ — ἐν τούτοις ἐστὶν, οἷον] *solum tale spectatur* Gaza, scripturam diversam τοιούτοις secutus, ubi χωρίοις intelligitur. Contra antecedens παρ' οἷς flagitare videtur, ut tueamur ἐν τούτοις; tum vero intelligere debemus χωρία ἁλμυρώδη. Quae ellipsis paulo durior esse videtur. Articulum ὁ post φιλεῖ addidi. Nomen palmae Med. omisit.

καὶ ταῖς ἄλλαις· καθάπερ γὰρ] Copulam καὶ e versione Gazae Heinsius addidit. Vocabulum χώραις intelligitur post ἄλλαις. *aliis tractibus* Gaza. Ex antecedente χωρία, sensu diverso, χώραις commode intelligi et repeti posse non videtur. Mediceus ὥσπερ additum habet; in quo verum latet.

h. pl. 2, 6, 2. *πανταχοῦ γὰρ, ὅπου πλῆθος φοινίκων, ἁμμώδεις* (vel *ἁλμώδεις*) *αἱ χῶραι.*

καθάπερ — διὰ τῶν ἁλῶν]· *quo fit, ut, ubi salsugo non sit, ope proxima salis subveniant* Gaza scripturam integriorem secutus, similem huic vel huiusmodi: *διόπερ ὅπου μὴ πάρεστιν ἁλμυρὶς, οἰκείαν τ. β. β. διὰ τῶν ἁλῶν.* In vulgata sensus commodus non inest, sed membrum anterius aliquod excidisse videtur. Quare signa lacunae apposui.

Ὅτι μὲν γὰρ — κοινή τις] *verum haec ratio communi utique iure dici de omnibus potest, quae loca quaerunt diversa* Gaza: ubi *communis* scribi debet. Non satis integrum locum reddidit Gaza, ubi *μέντοι* multo commodius scribi puto. *λέγοιτο περὶ* omisso *ἂν* Med. habet.

πρώτων καὶ μεγίστων — καθ' ἑκάτερα] Gaza additum *γενῶν* legit et reddidit, sed *καθ' ἑκάτερα*, nempe *ἔνυδρα καὶ χερσαῖα,* omisit: et possumus verbis his carere. *γένη πρῶτα καὶ μέγιστα* saepius dixit Theophrastus, quae nos dicere solemus classes vel gentes, familias autem *τούτων τὰς διαφοράς.*

3. *ξύμμετροί τε καὶ οἰκεῖοι*] repete *οἱ τόποι*, et ad *ἕκαστα* intellige *γένη.*

εἴ τί τε καὶ περὶ τούτου ἴδιον χρὴ ποιεῖν] Ita Heinsiana. *ἔτι τε καὶ περὶ τοῦ τὸ ἴδιον χρὴ π.* A. B. Margo B. *εἴ τι* dedit. Scaliger verba ita scripta ordinavit: *οὐ μὴν* (*ἐν τούτοις στητέον*) *ἀλλὰ ζητητέον αἰτίαν ἐν ἀμφοῖν, εἰ χρὴ ποιεῖν τι ἴδιον περὶ τοῦτο.* Vinar. etiam *περὶ τοῦτο* dat. *Ceterum si quid de his quoque proprium exponendum sit, in solo atque radicibus quaerenda causa est* G. Verbum *ποιεῖν* loco et sententiae convenire non videtur. Gaza rectius scriptum legit: *εἴ τι καὶ περὶ τούτων* (ad salem, *ἅλας,* referens) *ἴδιον χρὴ λέγειν.* Verbum *ποιεῖν* e sequenti oratione male translatum huc fuisse videtur. Med. habet: *οὐ μὴν ἀλλέγ' ἔτι καὶ περὶ τοῦ τῶν ἴδιον.* unde fortasse scribendum: *οὐ μὴν ἀλλά γ' εἴ τι καὶ περὶ τούτου,* nempe *φοίνικος.*

καὶ ἐν τῷ τὰς ῥίζας] repete *ποιάς τινας ποιεῖν.* Brevius Gaza: *haec enim qualitate quadam ex sale afficiuntur;* quae corrupit Heinsius.

γῆν μὲν γὰρ ποιοῦσι] Cum Med. *τὴν μὲν γὰρ* scripsi: articulus ad antecedens *γῆν* refertur.

ἑλκοτέρας] Scaliger *ἑλκυστικωτέρας* scribi maluit: equidem *ὁλκοτέρας* dedi, quo vocabulo praeter Platonem Theophrastus infra libro 4, 5, 15. utitur de lino: *τῆς τροφῆς*

ὁλκόν. ubi tamen Heinsius πλεῖον τῆς τροφῆς ἕλκει dedit. Sequens πόρους vulgato antea πόνους cum Scaligero e versione G. substituit Heinsius.

οὕτως γὰρ ἡ πέπανσις τοῦ καρποῦ] Causalem particulam adiecit Heinsius. Gaza: *ut fructus maturescere possit.* Intelligitur verbum γίνεται.

καταψύχεσθαι διὰ τὴν ξηρότητα] *tamen radicibus refrigerari ob siccitatem desiderat* Gaza. Verbum ζητεῖ repetendum videtur, satis incommode.

οἱ Βαβυλώνιοι] Vulgatum antea βλχώνιοι e versione Gazae cum margine Basil. consentiente Vinar. correxit Heinsius. Articulum οἱ ipse addidi.

Τοῦ δὲ μόνῳ — συμφέρειν] Ita A. B. Med. scripturam τῷ δὲ — συμφέρει cum Scaligero correxit Heinsius.

ὥσπερ γὰρ τὸ ξύλον] Materies palmea quomodo differat a ceteris lignis, docet locus classicus h. pl. 5, 3, 6. Alia addit 5, 6, 1. σύγκειται ξύλον μὲν ἐξ ἰνὸς καὶ ὑγροῦ καὶ ἔνια σαρκός· ξυλοῦται γὰρ σκληρυνόμενα (σκληρυνομένη?), οἷον ἐν τοῖς φοίνιξι καὶ νάρθηξι καὶ εἴ τι ἄλλο ἐκξυλοῦται, ὥσπερ αἱ τῶν ῥαφανίδων ῥίζαι h. pl. 1, 2, 7. medullam ligni habere negat 1, 6, 2. ἐπεὶ καὶ τοῦ φοίνικος οὐδεμία φαίνεται διαφορὰ κατ' οὐδέν.

ἀναδηχθεῖσαι] A. B. Med. ἀναδειχθεῖσαι. *sale remorsae* Gaza. Heinsius simplex *morsae* dedit. Scaliger, quod duriorem metaphoram hanc censeret, ἀνοιχθεῖσαι scriptum maluit. Sed vide sect. 5. Vinar. liber ἀναδειχ ιδαι habet, in margine iuxta σῆ.

αὗται ἄρχονται] Vulgatum αὗται cum Scaligero correxi. *quo et sibi satisfacere — possunt* Gaza: *ut et sibi satis habeant* Scaliger vertit. Equidem cum Linckio non dubito αὔξονται fuisse.

5. Ποιεῖ δὲ καὶ ὡς ἡ γεωργία] *facit etiam cultus terrae, ut omnium radices validiores reddantur* Gaza: omisit igitur ὡς, quod Scaligero transitum parare videtur. Si locum tueri particulae velis, ὡς οἱ ἅλες scriptum fuisse suspicor.

ἀλκιμωτέρας] Vocabulum et poeticum et sensu ab hoc loco alienum verae scripturae locum occupasse suspicor. ὁλκιμωτέρας olim fuisse suspicarer, nisi ὅλκιμον plerumque cum γλίσχρον iunctum materiam significaret, quae trahi potest, veluti mel, oleum, et similes humores crassi et tenaces. Igitur ὁλκοτέρας praeferam.

Καὶ ἡ κόπρος δ' ἡ ἰσχυροτάτη — καὶ τὸ οὖρον] Vul-

gatum δὴ ἰσχ. καὶ οὖρον inserto articulo ἡ et τὸ correxi. ἰσχυροτάτῃ *vehementissimum* Gazae: *acerrimum* stercus malim.

διαδύναι μᾶλλον] Ita Heinsiana. διαδύναται Basil. Med. δεδύναται Ald. 1. *subire arborem longe amplius potest* Gaza. διαδύνονται scripsit Scaliger. διδύονται dat Vinar. διαδύνειν vel διαδύεσθαι δύναται Gaza reddidisse videtur.

ἀναδήξεως καὶ τῶν ἄλλων, ὡσαύτως καὶ τῶν ῥοιῶν] Gaza vertit: *nec non et arborum ceterarum radices morderi desiderant, ut etiam in punicis patet.* A. B. Med. ἀναδείξεως, et paulo post δείξεως habent, quod Scaliger in ἀνοίξεως et οἴξεως mutari voluit. Vinar. altero loco δειξεως (sic) annotavit. Deinceps vulgatum ῥοιῶν correxi. Gaza scriptum legisse videtur: ὡσαύτως δὲ αἱ ῥίζαι καὶ τῶν ἄλλων δέονται τ. ἀναδ. ὡς ἐπὶ τῶν ῥοῶν δῆλον. In verbis καὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως vitium inesse non dubito. Praeter myrtum enim et punicam nullam aliam arborem nominat Theophrastus, quae stercore vehementi adhibito curetur. Igitur non dubito fuisse: ὥσπερ καὶ οἱ φοίνικες τῶν ἀλῶν. Deinde nova incipit sententia: Ὡσαύτως καὶ τὰς τῶν ῥοῶν, nempe ῥίζας ἀλκιμωτέρας, vel ὁλκοτέρας ποιεῖ: ut antea erat: καθάπερ ἡ σκυτοδ. τὰς τῶν μυῤῥίνων. Postremam emendationem in textu ponere non dubitavi.

παραχέουσι, καὶ τὴν — παραβάλλουσι] Heinsius temere inseruit ante καὶ τὴν verba, quae ex oratione superiore facile intelligi et repeti possunt, καὶ τὸν οὖρον, addito vitio in articulo et copula supervacua.

οὐχ ὁμοίως καὶ τοῖς μυῤῥίνοις] Ita cum Scaligero correxi scripturam A. B. Med. ὁμοίως καὶ τῆς μυῤῥίνης. Inepte Heinsius ὁμοίως ὡς ἐπὶ τῆς μυῤῥίνης fecit.

ἀναστομώσεως καὶ δήξεως] *remorderi et sic infarciri minime cupiunt* Gaza, sensu contrario et falso: *aperiri* debebat. Supra 2, 5, 4. de brassica nitro aspersa: τὴν πικρότητα διαδυόμενον καὶ ὥσπερ ἀναστομοῦν τὸ ἁλυκὸν ἐξάγει. ubi recte Gaza *veluti ora aperiens* vertit.

6. καὶ εἴ τινες ἄλλαι, διὰ τὸ τὰς ῥίζας ἀλλοιοῦσθαι, μεταβάλλουσιν, οὕτω τὴν γῆν καὶ τὴν τροφήν] Ita Heinsiana. καὶ εἴ τι ἄλλο τὸ τὰς ῥίζας ἀλλ., μεταβάλλουσι, οὕτω τὴν γῆν κ. τ. τρ. A. B. Med. Heinsiana post μεταβάλλουσι vitio operarum repetiit τὰς ῥίζας ἀλλοιοῦσθαι μεταβάλλουσιν. Gaza brevius: *et quicquid per alterationem suarum radicum natum sit, immutari.* ubi Heinsius *natura immutari potest* dedit. Scaliger putabat, eum scriptum legisse:

καὶ εἴ τι ἄλλο τῷ τὰς ῥίζας ἀλλοιοῦσθαι μεταβάλλειν πέφυκεν. Reliqua is omisit, et ita pergit: *Quippe amygdala triennio post immutatur.* Dalecampius coniecit: *διὰ τὴν γῆν καὶ τροφὴν ἀλλοιούμενον τὴν φύσιν μεταβάλλει· αὕτη μὲν γλυκεῖα.* Equidem sine ope codicis integrioris coniecturam propono hanc: *καὶ εἴ τι ἄλλο ὥσπερ τῷ τὰς ῥίζας ἀλλοιοῦσθαι οὕτω καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν τροφὴν μεταβάλλει.*

αὕτη μὲν — ἐπὶ — γίνεται] *quippe amygdala triennio post immutatur* Gaza: omisit igitur *ἢ τέτταρα.* Videtur praeterea legisse: *ταύτης γὰρ μετὰ τρία ἔτη γίνεται.* nempe *ἡ μεταβολή.* Med. *γίνονται* habet. Sequentia idem vertit: *cultum enim tantum temporis adhiberi par est.* De cultura coniicere sensum Theophrasti licet e capitis 18. sect. 2. *τὴν ἀμυγδαλῆν, ὅταν ἄρχηται καρποφορεῖν, οὔτε ὑδρεύουσιν οὔτε κοπρίζουσιν οὔτε διακαθαίρουσιν, εἰ μὴ τὰ αὖα μόνον, οὐδ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν δρῶσι· πάντα γὰρ ἀφαιροῦσιν, ὅπως μὴ ὑπερισχύσασα ἀποβάλλῃ τοὺς καρποὺς ἐν τῷ ἄνθει.* Unde scriptura a Gaza expressa confirmari videtur. Amygdalus enim vel semine procreata vel plantata per tres aut quatuor primos annos curiose colebatur alebaturque, donec adulta fructum ferre inciperet. Mutatio igitur facta in fructibus triennio aut quadriennio post plantationem demum manifesta fiebat.

ῥόας δὲ ῥίζαι διαμένουσι καὶ τὸν πλείω χρόνον] *radices punicae plus etiam temporis persistunt* Gaza vulgatam secutus, in qua nihil est, quod cum sententia antecedente congruat. A. B. *ῥόαις*, Med. *ῥόαι* habent, quod mutavit Scaliger, qui praeterea articulum *τὸν* deleri iusserat. Non radices ipsas punicae durare dicere voluit Theophrastus, sed remedium radicibus diutius adhiberi, quam amygdalae, minore tamen usque copia, ut paulo antea dictum est. Igitur ad *διαμένουσιν* intelligendum *αἱ θεραπεῖαι*, aut *διαμένει* scribendum; nempe *ἡ θεραπεία*, et vocabulum *ῥίζαι* in *ῥίζαις* mutandum.

7. *Μεταβολὴ δ' εὐλόγως*] Intellige *γίνεται.* *fructus mutatio — ratione consequitur* Gaza. Deinceps supervacuum *τοιούτῳ* nec a Gaza redditum seclusi.

ἐὰν πλείω γίνωνται] Ald. Basil. *γίνονται.* Gaza: *alimentum — si diutius veniat.* Verbum *γίνωνται* mutavit, sane incommodum, si *τροφαὶ* sunt *alimenta:* ferendum tamen, si *τροφαὶ* *nutritionem* significant.

ἐπεὶ δὲ καὶ ὅσα — ἀρδευόμενα βελτίω] *nam et aqua ferventi cum quaedam rigantur, meliorescunt* Gaza, quasi

ἐπεὶ καὶ ἔνια — βελτίω γίνεται vel βελτιοῦται scriptum legisset. In vulgata deest verbum ad participium ἀρδευόμενα et ad βελτίω. Praeterea δὲ delendum: quod feci. ὅσα si tolerandum, intellige: ἐπεὶ καὶ μεταβάλλει ὅσα — βελτίω γίνεται. Alius fortasse malet ἀρδεύεται, βελτίω γίνεται.

8. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔχοντά τινα ὁμοιότητα πρὸς] Vocabulum ὁμοιότητα cum Dalecampio e versione G. et Mediceo addidi: *Sed haec, quoniam similitudinis aliquid habent, ad fidem rei propositae faciendam retulimus.*

λαχανωδῶν τισιν] Valgo intersertum τινα cum Vinar. omisi. Sequens λίτρῳ χρῶνται est ex emendatione Scaligeri, ductum e versione Gazae. λούτρῳ habent A. B. νίτρῳ Vinar. In Med. est λίτρῳ scriptum, vitii signo superposito. *aquae autem salsae quibusdam quoque oleribus congruunt: et qua de causa nitro in nonnullis utuntur, expositum ante est* Gaza Heinsianus: nam Basil. extrema ita posuit: *in primis rationibus est.*

ὡς ἐοικὸς οἰκεῖον] *quamobrem hoc etiam utpote conveniens admittendum* Gaza; omisit igitur ἐοικός, quod si ferri debet, ἢ interserendum est: *tanquam simile aut cognatum assumendum est.*

καὶ τῆς τροφῆς καὶ τούτων] *iis etenim ipsis atque alimento eorum quoque dulcedinem effici certum est* Gaza. Prius τούτων refertur ad aquarum salsarum et nitri usum: alterum ad oleracea genera, quibus eiusmodi cultura adhibetur. Deinceps ἀλλὰ τῆς μὲν Med. habet.

πικρότης τοῖς ἐν τοῖς χυλοῖς] *Verum haec succo constant amaro* Gaza: unde scripsi ἡ ἐν τοῖς χυλοῖς, et deinceps articulum ἡ ante στρυφνότης addidi. Causam accuratius explicuit supra 2, 6, 4. ὅλως ἡ ἁλυκότης πρόσφορος, ὅτι πικρότητά τινα ἔχουσα (ἔχει ἡ ῥάφανος) ἐν τῇ φύσει, ταύτην δὲ διαδυόμενον καὶ ὥσπερ ἀναστομοῦν τὸ ἁλυκὸν ἐξάγει. — ὥστε ἐξαγομένου τούτου (τοῦ πικροῦ) καὶ γλυκυτέρα καὶ ἁπαλωτέρα καὶ εὐαυξεστέρα γίνεται. — Τοῖς δριμέσι δὲ, οἷον κρομμύῳ, σκορόδῳ, τοῖς ἄλλοις, οὐκέτι πρόσφορον· οὐ γὰρ ἀφαιρεῖ τὴν δριμύτητα διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν χυλῶν. De palmis vero ibidem sect. 5. τάχα γὰρ ἂν τισι πρόσφορα τὸ ὅλον (τὰ ἁλυκὰ τῶν ὑδάτων), ὥσπερ τοῖς φοίνιξιν, εἴπερ καὶ οἱ ἅλες παραβαλλόμενοι· παραπλήσιος γὰρ ἢ ὁ αὐτὸς χυλός.

AD CAPVT XVIII. (VVLGO ADHVC XXIII.)

ἐξ ὧν καὶ τὸ τελειογονεῖν μὴ αὔταρκες — ἐπαγάγοι] *sed simile caprificationi ficorum, qua fructus perficitur. Ergo foeminam minus ad perficiendum sibi sufficere aliquis potissimo dicet* G. unde vulgatam, συκῶν, ἐξ ὧν — τελειογονεῖν· μηδ' αὔταρκες — ἐπαγάγῃ, correxi, addita praepositione πρός. Med., omissa post θῆλυ copula, ἐπαγάγοι habet. Verbum ἐπάγειν eodem sensu dicitur, quo ἐπαγωγὴ et latinum *inductio*, genus argumentationis, quo comparatis rebus similibus et non dubiis fides dubiis conciliatur.

κρίνομεν τοῦ γένους] *naturam generis* Gaza. Multo latius nunc γένος de universo plantarum genere dicitur.

ἐπ' αὐτῶν τούτων] Gaza: *in his tamen ipsis paucis generibus*, nempe palma et fico. τούτων τοῦ, omisso τὸ, Med.

2. ὅσων ἐστὶ] Vulgatum ὅσον correxi. Deinceps ἐμφανεστέρας malebat Scaliger. Postea in verbis οἷον ὡς alterutra vocula abundat.

διακαθαίρουσιν, εἰ μὴ τὰ αὖα μόνον· — δρῶσι· πάντα γὰρ ἀφαιροῦσιν, ὅπως μὴ] Gaza: *amygdalam enim, dum fructum parit, neque rigandam — neque purgandam, praeterquam aridis, neque ulla cura tractandam existimant, ne prius aequo — amittat.* Omisit igitur verba πάντα γὰρ ἀφαιροῦσιν, quibus sane carere possumus. Scaliger γὰρ esse pro ἀλλὰ censebat, et ἀφαιροῦσιν interpretatur *omittunt*. Sed altius latet ulcus. Unde enim pendent verba εἰ μὴ τὰ αὖα μόνον? Neque enim cum verbo διακαθαίρουσιν possunt coniungi: ad illud enim pertinet nomen τὴν ἀμυγδαλῆν, *interpurgant amygdalam*. Gaza simplex *purgare* optavit, idque coniunxit cum ablativo *praeterquam aridis*: quod graece fieri non potest. Unum superest et facillimum remedium, ut verbum ἀφαιροῦσιν, quod in sequente membro sensum non habet nisi alienum a loco suo, huc retractum coniungamus cum verbis mutilis: εἰ μὴ τὰ αὖα μόνον ἀφαιροῦσιν· οὐδ' ἄλλο — οὐδὲν δρῶσι· πάντα γὰρ (intellige δρῶσιν), ὅπως μή. Atque hanc emendationem recipere in textum non dubitavi.

ζητοῦσιν] Malim ζητεῖ scriptum, ut Latini etiam dicere solent. Palladius 2, 15, 7. *Amant agrum durum, siccum, calculosum, coelum calidissimum, quia mature florere consueverunt. — Circumfodi non debent, quoties florent, quia inde flos eius excutitur. In vetustate plus affert.* Plinius 17. s. 39. *amygdalae si colantur fossione, florem amittunt,*

nec *insitas circumfodere oportet prius, quam validas ferre coeperint poma.* Vulgatum ζητοῦσι excusare non licet more alias non infrequente in scriptoribus graecis; nam statim sequitur singularis ἀκαρπῇ.

τάς τε ῥίζας — χειμῶνι] Gaza: *radices refossas et resecatas hybernis frigoribus tradunt:* addidit igitur *et resecatas*, cuius auctarii auctorem desidero. Geoponica 10, 61. ἄκαρπον δὲ καρποφορῆσαι ποιήσεις τὰς ῥίζας χειμῶνος γυμνώσας. De olea Plinius 17, 28. *olearum, si parum promiserint fructus, nudatas radices hiberno frigori opponunt, eaque castigatione proficiunt.* Med. post ῥίζας repetit ζητοῦσιν· ἐὰν δὲ ἀκάρπας τάς τε ῥίζας γυμνώσαντες.

καὶ τὰς ἄλλας κολάσεις] Vulgatum κολούσεις correxi e Med. et versione G.: *reliqua puniendi genera.*

3. ἀμπέλου, κέδρου, φιλύρας] *iuniperi* Gaza. Equidem non dubitavi κεράσου scribere, de quo hist. pl. 4, 14. c. pl. 5, 17. Iuniperi cortex ipse non solvitur nec decidit vetustate aut siccitate. Vitis corticem ad ligandum et ad vitilia adhibitum fuisse ex hoc uno loco colligitur: quod de vite arbustiva, cuius codex crassior et procerior esse solet, intelligendum cum Linckio censeo. Inter arbores et frutices φλοιοῤῥαγεῖς pluribus in locis vitis enumeratur.

φλοιοῤῥαγῶν] In histor. 4, 18. erat φυλλοῤῥαγία pro φλοιοῤῥαγία. In Dioscoride est φλοιοῤῥαγέω. Basilius ῥηξόφλοιος habet; haud scio, an etiam Theophrastea historia. φλοι ῥαγῶν habet Med.

ἀφισταμένῃ] *disgregat* Gaza, *absistere faciens* Scaliger vertit: sed debebat scribi ἀφιστᾶσα.

Καὶ τὸ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ] A. B. Med. ἁλῶν. *Ita et de sale idem animadvertere licet, ubi proprietas aliqua sit ad naturam accommodata* G. Additum igitur legit verbum, quod reddidit *animadvertere licet.* Vulgatam scripturam interpretari conatus est Scaliger, quanquam incommodam agnosceret. Equidem articulum τὸ initio tanquam inutilem seclusi. Post αὐτὸν τρόπον brevissima via verbum ἔχει supplevi. Denique cum hucusque varias arborum θεραπείας earumque causas explicare conatus sit Theophrastus, non dubitavi post ἰδιότης addere τῆς θεραπείας.

AD CAPVT XIX. (VVLGO XXIV.)

λαχανικῶν] Puto fuisse λαχανηρῶν, ut h. pl. 1, 8. 6, 1. et 7, 1. ubi variatur oratio inter λαχανώδη et λαχανηρά. Aliud significat λαχανικός.

Κόπρωσις, ἡ τοῦ ὕδατος ἐργασία] Gaza: *stercoratio, sarritio*. Primum *κόπρισις* scripsi cum Scaligero: nam *κοπρόω* nusquam dixit Theophrastus, sed ubique *κοπρίζω*. deinde *ἐργασία*, omissis *τῶν ὑδάτων*, scriptum vertit Gaza, ut putabat Scaliger, aut *τῆς γῆς ἐργασία*. Sic enim cap. sequentis sect. 4. *γῆς ἐργασίαν sarritionem* Gaza interpretatur.

διακάθαρσις τοῖς φρυγανικοῖς, ὁμοίως ἐν] Ita Heinsiana cum reliquis. Gaza verba *τοῖς φρυγανικοῖς* omisit, quae transponenda mihi videntur: *ὁμοίως ἐν τοῖς στεφανώμασι καὶ τοῖς φρυγανικοῖς*: alioqui verborum structura laborat. Gaza *καθ' ἕκαστον γένος generatim* vertit, minus recte: debebat *alia singulis generibus propria habentur*. In graecis sequitur *διακάθαρσις, interpurgatio*, quae tamen omnibus tribus generibus initio capitis nominatis communis dicitur. Post exempla *στεφανωματικῶν* et *φρυγανικῶν* sequitur: *ἐν δὲ τοῖς λαχάνοις ἀφαίρεσις μὲν οὐκ ἔστι, — ἡ δὲ τῶν παραφυομένων ἐξαίρεσις — καθάπερ ἡ διακάθαρσις γίνεται*. Igitur in alterutro loco vitium inest. De priore suspicionem non admittunt exempla posita olerum, quorum appellatione sine dubio brassica continetur. Igitur in loco posteriore scribendum esse Linckius vidit *ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις λαχάνοις*. Superest *ὁμοίως*, quod interpurgationem omnibus *λαχάνοις* communem facit, quorum tamen pars deinde excipitur. Igitur falsum est vocabulum, atque omnino tollendum, aut in aliud mutandum. Ipso etiam initio capitis est: *σχεδὸν δὲ καὶ τῶν λαχανικῶν, et ferme olerum genus*, quo antecedens *ὁμοίως* minuitur et definitur.

αναίνεται καὶ μὴ διακαθαιρόμενος] Copulam recte iam olim tolli iussit Scaliger, praeeunte versione Gazae.

2. *ἡ ῥάφανος — ἀποξηραίνονται*] In graecis additum malim *γήρᾳ* vel *χρόνῳ*: neque enim statim et prima aetate id iis accidit, quod in vitio hic ponitur. Verba *ἀποσκληρύνονται καὶ* Med. omisit.

εὐχυλότερα· διὰ γὰρ πολυβλαστίαν καὶ τῶν χυλῶν] E versione Gazae: *enimvero germinatio diffusa tam saporis — acorem tollit*, Heinsius *πολυβλαστίαν* inseruit. A. B. Med. *ἀχυλότερα* correxit Scaliger, qui deinceps *διὰ ταῦτα γὰρ* scribi voluit. Vinar. liber *διὰ τὸ — ἀφαιρεῖσθαι* dedit. A. B. Med. similiter infinitivum habet, *ἀφαιρεῖται* Heinsiana.

τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ξύμμετρον] *suavitas et temperantia in mediocritate consistit* Gaza. At Scaliger recte monuit, *καὶ τῷ ξυμμέτρῳ* a Theophrasto fuisse scriptum.

πράσον ἤ τι τῶν πολυβλάστων] *vel ex iis aliquid, quae numeroso germine amplientur* Gaza. Mihi *καὶ εἴ τι ἄλλο* τ. π. scriptum fuisse videtur. Nam ipsum porrum sectivum e numero *τῶν πολυβλάστων* est.

3. *καὶ ἡ αὐτῶν τῶν ὁμογενῶν*] Heinsiana *τῶν* omisit. Gaza: '*velut purgatio procul dubio est.* In graecis *procul dubio* desidero. Paulo antea vulgatum *παραφυτευομένων,* quae Gaza *quae apposita sunt* vertit, mutavi in *παραφυομένων.*

καὶ ἐπ' ἄλλων ἐστίν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐλάττω] *utque in aliis patet* Gaza. Orationem concinniorem et integriorem facies verbo *ἐστὶν* transposito: *καὶ ἐπ' ἄλλων· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐλάττω ἐστὶ, καὶ σχεδὸν φανερά.*

AD CAPVT XX. (VVLGO XXIV.)

Λοιπὸν — ἀντικείμενα] Vitium vidit Dalecampius et scribi voluit *ἀντικείμενον:* at sequentia *τὰ περὶ* flagitant *λοιπά*, quod posui.

τὰ περὶ τὴν ψιλὴν γεωργίαν] G. breviter *culturam agrorum* vertit. Opponitur *γεωργίᾳ τῇ πεφυτευμένῃ,* quam Aristoteles in Politicorum primo dixit.

Ἐνταῦθα δὲ — μετὰ ταῦτα σπαρέντων κατεργασία] *qua in parte agitatio soli praecipitur — et sarritio adhibenda post satum* G. In graecis deest verbum *praecipitur*, et *ἡ τῶν σπαρέντων* scribendum censui. *τῆς γῆς ἐργασίαν* etiam alibi *sarritionem* vertit Gaza.

Πρότερον δ' ἔτι τούτων — ἐπὶ τῶν δένδρων] *Sed ante haec vel etiam simul agrum cuique accommodandum nosse oportet* G. In graecis iterum verbum deesse videtur: sed hoc est vitium vulgaris interpunctionis. Punctum enim positum post *κατεργασία* ante *πρότερον* tollendum est, atque haec omnia verba una eademque periodo comprehendenda sunt cum initio *Ἐνταῦθα*, et verbum *ἐστὶ* intelligendum, uti docent sequentia, quae, interposito minoris distinctionis signo, adiungenda sunt: *ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐργασίας τὸ οἰκεῖον* (nempe *ἑκάστῳ σπέρματι ἰδεῖν*), *οἷον εἰ* et cetera. Ceterum A. B. Med. *τὴν οἰκείαν* habent, quod in *γῆν οἰκείαν* mutavit Heinsius: haud scio an sine causa.

κατὰ ἐργασίας τὸ οἰκεῖον οἱονεὶ, τοῦ μὲν] *Quin et in tractatione soli non desunt quae iudicium agricolae prudentis desiderant, ut si aliud per aestatem potius, aliud per hiemem vel fodiendum vel relinquendum vel aliquo modo*

tractandum sit G. meliorem scripturam secutus: unde vulgatum οἱονεὶ in duas voces divisi, et sequentia, τοῦ μὲν θέρους μᾶλλον, τοῦ δὲ χειμῶνος, ἐὰν ἢ σκάπτῃ ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, supplevi et correxi. σκάπτειν scribere iam olim iusserat Scaliger, cuius in annotatione lego: *aestate potius arare quosdam, hieme fodere ligonibus aut bipalio.* Qui σκάπτῃ fecit librarius, falsa scriptura ἐὰν pro ἐᾷν deceptus fuit: Med. verum σκάπτειν habet, sed idem τῇ μὲν θέρους. Praeterea verbum δεῖ fuit addendum, et articulus ante ἐργασίας, quem Med. dedit, qui deinceps ἀρότοις habet.

2. κούφην τοῦ χειμῶνος] A. B. Med. inepte καὶ interserunt post primam vocem, quod Scaliger tolli iussit.

ἡ μὲν ξηραίνειν] Sequens ἡ χειμερινὴ docet, haec esse de θερινῇ ἐργασίᾳ intelligenda. E verbo enim ἐργάζεσθαι nomen ἐργασία repetendum est. Hinc apparet, male vulgo deinceps ἑκάτερα scriptum legi, cum deberet ἑκατέρα esse, nempe γῆ. Geoponica 2, 23, 3. καὶ ἡ βαθύγειος δὲ γῆ καὶ ἡ στερεὰ καὶ ἡ βαρεῖα καὶ ἡ λιπαρὰ ὁμοίως ἐν αὐχμῷ στραφεῖσα οὐκ ἔλαττον ὠφελεῖται· ἡ δὲ λεπτόγειος ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐκκαιομένη τεφροῦται, καὶ πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ λιπαρὸν ἀπόλλυσιν ὑπὸ τῆς καύσεως διαπνεομένη. Διὸ ταύτην περὶ τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν ἐξημεροῦν χρὴ οὐ δικέλλαις — ἀλλ' ἀρότρῳ.

τὴν λυπράν] A. B. τῆς λυπρᾶς. Med. τὴν λιπράν. Sequentia ita vertit Gaza: *tum quod stercus plus alimenti ministret, quam excoqui possit.* Vulgabatur: καὶ διὰ τὸ τὴν κόπρον πλείω λαμβάνειν τροφὴν λέγεος πίττῃ. Scaliger coniecit ἢ λεχαῖος πέττειν, et λεχαῖος *herbosum* interpretatur. Dalecampius: παρέχειν τροφὴν ἢ ὡς δύναται πέττειν. Vinar. liber dat: ἢ ὥστε πάττειν. unde ἢ ὥστε πέττειν scripsi. Med. πίττει habet. Ceterum verba τὴν κόπρον nullo modo ferri poterant, nisi παρέχειν scribas, ubi est λαμβάνειν. Verum ita ad sequens ἢ ὥστε πέττειν diversum nomen τὴν γῆν intelligi debet. Minore igitur mutatione ἐκ τῆς κόπρου scripsi.

καὶ τῇ λεπτῇ τὴν πίειραν] Med. καὶ τὴν λεπτὴν τῇ πιείρᾳ. Suspicor, hic olim, ut in antecedente membro, orationem similiter inversam fuisse, ut utraque scriptura vera sit. Gaza priori membro addidit *et contra*. Igitur idem membrum additum legit: quare inserui, sed verbis transpositis.

3. καὶ εἴ τις ἄλλη ἐναντιότης] A. B. ἄλλου correxit Scaliger. Eaedem Edd. deinceps ὁ μῖξις habent.

καὶ ὅλως σφοδροτέρας ποιεῖ] *sed etiam solum omnino reddit validius* G. igitur *σφοδροτέραν* scripsi, ad *γῆν* referendum. Haereo tamen in ipso vocabulo: sensus enim *ἰσχυροτέραν* vel *τροφιμωτέραν* potius desiderare videtur.

Καὶ ἐὰν ἡ τυχοῦσα ἡ μίξις. οἷον ἐὰν τὴν ἀπυρηνίαν — φέρει, ἑτέρα μίξῃς· πάλιν φέρει — γενομένη] Gaza post superiora, omissis intermediis, pergit: *ut si quod defatigatum atque effoetum iam est, fertili cuiquam terrae permisceatur, ferre iterum incipit, quasi novum effectum sit:* unde egregie Scaliger *ἀπειρηκυῖαν* effecit, probante Coraio ad Hippocratem de aere et locis p. 242. Eodem ducit Vinar. scriptura *ἀπειρῆμαν*, magis etiam Med. *ἀπειρηνίαν*. Praeterea *φέρειν* cum Med. scripsi, et sequens *φόρον* mutavi in *φορόν*. *feracem* Gaza vertit. Ante *τυχοῦσα* articulum *ἡ* inserui, et pravam loci distinctionem correxi.

4. *καὶ δι' ἐτῶν — σκάπτοντες βαθεῖαν*] Gaza: *et quinquennio aut sexennio post alte defodientes.* debebat *quinto quoque aut sexto anno.* Ad *βαθεῖαν* intellige *σκαφὴν* vel *σκαπάνην*, e verbo repetendum *σκάπτοντες*. Ita histor. 8, 6, 3. *ἐνιαχοῦ οὐ συμφέρει βαθεῖαν ἀροτριᾶν*, nempe *ἀροτρίασιν* vel *ἄροσιν*.

τρόφιμος ἀεὶ καταῤῥεῖ] *pars enim ad alendum idonea labitur deorsum semper cum aqua* G. Humi partem supremam, maxime feracem, stercore et aeris augmento foetam, pluviis aquis non solum elui et deorsum ferri, sed chemica etiam ratione cum pluvia commisceri, viresque suas cum aqua communicare, quae ad infima defertur, secumque fertilitatem superioris humi aufert, ratio docet, quanquam Theophrastus simpliciter humum summam ad infima cum pluvia descendere dixerit.

θερμὴν τῶν ὑδάτων] Praepositionem e versione Gazae cum margine Basil. Vinar. et Scaligero inserui. Deinceps *δύναται* dedit Heinsius.

καὶ τὴν ἐπομβρίαν δὲ] *et pluvium quoque* Gaza. Cf. ad cap. sequentis sect. 1. ubi similiter est *ἐν ταῖς εὐκρασίαις*, locis temperatis.

ἵνα τὰ σπέρματα λαμβάνωσι] Gaza breviter: *ut semina humo adhuc tepida pullulent atque augescant, itaque imbres sufferre possint validius.* unde apparet, eum rectius scriptum legisse: *ἵνα τὰ σπέρματα βλαστοῦντα καὶ αὐξηθέντα ἐν θερμῇ ἔτι τῇ γῇ*, omisso verbo inutili *λαμβάνωσι*, et inserta praepositione *ἐν* ante *θερμῇ*, quae vulgo deerat, additoque

καὶ εἴ τι ἄλλο τῷ τὰς ῥίζας ἀλλοιοῦσθαι μεταβάλλειν πέφυκεν. Reliqua is omisit, et ita pergit: *Quippe amygdala triennio post immutatur*. Dalecampius coniecit: *διὰ τὴν γῆν καὶ τροφὴν ἀλλοιούμενον τὴν φύσιν μεταβάλλει· αὕτη μὲν γλυκεῖα*. Equidem sine ope codicis integrioris coniecturam propono hanc: *καὶ εἴ τι ἄλλο ὥσπερ τῷ τὰς ῥίζας ἀλλοιοῦσθαι οὕτω καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν τροφὴν μεταβάλλει*.

αὕτη μὲν — ἐπὶ — γίνεται] *quippe amygdala triennio post immutatur* Gaza: omisit igitur *ἢ τέτταρα*. Videtur praeterea legisse: *ταύτης γὰρ μετὰ τρία ἔτη γίνεται*. nempe *ἡ μεταβολή*. Med. *γίνονται* habet. Sequentia idem vertit: *cultum enim tantum temporis adhiberi par est.* De cultura coniicere sensum Theophrasti licet e capitis 18. sect. 2. *τὴν ἀμυγδαλῆν, ὅταν ἄρχηται καρποφορεῖν, οὔτε ὑδρεύουσιν οὔτε κοπρίζουσιν οὔτε διακαθαίρουσιν, εἰ μὴ τὰ ἄνω μόνον, οὐδ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν δρῶσι· πάντα γὰρ ἀφαιροῦσιν, ὅπως μὴ ὑπερισχύσασα ἀποβάλλῃ τοὺς καρποὺς ἐν τῷ ἄνθει*. Unde scriptura a Gaza expressa confirmari videtur. Amygdalus enim vel semine procreata vel plantata per tres aut quatuor primos annos curiose colebatur alebaturque, donec adulta fructum ferre inciperet. Mutatio igitur facta in fructibus triennio aut quadriennio post plantationem demum manifesta fiebat.

ῥόας δὲ ῥίζαι διαμένουσι καὶ τὸν πλείω χρόνον] *radices punicae plus etiam temporis persistunt* Gaza vulgatam secutus, in qua nihil est, quod cum sententia antecedente congruat. A. B. *ῥόαις*, Med. *ῥόαι* habent, quod mutavit Scaliger, qui praeterea articulum *τὸν* deleri iusserat. Non radices ipsas punicae durare dicere voluit Theophrastus, sed remedium radicibus diutius adhiberi, quam amygdalae, minore tamen usque copia, ut paulo antea dictum est. Igitur ad *διαμένουσιν* intelligendum *αἱ θεραπεῖαι*, aut *διαμένει* scribendum; nempe *ἡ θεραπεία*, et vocabulum *ῥίζαι* in *ῥίζαις* mutandum.

7. *Μεταβολὴ δ' εὐλόγως*] Intellige *γίνεται*. *fructus mutatio — ratione consequitur* Gaza. Deinceps supervacuum *τοιούτῳ* nec a Gaza redditum seclusi.

ἐὰν πλείω γίνωνται] Ald. Basil. *γίνονται*. Gaza: *alimentum — si diutius veniat*. Verbum *γίνωνται* mutavit, sane incommodum, si *τροφαὶ* sunt *alimenta:* ferendum tamen, si *τροφαὶ* *nutritionem* significant.

ἐπεὶ δὲ καὶ ὅσα — ἀρδευόμενα βελτίω] *nam et aqua ferventi cum quaedam rigantur, meliorescunt* Gaza, quasi

violentia fecit) *adeo percaluerit, ut prope ureretur.* Is igitur manifesto scriptum legit ἀρόσας ἀνεξήραινεν. Verba ἐπὶ πλεῖον — διέκαιε omisit aut aliter scripta legit. Scaligeri coniecturam dedit Heinsius. Ille praeterea διακαιομένη interpretabatur: *cum propter inclinationem coeli obnoxia sit aestivis caloribus.* Plinius διέκαιε τὸν σῖτον videtur scriptum legisse. Vide locum mox apponendum. Pro ὡς videtur ὃ scriptum fuisse. Vocem ἡ γῆ post διακαιομένη inserui: ad antecedens enim χωρίον haec omnia referri non possunt, nisi ἡ χώρα e voce χωρίον intelligi malis. Ceterum verba ἐπὶ πλεῖον διέκαιε sunt coniungenda, quorum causam continent ista, ὑπόπετρος οὖσα. Med. διακαιομένης habet.

καὶ μικροῖς ἀρότροις — Σύριοι χρῶνται] *unde fit, ut — Syri utantur* G. ἀρότοις Med. Plinius 18, 18. s. 47. *Syria quoque tenui sulco arat.* Idem 17, 5. s. 3. *At in Syracusano agro advena cultor elapidato solo perdidit fruges luto, donec regessit lapides. In Syria levem tenui sulco imprimunt vomerem, quia subest saxum exurens aestate semina.* Gaza vocem διό, quae vulgo sequebatur in his, διὰ ταῦτα μὲν πειρατέον ἐπικρίνειν, retraxit ad antecedentia, διὸ καὶ μικροῖς, deinde scriptum legit: ταῦτα μὲν οὖν πειρατέον ἐπικρίνειν. pergit enim: *Haec igitur iudicium callidi requirunt.* In loco Plinii vocabulum *luto* vitiosum videtur, aut arguit mendum latens in Theophrasti verbis τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν aut ἐξεπίγνωτο Aldinae et Basil. nisi dicas, Plinium sua e communi aliquo fonte cum Theophrasto derivasse, atque inde addidisse vocabulum *luto*, quod tamen ad rem facere non videtur. Nec enim lutum solo elapidato nocebat, sed calor solis, quem lapides defendebant, ut apparet e verbis οὐκ ἔχον μηδεμίαν προβολήν.

6. καθόλου φασὶν εἰπεῖν] *ut communiter atque in universum* (Heinsius *sententiam nostram* addidit) *dicamus* Gaza. Verbum φασὶν recte is omisit, ab hoc loco alienum.

εἰ τὴν σπορευτὴν — κατείργασται καλῶς. εἰς διειργασμένην γὰρ καλῶς πεσὸν — ἐκφύεται διημερωθείσης τῆς γῆς] *summum ac primum est omnium agrum bene arasse. Semen enim solo commissum bene prosciso perbelle erumpit: cum terra iam mitigata emollitaque sit: tum stercorasse bene, et alium atque alium cultum adhibuisse operae pretium est, ut* et cet. Gaza, qui rectius scriptum legit: τὸ τὴν — κατεργάζεσθαι καλῶς· εἰς διειργασμένην γὰρ πεσὸν τὸ σπέρμα ἐκφύεται καλῶς διημ. τῆς γῆς. A. B. πορευτὴν habent: verum σπορευτὴν iam olim annotavit Stephani The-

AD CAPVT XVIII. (VVLGO ADHVC XXIII.)

ἐξ ὧν καὶ τὸ τελειογονεῖν μὴ αὐταρκες — ἐπαγάγοι] *sed simile caprificationi ficorum, qua fructus perficitur. Ergo foeminam minus ad perficiendum sibi sufficere aliquis potissimo dicet* G. unde vulgatam, *συκῶν, ἐξ ὧν — τελειογονεῖν· μηδ' αὐταρκες — ἐπαγάγῃ*, correxi, addita praepositione *πρός*. Med., omissa post *ϑῆλυ* copula, *ἐπαγάγοι* habet. Verbum *ἐπάγειν* eodem sensu dicitur, quo *ἐπαγωγὴ* et latinum *inductio*, genus argumentationis, quo comparatis rebus similibus et non dubiis fides dubiis conciliatur.

κρίνομεν τοῦ γένους] *naturam generis* Gaza, Multo latius nunc *γένος* de universo plantarum genere dicitur.

ἐπ' αὐτῶν τούτων] Gaza: *in his tamen ipsis paucis generibus*, nempe palma et ficu. *τούτων τοῦ*, omisso *τὸ*, Med.

2. *ὅσων ἐστὶ*] Vulgatum *ὅσον* correxi. Deinceps *ἐμφανεστέρας* malebat Scaliger. Postea in verbis *οἷον ὡς* alterutra vocula abundat.

διακαθαίρουσιν, εἰ μὴ τὰ αὖα μόνον· — δρῶσι· πάντα γὰρ ἀφαιροῦσιν, ὅπως μὴ] Gaza: *amygdalam enim, dum fructum parit, neque rigandam — neque purgandam, praeterquam aridis, neque ulla cura tractandam existimant, ne prius aequo — amittat.* Omisit igitur verba *πάντα γὰρ ἀφαιροῦσιν*, quibus sane carere possumus. Scaliger *γὰρ* esse pro *ἀλλὰ* censebat, et *ἀφαιροῦσιν* interpretatur *omittunt.* Sed altius latet ulcus. Unde enim pendent verba *εἰ μὴ τὰ αὖα μόνον?* Neque enim cum verbo *διακαθαίρουσιν* possunt coniungi: ad illud enim pertinet nomen *τὴν ἀμυγδαλῆν*, *interpurgant amygdalam.* Gaza simplex *purgare* optavit, idque coniunxit cum ablativo *praeterquam aridis*: quod graece fieri non potest. Unum superest et facillimum remedium, ut verbum *ἀφαιροῦσιν*, quod in sequente membro sensum non habet nisi alienum a loco suo, huc retractum coniungamus cum verbis mutilis: *εἰ μὴ τὰ αὖα μόνον ἀφαιροῦσιν· οὐδ' ἄλλο — οὐδὲν δρῶσι· πάντα γὰρ* (intellige *δρῶσιν*), *ὅπως μή.* Atque hanc emendationem recipere in textum non dubitavi.

ζητοῦσιν] Malim *ζητεῖ* scriptum, ut Latini etiam dicere solent. Palladius 2, 15, 7. *Amant agrum durum, siccum, calculosum, coelum calidissimum, quia mature florere consueverunt. — Circumfodi non debent, quoties florent, quia inde flos eius excutitur. In vetustate plus affert.* Plinius 17. s. 39. *amygdalae si colantur fossione, florem amittunt,*

χειμεριναῖς καὶ οὐχὶ τὴν πάχνην] *nivem hibernis prodesse existimant, pruinam vero nocere* Gaza. Contra infra 5, 14, 7. τὸ δὲ ὅλον καὶ τμητικωτέρα δοκεῖ ἡ πάχνη εἶναι τῆς χιόνος· διὸ καὶ τὰς νεοὺς οἴονταί τινες βελτίους ταύτην ποιεῖν· διαχεῖν γὰρ τὰς βώλους διαδυομένην καὶ δάκνουσαν τῷ συνεστάναι μᾶλλον. E quo loco Gazae error manifestus fit, ortus e scriptura vitiosa, ubi post οὐχ (Heinsius οὐχὶ habet cum Ald. Basil.) inserui ἥκιστα. E Mediceo νέοις addidi, qui deinceps διευσθίειν habet.

8. καὶ ὅταν μετὰ τοὺς πρώτους ἀρότους] *Postquam primas arationes novellarunt, rursus vere cespitem invertere solent* Gaza: pessime, omissa vel neglecta praepositione μετά. Graece ἀρότους νεῶν non dicitur, nec τοὺς πρώτους ἀρότους, sed simpliciter νεῶν. Deinde μετὰ τ. πρ. ἀρότους non significant *post primas arationes*, sed potius *post primam sementem*, ut h. pl. 6, 5, 1. phleos germinare dicitur ἅμα τῇ πλειάδι καὶ τοῖς πρώτοις ἀρότοις. Graece autem ἄροτον exemplo Hesiodi sementem seu sationis tempus dici monuit Theophrastus h. pl. 8, 1. ubi vide annotata. Pisum *primo tempore sementis* ab aequinoctio autumnali serit Columella 2, 10, 4.

ὑπήροσαν] *proscindunt leviter* Gaza. h. pl. 8, 11. de lupino: διὸ καὶ οὐχ ὑπαροῦντες σπείρουσι. ubi Ald. Basil. ὑπαποροῦντες habent, Gazae versio *ne subarantes quidem id serunt*. Romani *imporcare* dixerunt. Cf. dicta ad Varronem p. 324.

προκατεργάσεσθαι, καὶ περὶ τούτου — σπουδάσαι] Hanc vulgatam scripturam correxi e Mediceo.

δοκεῖ — παραποιεῖν] *pleraque intacta videtur relinquere* G. Scaliger *praeterire, praeter opus facere* Dalecampius et Rob. Constantinus παραπαίειν corrigunt, *delirare* interpretati. Sed delirare in arando diversum est, nec graece παραπαίειν dicitur. Verbum παραποιεῖν in Xenophontis Oeconomico 8, 17. vitiosum esse videtur. Med. η διὰ τὸ τοῦ ἀρότρου — δοκεῖ πολλὰ habet.

μίσχον — περιτρέπει] A. B. Med. περιτρέπειν. Gaza *pastinum* interpretatus est μίσχον, Scaligero improbante. Vocabulum ipsum alibi non reperitur magis, quam instrumentum κράος apud Hesychium, quod is interpretatur ἐν ᾧ τὴν γῆν σκάλλουσιν· καὶ η σκαλευομένη ἄμπελος. In Artemidori Onirocr. 2, 24. legebatur inter instrumenta rustica ο λεγόμενος μίσγος, nuperus Editor μίσχος fecit. Doctissimus Coray ad Plutarchi Vitas Parall. Vol. 6. p. 437. ibi et in Theo-

phrasto λίσγον scribit, unde romanum *ligonem* derivat. Certam auctoritatem vocabuli ex antiquis scriptoribus nemo attulit: recentiores graeci et Scholiastae passim λισγάριον usurpant. Πλατυλίσγιον habet Hero iunior Belopoeic. p. 11 quo antiquiorem scriptorem equidem voce usum equidem ignoro.

9. Συμβαίνει δὲ τοῖς — πονήσασι] Cum Dalecampio δὲ e Med. et e versione G. inserui, qui postrema vertit: *qui in ea elaboraverint.* σκάλλειν Med. habet.

ὅσοι δ' ἂν μαλακωτέρως] *contra qui segnius illam susceperint* G. graece πονήσωσι ex antecedente membro commode non licet repetere.

οὕτω γὰρ ἀπόλλυται] Vulgatum οὕτε e versione G. cum margine Basil. et Scaligero correxi.

πολλὰ καταπνίγεται] *magna ex parte strangulatur ac perit* G. igitur rectius τὰ πολλὰ scriptum legit.

AD CAPVT XXI. (VVLGO XXVI.)

Τὰ δ' οἰκεῖα — τὰ ἀναστομότατα — σιτοποιΐαν. ὁμοίως] *Solo pluvio atque frigido conveniunt ad tritici pariter et hordei et ceterorum frumentorum fructificationem: soluta enim haec sunt. Cetera plus imbris desiderant, et nigra magis quam candida* G. ubi desunt verba aliquot ad sententiam integram. Ceterum a sensu graecorum aberravit, si vere *fructificationem* scripsit. Scaligeri annotationi ἀναστομώτατα praescriptum legitur. Dalecampius et C. Hoffmann multa frustra tentarunt. Locus erat comparandus eiusdem argumenti in h. pl. 8, 8. et infra 4, 14. In priore est: ὅταν δὲ εὐετηρία γένηται, καὶ πολυνοστότερα τὰ σπέρματα γίνεται. Ἀθήνησι δ' οὖν αἱ κριθαὶ τὰ πλεῖστα ποιοῦσι τὰ ἄλφιτα· κριθοφόρος γὰρ ἀρίστη (ἡ Ἀττική)· τοῦτο δ' οὐχ ὅταν πλεῖσται γένωνται, ἀλλ' ὅταν λάβῃ τινὰ κρᾶσιν. Alter locus habet: περὶ δὲ τοῦ ἰσχυρότερα καὶ εὐχυλότερα γίνεσθαι καὶ νοστιμώτερα ἢ ἀνοστότερα καὶ πρὸς τὴν σίτησιν βελτίω ἢ χείρω, τὰ μὲν τοῖς τόποις διαφέρει, καθάπερ εἴρηται, τῷ ξηρότερα ποιεῖν καὶ πυκνότερα καὶ συνεκτικώτερα μᾶλλον, οἷον τὰ ὀρεινὰ τῶν πεδινῶν, καὶ ἔτι μᾶλλον τῶν ἐπόμβρων· εὐπνούστερά τε γὰρ καὶ ἐν τροφῇ ξυμμετρότερα· νοστιμώτερα δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς παρὰ τὴν τοῦ ἀέρος κρᾶσιν· οὐ γὰρ πάντως, ὅταν πλεῖστος καὶ ἀδρότατος γίνηται, καὶ νοστιμώτατος, ἀλλ' ἑτέραν δεῖ διάθεσιν ἔχειν. Δοκεῖ δὲ μεγάλα συμβάλλεσθαι καὶ ἡ σκάλσις πρὸς τὸ νοστιμώτερον ποιεῖν, καὶ

τὸ ἐγχυλότερα θερίζειν. ἐξαναλωθέντος γὰρ παντὸς τοῦ ὑγροῦ καὶ χείρω πρὸς τὴν σίτησιν καὶ ἐλάττω. Unde apparet, hic olim scriptum fuisse ἀνοστιμώτατα. Sequens πρὸς τὴν σιτοποιΐαν alibi dicitur πρὸς τὴν σίτησιν. Ceterum ad verba Τὰ δ' οἰκεῖα — ὁμοίως καὶ πυρῶν intelligitur vocabulum γένη. De vocibus νόστιμος et ἀνόστιμος satis dictum ad historiae l. c. Articulus τὰ ante ἀνοστιμώτατα abundat: igitur seclusi.

ἀραιὰ γὰρ ταῦτα· τὰ δ' ἄλλα πλείονος ὄμβρου δεῖται] Cum iam post nomina tritici et hordei sequatur καὶ τῶν ἄλλων, et deinceps addantur τὰ μέλανα, quae similiter in uvida terra seri iubentur, non apparet, quae sint τὰ ἄλλα, quae excipiuntur: neque omnino commode et recte opponuntur ea, quae plus humoris desiderant iis, quae in pluvio agro seruntur. Nam haec ipsa ἀραιὰ sunt ea, quorum natura plus humoris desiderat. Contra τὰ πολύνοστα et τὰ λευκά, quae sunt natura sua πυκνότερα et ξηρότερα, ἐν τῇ ξηρᾷ καὶ ἐρυθρᾷ καὶ ἐν ψυχροῖς τόποις seri iubentur. Itaque non dubitavi verba τὰ δ' ἄλλα tanquam aliena secludere, et verba ἀραιὰ γὰρ ταῦτα coniungere cum sequentibus copula καὶ addita: καὶ πλείονος ὄμβρου δεῖται. Similiter infra est de frumento καγχρυδίᾳ: ὁ δὲ χαῦνος καὶ μανὸς ὥσπερ ὁ καγχρυδίας ἐν ταῖς ἐπόμβροις· τροφῆς γὰρ πολλῆς καὶ οὗτος δεῖται.

καὶ τὰ μέλανα δὲ λευκῶν] G. videtur intellexisse πλείονος ὄμβρου δεῖται. Sed intelligendum οἰκεῖα τῇ ἐπόμβρῳ καὶ ψυχρᾷ. Ita sequitur de solo contrario: καὶ τὰ λευκὰ μᾶλλον τῶν μελάνων. Itaque μᾶλλον cum articulo τῶν inserui: hunc addit Med. omisso δέ.

ἐὰν δὲ ξηρὰ καὶ ἐρυθρὰ καὶ ἐν ψυχροῖς τόποις, παλίνοστα] *At si sicca et rubra et in locis frigidis, revertuntur* G. Heinsianus. sed *revirentia* Basil. *revertentia* Scaliger scriptum fuisse putabat, ut παλίνοστα redderentur. In graecis Scaliger similiter haesit, quae sine dubitatione in πολύνοστα mutavi. De vocis significatione dictum fuit ad hist. pl. et supra. Quaeramus nunc, qualis terra ἐπόμβρῳ solo opponatur, ut ἀνοστιμωτάτοις opponuntur τὰ πολύνοστα. Sine dubio est ἡ ξηρὰ καὶ ἐρυθρά, in qua seri iubentur τὰ πολύνοστα et omnino semina nigra, ἵνα ἁδρύνηται — ὑδάτων. Terra rubra siccae iungitur, nam Geoponica 2, 9, 4. ἡ ἐρυθρὰ καλλίστη πρὸς τὰ λιπά, πρὸς μέντοι δενδροφορίαν ἀνεπιτηδείως ἔχει. Relinquitur, ut videamus, quomodo sententia opposita verbis concepta et coniuncta sit. Vulgata scriptura ἐὰν δὲ ξηρὰ καὶ ἐρυθρὰ aliter excusari nequit, nisi

ut ἡ ἡ γῆ intelligatur. Verum sequens καὶ ἐν ψυχροῖς τόποις τὰ πολύνοστα videtur initio isti contrarium: multo magis, si consideres adiectum ἐν δὲ ταῖς εὐκρασίαις τὰ ἀνὰ μέσον. ubi G. verbum supplevit: *temperatis autem locis, quae mediae sunt naturae, mandari oportet.* In graecis verbum deest: nec congruit structura cum coepta initio capitis: τὰ οἰκεῖα τῇ ἐπόμβρῳ ἀνοστιμώτατα. Nihilominus tamen scribendum censui: ἐν δὲ τῇ ξηρᾷ καὶ ἐρυθρᾷ — τὰ πολύνοστα. Mutatum fuit ἐὰν in ἐν, articulusque τῇ et postea τὰ fuit additus.

ἀπολήψεως] *ut ante, quam imber desinat, grandescere possint* G. sensu contrario, e vitiosa scriptura ἀπολείψεως orto. Scaliger vulgatam recte interpretatur: *antequam aquarum usum capiant.* Firmat sequens φθάνει, quod G. reddidit: *celerius enim candida perficiuntur.* Sed Med. φθίνει habet. Pertinet ad hanc sententiam, quod posuit Theophrastus capite sequente: ἀσθενέστατα καὶ ἐπικηρότατα πάνθ', ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ λευκὰ τῶν μελάνων καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. Hinc alba semina in terra sicca citius perficiuntur quam nigra.

εὐκρασίαις] Non opus est cum Dalecampio ταῖς εὐκράτοις scribere. Sic enim supra c. 20, 4. καὶ τὴν ἐπομβρίαν de agro pluvio. c. 10, 2. ταῖς ἐπομβρίαις — ἐν δὲ ταῖς αὐχμώδεσι. et sect. 5. διὸ ταῖς ἐπομβρίαις χώραις συμφέρει μᾶλλον. ubi Heinsius ἐπόμβραις dedit.

2. Οἱ μὲν οὖν οὕτως] Heinsiana οὖν omiserat, ut G. versio.

αἱ δὲ πλείονος] Vulgato αἱ μὲν — αἱ δὲ G. versio *hordeum* et *triticum* recte substituit. Igitur scribendum οἱ δὲ, nempe πυροὶ e vocabulo πυροφόρος repetendi, ut αἱ μὲν sunt κριθαὶ in voce κριθοφόρος latentes.

δρακοντίας — στραγγίας] Vide ad hist. pl. 8, 4, 3.

σελινούσιος, ἁπλῶς δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος, ἐν ἀγαθῇ] Vulgo verba ἁπλῶς — τοιοῦτος legebantur collocata post κάλαμον ἔχουσι παχύν. *et selinusium laetum exigunt agrum. Haec enim uberius succos hauriunt. Argumento calamus est, quem crassum gerunt. Ad summam quodcunque huiusmodi sit, solo frugali apte committitur* G. Supplevit igitur, quae verbis alieno loco collocatis ad sensum integrum deerant: quibus suam in sedem restitutis nullo est opus supplemento: quanquam καὶ ἁπλῶς δὲ εἴ τις ἄλ. τ. scriptum malim. Med. στρεγγίας — σεληνούσιος — καχριδίας habet.

ἐν τοῖς ἐπόμβροις] Scripsi *ταῖς*, ut *χώραις* intelligatur, ut antea *ἐν ταῖς χειμερωαῖς*. Thracium triticum *πολύχιτον* sine dubio diversi a tritico generis fuit, quod arguunt glumae grano firmius adhaerentes.

3. *μελάγγεως*] Ita A. B. Med. *μελάγγειος* dedit Heinsiana. Deinceps *τὰ τῆς τροφῆς* e versione G. *sic enim utrique modice alimentum offertur* recte correctum fuit: nam A. B. *ἑκατερωτάτης*, omisso *τροφῆς*, quod Scaliger extricare non potuit. Ad hanc normam postea vulgatum *καὶ τὰς τοῦ ἀέρος* cum Scaligero correxi, et *εὔηλος* mutavi in *εὔειλος*, ut simile *πρόσειλος* saepe transiit in *πρόσηλος*.

ἀνύφαμμος — *λευκαίνει*] *lutosum siccis et parvo alimento contentis, ut achilleidi* G. omisso vocabulo primo, et referens verba ad antecedens *commodius est*. In graecis deest verbum, veluti *φέρει*: alioqui debebat esse *πρὸς τὰ ὀλιγότροφα*, repetito verbo *ξυμφέρει*. Sed Med. *πρὸς* bis omisit in priore oratione, post *εὐδιειναὶ* et *ἐναντία*. unde suspiceris, ibi *φέρει* fuisse pro *συμφέρει*. Sed duo alia supersunt vitia in voce *ἀνύφαμμος* et in *καὶ πηλώδης*. Scaligero merito scriptura sine negatione *ὕφαμμος* probabilior est visa; huic enim vis dealbandi et coquendi recte tribuitur, falso vero lutoso solo. Itaque verba *καὶ πηλώδης* aut secludenda sunt, aut demta vocabulo *ὕφαμμος* negatio alteri *πηλώδης* addenda. Quam emendandi viam tanquam tutiorem interim sum ingressus. Med. *ἀνύμφαμος* habet.

ἀχιλληΐδα] A. B. Med. *ἀχιλλίδα*. *achilleidi* G. Capite sequente erat: *ἡ μὲν ἀχιλλαῒς κριθὴ καὶ λευκὴ καὶ μέλαινα ἐρυσιβώδης*. ubi versio G. *achilleis*. Ad locum Aristophanis Equitum versu 879. *σὺ δ' Ἀχιλλείων ἀπομάττει* Scholia graeca *κριθὰς Ἀχιλλείας* interpretantur *τὰς εὐγενεῖς καὶ καθαράς*, alia *λευκὰς* explicant. Vide Hesychium, Erotiani et Galeni Glossaria in voce Hippocratica *Ἀχιλληΐς*. Suidas Scholia Aristophanea exscripsit, et postremo addit interpretationem *ἢ εὐτελεῖς*, manifesto falsam, si achilleum hordeum in Prytaneo convivis publicis fuit in pane praebitum, ut tradunt Scholia. Ceterum Dalecampius annotavit, verbum *λευκαίνει* mutare alios in *γλυκαίνει*, alios *περαίνει* et *πονεῖ* maluisse.

Καὶ φέρει δὲ καὶ τεράμονα] *ferunt et coctilia, et sicca loca quoque soli exposita* G. qui vulgatam scripturam si secutus est, scribere debebat: *Coctilia etiam ferunt loca sicca et soli exposita.* Ad *τεράμονα* intellige *χέδροπα*, nisi vox excidit. *τεράμμονα* Med. et deinceps *εὐθενεῖ*.

4. ἐν τοῖς ἀκόπροις] Est pro ἀκοπρίστοις, si bene habet. Pro τοῖς scribendum videtur ταῖς, nempe χώραις.

ἡ δ' ἰσχὺς θερμοτάτη καὶ τῷ — εἶναι] *robur autem ad calorem plane interest naturalem: quin et quod tunicis involutum pluribus sit, tutius manet* G. Heinsianus: sed Basileensis: *robur autem facere, caloris plane interest naturalis. Quin et — sit, fit, ut tutius maneat.* Ita demum apparet, Gazam non θερμοτάτη scriptum legisse, sed potius θερμότητι, quod sequens τῷ — εἶναι confirmat.

μᾶλλον ἢ κριθάς] Vulgatum καὶ κριθὰς e versione G. sensu flagitante cum Scaligero et Vinar. correxi.

ὁ πυρὸς μᾶλλον· καὶ ἐπέχει. οὐχ ὁμοίως δ' ἐθέλει φέρειν μὴ ἐμπλησθεὶς τῆς ὕλης· καὶ οὕτως — μανοῦται, εἰ κοπρίζεται] Ita Heinsiana. ἐπέχει δ' οὔ· ὁμοίως ἐθέλει — ἐμπλησθείσης τῆς ὕλης οὕτως δ' ὥσπερ μανοῦται καὶ κοπρίζεται A. B. Med. Gaza locum hunc totum omisit. Scaliger Aldinam scripturam interpretatur: *non absistit, non suspendit operam, non haeret.* Deinceps ὅμως scribi voluit. In verbis demum οὕτως οὖν — φύσιν sententiam mutilam agnovit. Dalecampius coniecit: μᾶλλον καὶ ἐπέχει· οὐχ ὁμοίως δ' ἐθέλει φέρειν ἐμπλησθεὶς τῆς ὕλης· καὶ οὕτως ὥσπερ μανοῦται κοπριζόμενος. Equidem vestigiis antiquae librorum scripturae insistens non dubia emendatione scripsi: ὁμοίως δ' ἐθέλει φέρειν ἐμπρησθείσης τῆς ὕλης· οὕτως γὰρ μανοῦται καὶ ὥσπερ κοπρίζεται ἡ γῆ. In verbis καὶ ἐπέχει δ' οὔ deficiunt vires, et codicum opem expectandam censeo. Licet tamen coniectura periclitari: Ἐπὶ δὲ τῆς ἀγρίου ὁμοίως ἔχει· ἐθέλει γὰρ φέρειν ἐμπρησθείσης τῆς ὕλης. Palladius 1, 6, 13. *Si tibi ager est silvis inutilibus tectus; ita eum divide, ut loca pinguia puras reddas novales: loca sterilia silvis tecta esse patiaris, quia illa naturali ubertate respondent, haec beneficio laetantur incendii. Sed sic urenda distingues, ut ad incensum agrum post quinquennium revertaris: ita efficies, ut aequaliter vel sterilis gleba cum foecunda contendat.* Columella 2, 2, 11. pauca obiter de agro silvestri incendendo tradidit.

5. ἐν πάσαις ταύταις μεγίσταις — διαφοραῖς] *omnino autem publicae ac summae differentiae illae sunt, agri natura — atque aeris habitus. Qua de causa haec considerari ubique necessarium* G. Sermo est de ratione serendi accommodanda solo, seminum naturae et coelo. In graecis deest nomen, ad quod haec omnia referantur. Equidem non dubito, vitium residere in verbis ἐν πάσαις ταύ-

violentia fecit) *adeo percaluerit, ut prope ureretur.* Is igitur manifesto scriptum legit ἀρόσας ἀνεξήραινεν. Verba ἐπὶ πλεῖον — διέκαιε omisit aut aliter scripta legit. Scaligeri coniecturam dedit Heinsius. Ille praeterea διακαιομένη interpretabatur: *cum propter inclinationem coeli obnoxia sit aestivis caloribus.* Plinius διέκαιε τὸν σῖτον videtur scriptum legisse. Vide locum mox apponendum. Pro ὡς videtur ὃ scriptum fuisse. Vocem ἡ γῆ post διακαιομένη inserui: ad antecedens enim χωρίον haec omnia referri non possunt, nisi ἡ χώρα e voce χωρίον intelligi malis. Ceterum verba ἐπὶ πλεῖον διέκαιε sunt coniungenda, quorum causam continent ista, ὑπόπετρος οὖσα. Med. διακαιομένης habet.

καὶ μικροῖς ἀρότροις — Σύριοι χρῶνται] *unde fit, ut — Syri utantur* G. ἀρότοις Med. Plinius 18, 18. s. 47. *Syria quoque tenui sulco arat.* Idem 17, 5. s. 3. *At in Syracusano agro advena cultor elapidato solo perdidit fruges luto, donec regessit lapides. In Syria levem tenui sulco imprimunt vomerem, quia subest saxum exurens aestate semina.* Gaza vocem διὸ, quae vulgo sequebatur in his, διὰ ταῦτα μὲν πειρατέον ἐπικρίνειν, retraxit ad antecedentia, διὸ καὶ μικροῖς, deinde scriptum legit: ταῦτα μὲν οὖν πειρατέον ἐπικρίνειν. pergit enim: *Haec igitur iudicium callidi requirunt.* In loco Plinii vocabulum *luto* vitiosum videtur, aut arguit mendum latens in Theophrasti verbis τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν aut ἐξεπίγνωτο Aldinae et Basil. nisi dicas, Plinium sua e communi aliquo fonte cum Theophrasto derivasse, atque inde addidisse vocabulum *luto*, quod tamen ad rem facere non videtur. Nec enim lutum solo elapidato nocebat, sed calor solis, quem lapides defendebant, ut apparet e verbis οὐκ ἔχον μηδεμίαν προβολήν.

6. καθόλου φασὶν εἰπεῖν] *ut communiter atque in universum* (Heinsius *sententiam nostram* addidit) *dicamus* Gaza. Verbum φασὶν recte is omisit, ab hoc loco alienum.

εἰ τὴν σπορευτὴν — κατείργασται καλῶς. εἰς διειργασμένην γὰρ καλῶς πεσὸν — ἐκφύεται διημερωθείσης τῆς γῆς] *summum ac primum est omnium agrum bene arasse. Semen enim solo commissum bene proscisso perbelle erumpit: cum terra iam mitigata emollitaque sit: tum stercorasse bene, et alium atque alium cultum adhibuisse operae pretium est, ut* et cet. Gaza, qui rectius scriptum legit: τὸ τὴν — κατεργάζεσθαι καλῶς· εἰς διειργασμένην γὰρ πεσὸν τὸ σπέρμα ἐκφύεται καλῶς διημ. τῆς γῆς. A. B. πορευτὴν habent: verum σπορευτὴν iam olim annotavit Stephani The-

λοχίαν, τὴν εὐτραφῆ γῆν καὶ ἁδροὺς ἀστάχυας ἢ καρποὺς φέρουσαν. Sed idem: λοχαῖος, κλινόμενος, εὔσιτος, ἀπὸ τοῦ εὐτροφεῖν. Alibi: λοχία, κρυφαία — καὶ ἁδροὺς ἀστάχυας ἔχουσα. Idem: λοχιάδες, αἱ ὗλαι. quae postrema glossa cognatam vocem facere videtur alteri λόχμη. Photii Lexicon: λοχαῖος σῖτος, ὁ βαθὺς ἢ ὁ δι' ἐπομβρίαν κεκλιμένος. Arato Diosem. 325. λοχαίη σχῖνος est βαθεῖα καὶ ὑψηλή, ut Apollinaris interpretatur. De scriptura igitur λοχαῖος hinc satis constat; item de significatione. Seges enim proprie laeta, altis et robustis culmis, quae imbribus et aquis laborans decumbit, dicitur σῖτος λοχαῖος, ut nostri dicunt: *das Getreide lagert sich, legt sich.* Ceterum sequens ποιοῦσι postulare videtur ἀποδιδόασι.

ἀποχεῖται - τὰ δ' εὐθὺς] Vulgatum τὸ δ' correxi. G. verbum vertit *spicam prius effundunt:* unde Scaliger putabat, eum scriptum legisse ἀποσταχύζεται. Dalecampius ἀποσταχεῖται, C. Hoffmann ἀποσταχυοῦται. Falluntur omnes. Vide dicta ad h. pl. 8, 10, 4. et infra c. 22, 4. et 23, 3. Verbum ἀποσταχύειν eodem sensu usurpant Geoponica 2, 24, 3. et 3, 3, 13.

AD CAPVT XXII. (VVLGO XXVII.)

οἰκεῖα — πρὸς εὐφορίαν καὶ τὰ νοσήματα — λαμβάνειν] *Semina quoque ad fertilitatem idonea et vitia, quae accidere solent, haud ignorare oportet* G. quasi λαμβάνειν non legisset, sed verbum diversum. Scaliger accuratius scripturum fuisse ait Theophrastum ita: χρὴ δὲ οὐ μόνον τὰ οἰκεῖα σπέρματα καὶ τὰ τούτοις πρόσφορα πρὸς τὴν εὐτοκίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία καὶ τὰ νοσήματα ζητεῖν. Mihi scriptum fuisse videtur: χρὴ δὲ καὶ τὰ οἰκεῖα ταῖς χώραις σπέρματα πρὸς εὐφορίαν λαμβάνειν. i. e. *semina quoque locis convenientia singulis eligere oportet, ratione habita fertilitatis et morborum, quorum causa est in locorum natura.* Sequitur enim: ὅτι μὲν οὖν οἰκεῖα τὰ σπέρματα ταῖς χώραις ληπτέον, φανερὸν ἐκ πολλῶν. Sed dubito, an graece dicantur semina morbis obnoxia οἰκεῖα πρὸς νοσήματα: verumtamen, si mecum ταῖς χώραις addas, οἰκεῖα non pertinet ad εὐφορίαν et νοσήματα, sed πρὸς εὐφορίαν καὶ νοσήματα per se intelligenda sensu, quo sequiores dixerunt *respectu fertilitatis et morborum.*

γίνεται τὰ μὴ ἐρυσιβούμενα] Margo B. μὲν pro μὴ scribit; sed bene Scaliger e versione G. *locis enim cavis*

segetes robigine (*aerugine* Basil.) *infestantur: tuta autem sunt ab hoc vitio, quae stant non erecto, sed pravo cacumine*, correxit τὰ ἐρυσιβούμενα, delcta negatione: deinceps τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα ἐπικλινῆ, ubi vulgo erat: μὴ ἐρυσιβούμενα· τοιαῦτα δὲ τὰ ἐπικλ.

ὑποκλίνουσι] *inclinantur* G. equidem ἐπικλίνουσι malim, ut antea sunt τὰ ἐπικλινῆ τῷ στάχυϊ.

ταῦτα δὲ χρήσιμα] Haec unde huc immigrarint, nescio; sed hoc certo scio, hinc tanquam aliena eliminanda esse: itaque seclusi. G. voluit loco accommodare vertens: *Iuvat et longe a foliis spicam distare.*

πλησίον μὲν ὄντος, εὐθὺς ἅπτονται] Ita Heinsiana: verum ex A. B. Med. restitui. Med. tamen ὄντες habet. Male Gaza: *si propinqua sit* (spica), *statim tangitur.* Ad ὄντος intellige τοῦ στάχυος.

ἀχιλλαῖς κριθὴ καὶ λευκὴ καὶ μέλαινα] Correxi hanc vulgatam scripturam, et articulum ἡ bis adieci.

ἐτεόκριθος] Comparari potest genus quercus dulces ferens glandes ἐτυμόδρυς vocata h. pl. 3, 10. etiam Ἐτεόκρητες Homerici, Ἐτεοβουτάδαι et ἐτεόδμωες Hesychii. Deinceps ἧττον γὰρ Med.

ὁ δ' ἥλιος εὐθὺς ἐπιγενόμενος] Negationem Scaliger inseri voluit. *et sol paululum nullam putredinem conficit, sed priusquam quicquam emarcescat, humor totus assiccatur atque absumitur* G. diversam scripturam secutus, non vulgatam εὐθὺς ἐπιγενόμενος, velut εὐθὺς ἀπογενόμενος, vel similem aliquam. Idem Scaliger sequens ἀνεξήρανε dictum putavit pro ἀνεξηράνθη. Equidem haec referri video ad illam orationem superiorem: ἐπεὶ καὶ ὅταν ὕσαντος πνεῦμα ἐπιγένηται, καὶ πάλιν ἐπιλαμβάνῃ νύξ: igitur soli illucescenti locus hic plane nullus est, nec εὐθὺς ἐπιγενομένῳ, nec, ut Scaliger voluit, μὴ εὐθὺς ἐπιγενομένῳ. Relinquitur igitur, ut vulgatam tueamur, et verba ita coniungamus: τὸ μὲν γὰρ (πνεῦμα) διέσεισεν (τὸν στάχυν καὶ τὰ φύλλα), ὁ δ' ἥλιος οὐκ ἐποίησε σῆψιν εὐθὺς ἐπιγενόμενος, ἀλλ' ἀνεξηράνθη πρότερον (ὁ στάχυς).

διὸ καὶ τὴν σελήνην — σήπειν] *ratio in calore est, quo etiam noctu luna putrefacere potest* G. In graecis vitium est, quod consentiente Dalecampio emendavi scribendo διὸ τὸ καὶ τ. σελ.

ἀσθενέστατα — ἐπικηρότατα — τὰ λευκὰ τῶν μελάνων] G. vertendo recte in modum comparativum haec transtulit.

3. εἰ καὶ μὴ τὸν καιρὸν ἀνυγραινόμενος] *vel etiam cum non tempestive humescit* G. unde cum Scaligero ἢ καὶ μὴ κατὰ τὸν καιρὸν scripsi: quanquam articulum τὸν abesse malim.

οἱ μὲν ἀναξηρανθῶσι, καὶ μεταξὺ ἐγγίνωνται] *cicerculis, cum prius, quam fuerint resiccata, dies interim fervidi accesserint* G. ἐγγίνονται A. B. Med. habent. G. οἱ μὲν πρὶν ἀναξηρανθῶσι scriptum legit. Scaliger vulgatam defendens posuit tamen in annotatione hanc sententiam loci: *si pluviis temporibus intervenerint dies calidi.* At in hist. pl. 8, 10. idem argumentum tractans aperte ait: ὅταν ὑγρανθῶσι καὶ θερμημερίαι γίνωνται. Non dubito igitur hic olim fuisse scriptum: οἱ μὲν ὑγρανθῶσι καὶ πρὶν ἀναξηρανθῆναι vel ἀναξηρανθῶσι μεταξὺ ἐγγίνωνται θερμημερίαι. Deinceps καθάπερ δ' ὕλην Med.

πρὸς τὴν σῆψιν] A. B. Med. πέψιν. *ad excoctionem* G. sed Heinsius, qui σῆψιν dedit, *putredinem* substituit.

συμβαίνει κατὰ τοὺς σκώληκας] *quod etiam in tritico evenire videtur. Vermes enim eius radice creantur, cum post sementem flatus austrini crebre incesserint* G. qui scriptum ita legisse videtur: συμβαίνει· σκώληκες γὰρ γίγνονται ἐν ταῖς ῥίζαις. Certe vulgaris scriptura in verbis κατὰ τοὺς σκώληκας vitiosa mihi videtur esse. Med. γίνονται ἐν, omisso γὰρ, habet.

νοτία πλείων — σπόρους] A. B. Med. πόρους. Correxit Scaliger e versione G., qui νότια πλείω rectius scriptum cum Med. legit, intellecto nomine πνεύματα. Statim sequitur τοῖς νοτίοις οἱ ἶπες γίνονται sect. 5. In loco gemello h. pl. 8, 10. causa non additur.

ὁ δὲ γενόμενος] Repete σκώληξ. In hist. pl. est: οἱ μὲν εὐθὺς κατεσθίοντες φυόμενοι τὰς ῥίζας: ubi male Heinsiana φυομένου dedit.

ἑτέρως δ', ὅταν ἐπιχυθῆναι] A. B. Med. ἅτερος. *Altera ratione vermis ingignitur, cum humor effundi nequit convolusus succitate aeris circumfusi* G. sed Basil. habet: *Alterum genus vermis ingignitur.* Is igitur rectius ἕτερος δ' ἐγγίγνεται scriptum legit, vel ἕτερος δὲ tantum. In h. pl. est: οἱ δὲ, ὅταν αὐχμῶντες ἀποχυθῆναι μὴ δύνωνται. ubi Heinsius male ἀποτελειωθῆναι dedit. indidem vulgatum ἐπιχυθῆναι correxi. G. ἀποχυθῆναι manifesto scriptum legit, sed male interpretatus est. Vide dicta ad locum h. pl. Ad δύνηται intellige ὁ σῖτος vel ὁ κάλαμος.

5. διψήσαντα — καὶ μένειν] Heinsiana μένει dedit.

In verbo *διψήσαντα* inest causa putredinis efficiens, calor videlicet internus auctus, qui sitim facit in corpore humano. Humor autem exiguus moram in uno aliquo loco faciens nec per omne arboris corpus distributus facile a calore aucto in putredinem vertitur. Idem verbum et causam morbi accuratius traditam reperies infra 5, 9, 3. Antea *ταῦτα δ' ἔοικε· τουτὶ καὶ* Med. An fuit *ταὐτὸ δ' ἔοικε τουτί?*

ἐξ ὧν ὁ σκώληξ] *ex qua vermis. Contra cum alimenti copia suppetit: tunc enim succus ad superiora transmittitur, et quia largior, vincit, nec potest putrescere* G. unde vulgatam *ἐξ ὧν* correxi et deinceps falsam distinctionem, *σκώληξ, ὅταν ἄφθονος ἡ τροφὴ γίνηται. τότε γὰρ καὶ ἡ ἐπιῤῥοή.* mutavi. Basileensis ante verba *ὅταν ἄφθονος* asteriscum apposuit. G. videtur scriptum legisse: *Τοὐναντίον δὲ, ὅταν ἄφθονος.* Sed brevior emendandi via patet scribenti cum Vinar. *ὅταν δ' ἄφθονος:* itaque sequens particula *γὰρ* secludenda fuit. A. B. *γίνεται* habent, non *γίνηται.*

κατακρατεῖ καὶ οὐ σήπεται] *vincit* G. Succus paucus a calore interno aucto facile vincitur et in putredinem vertitur: contra copiosus calorem superat, et in alimentum arboris concoctione convertitur, non in putredinem. Deinceps *αἳ ἵ αι* Med. habet.

ἅτε διυγραινομένης] Si compares sect. 4. *τότε γὰρ ἀνυγραινομένης τῆς ῥίζης καὶ τοῦ ἀέρος ὄντος θερμοῦ ζωοποιεῖ πως ἡ θερμότης συσσήπουσα τὴν ῥίζαν,* probabilis existit coniectura, excidisse vocem *τῆς ῥίζης.* Alioqui mutatae in tam brevi intervallo structurae ratio non apparet: nam lector *διυγραινομένη* expectabat.

ἐξεσθίουσι τὸ ὁμογενὲς] *materiem sibi congenerem* G. Meminisse oportet sententiae supra positae: *πέφυκε γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν ἑκάστοις ἡ γένεσις καὶ ἡ τροφή.* Est igitur materies germana, unde ipsi vermes sunt nati.

6. *αἱ κάμπαι*] Vulgatum *κάρπαι* iam olim correxerat Scaliger, quanquam G. quoque *carpae* reddiderit.

πάντα γὰρ ἐκ παραπλησίας ἐπὶ συνιστάμεναι] A. B. *πάντων.* *enimvero omnia ex simili causa proveniunt* G. Igitur *παραπλησίας αἰτίας ἐστὶ συνιστάμενα* cum Med. A. B. recte scriptum legit. Ceterum vulgatum *ἄχυλος* mutavi in *ἄχυμος.* *insipidus* G. Denique Med. *ἔνυγρος. ἡ δ' εὐτρόφος ὁ τρόπος ὑπάρχει* in fine habet.

ut ἡ ἡ γῆ intelligatur. Verum sequens καὶ ἐν ψυχροῖς τόποις τὰ πολύνοσα videtur initio isti contrarium: multo magis, si consideres adiectum ἐν δὲ ταῖς εὐκρασίαις τὰ ἀνὰ μέσον. ubi G. verbum supplevit: *temperatis autem locis, quae mediae sunt naturae, mandari oportet.* In graecis verbum deest: nec congruit structura cum cocpta initio capitis: τὰ οἰκεῖα τῇ ἐπόμβρῳ ἀνοστιμώτατα. Nihilominus tamen scribendum censui: ἐν δὲ τῇ ξηρᾷ καὶ ἐρυθρᾷ — τὰ πολύνοσα. Mutatum fuit ἐὰν in ἐν, articulusque τῇ et postea τὰ fuit additus.

ἀπολήψεως] *ut ante, quam imber desinat, grandescere possint* G. sensu contrario, e vitiosa scriptura ἀπολείψεως orto. Scaliger vulgatam recte interpretatur: *antequam aquarum usum capiant.* Firmat sequens φθάνει, quod G. reddidit: *celerius enim candida perficiuntur.* Sed Med. φθίνει habet. Pertinet ad hanc sententiam, quod posuit Theophrastus capite sequente: ἀσθενέστατα καὶ ἐπικηρότατα πάνθ', ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ λευκὰ τῶν μελάνων καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. Hinc alba semina in terra sicca citius perficiuntur quam nigra.

εὐκρασίαις] Non opus est cum Dalecampio ταῖς εὐκράτοις scribere. Sic enim supra c. 20, 4. καὶ τὴν ἐπομβρίαν de agro pluvio. c. 10, 2. ταῖς ἐπομβρίαις — ἐν δὲ ταῖς αὐχμώδεσι. et sect. 5. διὸ ταῖς ἐπομβρίαις χώραις συμφέρει μᾶλλον. ubi Heinsius ἐπόμβραις dedit.

2. Οἱ μὲν οὖν οὕτως] Heinsiana οὖν omiserat, ut G. versio.

αἱ δὲ πλείονος] Vulgato αἱ μὲν — αἱ δὲ G. versio *hordeum* et *triticum* recte substituit. Igitur scribendum οἱ δὲ, nempe πυροὶ e vocabulo πυροφόρος repetendi, ut αἱ μὲν sunt κριθαὶ in voce κριθοφόρος latentes.

δρακοντίας — στραγγίας] Vide ad hist. pl. 8, 4, 3.

σελινούσιος, ἁπλῶς δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος, ἐν ἀγαθῇ] Vulgo verba ἁπλῶς — τοιοῦτος legebantur collocata post κάλαμον ἔχουσι παχύν. *et selinusium laetum exigunt agrum. Haec enim uberius succos hauriunt. Argumento calamus est, quem crassum gerunt. Ad summam quodcunque huiusmodi sit, solo frugali apte committitur* G. Supplevit igitur, quae verbis alieno loco collocatis ad sensum integrum deerant: quibus suam in sedem restitutis nullo est opus supplemento: quanquam καὶ ἁπλῶς δὲ εἴ τις ἄλ. τ. scriptum malim. Med. στρεγγίας — σεληνούσιος — καχριδίας habet.

ἐν τοῖς ἐπόμβροις] Scripsi *ταῖς*, ut *χώραις* intelligatur, ut antea *ἐν ταῖς χειμερίναις*. Thracium triticum *πολύχιτον* sine dubio diversi a tritico generis fuit, quod arguunt glumae grano firmius adhaerentes.

3. *μελάγγεως*] Ita A. B. Med. *μελάγγειος* dedit Heinsiana. Deinceps *τὰ τῆς τροφῆς* e versione G. *sic enim utrique modice alimentum offertur* recte correctum fuit: nam A. B. *ἑκατερωτάτης*, omisso *τροφῆς*, quod Scaliger extricare non potuit. Ad hunc normam postea vulgatum *καὶ τὰς τοῦ ἀέρος* cum Scaligero correxi, et *εὔηλος* mutavi in *εὔειλος*, ut simile *πρόσειλος* saepe transiit in *πρόσηλος*.

ἀνύφαμμος — λευκαίνει] *lutosum siccis et parvo alimento contentis, ut achilleidi* G. omisso vocabulo primo, et referens verba ad antecedens *commodius est*. In graecis deest verbum, veluti *φέρει*: alioqui debebat esse *πρὸς τὰ ὀλιγότροφα*, repetito verbo *ξυμφέρει*. Sed Med. *πρὸς* bis omisit in priore oratione, post *εὐδιειναὶ* et *ἐναντία*. unde suspiceris, ibi *φέρει* fuisse pro *συμφέρει*. Sed duo alia supersunt vitia in voce *ἀνύφαμμος* et in *καὶ πηλώδης*. Scaligero merito scriptura sine negatione *ὕφαμμος* probabilior est visa; huic enim vis dealbandi et coquendi recte tribuitur, falso vero lutoso solo. Itaque verba *καὶ πηλώδης* aut secludenda sunt, aut demta vocabulo *ὕφαμμος* negatio alteri *πηλώδης* addenda. Quam emendandi viam tanquam tutiorem interim sum ingressus. Med. *ἀνύμφαμος* habet.

ἀχιλληΐδα] A. B. Med. *ἀχιλλίδα*. *achilleidi* G. Capite sequente erat: *ἡ μὲν ἀχιλλαῒς κριθὴ καὶ λευκὴ καὶ μέλαινα ἐρυσιβώδης*. ubi versio G. *achilleis*. Ad locum Aristophanis Equitum versu 879. *σὺ δ' Ἀχιλλείων ἀπομάττει* Scholia graeca *κριθὰς Ἀχιλλείας* interpretantur *τὰς εὐγενεῖς καὶ καθαρὰς*, alia *λευκὰς* explicant. Vide Hesychium, Erotiani et Galeni Glossaria in voce Hippocratica *Ἀχιλληΐς*. Suidas Scholia Aristophanea exscripsit, et postremo addit interpretationem *ἢ εὐτελεῖς*, manifesto falsam, si achilleum hordeum in Prytaneo convivis publicis fuit in pane praebitum, ut tradunt Scholia. Ceterum Dalecampius annotavit, verbum *λευκαίνει* mutare alios in *γλυκαίνει*, alios *περαίνει* et *πονεῖ* maluisse.

Καὶ φέρει δὲ καὶ τεράμονα] *ferunt et coctilia, et sicca loca quoque soli exposita* G. qui vulgatam scripturam si secutus est, scribere debebat: *Coctilia etiam ferunt loca sicca et soli exposita*. Ad *τεράμονα* intellige *χέδροπα*, nisi vox excidit. *τεράμμονα* Med. et deinceps *εὐθενεῖ*.

4. ἐν τοῖς ἀκόπροις] Est pro ἀκοπρίστοις, si bene habet. Pro τοῖς scribendum videtur ταῖς, nempe χώραις.

ἡ δ' ἰσχὺς θερμοτάτη καὶ τῷ — εἶναι] *robur autem ad calorem plane interest naturalem: quin et quod tunicis involutum pluribus sit, tutius manet* G. Heinsianus: sed Basileensis: *robur autem facere, caloris plane interest naturalis. Qiun et — sit, fit, ut tutius maneat.* Ita demum apparet, Gazam non θερμοτάτη scriptum legisse, sed potius θερμότητι, quod sequens τῷ — εἶναι confirmat.

μᾶλλον ἢ κριθάς] Vulgatum καὶ κριθὰς e versione G. sensu flagitante cum Scaligero et Vinar. correxi.

ὁ πυρὸς μᾶλλον· καὶ ἐπέχει. οὐχ ὁμοίως δ' ἐθέλει φέρειν μὴ ἐμπλησθεὶς τῆς ὕλης· καὶ οὕτως — μανοῦται, εἰ κοπρίζεται] Ita Heinsiana. ἐπέχει δ' οὐ· ὁμοίως ἐθέλει — ἐμπλησθείσης τῆς ὕλης οὕτως δ' ὥσπερ μανοῦται καὶ κοπρίζεται A. B. Med. Gaza locum hunc totum omisit. Scaliger Aldinam scripturam interpretatur: *non absistit, non suspendit operam, non haeret.* Deinceps ὅμως scribi voluit. In verbis demum οὕτως οὖν — φύσιν sententiam mutilam agnovit. Dalecampius coniecit: μᾶλλον καὶ ἐπέχει· οὐχ ὁμοίως δ' ἐθέλει φέρειν ἐμπλησθεὶς τῆς ὕλης· καὶ οὕτως ὥσπερ μανοῦται κοπριζόμενος. Equidem vestigiis antiquae librorum scripturae insistens non dubia emendatione scripsi: ὁμοίως δ' ἐθέλει φέρειν ἐμπρησθείσης τῆς ὕλης· οὕτως γὰρ μανοῦται καὶ ὥσπερ κοπρίζεται ἡ γῆ. In verbis καὶ ἐπέχει δ' οὐ deficiunt vires, et codicum opem expectandam censeo. Licet tamen coniectura periclitari: Ἐπὶ δὲ τῆς ἀγρίου ὁμοίως ἔχει· ἐθέλει γὰρ φέρειν ἐμπρησθείσης τῆς ὕλης. Palladius 1, 6, 13. *Si tibi ager est silvis inutilibus tectus; ita eum divide, ut loca pinguia puras reddas novales: loca sterilia silvis tecta esse patiaris, quia illa naturali ubertate respondent, haec beneficio laetantur incendii. Sed sic urenda distingues, ut ad incensum agrum post quinquennium revertaris: ita efficies, ut aequaliter vel sterilis gleba cum foecunda contendat.* Columella 2, 2, 11. pauca obiter de agro silvestri incendendo tradidit.

5. ἐν πάσαις ταύταις μεγίσταις — διαφοραῖς] *omnino autem publicae ac summae differentiae illae sunt, agri natura — atque aeris habitus. Qua de causa haec considerari ubique necessarium* G. Sermo est de ratione serendi accommodanda solo, seminum naturae et coelo. In graecis deest nomen, ad quod haec omnia referantur. Equidem non dubito, vitium residere in verbis ἐν πάσαις ταύ-

ταις, et suspicor, fuisse olim scriptum: ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶσα..... ἐν ταύταις μεγίσταις καὶ — ἐστὶ διαφοραῖς, hoc sensu: *omnis agricolae industria et solertia in semente facienda versatur et spectatur his tribus maximis et publicis discriminibus.* Graecum nomen aliis divinandum relinquo, ἐπίνοια, ἀγχίνοια an quid simile sexus foeminei fuerit. Quodsi capitis 23. finem considero: *Ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταῖς τῆς χώρας διαφοραῖς ἐστιν*, fere est ut suspicer, hic olim fuisse: ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα ἐν ταύταις μεγίσταις — διαφοραῖς. Interim ante τῇ τῶν σπερμάτων ἰσχύϊ praepositionem ἐν inserui, quae sequenti etiam membro adiuncta legitur. Med. πᾶσι pro πάσαις habet.

καρκινοῦται] *cancrificantur ita, ut ineunte vere haudquaquam modica magnitudine careant* G. unde deinceps vulgatum εἰ τὸ ἔαρ cum C. Hoffmanno, Med. et Vinar. correxi. Scaliger, quanquam de vitiò taceat, comparat tamen ipse locum gemellum c. 29. ὁ δὲ χειμὼν πιλώσας καὶ καρκινώσας τὰς ῥίζας σύμμετρον εἰς τὸ ἔαρ ποιεῖ τὸ μέγεθος, unde vulgatum ἀποδίδοται μέγεθος correxi et supplevi.

ὅταν γὰρ νότια, καὶ εὐδία, ταχὺ] Ita Heinsiana nescio quo auctore. A. B. Med. τὰ γὰρ νότια καὶ ὅταν εὐδία. *austrinum enim atque omnino serenum tempus celeriter prodire facit* G. qui καὶ ὅλως εὐδία scriptum legisse videtur. Rem repetens ita infra c. 29 ait: ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ ἀγαθὴ χώρα καὶ χειμώνων δεῖται πολλῶν· ἐὰν γὰρ εὐδίαι καὶ τὰ νότια ἐνισχύωσι, λεχαίους ποιοῦσιν ὡς ἐπιπολὺ καὶ ἐρυσιβώδεις. ubi Heinsius λοχείας dedit. Gaza vertit: *vitia magna ex parte foetificant aeruginosasque fruges efficiunt.* Scaliger hic λεχαίαν maluit *herbosam* interpretatus, et deinceps A. B. Med. scripturam καὶ τοῦ πρὸς ἐρυσιβώδη mutari voluit in καὶ πρὸς ἐρυσιβώδη. Heinsiana inepte καὶ πρὸς τοῦτο dedit, cum deberet τούτῳ facere. Rob. Constantinus λεχαίαν καὶ πρὸς τούτοις maluit. In Vinar. est καί τοι πρὸς ἐρυσ. De sexu λοχαίαν dubito: obscurum enim, quod nomen intelligi debeat: et cap. 29. est in eadem sententia λεχαίους — ἐρυσιβώδεις. In nostro loco πόαν intelligere possis: sed seges, in herba dum est, non fit rubiginosa facile, sed postea quam aristam effudit. Nunc de vocabulo λοχαῖος vel λεχαῖος videamus. Cum Scaligero Rob. Constantinus λεχαίαν hic et deinceps praeferens comparavit Homericum λεχεποίης, interpretatus *herbosam*. Suspicionem addidit ex Hesychio ductam λοχίαν, *terram uberem, laetos fructus ferentem*, interpretatus: Scilicet Hesychius:

λοχίαν, τὴν εὐτραφῆ γῆν καὶ ἁδροὺς ἀστάχυας ἢ καρποὺς φέρουσαν. Sed idem: λοχαῖος, κλινόμενος, εὔσιτος, ἀπὸ τοῦ εὐτροφεῖν. Alibi: λοχία, κρυφαία — καὶ ἁδροὺς ἀστάχυας ἔχουσα. Idem: λοχιάδες, αἱ ὕλαι. quae postrema glossa cognatam vocem facere videtur alteri λόχμη. Photii Lexicon: λοχαῖος σῖτος, ὁ βαθὺς ἢ ὁ δι' ἐπομβρίαν κεκλιμένος. Arato Diosem. 325. λοχαίη σχῖνος est βαθεῖα καὶ ὑψηλὴ, ut Apollinaris interpretatur. De scriptura igitur λοχαῖος hinc satis constat; item de significatione. Seges enim proprie laeta, altis et robustis culmis, quae imbribus et aquis laborans decumbit, dicitur σῖτος λοχαῖος, ut nostri dicunt: *das Getreide lagert sich, legt sich.* Ceterum sequens ποιοῦσι postulare videtur ἀποδιδόασι.

ἀποχεῖται - τὰ δ' εὐθὺς] Vulgatum τὸ δ' correxi. G. verbum vertit *spicam prius effundunt:* unde Scaliger putabat, eum scriptum legisse ἀποσιαχύζεται. Dalecampius ἀποσταχεῖται, C. Hoffmann ἀποσταχυοῦται. Falluntur omnes. Vide dicta ad h. pl. 8, 10, 4. et infra c. 22, 4. et 23, 3. Verbum ἀποσταχύειν eodem sensu usurpant Geoponica 2, 24, 3. et 3, 3, 13.

AD CAPVT XXII. (VVLGO XXVII.)

οἰκεῖα — πρὸς εὐφορίαν καὶ τὰ νοσήματα — λαμβάνειν] *Semina quoque ad fertilitatem idonea et vitia, quae accidere solent, haud ignorare oportet* G. quasi λαμβάνειν non legisset, sed verbum diversum. Scaliger accuratius scripturum fuisse ait Theophrastum ita: χρὴ δὲ οὐ μόνον τὰ οἰκεῖα σπέρματα καὶ τὰ τούτοις πρόσφορα πρὸς τὴν εὐτοκίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία καὶ τὰ νοσήματα ζητεῖν. Mihi scriptum fuisse videtur: χρὴ δὲ καὶ τὰ οἰκεῖα ταῖς χώραις σπέρματα πρὸς εὐφορίαν λαμβάνειν. i. e. *semina quoque locis convenientia singulis eligere oportet, ratione habita fertilitatis et morborum, quorum causa est in locorum natura.* Sequitur enim: ὅτι μὲν οὖν οἰκεῖα τὰ σπέρματα ταῖς χώραις ληπτέον, φανερὸν ἐκ πολλῶν. Sed dubito, an graece dicantur semina morbis obnoxia οἰκεῖα πρὸς νοσήματα: verumtamen, si mecum ταῖς χώραις addas, οἰκεῖα non pertinet ad εὐφορίαν et νοσήματα, sed πρὸς εὐφορίαν καὶ νοσήματα per se intelligenda sensu, quo sequiores dixerunt *respectu fertilitatis et morborum.*

γίνεται τὰ μὴ ἐρυσιβούμενα] Margo B. μὲν pro μὴ scribit; sed bene Scaliger e versione G. *locis enim cavis*

segetes robigine (*aerugine* Basil.) *infestantur: tuta autem sunt ab hoc vitio, quae stant non erecto, sed pravo cacumine*, correxit τὰ ἐρυσιβούμενα, deleta negatione: deinceps τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα ἐπικλινῆ, ubi vulgo erat: μὴ ἐρυσιβούμενα· τοιαῦτα δὲ τὰ ἐπικλ.

ὑποκλίνουσι] *inclinantur* G. equidem ἐπικλίνουσι malim, ut antea sunt τὰ ἐπικλινῆ τῷ στάχυϊ.

ταῦτα δὲ χρήσιμα] Haec unde huc immigrarint, nescio; sed hoc certo scio, hinc tanquam aliena eliminanda esse: itaque seclusi. G. voluit loco accommodare vertens: *Iuvat et longe a foliis spicam distare.*

πλησίον μὲν ὄντος, εὐθὺς ἅπτονται] Ita Heinsiana: verum ex A. B. Med. restitui. Med. tamen ὄντες habet. Male Gaza: *si propinqua sit* (spica), *statim tangitur.* Ad ὄντος intellige τοῦ στάχυος.

ἀχιλλαΐς κριθὴ καὶ λευκὴ καὶ μέλαινα] Correxi hanc vulgatam scripturam, et articulum ἡ bis adieci.

ἐτεόκριθος] Comparari potest genus quercus dulces ferens glandes ἐτυμόδρυς vocata h. pl. 3, 10. etiam Ἐτεόκρητες Homerici, Ἐτεοβουτάδαι et ἐτεόδμωες Hesychii. Deinceps ἧττον γὰρ Med.

ὁ δ' ἥλιος εὐθὺς ἐπιγενόμενος] Negationem Scaliger inseri voluit. *et sol paululum nullam putredinem conficit, sed priusquam quicquam emarcescat, humor totus assiccatur atque absumitur* G. diversam scripturam secutus, non vulgatam εὐθὺς ἐπιγενόμενος, velut εὐθὺς ἀπογενόμενος, vel similem aliquam. Idem Scaliger sequens ἀνεξήρανε dictum putavit pro ἀνεξηράνθη. Equidem haec referri video ad illam orationem superiorem: ἐπεὶ καὶ ὅταν ὕσαντος πνεῦμα ἐπιγένηται, καὶ πάλιν ἐπιλαμβάνῃ νύξ: igitur soli illucescenti locus hic plane nullus est, nec εὐθὺς ἐπιγενομένῳ, nec, ut Scaliger voluit, μὴ εὐθὺς ἐπιγενομένῳ. Relinquitur igitur, ut vulgatam tueamur, et verba ita coniungamus: τὸ μὲν γὰρ (πνεῦμα) διέσεισεν (τὸν στάχυν καὶ τὰ φύλλα), ὁ δ' ἥλιος οὐκ ἐποίησε σῆψιν εὐθὺς ἐπιγενόμενος, ἀλλ' ἀνεξηράνθη πρότερον (ὁ στάχυς).

διὸ καὶ τὴν σελήνην — σῆπσιν] *ratio in calore est, quo etiam noctu luna putrefacere potest* G. In graecis vitium est, quod consentiente Dalecampio emendavi scribendo διὸ τὸ καὶ τ. σελ.

ἀσθενέσταια — ἐπικηρότατα — τὰ λευκὰ τῶν μελάνων] G. vertendo recte in modum comparativum haec transtulit.

3. *εἰ καὶ μὴ τὸν καιρὸν ἀνυγραινόμενος*] *vel etiam cum non tempestive humescit* G. unde cum Scaligero *ἢ καὶ μὴ κατὰ τὸν καιρὸν* scripsi: quanquam articulum *τὸν* abesse malim.

οἱ μὲν ἀναξηρανθῶσι, καὶ μεταξὺ ἐγγίνωνται] *cicerculis, cum prius, quam fuerint resiccata, dies interim fervidi accesserint* G. *ἐγγίνονται* A. B. Med. habent. G. *οἱ μὲν πρὶν ἀναξηρανθῶσι* scriptum legit. Scaliger vulgatam defendens posuit tamen in annotatione hanc sententiam loci: *si pluviis temporibus intervenerint dies calidi.* At in hist. pl. 8, 10. idem argumentum tractans aperte ait: *ὅταν ὑγρανθῶσι καὶ θερμημερίαι γίνωνται.* Non dubito igitur hic olim fuisse scriptum: *οἱ μὲν ὑγρανθῶσι καὶ πρὶν ἀναξηρανθῆναι* vel *ἀναξηρανθῶσι μεταξὺ ἐγγίνωνται θερμημερίαι.* Deinceps *καθάπερ δ' ὕλην* Med.

πρὸς τὴν σῆψιν] A. B. Med. *πέψιν. ad excoctionem* G. sed Heinsius, qui *σῆψιν* dedit, *putredinem* substituit.

συμβαίνει κατὰ τοὺς σκώληκας] *quod etiam in tritico evenire videtur. Vermes enim eius radice creantur, cum post sementem flatus austrini crebre incesserint* G. qui scriptum ita legisse videtur: *συμβαίνει· σκώληκες γὰρ γίγνονται ἐν ταῖς ῥίζαις.* Certe vulgaris scriptura in verbis *κατὰ τοὺς σκώληκας* vitiosa mihi videtur esse. Med. *γίνονται ἐν,* omisso *γὰρ,* habet.

νοτία πλείων — σπόρους] A. B. Med. *πόρους.* Correxit Scaliger e versione G., qui *νότια πλείω* rectius scriptum cum Med. legit, intellecto nomine *πνεύματα.* Statim sequitur *τοῖς νοτίοις οἱ ἶπες γίνονται* sect. 5. In loco gemello h. pl. 8, 10. causa non additur.

ὁ δὲ γενόμενος] Repete *σκώληξ.* In hist. pl. est: *οἱ μὲν εὐθὺς κατεσθίοντες φυόμενοι τὰς ῥίζας.* ubi male Heinsiana *φυομένου* dedit.

ἑτέρως δ', ὅταν ἐπιχυθῆναι] A. B. Med. *ἄτερος. Altera ratione vermis ingignitur, cum humor effundi nequit convolusus succitate aeris circumfusi* G. sed Basil. habet: *Alterum genus vermis ingignitur.* Is igitur rectius *ἕτερος δ' ἐγγίγνεται* scriptum legit, vel *ἕτερος δὲ* tantum. In h. pl. est: *οἱ δὲ, ὅταν αὐχμῶντες ἀποχυθῆναι μὴ δύνωνται.* ubi Heinsius male *ἀποτελειωθῆναι* dedit. indidem vulgatum *ἐπιχυθῆναι* correxi. G. *ἀποχυθῆναι* manifesto scriptum legit, sed male interpretatus est. Vide dicta ad locum h. pl. Ad *δύνηται* intellige *ὁ σῖτος* vel *ὁ κάλαμος.*

5. *διψήσαντα — καὶ μένειν*] Heinsiana *μένει* dedit.

In verbo διψήσαντα inest causa putredinis efficiens, calor videlicet internus auctus, qui sitim facit in corpore humano. Humor autem exiguus moram in uno aliquo loco faciens nec per omne arboris corpus distributus facile a calore aucto in putredinem vertitur. Idem verbum et causam morbi accuratius traditam reperies infra 5, 9, 3. Antea ταῦτα δ' ἔοικε· τουτὶ καὶ Med An fuit ταὐτὸ δ' ἔοικε τουτί?

ἐξ ὧν ὁ σκώληξ] *ex qua vermis. Contra cum alimenti copia suppetit: tunc enim succus ad superiora transmittitur, et quia largior, vincit, nec potest putrescere* G. unde vulgatam ἐξ ὧν correxi et deinceps falsam distinctionem, σκώληξ, ὅταν ἄφθονος ᾖ τροφὴ γίνηται. τότε γὰρ καὶ ἡ ἐπιῤῥοή. mutavi. Basileensis ante verba ὅταν ἄφθονος asteriscum apposuit. G. videtur scriptum legisse: Τοὐναντίον δὲ, ὅταν ἄφθονος. Sed brevior emendandi via patet scribenti cum Vinar. ὅταν δ' ἄφθονος: itaque sequens particula γὰρ secludenda fuit. A. B. γίνεται habent, non γίνηται.

κατακρατεῖ καὶ οὐ σήπεται] *vincit* G. Succus paucus a calore interno aucto facile vincitur et in putredinem vertitur: contra copiosus calorem superat, et in alimentum arboris concoctione convertitur, non in putredinem. Deinceps αἱ ῥ̈ίζαι Med. habet.

ἅτε διυγραινομένης] Si compares sect. 4. τότε γὰρ ἀνυγραινομένης τῆς ῥίζης καὶ τοῦ ἀέρος ὄντος θερμοῦ ζωοποιεῖ πως ἡ θερμότης συσσήπουσα τὴν ῥίζαν, probabilis existit coniectura, excidisse vocem τῆς ῥίζης. Alioqui mutatae in tam brevi intervallo structurae ratio non apparet: nam lector διυγραινομένη expectabat.

ἐξεσθίουσι τὸ ὁμογενὲς] *materiem sibi congenerem* G. Meminisse oportet sententiae supra positae: πέφυκε γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν ἑκάστοις ἡ γένεσις καὶ ἡ τροφή. Est igitur materies germana, unde ipsi vermes sunt nati.

6. αἱ κάμπαι] Vulgatum κάρπαι iam olim correxerat Scaliger, quanquam G. quoque *carpae* reddiderit.

πάντα γὰρ ἐκ παραπλησίας ἐπὶ συνιστάμεναι] A. B. πάντων. *enimvero omnia ex simili causa proveniunt* G. Igitur παραπλησίας αἰτίας ἐστὶ συνιστάμενα cum Med. A. B. recte scriptum legit. Ceterum vulgatum ἄχυλος mutavi in ἄχυμος. *insipidus* G. Denique Med. ἔνυγρος. ἡ δ' εὐτρόφος ὁ τρόπος ὑπάρχει in fine habet.

AD CAPVT XXIII. (vulgo XXVIII.)

Ἐπιῤῥεῖν δὲ κελεύουσι οἱ μὲν πλειάδος· ξηρὰν γὰρ] Iam olim σπείρειν e versione G. margo B. et Scaliger scribi iusserunt, consentiente Vinar. Praeterea *vergiliis orientibus* G. igitur ἀνατελλομένης additum legit, quod sequens ἅμα πλειάσι δυομέναις oppositi membri flagitat. Κλήδιμος Med.

ἐπιγίνεσθαι γὰρ ὕδατα καὶ πολλὰ] G. verba καὶ πολλὰ omisit. Simillimum praeceptum Democriti posuerunt Geoponica 2, 14, 4. qui sementem facere iubet circa coronae occasum vespertinum extremo Novembri: τότε γὰρ οὐ μόνον ὄμβροι ἐκπέμπεσθαι πολλοὶ εἰώθασιν, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ φυσικήν τινα καὶ δεκτικὴν κίνησιν ἔχει πρὸς τὸ γονιμώτερα ἀπεργάζεσθαι τὰ τότε σπαρέντα.

ἐπειδὰν ἐμβληθῇ] Sensus et structura verborum consentiente versione G. postulant εἰς ὀργῶσαν ἐμβάλλειν.

ἡμιβραχεῖ καὶ ἡμιῇ, ἣν δὴ] Ita Heinsiana. ἡμίηλον A. B. Med. quod in ἡμίειλον mutatum voluit H. Stephanus. Dalecampius scripturam ἡμιπήλῳ commemoravit et probavit. Rem eandem tradit h. pl. 8, 6. δοκεῖ γὰρ ὡς ἐπίπαν ἀνεπιτήδειος ὁ σπόρος ἐν ταῖς ἡμιβρόχοις· ἀπόλλυται γὰρ καὶ ἐκγαλακτοῦται τὰ σπέρματα, καὶ ἅμα συμβαίνει πόαν ἀναφύεσθαι πολλήν. ubi Heinsiana τοῖς ἡμιβρεχέσι dedit. Forma ἡμιβραχὴς Graecis inaudita et analogiae contraria in ἡμιβρεχὴς mutanda videtur. Stephani Thesaurus ἀρτιβρεχὴς et ἡμιβρεχὴς ex Anthologia posuit: formas ἄβροχος, ἀβροχία, ἀμφίβροχος, πολύβροχος, ποντόβροχος, δίβροχος idem annotavit. Ut igitur hic ἡμιβρεχεῖ scribimus, ita altero loco ἡμιβρόχοις tuebimur. Statim hic sequebatur ἡμιβραχὴς, quod correxi. Columella 2, 4, 5. *observabimus, ne lutosus ager tractetur, neve exiguis imbribus semimadidus, quam terram rustici variam cariosamque appellant. Ea est, cum post longas siccitates levis pluvia superiorem partem glebarum madefacit, inferiorem non attigit. Nam quae limosa versantur arva, toto anno desinunt posse tractari, nec sunt habilia sementi aut occationi aut sarritioni. At rursus quae varia subacta sunt, continuo triennio sterilitate afficiuntur.* Tamen Geoponica 2, 13. tritico, fabae et pisis γῆν πηλώδη καὶ κάθυγρον deputant.

διαχεῖ καὶ ἐκγαλακτοῖ] *facit, ut semina diffundantur atque lactescant* G. non satis recte. De verbo γαλακτοῦν et ἐκγαλακτοῦν supra dictum.

συναλείφει καὶ] *oblinit obstruitque nec transmeandi*

libertatem concedit G. *fit glutinosum et diluit* minus recte Scaliger. Deinceps vulgatum ἐκβιάσεσθαι e Med. correxi.

2. *Διὸ καὶ χείριστος*] A. B. εἰ καὶ χείρ. e versione Gazae correxit Scaliger. Sed Med. ἢ καί. Videtur igitur ᾗ voluisse. deinceps ξηρᾷ σπορᾷ habet.

ἐν ξηρᾷ — οὐκ ἀπόλλυσι] Columella 2, 8, 4. *nam quod sicco solo ingestum et inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur, atque ubi venit imber, multorum dierum sementis uno die surgit.* τὰς δὲ περὶ — Κλείδιμος Med.

διερὰν — ἀτμώδη — κακῶς ἐξεσμένοις] A. B. Med. ἀτμιδώδη. Supra c. 16, 4. est ἀτμωδῶν. Veterem scripturam restitui, quanquam ἀτμώδη habeant etiam Geoponica. Nam magister Theophrasti de gener. anim. 5, 6. ἀτμιδώδης ἀὴρ sine varietate habet. *terram enim madidam ponderosamque esse atque ita vaporosam ac similem velleribus male dilaniatis effici ait: nec posse vapores attrahere sursumque transmittere* G. Scaliger rectius *lanis male carptis* vertit. Si Sophocles ξάσμα dixit, teste Polluce 7, 30., credere licet, Atticos etiam ἐξασμένοις dixisse, non ἐξεσμένοις, quod est potius a ξέω, non a ξαίνω. Verum ἐξαμμένοις servavit locus Geoponicorum 3, 1, 7. mox apponendus. In Cocchii Chirurgis veteribus Heliodorus ὑμὴν τεθλασμένος καὶ ἐξασμένος pluries habet, et p. 89. In sensu vocabuli ἀτμώδης et comparatione lanarum male carptarum haesit etiam Scaliger, qui ita eam interpretabatur: *Lanae non bene carptae nequeunt tractatum admittere: terra, quae tota uda est, non potest sese explicare ac cedere semini.* Sed quomodo convenit similitudo lanae male carptae cum terra madida et ponderosa? Deinde quomodo terra vaporosa tamen dicitur οὐ δύνασθαι τὰς ἀτμίδας ἕλκειν οὐδὲ διαπέμπειν, quia caloris satis non habeat? Atqui vapor est humor calore resolutus, et, ut Aristoteles de generat. animal. 2, 2. ait, ἀτμὶς κοινὸν ἐστιν ὕδατος καὶ πνεύματος. Equidem locum vitiosum esse puto. Varia tentavi, et conieci νασμώδη, ut terra scaturiginosa intelligeretur. Hesychius: νασμώδης γῆ, δίυγρος παρὰ γεωργοῖς. Eadem Aristoteli ναματώδης χώρα dicitur. Sed huic coniecturae sequens comparatio lanae male carptae refragatur. Tandem incidi in locum Geoponicorum 3, 1, 7. ubi mense Ianuario serere vetant: ἀραιὰ γὰρ καὶ βαρεῖα οὖσα ἡ γῆ ἀτμώδης γίνεται καὶ ἔοικεν ἐρίοις ἐξαμμένοις κακῶς. quae verba ex hoc loco traducta esse non viderunt interpretes. Blandiebatur initio scriptura ἀραιά, utpote comparationi se-

quenti magis consentanea. Verum sequens Theophrasti sententia ne sic quidem cum priore potest conciliari. Igitur in voce ἀτμιδώδης vitium esse videtur, aut ante alterum orationis membrum verba aliquot exciderunt. Nam vocem ἀτμιδώδη tueri videtur locus cap. 16, 4.

ἐπαλείφειν ἔλαττον] Omisit haec G. Dalecampius καὶ διὰ τὸ ἐπαλείφειν ἔλαττον διαπέμπει coniecit. Scaliger: *non est idoneis viribus ad succi concretionem, quae a semine fit planta: totum enim penitus dissolvitur.* Quae equidem non intelligo. Suspicor, συναλείφειν etiam hic, ut supra, scriptum fuisse: sed cum calor desit ad vapores extrahendos, multo minus sufficit ad terrae superficiem contrahendam et densandam.

τὰ ὄψιμα] *serotina* G. Num quae sero perfici, an quae sero seri solent? Sero seri dicuntur, quae versus ver vel ipso vere seruntur.

3. μέτρια, λεπτὰ] Posterius vocabulum omisit G. et alienum videtur. G. vertit: *frigus aquilonium modicum utile est: nihil enim valide iam fixis constipatisque nocet, sed constipando meliora* et cetera.

καὶ ἐῤῥωμένων] A. B. Med. καταῤῥουμένων. Scaliger κατεῤῥωμένων voluit. Sequens ἀποχεόμενα *fuderint* G. vertit, *effusa et quasi eiecta* Scaliger, metaphora ducta ab abortivis. Tu vide dicta ad 21, 5. et 22, 4. Deinceps Med. ἐπιπιλούμενα habet.

5. ὅταν ζυμοῖ] *quando terram fermentat* G. sed nix semper solum contectum fermentat: itaque ὅτι ἀναζυμοῖ scripsi, ut est de eadem re supra 2, 1, 3. Deinceps αὔξειν vulgabatur. γῆν καὶ τροφήν τε Med.

ἢ καὶ τὸ ἀπορούμενον] Heinsiana ἢ. καὶ dedit. Sequens Πόντος duce G. vulgato antea ποταμὸς margo B. substituit, consentiente Vinar. Postea articulum ἡ ante Αἴγυπτος omisit Heinsiana.

ποιεῖ ὁ χειμὼν] *aliquid conferunt* G. E Med. τι addidi, ut deinceps ὁ ἀὴρ cum G. et margine B. Postea βίᾳ idem liber habet.

τῆς γῆς. οὐδὲν δὲ ἔλαττον — καὶ βίας χειμώνων καὶ πνευμάτων] Ita Heinsiana verba distinxit: nec minus G. *ut de molitione terrae dictum iam est. Quippe nulla re minor sed omnium maximus circumfusus aer animadvertitur, scilicet ad tempestivitatem imbrium vimque flatus et frigoris.* ubi Heinsius fecit *minus* — *maxime* — *frigoris conferre.* Equidem male disiuncta coniunxi. Praeterea vitium

est in verbis *βίας* — *πνευμάτων*, cum *εὐκαιρίαι ὑδάτων* antecedant, et supra *ψύχη μέτρια χειμῶνος βόρεια* desiderentur. Quare vocem *βίας* suspectam habeo et delendam censeo. Sequens *ἐκτελεῖται* mutatum in *ἀποτελεῖται* malim.

ὃ *καὶ* — *καλῶς*, *ἔτος φέρει*] *unde recte in proverbio est* G. quasi *ὅθεν* — *καλῶς ἔχει* scriptum legisset. In graecis deest verbum *λέγει* vel simile aliquod. Proverbium memoratur h. pl. 8, 8. Deinceps *ὥσπερ καὶ ἐπὶ* auctius copula dedi e Med.

5. *πολλαὶ γὰρ οὖσαι λεπταὶ* — *κεῖσθαι καλῶς*] In h. pl. l. c. est: *ἔνιαι γὰρ οὖσαι λεπταὶ καὶ φαῦλαι τελεσφοροῦσι διὰ τὸ πρὸς τὰ πνεύματα κεῖσθαι καλῶς.*

λογαίους] A. B. Med. *λεχαίους*. Heinsius *λοχείας* fecit. cf. ad c. 21, 5.

εἰς τὸ ἔαρ] Supra c. 21, 5. sunt eadem verba. Deinceps articulum *αἱ* bis adieci, ante *ἐκφύσεις* et *τελειώσεις*. Med. *αἱ γὰρ εὐδίαι* — *ἐπισχύωσις* habet, et deinceps mutilum *ῥυσιβώδεις*.

Ὅλως δὲ καὶ τὴν χώραν — *μανοῖ*] *Terram item si occupaverit cultam, rariorem solutioremque reddit* G. omisso vocabulo *ὅλως*. Omnis haec sententia alieno loco interposita turbat orationis seriem et ipsa quoque falsa est. Quid enim? Hiems ipsa per se frigore terram minime *μανοῖ*, praecipue si bene elaboratam repererit, sed potius densat et indurat. At vero nix supra dicta fuit recte *ἀγαθὸν*, *ὅτι ἀναζυμοῖ καὶ μανοῖ τὴν γῆν*, *τροφήν τε παρέχει καὶ ἐγκατακλείουσα τὸ θερμὸν αὔξει τε καὶ ἰσχύειν ποιεῖ τὴν ῥίζαν*: quae omnia bene huic nostro loco et seriei sententiarum conveniunt. Quare aut vox *χιὼν* excidit, aut totum hoc membrum secludendum censeo.

ὥστε δοκεῖν μὴ κατὰ λόγον ἐπιλείπεσθαι] *adeo ut nihil pro sua existimatione posteriora venire sed etiam antecedere illa videantur* G. quae cum sint aperte vitiosa et a Scaligero reprehensa, Heinsius ita mutavit: *adeo ut proportionis ratione serius provenire, etiam antecedere — videantur.* Non potuit peius ineptiusque. Scripsi *ἀπολείπεσθαι* sensu flagitante.

περὶ Ἑλλήσποντον] A. B. Med. *περὶ ἐλλείποντας*. *sicut etiam arbores detruncatae: cum enim vehementer propter succi collectum* (*collectionem* Heinsiana) — *excitentur* G. Cui debeat emendationem egregiam Heinsius, ignoro. Sed debebat eadem opera e versione G. deinceps scribere *ἰσχυρᾶς γὰρ τῆς ὁρμῆς*, inserta particula *γὰρ* et mutata distinctione verborum. Deinceps Med. *ὑπηροῦντος* — *καὶ ἐπιδόσεις* — *ταῖς χώραις διαφοραῖς* habet.

AD CAPVT XXIV. (VVLGO ADHVC XXIX ET XXX.)

καθάπερ ἐπὶ τῶν πυρῶν — ὁμοίων καὶ τῶν χειρόνων — μεταβολὴ ἐπὶ τὸ βέλτιον] *Semina autem in iis quoque similia capi oportet, ne qua mutatio consequatur* G. omissis multis. Quare eum non minus quam Theophrastum ipsum insectatur Scaliger, hunc quidem immeritum. Nam verba sunt lacunosa et vitiosa. De tritico nihil tale praecessit, sed de arboribus est c. 6. ὀρθῶς δὲ καὶ τὸ μᾶλλον ἐξ ὁμοίας γῆς, εἰ δὲ μὴ, ἐκ χείρονος λαμβάνειν· ἡ μὲν γὰρ οὐδεμίαν ποιήσει μεταβολὴν, ἡ δ' ἐπὶ τὸ βέλτιον. ubi vitiose vulgabatur μὴ, μὴ χείρονος. Inde facilis erat huius loci emendatio scribendo: ὁμοίων ἢ καὶ τῶν χειρόνων — μεταβολὴ ἢ ἐπὶ τὸ βέλτιον γίνηται. Praeterea post δένδρων addidi εἴρηται, ut est c. 23, 5. ὥσπερ ἐπὶ τῶν δένδρων ἐλέχθη.

καὶ ἰσχυρότατα] *optima validissimaque* G. sed Heinsius *optima altissimaque* fecit.

2. *ἀνωμαλίαις*] Proprie dicendum fuisse ἀνομοιότησι vel ἀνισότητι, monuit Scaliger. Deinceps vulgatum εὐήλων et ἁρμόττειν correxi.

τὰ δ' ἀπ' αὐχμῶν] Usitatius est ὑπ' αὐχμῶν. Sequentia ita intelligere oportet, quasi hoc ordine scripta: τὰ δ' ὑστερεῖ· ὄψια γὰρ ὄντα βραδέως — ἀποτίκτει· διὸ καὶ ὑπ' αὐχμῶν ἀπ. καὶ ἀνυδρίας.

Ταὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν σπερμάτων] Copulam καὶ omisit Heinsius. σπερμάτων *frugibus* vertit G. Totus hic locus vitii mihi suspicionem movit. Nam antecedentia omnia a verbis inde ὥστ' ἀμφοτέρως ἂν ἔχοι λόγον sunt de frugibus, non de arboribus. Videntur igitur verba aliquot excidisse, haec fere aut his similia: *Ταὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνει ἐπὶ τῶν σπερμάτων, ὥσπερ ἐπὶ τῶν δένδρων.*

προτερεῖ καιρόν. εἰ μὴ τοιοῦτον] *mature commissa praeveniunt, nisi quid eiusmodi sit, ut hiemem anticipare debeat* G. Cum satio matura improbetur, minime scriptura κατὰ τὸν καιρὸν aut καιρῷ satisfacit, sed potius fuisse videtur παρὰ τὸν καιρόν. Deinceps duce Gaza εἰ μή τι τοιοῦτον scripsi. Post προλαβεῖν verbum δεῖ e versione G. adiecit Heinsius. Denique vulgatum τοῦ χειμῶνος correxi. Causam vide ad c. pl. 2, 12, 5.

ἀνανθεῖν] *diuque refloreat* G. *floris continuationem* Scaliger vertit. Equidem fuisse scriptum a Th. παρανθεῖν existimo.

ἐν αὐτῷ ὕειν, τούτῳ] *prodest fabae imber, cum floret, quia raro opere constat* G. voluit sine dubio *corpore* dare. Vitium graecorum Dalecampius corrigebat scribendo ἐν τῷ ἀνθεῖν vel ἄνθει. Prius habet Med. qui deinceps τοῦτο μὲν habet. Equidem ἀνθοῦντι malim.

ἀπολλύει· καταπλυθείσης γὰρ] Vulgatum ἀπολύει correxi. G. verba τοῦτον δὲ απ. omisit, et sequens καταπλ. δὲ vertendo mutavit in γὰρ, quem sequor.

σφακελίζεται] *radicitus tabescit* G. *sideratur* Scaliger. Praeter hunc unum locum semper σφακελίζειν forma activa dicitur ab Atticis scriptoribus, etiam ab Hippocrate et Herodoto. Quare σφακελίζει τε καὶ ὑπὸ κ. κατεσθίεται scribendum censui.

ζωογονεῖται γὰρ — εἴρηται] nimis breviter dictum et vitiosum videtur.

βραχέντος δὲ οἴνῳ τοῦ σπέρματος — ἔχοντα — γὰρ αὐτά] A. B. Med. διατηροῦσι γὰρ αὐται. *Sic enim aliquid acerbitatis habebit, quo possit resistere* G. unde Heinsius vulgatam antea mutavit: sed ita scribere debebat etiam αὐτό. Scaliger vulgatam interpretabatur *cavent a vino erucae*, qui sensus graecis extorqueri non potest. διατηρήσει γὰρ αὐτή coniecit Dalecampius. Infra 4, 14, 3. ὁ δὲ θέρμος καὶ ὁ ἐρέβινθος πικρότητά τινα ἔχουσι καὶ δριμύτητα· καὶ διατηροῦσι δ' αὐταὶ τὸ ἀπαθές. ubi Heinsius dedit δὲ ταῦτα ἀπαθῆ. unde fortasse hic verba καὶ πικρότητα inserenda sunt, et servanda Ald. scriptura διατηροῦσι γὰρ αὐται. Vulgata alio quam ad cicer referri non potest, de quo tamen nusquam tale remedium relatum legitur, quod naturae ciceris contrarium et absurdum videtur. Nam si propria ciceris ἅλμη tutari id non potest, multo minus vini nigri austeri humor semini admistus. Accedit, quod structura verborum non fert istam interpretationem: debebat enim sequi ἔχον, non ἔχοντα. Dubitationem tollit locus Plinii 18. s. 45. *Remedia eorum, quaecunque pertinent ad herbas, in sarculo; et cum semen iactatur, in cinere. Quae vero in semine et circa radicem consistunt, praecedente cura caventur. Vino ante semina perfusa minus aegrotare existimant.* Habes ipsa verba Theophrasti, etiam in Geoponicis 2, 18, 6. ubi Apuleio auctori praeceptum adscribitur: τὰ οἴνῳ ἐπιῤῥανθέντα σπέρματα ἔλαττον νοσεῖν. E loco Plinii suspiceris, olim fuisse scriptum: ζωογονεῖται δὲ, ὥσπερ εἴρηται, ἐν ταῖς ῥίζαις· βραχέντα δ' οἴνῳ τὰ σπέρματα ἧττον δοκεῖ νοσεῖν· ὅπερ οὐκ ἄλογον, ἔχοντά τινα δριμύτητα· δια-

τηρεῖ γὰρ αὕτη. Sed membrum primum mutare non sum ausus: in altero corrigendo audaciorem fecit Plinii auctoritas.

4. καὶ τὰ φυτὰ] Articulum τὰ adieci; sequens μεταβάλλειν ante καὶ ὅλα γένη in μεταβάλλει mutavi, ut Scaliger voluit.

ὅλα γένη τῶν δένδρων — καὶ ἐκ μελάνων λευκὰ, καὶ κατὰ τοὺς καρποὺς ὁμοίως] Arborum genera mitescere alimento mutato, constat; sed nullum mihi genus innotuit, quod ita colorem mutaverit, et quidem non fructuum, sed nescio cuius alius partis: nam statim fructuum mutatio scorsum additur: καὶ κατὰ τοὺς καρποὺς ὁμοίως. Verum sunt genera multa seminum annuorum et biennium, quae culta mutant colorem e nigro in album. Suspicor igitur cum Linckio, prius membrum esse de genere oleraceorum, quae culta mitescunt succo: igitur vox δένδρων in φυτῶν vel in similem aliquam mutanda fuerit. Alterum membrum, καὶ ἐκ μελάνων λευκὰ, ad legumina pertinere videtur: quare videtur addendum καθάπερ τὰ τῶν χεδρόπων, nempe γένη. Tertium membrum arboreos fructus cultu mutatos comprehendere videtur: itaque fortasse fuerit scriptum: κατὰ δὲ τοὺς καρποὺς τῶν δένδρων ὁμοίως ἔχει.

ὥστε καὶ πρὶν αὐτὸ ποιόν τι] Gaza: *quapropter semen etiam qualitate affectum aliqua nil mirum si radicem immutet.* Igitur σπέρμα scriptum legit, ubi nunc πρὶν sine sensu legitur. Deinceps τι γενόμεναι Med. habet.

ἀπηνθηκότι — κατὰ μικρὸν ἐφύειν] A. B. Med. ἀπηνθηκὸς, solae A. B. ἐκφύειν. Recte Heinsiana ἀπηνθηκότι dedit; sed debebat etiam, eodem Gaza praeeunte, vitiosum ἐκφύειν corrigere. *non irrorari solesque sentire prodest flore delapso, sed frigore niveque opus est* vertit Gaza. Praeterea μετὰ μικρὸν scriptum fuisse suspicor. Gaza κατὰ μικρὸν ἐφ. *irrorare* vertit.

ἡλίους ἐπιλαμβάνειν] Aptius putaverim ἐπιλάμπειν. Sequitur: ὅπως μὴ ἐπικαθήμενον τὸ ὕδωρ ἐπιλαβὼν ὁ ἥλιος ἐρυσιβώσῃ σῆψιν ποιήσας. ubi Gaza vertit: *nec residentem humorem sol fervefaciens aeruginem creet.* ubi vulgatum φιλὴν ποιήσας iam olim Scaliger corrigi iusserat. Dubito adhuc, an ibi quoque ἐπιλάμψας scribendum putem:, nam in hist. pl. 4, 13, 9. similiter est: ἐὰν δὲ ἐπιλάβῃ καύματα. et sic alibi. At infra 4, 4, 13. ubi causam mutatorum in genus diversum seminum ex alimenti copia explicat: ὅταν ἐπομβρίαι γένωνται καὶ — μάλιστα τοῦ ἔαρος, ἐὰν ἥλιοι

συνεπιλάμψωσιν. ubi compositum non expectabam, sed simplex ἐπιλάμψωσιν. Contra si συνεπιλάβωσιν fuit, possis cum hoc loco comparare.

ψύχη γίνεσθαι καὶ ἐπινίφειν] Scaligeri emendationem e versione Gazae ductam recepit Heinsius. ἐπινέφειν A. B. Med. ἐπινήφειν Vinar. Quis non miretur nives cum flore ciceris tempore congruentes in Graecia? quanquam, quo citius floreret, autumno satum cicer sciam. Deinde quomodo frigora et nives impedire dici possunt, ne sol post pluviam insequens e remanente humore putredinem et robiginem creet et inducat? Ventorum ope ad hoc opus erat, ut humor omnis ventilatione exsiccaretur. Equidem vocem ψύχη in πνεῦμα vel πνεύματα mutandam censeo; et γίνεσθαι in ἐπιγίνεσθαι: ventus enim insequens aquas pluvias detergens plantam ciceris et quamcunque aliam desiccat. Frigus autem per se humorem non potest detergere aut exsiccare, sed cogit et densat. Deinde nivis mentionem Gaza importune intulit scriptura falsa ἐπινίφειν inductus in errorem, quem cum Heinsio communicavit. ἐπινεφεῖν sine dubio vera scriptura est. Ventus si pluviam insequitur et simul nebulis coelum solemque obtegit, nihil est periculi frugibus timendum: ventus enim humorem omnem detergit, et simul impedit, quominus sol statim illucescens putredinem creet et robiginem inducat. Restitui igitur sine dubitatione scripturam antiquam ἐπινεφεῖν: non ausus sum ψύχη item in πνεύματα mutare. Superest de verbo ἐπινίφειν ut videamus, quod H. Stephani Thesaurus ex uno Theophrasti loco h. pl. 4, 9, 14. apposuit, ubi est de vite: ῥοιὰς δὲ γίνεται, ὅταν ἐπινιφθῇ κατὰ τὴν ἀπάνθησιν. quae vertit Stephanus: *quum nive opprimitur deflorescens.* Locus Xenophonteus de Venatione 8, 1. ὅταν δὲ ἐπινίφῃ καὶ ᾖ βοῤῥαῖον, τὰ ἴχνη ἔξω πολὺν χρόνον δῆλα, dubio caret: est enim: *cum nix supervenit.* Sed in loco Theophrasti versio Plinii et Gazae nivis nullam facit mentionem. Ille enim: *Siderationis genus est in his deflorescentibus roratio:* hic vero: *roratio, quod quidam ψίνεσθαι dicunt; cum vitis deflorescens irrorat.* In altero loco c. pl. 5, 9, 14. est: τοῦ δὲ ῥοιάδα γίνεσθαι (ἐπιγίνεσθαι editum) δύο αἰτίαι, ἢ ὅταν ἐπινίφῃ κατὰ τὴν ἀπάνθησιν, ἢ ὅταν κρειττωθῇ· τοῦτο δ' εἰ ἀληθὲς, ἔοικε κατὰ τὴν ἀπάνθησιν ὑγρότερος ὢν ὁ ἀὴρ ὥσπερ ἀπερυσιβοῦν. ubi Gaza: *Rorationis gemina causa est: aut enim quod rores statim post florem insederint.* Vides ergo, in versione Gazae et Plinii nihil esse praesidii iis, qui ver-

bum ἐπινίφῃ vel ἐπινιφθῇ hic de nive interpretantur. In altero loco sequens κρειττωθῇ passivum docet, prius ἐπινίφῃ mutandum esse in ἐπινιφθῇ, ut est in historia. Hoc autem ἐπινιφθῇ non esse a verbo ἐπινίφειν deducendum, sed potius ab ἐπινίπτειν, cuius exemplum posuit nullum Stephani Thesaurus, demonstrat tertius locus Theophrasti c. pl. 5, 10, 3. χείριστον δ', ἂν ἀνθούσαις ἐφύσῃ καὶ ἐλαίαις καὶ ἀμπέλοις καὶ τοῖς ἄλλοις· ἀποῤῥεῖ γὰρ τὰ ἄνθη καὶ οἱ καρποὶ δι' ἀσθένειαν. — In fine Med. ἐρυσιβώσεις habet.

AD LIBRI IV. CAPVT I.

Ἐπεὶ δὲ πλείους] Cum Mediceo ἐπειδὴ scripsi. Sequitur: ἢ ὅσα ἔχει σπέρμα καὶ καρπόν. *omnibus, quae semine factitantur, vel certe iis, quas semen fructumque ferant.* G. Scaligeri annotationi praescriptum legitur: ἢ ὅσα — ἢ καρπόν. Is prius ἢ ita interpretatur: *saltem, quippe: aut omnia aut quae semen habent. Sunt enim sterilia quaedam.* Si tolerari debet ἢ, saltem ante καρπὸν poni debet. καρπὸς enim et σπέρμα ita differunt, ut καρπὸς semen inclusum gerat, σπέρμα nudum sit.

ἑκάστη ἐστὶ τῶν σπερμάτων] *cur non proportione vires singulis seminibus insint* Gaza: unde ἑκάστοις rescripsi. Deinceps vulgabatur ἀσθενεστέρα τῶν ἰσχυροτέρων, quasi ad ἰσχὺς referatur: igitur ἀσθενέστερα scripsi, addito articulo τά.

ἀμφοτέρως — ὁμολογούμενον] *quippe utraque ratione confessum* (*in confesso* Heinsiana) *id ipsum habetur, quando etiam ab infirmioribus seminibus validiora proveniant* Gaza. *in utrisque tam patet hoc, quod diximus, ut neutiquam sit controversum* Scaliger.

καὶ εἰ — ἰσχυρότερα γινόμενα] Scaliger, *Est,* inquit, *eadem quaestio cum superiore, sed reciproca. Si arbor valida, semen debile: ut a valido debile, ita a debili validum.* Non est haec quaestio, sed argumentatio alternans: cuius alterum membrum satis longo intervallo sequitur: καὶ ἀνάπαλιν δὲ λαμβανομένων. Sed ante γινόμενα praeeunte Gaza articulum τὰ addidi.

ἐκεῖνα σημεῖα] argumenta sequuntur, non antecedunt. Recte igitur Gaza: *argumenta haec sunt.*

καὶ χείρω ποιεῖ] Si de annuis recte antecessit ἐξομοιοῖ τοὺς καρποὺς, de arboribus multo magis expectabam χείρους ποιεῖ, nempe τοὺς καρποὺς, cum semina nuda non gerant arbores, sed fructibus inclusa. Fortasse igitur χείρους scriptum fuit. Gaza: *deteriusque fructificant.*

2. καὶ ἀνάπαλιν δὲ λαμβανομένων] Heinsiana καὶ pro δὲ dedit. Gaza hac membrum omisit. Est hoc alterum membrum argumentationis alternantis sive inversae: et ex superiore oratione repetendum φαίνεται τὸ ὁμολογούμενον: idem etiam, de quo convenit inter omnes, apparet ratione inversa, si consideremus semina et arbores. Igitur τῶν σπερμάτων intellige ad λαμβανομένων.

ἔτι δὲ τὰ μὲν ἐν κελύφεσι δερματικοῖς καὶ ξυλώδεσιν, οἷον τὸ τῆς ἐλαίας καὶ τὸ τῆς κοκκυμηλέας καὶ τὰ τῆς ἀπίου καὶ ἀμπέλου καὶ μηλέας· ἔνια δὲ ἐν ξυλώδεσι· τὰ δ' αὐτὰ πάλιν — σαρκώδεσι. καὶ ὅλως — σαρκός] Gaza locum ita vertit: *Item arborum semina crusta lignove natura operuit, ut oleae, pruni, vitis, piri, mali: et haec rursus mole carnosa obduxerat; frumenta vero nuda reliquit.* Omisit igitur verba, ἔνια δ' ἐν ξυλώδεσι, et illa, καὶ ὅλως ὅσα — τῆς σαρκός. Denique τὰ τῆς ἀμπέλου καὶ ἀπίου καὶ μηλέας veriore ordine scriptum legit. Quod attinet ad primum istud membrum, ἔνια δ' ἐν ξυλώδεσι, equidem non dubito, esse varietatem seu potius correctionem, olim in margine adscriptam ad ista καὶ ξυλώδεσι post δερματικοῖς, deinde susceptam ab alio librario et alieno loco insertam fuisse. Denique verba a Gaza omissa, καὶ ὅλως ὅσα — τῆς σαρκός, iterum alieno loco inserta a librario videri possint et collocanda statim post semina quinque arborum enumerata: οἷον τὸ τῆς ἐλαίας — καὶ τὰ τῆς ἀμπέλου καὶ ἀπίου καὶ μηλέας, καὶ ὅλως ὅσα — τῆς σαρκός. Verum re accuratius perpensa videbis, fructus nuceos intra carnosum aliquod tegumen conclusos, veluti amygdalum, iuglandem, recte demum post περικάρπια σαρκώδη commemorari. Haec sunt argumenta debilitatis et infirmitatis seminum fructibus arboreis inclusorum, ubi lectorem meminisse velim, κελύφη esse, quibus semen ipsum vestitur, περικάρπια vero, quibus ab externa noxa inclusa defenduntur. Med. Codex κελύφασι — τῆς ἀμπέλου καὶ ἀπίου καὶ habet.

εἰ δὲ μὴ] recte Gaza: *praeterquam quod tunicis praetenuibus vestitur.*

σχεδὸν αἱ αὗται] *hae fere sunt* Gaza: igitur αὗται, omisso αἱ, cum Vinar. scripsi: τοιαῦται scribi voluit Scaliger.

3. ἀλλὰ καὶ πάσχειν] Articulum τοῦ e Med. addidi. πάντων τ. τ. φύσεως Gaza vertit *in omni parte naturae.* Deest in graecis vocabulum aliquod, veluti γεννημάτων vel ἔργων vel simile aliquod.

ἀμφοῖν — τῷ πάσχειν] *utramque rationem — non minus illam patiendi* Gaza: rectius igitur τοῦ πάσχειν scriptum legit.

κινεῖται δύναμις] *ad agendum movetur, quasi fervescerent* Gaza, qui vulgatum κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν *ex eadem causa* reddidit. Sed ita διὰ τὴν αὐτ. αἰτ. esse debebat. Sed sensus ὥραν flagitat. Ceterum post verba οἷον διαθερμαινομένων quaedam deesse mihi videntur, et sententia nondum esse perfecta.

ἀλλ' ὅταν ἡ οἰκεία] A. B. Med. αἰτία habent. Cum Heinsiana facit Vinar. Gaza: *sed cum aeris complexus aptus cuique occurrerit.* Heinsius fecit: *cum aeris propria cuique evenerit temperies.* non minus inepte!

εὐμαρέστερον εἰς τὸ παθεῖν] A. B. Med. εὐπαθέστερον. Gaza: *pati aptius est.* Scripturae Codicum videtur interpretatio esse tota haec phrasis: εὐμαρέστερον εἰς τὸ παθεῖν.

4. ἐκτελειώσασθαι — ταῖς ἐν αὐταῖς ἀρχαῖς] Gaza: *enimvero imbecilliora facilius et aeris habitus et quae in eis sunt elementa possunt perficere.* unde Scaliger recte scribi iusserat ἐν αὐτοῖς. Praeterea γὰρ cum Vinar. libro inserui post τὰ et ante ἀσθενέστερα. Ad ῥᾷον intellige ἐστί.

περὶ ζώων ἐστί] Gaza: *quod etiam in animalium genere patet.* Equidem malim ἐπὶ τῶν ζώων. Alia est ratio, cum ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῆς τελειώσεως dicitur. τροφὰς Gaza *atque educant* vertit. καὶ τροφὰς Med. habet sine articulo.

Ἅμα δ' ὥσπερ, ἐὰν τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ χειμῶνος σπέρματος γεννητικὰ σώματα οὐδὲ μικρὸν ὑπόκειται. τὰ δὲ ἐν ὄγκοις μείζοσιν, οἳ καταναλίσκουσι καὶ ἀντισπῶσιν εἰς ἑαυτὰς τὰς τροφάς· ὥσπερ τὰ μὲν, ὀλιγόκαρπα] Ita Heinsiana. Gaza vertit: *Tum et frugibus terrae plantae perexiguae subiacent: fructus arborum in mole maxima est, quae avocat ad se cibos atque absumit, ut alia parum ferant, alia penitus sterilia sint:* sed Heinsius fecit: *fructus arborum mole constat maxime,* ineptissime! Scaliger hunc sen-

sum verbis graecis vitiosis inesse putabat: *Hae plantae horum seminum parentes exiguo succo sunt contentae. σπέρματος γεννητικὰ σώματα ambitiosa locutio. Plantae, quibus haec semina prodeunt, parum terrae occupant, nec multum earum sub terra est: μικρὸν ὑπόκειται: sic enim legendum, expuncta negatione οὐδέ: arborum autem moles multum sibi quaerit pabuli.* Verba ὥσπερ ἐὰν deleri voluit. Dalecampius coniecit: ἅμα δὲ τὰ μὲν αὐτοῦ σπέρματος γεννητικὰ σώματα μικρὰ ὑπόκειται, τὰ δὲ τῶν δένδρων ἐν ὄγκοις μείζοσιν. In graecis desideratur nomen arboribus oppositum, quod in hac disputatione debet esse frugum; igitur ἐπετείων, quarum semina cum arboreis comparantur. Quare scriptum fuisse non dubito: Ἅμα δὲ τὰ μὲν τῶν ἐπετείων τοῦ σπέρματος γεννητικὰ σώματα (vel: Ἅμα δὲ τὰ τοῦ σπέρματος γεννητικὰ σώματα τὰ μὲν τῶν ἐπετείων) μικρὰ ὑπόκειται, τὰ δὲ τῶν δένδρων ἐν ὄγκοις μείζοσιν, οἳ — ἑαυτοὺς τὰς τροφὰς, ὥστε τὰ et cetera. ἑαυτὰς vulgatum et ὥσπερ iam olim Scaliger corrigi iussit, praeeunte Gaza et consentiente Vinar. libro. Verba a Gaza etiam omissa, ὥσπερ ἐὰν — αὐτοῦ τοῦ χειμῶνος — οὐδὲ, aut e lacuna reliqua sunt, aut e margine in textum immigrarunt. Sententiam eandem repetit sectio 5. ἀπὸ τοῦ τοὺς σωματικοὺς ὄγκους πλέον τροφῆς ἐπισπᾶσθαι· ὃ καὶ τῆς ἀκαρπίας αἴτιον καὶ τῆς κακοκαρπίας, εὐλόγως. — τὰ δ᾽ ἐπέτεια βραχύν τινα χρόνον et cetera. Deinceps ἐκτροφουμένων Med. habet.

5. ἐκτελειοῦν] Supra ῥᾷον ἐκτελεώσασθαι fuit: alterutrum vitiosum esse videtur. ἐκτελοῦν Med. habet, et deinceps ἀντείπει.

ἕκαστον ἔχειν — γεγενῆσθαι] Praeeunte Gaza vulgatum ἔχει correxi. idem *generari* vertit, ubi legitur γεγενῆσθαι. Med. γεγεννῆσθαι habet.

ταῦτα μὲν ἐλαφρότερα] A. B. Med. μὲν τὰ ἐλ. Scaliger τὰ expungi iussit, et iudicium Theophrasti reprehendit. Diu cum Linckio quaesivi, quomodo causam Theophrasteam tuerer, nec tamen in hac verborum serie et structura aliud occurrit remedium, nisi ut ἐλαφρότερα leviora pondere, non auctoritate, interpretarer, ἀπηρτημένα vero solutiora nec cum corpore matris tam arcte et manifesto umbilico seu hilo cohaerentia, quam semina frugum. Fateor tamen, nobis hanc interpretationem non satisfecisse.

μηδ᾽ ἐξομοιοῦν] Gaza: *genus autem et similitudinem fructuum servare.* Legit igitur τοὺς καρποὺς additum.

ἐπ᾽ ἀμφοῖν — αἴτιον: καὶ τῷ — χρόνον ἐπὶ τῆς γῆς·

— *καὶ τῷ — ὄγκους πλεῖον τροφῆς ἀποσπᾷν*] Ita Heinsiana: contra A. B. *χρόνῳ τὰ τῆς γῆς — ὄγκους ἀποσπᾶν.* Med. *χρόνον τὰ τῆς*, omissis *πλεῖον τροφῆς* habet. *quia plus temporis terrae immersa debilitentur, et quia ingens arborum moles largam nutrimenti copiam attrahat* G. quo duce scripsi: *ἀπ᾽ ἀμφοῖν — αἴτιον, καὶ τοῦ — πλείω χρόνον ὑπὸ τῆς γῆς ὄντα μᾶλλον κατακρατεῖσθαι καὶ τοῦ τοὺς — ὄγκους πλέον τροφῆς ἐπισπᾶσθαι.* Gaza tamen *πλῆθος τροφῆς* reddidisse videtur.

6. *ὁ γὰρ καὶ τῆς ἀκαρπίας — εὐλόγως· φανερουμένης δὲ τῆς ὑγρότητος — μεταβάλλουσι*] *quod enim sterilitatis causa est, idem etiam pravitatis fructuum esse ratio est. Annua contra* G. omisit igitur verba vitiosa, *φανερουμένης — μεταβάλλουσι.* ubi *ἀναιρουμένης* scribi voluit Scaliger: propius a vitioso verbo abest *ἀφαιρουμένης.* In priore membro scribendum censui: *τὸ δὲ τῆς ἀκαρπίας αἴτιον καὶ τῆς κακοκαρπίας (ἐστὶν,) εὐλόγως· ἀφαιρουμένης γὰρ τῆς ὑγρότητος.* Permutatas vides particulas *δὲ* et *γάρ.* Med. *δὲ* omisit. Praeterea copulam *καὶ* priorem abundare manifestum est. Vulgatam si tolerari posse putes, tum vero in altero eius membro scribendum fuerit: *τοῦτο καὶ τῆς κακοκαρπίας, εὐλόγως.* Certe post *εὐλόγως* lector causam edendam expectat: igitur *δὲ* sine dubitatione in *γὰρ* mutavi.

ἀλλὰ τὴν τρίτην] *sed tertio satu* G. igitur *τῇ τρίτῃ* cum Dalecampio scripsi. Med. *ἀλλὰ ὁ τὴν*, et deinceps *ὅπερ ἐκείνης* habet.

Ἀλλὰ δὴ τοῦτο μὲν ἕτερον] *Sed hoc haud nostri instituti est* Gaza. Graeca vitiosa esse suspicor.

7. *τὰ μάλιστα — καὶ ἰσχυρότερα*] *fruges illas potissimo, quae viribus praestant* Gaza, cum quo *μάλιστα τῶν σπ. τὰ ἰσχυρότερα* scripsi. Vinar. *κάλλιστα* habet pro *μάλιστα.* Med. *τὰ* omisit.

ἰσχυρότερος ὢν] A. B. Med. *ἰσχυρότερον.* Deinceps vulgabatur: *ὁμολογούμενον τὸ πλ. τρ. ἕλκειν.* Gaza vertit: *itaque id quoque non alia de causa evenit, quam quod plus alimenti trahatur.* igitur rectius scriptum legit: *ὁμολογουμένως συμβαίνει τῷ πλ. τρ. ἕλκειν.* Mihi *ὁμολογούμενον τῷ* sufficit.

ὁ γὰρ θέρμος — τὸ ὅλον] *Lupinum enim omitto, quoniam id incoctile quasi omnino est* Gaza. Degenerare lupinum nusquam dixit Theophrastus, sed coli nolle, et libri 3, 1, 4. *ὁ δὲ θέρμος ἄκαρπος γίνεται ὥσπερ ὑλομανῶν καὶ ἐξυβρίζων.* Sed quid hoc ad argumentum, quod nunc tra-

ciatur? Quanquam enim terra obtegi nolit, radices tamen in terram inserit, atque inde alimentum trahit, suoque in genere fructus sapore et succo constare videtur. Postquam cum Linckio diu quaesiveram, quomodo haec cum reliqua oratione conciliarem, tandem unum hoc succurrit remedium, ut totum hoc membrum transferatur ad capitis sequentis sect. 2. ubi causa editur, cur lupinum et cicer diutius quam legumina cetera integra durent. Vide igitur ibi annotanda et infra ad cap. 5. s. 4.

AD CAPVT II.

ἐν τούτοις ἂν εἴη] *ratio germinandi hinc colligi potest* Gaza: qui sequentia vertit: *ad extra vero durandi pervicaciam aliis aliter pro ratione temporum evenit.* sed Basil. habet: *aliis tempus aliter occurrit.* Articulum τῶν addidi, sed sequens φυτευομένων a Gaza omissum vitiosum esse censeo. Scaliger sententiam his verbis perscripsit: *aliam esse rationem diuturnae conservationis aut corruptionis in iisdem, posteaquam sunt generata.* Sed nec φυτευομένων, nec φυομένων sensum istum largitur: quare τῶν σπερμάτων verum puto: quod sequens δενδρικῶν flagitat, ubi *arborum semina* vertit Gaza.

οἷον ὅταν χωρισθῇ] *videlicet vel separata vel putrefacta* Gaza vulgatam reddidit, ubi ineptum οἷον e superiore membro repetitum seclusi.

γυμνὸν — θνήσκει] Gaza: *nudum enim semen siccatur atque emoritur.* In graeco pluralis numerus antecessit et sequitur τὰ δ' ἐν δερ. Quare suspicor, etiam hic γυμνὰ scriptum fuisse.

ἐν δερματικοῖς — μᾶλλον διαμένει] *quae autem corio integuntur, nec suo tegmine possunt absolvi, haec longius durant* Gaza: unde vitiosum vocabulum correxit iam olim Scaliger comparans e libro primo aeque vitiosum θερμαντικοῖς. Verum Med. habet. Postrema duo verba e versione G. Heinsius addidit: equidem, cum Vinar. χρονιώτερα dedi. Gaza male vertit καὶ μὴ χωριζόμενα, quae referuntur ad antecedens membrum, ἐὰν χωρισθῇ. Quod Gaza dicere voluit, graece esset καὶ μὴ εὐαπόλυτα.

καὶ γὰρ ὑγρότερα καὶ παρεισδέχεται τὸν ἀέρα] Copulam secundam Heinsiana omisit. Gaza: *sunt enim humidiora et satis aerem recipiunt.* Sed haec nullo modo conciliari cum ratione possunt: potius enim haec omnia semina

magis obnoxia faciunt et minus durabilia. Itaque alieno loco posita sunt haec verba, et pertinent ad primum membrum de seminibus pulpa carnosa inclusis. Haec quidem separata et exemta pulpa facile exsiccata moriuntur et vim genitalem amittunt. Contra si pulpa putrescit, semina inclusa inde noxam contrahunt et ad germinandum fiunt inutilia aut computrescent. Ad hunc casum referenda videntur verba *καὶ γὰρ ὑγρότερα καὶ — ἀέρα*, de *περικαρπίοις* intelligenda, quae propter carnis et pulpae laxam naturam facile aerem admittunt, et alieno vel calore vel frigore facile mutantur, putrescunt et semina inclusa in noxam secum trahunt. Suspicor igitur, fuisse scriptum: *χωρισθῇ ἢ σαπῇ· γυμνὸν γὰρ τὸ μὲν σπέρμα ἀναξηραίνεται καὶ θνήσκει, τὰ δὲ* (videlicet *περικάρπια*) *ὑγρότερα καὶ παρεισδέχεται τὸν ἀέρα. Τὰ δ' ἐν δερματικοῖς καὶ μὴ χωριζόμενα χρονιώτερα· μάλιστα δὲ διαμένει* et cetera.

πυκνόν τι τὸ κέλυφος] *quae denso putamine sunt atque pinguiuscula* Gaza. Pronomen mutavi in copulam *τε*.

μανώτατον γὰρ τὸ πέριξ καὶ ἥκιστα συμφυές] *quia praeraro minimeque continuo putamine obteguntur* Gaza. Castanea nux, ut avellana, *ὅλη συμφυής ἐστι:* hinc Xenophon Anab. 5, 4, 29. *κάρυα τὰ πλατέα, οὐκ ἔχοντα διαφυὴν οὐδεμίαν*. De hac vocabuli notione plura dixi ad Aristot. h. a. 4, 8, 7. pag. 282. Sed inest difficultas in hoc loco, quam expedire non est tam facile. Oppositum de avellana membrum memorat *τὸ κέλυφος πυκνόν*, eamque causam ponit durationis: contra in amygdala et iuglande minorem durationem agnoscit, et in iuglande quidem causam edit *μανώτατον τὸ πέριξ*. Credas facile, *τὸ πέριξ* intelligi idem *κέλυφος*, quod in avellana: verum in amygdala et iuglande multo est nucis ipsius putamen et crassius et densius, quam in avellana: igitur minime *μανώτατον κέλυφος* amygdalo et inglandi convenit. At convenit *κέλυφος ἥκιστα συμφυές*, putamen minime continuum, sed sutura divisum, quae quidem in iuglande germinante disrupta hiat: in amygdala et persico sponte non hiat putamen, quanquam bivalve, sed vi demum rumpitur. Cum igitur pars altera huius membri, *ἥκιστα συμφυές*, iuglandi conveniat, altera et prior, *μανώτατον τὸ πέριξ*, plane disconveniat, si de uno eodemque putamine intelligatur, superest, ut cum Linckio *τὸ πέριξ μανώτατον* referamus ad *περικάρπιον* pulposum viride et acerbum amygdalae et iuglandis, sequens vero membrum ita scribamus: *καὶ τὸ ἔνδον ἥκιστα συμφυές*. Ita apparet, cur vocabulum *κέλυ-*

φος non repetierit, quod de tegmine ipsi semini adhaerente usurpatur: contra usus est verbis, quae putamen interius sutura divisum et corticem exteriorem viridem continuum distinguant: τὸ πέριξ — τὸ ἔνδον.

ξηρότατον ὂν καὶ πυκνὸν] Cf. ad 1, 7, 2. dicta. Paulo antea ἄλλο τοιοῦτον Med. habet.

2. καθάπερ ὁ κέγχρος] Debebat esse τοῦ κέγχρου: sed cogitavit auctor διαμένει, non, quod antecessit, ἡ διαμονή (ἐστι). Deinceps σίσαμον est in Med.

ἀλλ' ὅ γ' ἐρέβινθος μέλας γίνεται διαφθειρόμενος] *ut lupinum et cicer, quod et nigrescit, cum corrumpitur* G. Cum tria ciceris genera memoraverit Theophrastus, arietinum seu nigrum, album seu columbinum, tertiumque orobi vel ervi colore (ὀροβίαν), haec debemus de albo et ervino intelligere, si scriptura vitio caret. Sed suspicionem facit ipsa verborum structura, ἀλλ' ὅ γ' ἐρέβ., nec apparet consilium, cur adiunxerit hoc membrum Theophrastus. Accedit altera suspicio de lupino, quem amaritudo quidem succi a vermibus defendit, ut cicer, sed a putredine et corruptione non plane eximit, non magis quam cicer. De cicere nominatim hoc affirmatur: de lupino tacetur. Sed huc pertinere videtur membrum orationis breve capitis antecedentis extremi: ὁ γὰρ θέρμος ὥσπερ ἄπεπτον τὸ ὅλον: quod si huc transtuleris, altera causa editur, cur minus obnoxium vermibus et corruptioni sit lupinum, quia nempe minus sit coctione perfectum, ita ut dulcesceret succus: quare minus a vermibus appetitur. Postea tamen sententiam mutare coegit capitis 5. sect. 4. ubi vide dicenda.

ὁ δὲ πυρὸς μᾶλλον — θερμότερον εἶναι] Verbum διαμένει e versione G. supplevi: θερμότερον debet esse nominativus neutrius generis: alioqui debebat esse θερμότερος.

ἡ γὰρ αὖ κριθὴ] Gaza αὖ non reddidit, et videtur abundare. Sequens καθάπερ idem *propemodum* vertit.

μανὰ, γλυκύτητα] *corpore sunt soluto et dulcedinis aliquid habent* G. Copulam e Med. interposui. Deinceps ἧττον αἴτια Med.

3. ὡς κατὰ τὰς χώρας] *haec pro locorum ratione, in quibus nascuntur, posse durare* Gaza. Lacunam in graecis brevissimo supplemento interpolabis, inserto nomine ἡ διαμονή. Similis lacuna in eadem comparatione infra 4, 14, 6. De Apollonia et Cyzico testatur histor. 8, 11, 3. et c. pl. 4, 14, 6. ὄντων Med. habet.

πρὸς δὲ τὰ τῶν δένδρων] Nimis obscure Gaza: *nunc arborum comparatione differentias in his explicasse illas sufficit.* In graecis deest nomen *σπέρματα*, quod inserui.

AD CAPVT III.

ῥάφανος γὰρ καὶ ἄττα μεταβάλλει· δοκεῖ δὲ ἄλλα τινὰ καὶ δενδρικώτερα] A. B. Med. omisso *μεταβάλλει* pergunt: *δοκεῖ γὰρ ἄλλα τινὰ καὶ δενδρικώτερα.* *brassicam et alia quaedam mutari videmus. Sed in ortu plus haec certo inter se discrepant quam frumenta* G. Vitium manifestum Scaliger corrigebat: *ῥάφανος δ' οὔ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ δενδρικώτερα.* Equidem non dubito, verba *ἄλλα τινὰ* adscripta fuisse ad illa, *ἄλλ' ἄττα*, quibus eiectis locum mihi sanasse videor. Brassicam et malvam facile fere ad arboris speciem ascendere ramosas, saepe repetiit Theophrastus: ab hac similitudine repetit nunc seminum facilem in genus aliud transitum et degenerationem. Heinsius ante *ἄττα* omisit *ἄλλα*.

πλέον ἀλλήλων ὅτι ταῦτα παραλλάττει· — τὰ μὲν γὰρ] Vulgatum *ὅτι* cum Vinar. in *ἔτι* mutavi. Deinceps A. B. Med. *παραλλάττειν* habent. Heinsiana *σιτηρῶν μὲν γὰρ*, omisso *τὰ*, dedit. Initio intellige *κατὰ τὰς ἐκφύσεις*.

κολοκύνιη] Ald. Basil. *κολοκύνθη*: Camot. cum Heinsio facit: deinde *ῥιανὸν*, quod nomen e versione G. redintegravit Scaliger, consentiente Vinar. In germinatione cucurbitae discrepat historia, quae quinque et septem edit dies.

μὴ βρεχθὲν] Cf. ad hist. 7, 1, 3. ubi semen recens mascerari iubet.

ξυλῶδες τὸ περιέχον] *crusta enim tegitur* Gaza. In hist. 7, 2, 8. *τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κορίαννον τὰ μονόῤῥιζα ἔχει ξυλώδη τε τὴν ῥίζαν καὶ οὐ μακρὰν, οὐδὲ τὰς λεπτὰς ἀποφυάδας ἔχουσαν πολλάς· πολύκαυλα δὲ ἄμφω καὶ πολύοζα.* Ibidem cum anetho, foeniculo et cumino inter *γυμνόσπερμα* enumeratur. 7, 5, 5. semina ad durandum firma nominantur coriandri, betae, porri, cardami, sinapis, erucae, thymbrae et acria omnia. Ceterum fatetur etiam Linckius, se prorsus ignorare ligneam seminis coriandri duritiem, et monet, plantas umbelliferas omnes difficillime germinare, contra gramina omnium facillime et citissime exire. Ceterum Med. *τὸ ῥιανὸν* habet et *ἐρεχθέν*.

ὕστερον μηνὸς] *mense posteriori* Gaza, quasi *ὑστέρῳ μηνὶ* scriptum legisset. Sequens *πλεῖοσι* et *ἐνιαυτῷ* demonstrant vitium in casu *μηνός*: multo magis locus infra c. 5, 7.

οὐ μόνον ἑνὶ μηνὶ καὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ὕστερον, ἀλλ' ἐνιαυτῷ διαβλαστάνει τινά. Itaque μηνὶ hic scripsi. Med. μὴ tantum habet.

σημαίνειν ἔοικε] Interpositum vulgo δὲ duce Gaza cum Scaligero, consentiente Med. et Vinar., omisi: deinceps βλάστην dat Med.

δι' ἀσθένειαν ταχύ τε] Vulgo intersertum διὸ post ἀσθένειαν omisit Gaza, et delevi, tanquam e varietate scripturae διὰ appositae praepositioni δι'.

τὰ μὲν ὄντα ξηρὰ] Membrum oppositum τὰ δ' ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ docet, excidisse in hoc verba καὶ θερμά. Praeterea nomen alterum plantae iuxta ocimum nominatae excidisse suspicor: alioqui copula καὶ ante τὸ ὤκιμον abundat. Ceterum A. B. Med. τὰ μὴ habent: correxit Heinsius e versione G. consentiente Vinar. Deinceps ἀνδραχύνη· θαυμαστὸν ἂν δόξειε Med. habet.

ἀβροτόνου] *abrotonum mirandum videri possit* Gaza, quasi scriptum legisset ἀβρότονον.

3. εὐκρασίαν — τὸ εὔβλαστες] *temperiem ad agendum ac patiendum — quod germinaturum facile beneque sit* Gaza: debebat: *bene temperatum esse et ad agendum et ad patiendum id, quod bene et facile germinaturum est.*

τὰ στεφανωτικὰ] Rectius Ald. Basil. στεφανωματικά: sed eaedem antea ξηρότητα male habent. Camotiana στεφανωτικὰ dedit. Sed sequens τὰ τῶν λαχάνων videtur hic τὰ τῶν στεφανωματικῶν flagitare.

οὐ ῥαίνουσι] *nec dispergunt aquam in domiciliis* G. satis inepte.

4. θησαυριζομένη] Cum C. Hoffmanno θησαυριζομένοις scripsi, praeeunte Gaza, et deinceps γὰρ post γόνιμα addidi. Quod ad verba παραπλήσια καὶ τοῖς σιτηροῖς (ita enim vulgabantur) attinet, ea Gaza reddidit ita: *Perennitas his frumentisque repositis vel ad sementes vel ad ceteros usus proxima est: manent enim foecunda.* Legit igitur scriptum: ἡ δὲ διαμονὴ θησαυριζομένοις τούτοις τε καὶ τοῖς σιτηροῖς παραπλησία πρός τε τοὺς σπόρους et cet. Interim παραπλήσια vulgatum correxi.

πρὸς τἄλλα] Supra erat πρὸς τὰς ἄλλας χρείας, *usus domesticos cibarios.*

Καὶ τοῦτο δὲ κατὰ λόγον] *idque ratione fit, ut etiam in animalibus prius vis generandi exolescit* G. κατὰ λόγον est Theophrasto *pro portione, pro rata:* itaque a verbis

κατὰ λόγον, intellecto ἐστὶ, non potest pendere infinitivus. Vitium igitur loco inest.

καὶ γὰρ ἐν τούτοις ἡ ἀρχὴ τοῦ γεννᾷν, ὅπερ ἄν τις ὡς πέρας θείη] *enimvero generandi principium in iis est, quod tanquam semen aliquis dixerit, reliquum vero tanquam alimentum et materiam semini annexam. Verum totum appellare semen solemus, et hinc ea vivere atque non vivere dicimus, cum scilicet elemento illo incolumia corruptave sunt* Gaza. Infra sect. 6. est de eodem argumento: μεμῖχθαι γάρ τι ἐν τοῖς σπέρμασι δοκεῖ, οἷον ὕλη καὶ τροφὴ ταῖς ἀρχαῖς. Gaza hic scriptum legit rectius: ὅπερ ἄν τις ὥσπερ σπέρμα θείη. quam scripturam equidem, excepta particula ὡς vel ὥσπερ, unice probandam censeo. Med. ὥσπερ μαθείη habet. In semine id, quod proprie generandi principium est, meretur nomen seminis: reliquum, quod est additum, servare atque alere illud videtur. Ad prius membrum intelligitur verbum ἐστί: alioqui scriptum oportuit: τὴν ἀρχὴν τοῦ γεννᾷν ὥσπερ σπέρμα ἄν τις θείη. Superest tamen et alia emendandi ratio, si scribamus: καὶ γὰρ ἐν τούτοις τὸ μὲν σπέρμα ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τοῦ γεννᾷν, ὅπερ ἄν τις ὡς πέρας θείη.

ὅταν διαμένῃ ταῦτα ἢ φθαρείῃ] Vulgatum φθαρείη correxi. Deinceps Ald. Bas. τὰ ἴα. correxit e versione G. margo Basil. consentiente libro Anglicano et Vinar. Superest aliud vitium in pronomine ταῦτα ab Heinsio auctum: nam ταύτῃ est in A. B. Med. quod praeeunte Gaza mutandum erat in αὐτῇ. Deinceps ἴα, non ᾠὰ, habet Med.

βαλανώδεσι — ἄλλοις] *generi glandium et reliquis fructibus* G. Pro ἀκροδρύοις positum censuit Scaliger. συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο καὶ Med. habet.

καὶ οἷον αὐτὰ αὑτῶν ὄντα μᾶλλον] *constant enim sibi et quasi pressiora percoctioraque se ipsis redduntur* Gaza. Additum igitur εὐπεπτότερα legit, quod flagitat etiam sequens sententia et ratio πέψεως.

πρόσεστι γάρ τις καὶ τούτων πέψις] Aut τούτοις scribendum erat, aut simplex ἔστι restituendum. Prius feci.

χρονιζομένου δὲ] Scaliger σπέρματος intelligebat: in sequente πάλιν tamen haesit. Gaza: *spatio tamen temporis longinquo senescant moriantur que necesse est.* Is igitur πάλιν omisit. Ut ante maturitatem et coctionem semen erat infoecundum, sic iterum senectute sterilescit. Ceterum χρονιζομένων scribere non dubitavi: nam non τὸ ἀλλότριον χρονιζόμενον facit semen sterile, sed vetustas et senectus.

ἀπὸ τῶν ἀκμαζόντων] *quae semine ingenti provenerint, ut quae validissimam obtinuissent originem* G. et infra: *quae semine ingenti exiverint*. Cum opponantur semina παλαιότερα et νέα, apparet, ut in homine et animalibus, ἀκμὴν seminum et ἀκμάζοντα σπέρματα dici media inter vetustatem et recentissimam aetatem. Deinceps A. B. Med. τελέωσις habent.

δευτέρα δὲ ἡ ἐκ τῶν παλαιοτέρων] *mox autem agunt, quae ex vetustioribus prodeunt seminibus* G. Videtur intelligi ἡ ἐκκαύλησις. Sed omnis disputatio docet, τὰ ἀπὸ τῶν παλαιοτέρων scribendum esse, et intelligi plantas et λάχανα e vetustiore semine nata. Ita praecedit ἐκκαυλεῖν τάχιστα τὰ ἀπὸ τῶν ἀκμαζόντων, quod idem dicere licebat ἐκκαυλεῖν πρῶτα: at deinceps est in repetita sententia: εἰ μὴ τὰ ἀπὸ τῶν ἀκμ. ἐκκαυλεῖ πρῶτα, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν παλαιοτέρων.

καὶ γὰρ ἐκ τούτων] *nam iis quoque velut sincerior quaedam vis atque largior inest* Gaza. Rectius igitur scriptum legit καὶ γὰρ καὶ τούτων, ut supra erat πρόσεστι γάρ τις καὶ τούτοις πέψις. Causa communis est vetustiorum et mediae aetatis seminum.

τὸ πλέον εἰς τὴν τροφὴν ἄγουσα] *et ad nutrimentum propensior est, sicut etiam in aliis patet* G. male vertit graeca, quae integra et sana mihi non esse videntur. τὸ πλέον succum dicere videtur e terra et aere attractum a planta; eumque in incrementum eius converti omnem, statuit verbis εἰς τὴν τροφὴν ἄγουσα. Sed sententia obscure traditur.

καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις] Cum de oleraceis nunc peculiariter disputetur, patet, τὰ σιτηρὰ ceterarumque plantarum semina intelligi.

ὀψιώτερα τὰ πολύτροφα] Heinsianae hoc vitium correxi. Male Gaza: *semper enim seriora cibi maioris sunt*, Plinianis verbis abusus.

εἰ μὴ — ἐκκαυλεῖ — παλαιοτέρων, οὐκ ἄλογον] Intellige repetitum ἐκκαυλεῖν modo infinito. Praeterea ἀλλὰ τά γ' ἀπὸ τ. παλ. scriptum malim. In sententia ipsa duri aliquid inesse videtur, nec ipsa satis antecedenti orationi respondere. Expectabam enim huiusmodi verba: διὸ καὶ τὰ μὲν ἀπὸ — πρῶτα, δεύτερα δὲ (vel εἶτα δὲ) τὰ ἀπὸ τῶν παλαιοτέρων. Hunc enim ordinem antecedens oratio et omnis haec disputatio flagitare videtur.

6. ἔχοντα τελειοῖ — τελείωσις] A. B. Med. τελείωσιν. *ut celerius ea perficere possint* G. debebat *caulem perficere*,

monente Scaligero. Sed rectius additum θᾶττον legit, quod restitui.

διὸ κἀκ τῶν δένδρων] *quam ob rem et inter arbores quae vetustiores sunt, celerius pleniusque fructus percoquunt: quae vigent aetate, uberius quidem laetiusque fructificant, sed lentius certe perficiunt* G. unde cum Med. διὸ καὶ τῶν δένδρων scripsi, et verbum πέττει inserui, sensu flagitante, post verba βραδύτερον δέ. Med. καὶ ante καλλίους omisit.

ταχυγονώτερα] *celerius generare posse* Gaza. ad semen edito caule seminali generandum aptiora et celeriora. Deinceps γάρ τις cum Mediceo scripsi, ubi γάρ τι erat.

δεῖ προκατεργάσασθαι — εἰς τὴν βλάστησιν] *quod ante macerari oporteat, quam sit germinandum* G. nimis definite verbum προκατεργ. interpretatus. Supra sect. 4. τὴν πέψιν τῶν ἐνων memorans causam edit ἀποπνεύσαντος τοῦ ἀλλοτρίου. Ab aere externo eiusque vel calore vel alia qualitate immutari et veluti coqui semina reposita statuit: quod antea πέψιν dixerat, nunc κατεργάζεσθαι dicere videtur. Med. δὴ habet.

7. πρός γε τὸ καυλεῖν] *de caule dici potest* Gaza. Verbum vulgaria Lexica ponebant ex historia 1, 3. ubi nunc est ἐγκαυλοῦσιν: sed utrobique ἐκκαυλεῖν scribendum censui.

ῥιζουμένων — ἄνω μᾶλλον φερόμενον] A. B. Med. ἀνώμαλον e versione G. correxit Scaliger, consentiente Vinar. unde vitiosum φερόμενον correxi. Praeterea ποιεῖται scribendum censeo: est enim pro τελειοῖ τυχέως dictum.

ὥσπερ σχεδὸν καὶ ἐπὶ — λέγεται] Haud scio an rectius ὅπερ scribatur, ut Gaza vertit: *quod vel in omnibus fere vitam brevem agentibus constat, sicut etiam de trimestribus ferunt.* Sed displicet postremum λέγεται post prius ἐστί. Alterum enim non minus verum, quam prius, et aeque facili observatione cognitum Theophrasto potuit et debuit esse.

κατὰ τὰς φύσεις] Male Gaza καὶ τὰς φύσεις reddidit: *tempore tamen et vigores et naturas singulorum haud praetermitti oportet.* Deinceps ἀλλὰ ταῦτα μὲν — καθ' ἑαυτὰ Med. ubi αὐτὰ vulgabatur.

ὁμοιότητά τινα ἔχει. τὰ δ' ἴδια — ἐπὶ πλέον, ῥητέον δὲ πρὸς τούτοις τὰ τῶν δένδρων — θεωροῦσιν] Ita Heinsiana. A. B. Med. ῥητέον δὲ τοῖς τῶν δένδρων. *propria vero generatim tempora per se latius decet exponere, intuerique tam eorum ipsorum quam ceterorum comparationem* G. Omisit igitur verba τοῖς τῶν δένδρων. unde *tem-*

para duxerit, iguoro. Locus ipse et sententia manifesto vitio laborat, quod ingeniosa Linckii mei coniectura recepta sanatum esse puto. Verba τοῖς τῶν δένδρων omnino abesse equidem malim, quemadmodum Gaza omisit: ferri tamen possunt, si τοῖς τῶν δένδρων καρποῖς scripseris, et exemplo Heinsii πρὸς initio addideris. Comparavit enim hucusque semina oleraceorum tum inter se, tum cum cerealibus et arborum fructibus. Scilicet πρὸς αὑτὰ vel ἑαυτὰ scribendum, ubi est πρὸς αὐτά. Sensus est: Haec quidem ostendunt, similitudinem aliquam in universum esse horum seminum oleraceorum, si praeter arborum fructus et inter se et cum ceteris compararentur et considerentur: quae vero generibus quibusdam sunt peculiaria, seorsum et latius exequenda sunt et explicanda.

AD CAPVT IV. (VVLGO IV. V. VI.)

ἰτέας καὶ πτελέας] Supra h. pl. 3, 1. ἐπεὶ καὶ τὰ δοκοῦντα ἄκαρπα εἶναι γεννᾷν φασιν, οἷον πτελέαν, ἰτέαν. Dubitabant tamen alii de seminum horum foecunditate, ut sequentia docent.

ἀτελὲς γὰρ τὸ ὠμόν] Coctione non perfectum elaboratumque satis ad procreandum statuebant quidam semen salicis et ulmi: alii contra e semine suo utrumque genus natum affirmabant. h. pl. 3, 2. ἀλλὰ τὴν ἰτέαν ταχὺ προκαταβάλλειν πρὸ τοῦ τελείως ἁδρῦναι καὶ πέψαι τὸν καρπόν. Addit de semine ulmi: ὅταν ὑπὸ τῶν πνευμάτων εἰς τοὺς ἐχομένους τόπους ὁ καρπὸς ἀπενεχθῇ, φύεσθαί φασι. et supra c. pl. 1, 5. ἀλλὰ μᾶλλον λανθάνουσιν αἱ πᾶσαι τῶν σπερμάτων φύσεις, ὅπερ καὶ ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐλέχθη περί τε τῆς ἰτέας καὶ τῆς πτελέας. Columella 5, 6, 2. *Atinia ulmus rariorem sine dubio sameram creat, et idcirco plerisque sterilis videtur, seminibus inter frondem, quam prima germinatione edit, latentibus.* Hoc est caput dubitationis, an e semine imperfecto nasci arbor possit. Quaestionem uti solvat, distinguit nomen et naturam perfectionis et coctionis, quo melius apparet, quo sensu semen aliquod imperfectum et crudum dici possit et intelligi.

καὶ πρὸς τὴν γένεσιν] Articulum τὴν post copulam retractam collocavi. Deinceps ἄτροφα μὲν addita particula μὲν scripsi. recte Gaza *cibo minime idonei constant* vertit.

Τάχα δ' ἐκείνῃ· πρὸς δὲ τὰ νῦν ἡ διαίρεσις] Ita Ald. Basil. ἐκείνη Heinsiana. *Sed forte concoctionem hoc in loco*

statuere colore, sapore, densitate reliquisque eiusmodi convenit. Scaliger scribi voluit ἐκείνῃ πρὸς τὰ νῦν, omisso δὲ, quam particulam Gaza etiam omisit. Dalecampius ἁρμόττοι ἂν e versione Gazae inseri voluit. Equidem minore mutatione scripsi: τάχα δ' οἰκεία πρὸς τὰ νῦν ἡ διαίρεσις, ὅτι, quam Gaza reddere potuit ita, uti fecit.

ἐπεὶ τό γ' ἐδώδιμον — καὶ τοῖς τῆς παλαιᾶς] *veteribus etiam atque aliis dabitur* G. unde facile esset καὶ τοῖς παλαιοῖς scribere, si sensus inde commodus existeret. Cum eadem seminis natura respectu aliquo dici possit et ατελὴς et ὠμή, alio ἀτελὴς differat ab ὠμῇ: posteriorem nunc rationem persequitur, et docet, eam arboris et seminis naturam, quae sit ad generandum imperfecta et ὠμή, posse ad cibum esse et dici τελείαν et πεπεμμένην, i. e. perfectam et bene coctam. Coctionem porro seminis spectari colore (in samera rubicundo, ut ait Columella 5, 6, 6.), succo, firmitate et notis aliis similibus: minime vero pertinere ad eam τὸ ἐδώδιμον, neque referre quicquam, num homini animalibusve sit esui annon. Seminis enim naturam sitam esse in generandi vi: hoc esse seminis τὸ κύριον et ἔργον, e quo sit eius ratio iudicanda. Alioqui semen ulmi et alia aperte esse ad esum apta. Scilicet verbis sensu cassis, τοῖς τῆς παλαιᾶς καὶ ἄλλοις, primum cum Linckio meo substituo τοῖς τῆς πτελέας, nempe σπέρμασι: deinde malim verba καὶ ἄλλοις coniungi cum superioribus notis cocti et maturi seminis, καὶ ἄλλοις τοῖς τοιούτοις. Priorem coniecturam in ipso contextu ponere non dubitavi, cum vulgatam nemo intelligere possit. Sameram in cibo animalium fuisse, nunc demonstrare non possum alio documento, praeterquam quod Columella 7, 6, 7. hoedis supra lactis abundantiam sameram, cytisum, hederam, cacumina lentisci aliasque tenues frondes obiicit.

ἕκαστον κατὰ τὸ ἔργον κρίνεται] Heinsius κατὰ temere inseruit. Scaliger aut ἑκάστου aut potius τῷ ἔργῳ scribendum censuit: quem sequor.

2. εἰ τελεούμενα γένους τινὸς] Intellige τὰ σπέρματα. Verba καίτοι — τοῦ δένδρου brevius Gaza vertit: *si quo in genere — quanquam semine prodeat.*

πολλὰ δὲ καὶ τῶν θηλειῶν] Malui cum Gaza πολλαὶ scribere. Quod mirabatur Theophrastus, pendet a sexu arboribus diversis distincto et separato.

ἐπί τό γε — αὐτὸ πηρωθὲν] Ita Heinsiana: verum ἐπεὶ ex A. B. Med. restitui, et αὖ τὸ scripsi. Intellige ἧττον ἄτοπον.

τὸ δὲ μηδὲν ὅλως γόνιμον] *At nihil penitus esse frugiferum naturam quasi erroris arguit, ceu frustra quid egerit* Gaza. Graeca dubito an sint integra. Debebat sequi: Τὸ δὲ δένδρον τι (vel γένος τι) μηδὲν ὅλως σπέρμα γόνιμον γεννᾷν vel φέρειν. Post μάτην duce Gaza τι ἐποίησεν addidi.

ὃ καὶ ἡμῖν ὑπεναντίον] *quod rationibus quoque illis adversum est, quas ante exposuimus* G: qui πρὸς τὰ πρότερον εἰρημένα scriptum legisse videtur.

τὰ μὲν τῆς πτελέας ἀμφισβητούμενα] *at de ulmo et salice ambigitur* G. debebat *de seminibus ulmi et salicis.* Ad participium intellige ἐστὶ, nisi fuit ἀμφισβητεῖται.

3. γεννᾷ καὶ ἄπεπτον — τροφήν] Brevius Gaza: *caprificus procul dubio generat,* omisso altero membro. In graecis intellige: γεννᾷ σπέρμα γόνιμον, καίτοι ἄπεπτον — τροφήν.

τὸ τοῦ θύμου ἄνθος] Cum flos sit minime absconditus et inconspicuus, patet, vocem ἄνθος esse falsam eique substituendum σπέρμα, quod calice obtectum in thymo aliisque latet sensum. Loca supra de semine ulmi posita eandem habent de floribus thymi sententiam. Quodsi ad verbum γεννᾷ intelligas σπέρματα, ut antea est ὁ δ᾽ ἐρινεὸς γεννᾷ, nempe σπέρμα γόνιμον, vulgata scriptura poterit tolerari.

δένδρων ἢ τινων τε καὶ] Correctionem Scaligeri τε in γε mutantis habet etiam Vinar.

4. τροφὴν πρὸς ἑαυτοῖς] *haec enim, ut credatur deesse aliquibus pabulum, faciunt* G. Peius Scaliger: *quaedam semina materia carere esculenta.* cf. supra 3, 8, 6. et 1, 7, 1. Si ἀρχὴ de embryone plantae accipitur, τροφὴν non male de albumine interpreteris, quod Gallici physiologi perispermium vocare solent. De differentiis seminum, quae in albumine conspiciuntur, egit Sprengel *von dem Bau der Gewächse* p. 601.

ἄλλοις ἄλλη] Vulgatum ἄλλα cum Med. duce Gaza correxi. Deinceps *satisque sit aliquibus, si modo id habeant, quo possint servari* G. Fortasse fuit olim: ἱκανῶς τισιν ἂν ἔχοι τὸ διατηρῆσον.

διαφοραὶ ῥᾴους] Gaza: *decerni facilius possunt.* ad explicandum faciliores sunt. In graecis fortasse deest aliquid. Deinceps τὰ συμβαίνοντα τούτοις reddidisse videtur *quae iis evenire solitae sunt.*

5. ὥσπερ ἐκ πυρῶν εἰς αἴρας, καὶ εἰ δὴ πάλιν] Gaza verba εἰ δὴ omisit, nec equidem sensum eorum assequor, nisi

posita sunt, ut Atticorum εἴπερ, aut ἀνάπαλιν scribendum. Initio τῶν πυρῶν scripsi, ut sequitur πάλιν τῶν αἰρῶν εἰς πυρούς. Ceterum πάλιν non est *rursus*, ut Gaza vertit, sed *contra*, *vice versa*, eiusdem lolii mutatio retrorsum in triticum. ὅπερ ἐκ π. Med.

ἄτοπον αὐτῷ τε τῷ συμβαίνοντι καὶ τῷ ἰδίῳ] *mirandum sane tum ob eam ipsam mutationem tum ob eius peculiarem eventum* G. Insolens structura et durior oratio molliri aliquantum posse mihi videbatur scribendo: αὐτό τε τὸ συμβαῖνον καὶ τὸ ἴδιον. Peculiarem eventum Gaza male vertit τὸ ἴδιον, ut sequentia demonstrant. Superest dubitatio, cur dixerit τῶν ζειῶν εἰς βρόμον, non singulari numero ζειᾶς. Vitium aliquod latere suspicor. *ex semine in avenam* Gaza vertit. Med. πυρούς· ζειῶν habet, mediis καὶ τῶν omissis.

μόνα γὰρ — φυσικῶς] A. B. Med. φύσις ὡς correxit Scaliger. Praeterea μεταβάλλειν Med. habet.

ὁ γὰρ — πυρὸς — καὶ τέχνῃ] deest verbum γίνεται vel μεταβάλλει. *triticum enim, quod ex tipha et semine fit, paratu quodam atque arte consistit: sicut etiam ea, quae praemacerata fructus afferunt dulciores* Gaza.

καθάπερ οἱ — γλύκανσιν] Graeca lacunosa sunt. Gaza vertit, quasi scriptum legisset: καθάπερ τὰ σπέρματα προβραχέντα εἰς τὴν γλύκανσιν τῶν καρπῶν. Vocem καρπῶν cum articulo interim interserui; deest adhuc verbum aliquod, velut μεταβάλλουσι.

6. Ἄτοπον δὲ πρὸς τὸ μόνα] Gaza verba postrema tria praeteriit et pro χεδροπῶν vulgato *frumentis* vertit: igitur σιτηρῶν scriptum legit. Equidem πρὸς τῷ scripsi et σιτηρῶν in loco leguminum reposui. Potest etiam σιτωδῶν scribi. Sententia generalis statim transferetur ad speciem: καὶ μᾶλλον πυρὸς ἢ κριθὴ ἰσχυρότερον, iterumque: ἡ δὲ αἶρα καὶ πυροῦ καὶ ζειᾶς ἰσχυρότερον. Med. ἢ κριθῆς deinceps habet.

ὥσθ' ἅμα συμβαίνει τὸ παρὰ φύσιν τοῦ κατὰ φύσιν ἰσχυρότερον] *itaque simul evenit, ut eo quod secundum naturam est, validius sit quod praeter naturam* G. Vitium et lacunam loci acutissime indagavit Linckii ingenium. Duplex eventus ponitur, quem significat vox ἅμα: sed alter deest, is nempe: καὶ τὸ κατὰ φύσιν τοῦ παρὰ φύσιν: quem addidi. Quomodo verba eadem repetita et levissime mutata librarius omittere potuerit, facile est ad intelligendum. Praeterea verbum εἶναι adieci.

7. γαλάκτωσις, σῆψις ἢ ὅλως διάχυσις] *lactatio aut putrefactio aut in totum resolutio est* G. A. B. Med. parti-

culam ἢ omittunt. Sequitur sectione 9. τὴν δὲ τοῦ σπέρματος φθορὰν οὐδεμίαν τῶν εἰρημένων ὑποληπτέον σῆψιν ἢ γαλάκτωσιν, ἀλλ' ἑτέραν, ἣ γίνεται διὰ πλῆθος τῆς τροφῆς ἐκτηκομένων. Vides, duos tantum modos corruptelae hic memorari: tertius, ἢ ὅλως διάλυσις, ut Gaza vertit, continetur secundo, id est putrefactione: aut, si vulgata διάχυσις vera est, continetur priore modo. Nam γαλάκτωσις est, cum humore nimio soli semen totum quasi diffunditur lactescens et e natura sua exit. In h. pl. 8, 6, 1. in loco lacunoso est: ἀπόλλυται γὰρ καὶ ἐκγαλακτοῦται τὰ σπέρματα. Distincte supra c. pl. 3, 23, 1. ἡ μὲν γὰρ ὑγρὰ καὶ πηλώδης διαχεῖ καὶ ἐκγαλακτοῖ. unde apparet clarissime, verba ὅλως διάχυσις aut alieno loco posita et adiungenda esse membro priori, σπέρματος μὲν οὖν γαλάκτωσις καὶ ὅλως διάχυσις ἢ σῆψις, aut plane esse tanquam interpretationem vocis γαλάκτωσις delenda. Priorem equidem rationem tutiorem putabam. Superest vitium in nomine γαλάκτωσις, quod in ἐκγαλάκτωσις mutandum videtur. Naturae enim seminis germinantis consentanea est γαλάκτωσις, corruptelae contra obnoxia ἐκγαλάκτωσις, cum lac germinantis seminis nimio humore admisto diffusum et dilutum proprias vires omittit, et genere suo plantam enatam exire cogit. Supra est 1, 7, 3. de alimento seminum, principio vitali addito: τῶν δὲ δὴ λοιπῶν καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὰ τὰ προσόντα· καὶ τά γε δὴ τῶν σαρκωδῶν ὡσπερεὶ γαλακτοῦται διαβλαστανόντων. Hoc est perispermium seu albumen seminum, quod embryonem plerumque amplectitur, et in germinando in speciem lactis conversum alit plantam tenellam. Vide dicta ad sect. 4. Hoc genus lactis non est in vitio nec causa corruptelae, sed alimentum plantarum necessarium est. Latini rei rusticae scriptores *viridia* et *virentia lactentia* paulo diverso sensu de herbis teneris succo turgentibus dixerunt. Cf. ad Columellam 7, 9, 8. p. 413. In Analectis Brunck. II. p. 519. mense Decembri est: γλαγόωντι γὰρ ἤδη σπέρματι μεγεδανὴ πηγυλὶς ἀντιάσει. quae est ipsa seminis γαλάκτωσις Theophrastea. Hinc vulgarem scripturam mutavi hic et sect. 9. et verba huius loci transposita suam in sedem reduxi.

ὧν οὐδὲν φύσει· μόνη δὲ χλόη] *quorum nihil natura dari potest: herba autem mutatis radicibus iam perfectis sequitur* Gaza vertit, ut potuit, vitiosam scripturam. Theophrastus enim dederat φύσιμον· ἡ δὲ χλόη. Vide dicenda ad sect. 8. Deinceps μεταβαλλέι Med. punctis superpositis.

παραπεπεισμένοι] A. B. Med. περιπεπ. Deinceps ἀπὸ ὀμβρίας vertit G. *fraquentia imbrium.* Sed scribendum cen-

sui ἐπομβρίαις. Vocabulum ὀμβρία ex hoc loco et Scholiis Aristophaneis posuit Stephani Thesaurus.

8. σπείροντες — ἐθέρισαν] *cum — seruissent* Gaza barbare: igitur σπείραντες e Med. dedi: alioqui θερίζουσι praestaret.

τὴν δ' ἔκστασιν — θείη μὲν ἂν ἀμφοτέρως] A. B. Med. ἐξέτασιν correxit Scaliger, praeeunte Gaza. Deinceps θείη μέν τις ἂν scribendum erat. θεῖοι Med. habet.

συμφυεῖς οὔσας] *cum connexae sint communemque sortiantur originem* Gaza. Intelligit semen et radices.

οὐ φύσιμον ὅλως ἦν] *nihil penitus producere possit* Gaza. Equidem non dubito, fuisse olim ἂν εἴη. ita sequitur: οὐδὲ γὰρ αἱ ῥίζαι (vulgo deerat articulus αἱ) φθαρεῖσαι τρέφοιεν ἄν. Ceterum ex h. l. apparet, vitium sectionis 7. verborum, ὧν οὐδὲν φύσει· μόνη δὲ χλόη, quomodo sit corrigendum.

Τοῦτο μὲν κοινὸν] *idque commune est* Gaza, quasi καὶ τοῦτο μὲν scriptum legisset: id quod probandum aut τοῦτο μέντοι κοινὸν scribendum censeo.

9. ἐκτηκομένων] A. B. Med. ἐκτημένων. Scaliger τετηγμένων scribi voluit. Gaza *deliquescentibus* vertit, unde Heinsius emendationem duxit. Dalecampius ἐξισταμένων coniecit: mihi τηκομένων simplex sufficit.

Το δὲ συμβαῖνον — καὶ ἐπὶ τῶν ζώων] Verba ita sunt iungenda: τὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ζ. συμβ. ὅμοιον τρόπον τινά, ὡς κατ' ἀναλ. Deinceps A. B. ἢ τὸ θῆλυ. Med. ἢ τὸ θ. κρατήσει. Vinar. ἢ τὸ θῆλυ. Intelligi puto τὸ θῆλυ, cum in utero matris semen foemineum admistum superat masculum et ad sui similitudinem embryonem abstrahit.

μείζων ἐναλλαγὴ γένηται παρὰ τ. φ.] A. B. Med. μεῖζον ἐν. γένηται πρὸς τὴν παρὰ φύσιν. Gazae versio Heinsio emendationem suppeditavit. Equidem leviore mutatione πρὸς τὸ παρὰ φ. scripsi, et e Med. καὶ ante ἔτι posui.

10. ἐξαλλοιοῦσαν δὲ εἰς ἑτέραν] Ita etiam Gazae versio. Supra erat: αὕτη τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἀπόλλυσι, μεθίστησι δ' εἰς ἕτερον. ubi Gaza: *in aliud genus traducit.* Igitur etiam hic εἰς ἕτερον scribendum censui. Vis generandi enim ipsa nimia alimenti copia non mutatur in aliam, sed minuitur ita, ut genus imbecillius plantae aliquod producat. Si ipsa vis generandi mutaretur, plane diversum genus, fortasse nec plantam, sed animal produceret.

τῆς φύσεως οὔσης, εὐζωότερα γὰρ πολὺ τὰ φυτὰ τῶν ζώων] Vocabulum φυτὰ temere inseruit Heinsius. ταῦτα pro vulgato τὰ maluit Scaliger. Gaza εὐζωοτέρα τῆς τῶν ζώων

vertit: *quia autem natura seminum vivax sit, multo enim vivacior quam animalium.* Equidem cum Gaza et Vinar. σπερμάτων addidi, et pro πολὺ τὰ φυτὰ cum Vinar. dedi ἢ τὰ τῶν ζώων nempe σπέρματα.

διαμένειν μᾶλλον ταύτην] *plus durare posse* Gaza. *diutius incorruptam atque immutatam permanere* malim.

καὶ ἐκ τῶν ἐλαττόνων] Praeeunte Gaza praepositionem seclusi.

11. εἴ τις ἀκολουθήσει — τῆς χλόης μεταβολῇ] Vulgatam hanc correxi. Gaza: *non herbae sed seminis alteratione mutationem illam oriri, donec portionis servatur existimatio.* Heinsius fecit: *donec proportionis servetur ratio.* Gaza igitur rectius scriptum legit ἡ μεταβολή.

οὕτω γίνεται, καὶ ἅμα δὴ τότε ἀσθενέστατον] Verba καὶ ἅμα δὴ τότε Gaza vertit: *quod imbecille tunc est, cum germinis prosiliendi mutatio agitur.* Sed Basil. habet: *tum etiam imb. tunc est.* Magnam lacunam arguit comparatio animalium in utero matris mutationem passorum subito deserta: deinde particula ἅμα geminam causam indicat: sed una tantum extat, et quidem de genere plantarum et semine intra terram germinante. Igitur signa lacunae apposui: quam quomodo interpolandam putem, dicam ad cap. 5. sect. 7.

ὥσπερ γέγονεν] *plantu velut creata iam est* Gaza: malim *nata est*, quo melius comparatio cum animali natura servetur.

Τούτου δὲ — οὐκ εἰς μεταβολήν] *et diminutio de cetero in incremento — ad universam corruptionem — subsequitur* Gaza, qui verbum γίνεται vel ἕπεται additum legisse videtur. Pro τούτου posuit *de cetero:* fortasse ἐκ τούτου scriptum legit: alioqui refertur ad φυτὸν, quod in antecedente oratione intelligitur.

λιπαρώτερον] hist. pl. 8, 7, 1. εὐθὺς γὰρ τοῦ χειμῶνος φανερὰ γίνεται πεφυκυῖα καὶ διαφέρει πολλοῖς· ἔχει γὰρ τὸ φύλλον στενὸν καὶ δασὺ καὶ λιπαρόν· καὶ τούτων ἰδιώτατον τὸ λιπαρόν· ἡ γὰρ δασύτης καὶ τοῦ αἰγίλωπος ὑπάρχει. Vides δασύτητι substitutum hic vocabulum ποωδέστερον, quod Gaza *viridius* vertit, equidem vitiosum habeo, cum ipsa σιτηρὰ sint e classe τῶν ποωδῶν. Quid igitur mirum, si αἶρα folium ποῶδες gerit? sed δασύτητα cum sola avena habet communem. Colorem viridem saturatiorem an ποωδέστερον significet, dubito. Med. τοιοῦτον habet, non τοιοῦτο.

12. δόξειεν ἂν ἐν τοῖς] A. B. Med. ἐν non habent, ἂν Heinsiana omisit; utrumque iunxi. Deinceps verba τὸ αἴτιον

εἶναι e versione G. inseruit Heinsius. Postea *οὐσ' εὔλογον* Med. habet.

τοῦτο γὰρ ἀνάγκη συμβαίνειν· ὥσπερ τῶν δένδρων] Quae e Mediceo libro accesserunt verba, Gaza non integriora legit, et ita convertit: *Si quidem quodque ortum a sua origine secundo incipiat. Constat hoc etiam in arboribus, quae fructus suos cultura immutant.* Post *δεύτερα* (ita enim Codex) deesse quid apparet ad sententiam absolvendam. Causa omissae orationis est in geminato *συμβαίνειν*.

πολυπυρήνων ἀπυρήνους] Praepositio *εἰς* excidit, quam restitui. *ex nucleosis in vacuos nucleo* Gaza.

13. *καὶ ταύτης*] redit disputatio ad fruges mutatas et degenerantes: nec respicit *ταύτης* exemplum arborum. *ἐν* ante *πλήθει* e Med. accessit.

ὥς γε δή τινες] Vulgo erat *δέ τινες*. Sequentia vertit Gaza *simul si soles incanduerunt.* De verbo *συνεπιλάμψωσιν* dictum ad c. pl. 3, 24. extremum.

καὶ τότε φύλλον μεταβάλλει] Gaza *τὸ* solum vertit, et copula abundat: nisi verba aliquot exciderunt.

ἐὰν δὲ τὰ ἐαρινὰ μὴ γένηται] recte Gaza: *quodsi non imbres verni accesserint:* igitur *ὕδατα* addidi. Sententia ipsa respondet membro superiori, *ὅταν ἐπομβρίαι γένωνται.*

ὥστε τοῦτο μὲν — εἰ δὲ καὶ ἀμφοτέρων συμβαίνει, τάχ' ἂν οὐδ' ἄτοπον εἴη· διαφορὰν δέ τινα εἶναι] Ald. Bas. *ὡς αἱραι δεῖν καὶ τῶν ἐπαφῶν.* Scaliger scribi voluit *ὡς ἄρα δεῖν καὶ τῶν ἐδαφῶν*, quod habet Vinnr. liber. Heinsius dedit *τινα εἶναι, ὡς εἴρηται, δεῖν καὶ τῶν ἐδαφῶν.* ubi debebat *δεῖν* mutare in *δεῖ*. Videamus Gazae versionem, quae sic habet: *Hoc igitur utraque ratione fieri posse, ratio sit. Sed quamvis utraque eveniat, absurdum forte non est, differentiam aliquam esse tum soli tum aeris oportere: nam et cum sata fuere, statim copiose pluvias incessisse damnosum admodum est.* Heinsiana vero ita: *fieri posse, non sit absurdum. Sed quamvis utraque eveniat, differentiam aliquam esse tum soli tum aeris oportet* et cetera. Apparet igitur, Gazam scriptum legisse: *εἰ δὲ καὶ ἀμφοτέρως συμβαίνει, τάχ' ἂν οὐκ ἄτοπον εἶναι, διαφορὰν δή τινα εἶναι δεῖν καὶ τῶν ἐδαφῶν καὶ τοῦ ἀέρος· ἐπεὶ* et cetera. Equidem haec ita cum Linckio intelligo, ut referantur ad superiorem narrationem, ubi mutatio in genus aliud fieri dicitur post imbres largos vernos, quos statim solis calor fuerit insecutus. Hic enim subiungitur: *ὡς ἐξ ἀμφοῖν γινομένης τῆς μεταστάσεως.* Nunc infit: Quarum

causarum alteram si locum habere solam statuamus, probabiliter fiat: neque etiam absurdum credere, utraque ex causa mutationem fieri, ad eamque efficiendam referre naturam soli et temperamentum aeris et coeli. Igitur verba ita continuanda censeo: *εἰ δὲ καὶ ἀμφοτέρως συμβαίνει, τάχ' ἂν οὐδ' ἄτοπον εἴη διαφορὰν δή τινα εἶναι, ὡς ἄρα δὴ τῶν ἐδαφῶν οὕτω καὶ τοῦ ἀέρος.* Verbum *δεῖν* locum habere non videtur: igitur seclusi, et scripturam codicum restitui, mutatis tantum *δὲ* in *δὴ* et *αἷρα* in *ἄρα*.

σπειρομένων εὐθὺς] igitur autumno, si statim multi insequuntur imbres.

μεγάλη βλάβη] Male Heinsius *μεγάλη βλάβη* dedit. Deinceps *εὐθὺ* Med. postea vulgatum *ἀπαθέστερον* e versione G. cum margine Bas. correxi.

AD CAPVT V. (VVLGO ADHVC VI.)

πάσχειν, ἔτι δ' ἰσχυρότατα] *et quae validiora esse videntur* G. Legit igitur scriptum *ἔτι δὲ τὰ ἰσχυρότερα*. Cap. 4. sect. 6. erat: *ἄτοπον δὲ πρὸς τῷ μόνα καὶ ὅτι ἰσχυρότερα δοκοῦντ' εἶναι τῶν χεδρόπων* [*σιτηρῶν*] *εἶναι*. Equidem *καίτοι ἰσχυρότερα* malim. *πάσχει* Med. habet.

ἂν καὶ τοιαύτῃ] *unica hac ratione* Gaza: igitur *αἰτίᾳ ταύτῃ* scriptum legit. *una quapiam tali* Scaliger vertit, quod esset *μιᾷ τινι αἰτίᾳ τοιαύτῃ*. Eqidem copulam seclusi.

πλείστην δύναμιν ἔχοντα ὑπομένει] Scaliger *τροφὴν* pro *δύναμιν* poni maluit. Med. habet: *διὰ γὰρ τὰ ἰσχυρότατα καὶ τὰ πολυρριζώτατα εἶναι πλείστην ἔχοντα ὑπ.* quo ordine vertit etiam G.: *Quoniam enim validissima sunt radiceque numerosa cohaerent, idcirco resistere firmius possunt.* qui *δύναμιν* additum legisse videtur. equidem cum Scaligero *τροφὴν* praefero. Interim vulgatam *διὰ γὰρ τὸ πολυρριζότατα καὶ ἰσχυρότατα* transpositis verbis mutavi et articulo *τὰ* auxi. Vinar. habet *δύναμιν. ἔχοντα ἰσχὺν ὑπομένει.* Ad *ὑπομένει* intellige *τὴν μεταβολὴν*, ut sect. 2.

καὶ πλείω χρόνον] Heinsiana copulam omisit.

τὰ δὲ πρὸς τὸ ἔαρ — εὐκρασίᾳ μᾶλλον] *cetera vere et coelo iam indulgente sparguntur et germinare confestim incipiunt* Gaza. In Graecis deest verbum *σπείρεται*.

2\. *Διὸ καὶ οὐδέτερον οὐδὲν — διαφθορᾶς*] A. B. Med. *διαφορᾶς*. *quamobrem neutrum ex corruptione illorum — consistere potest* G. Scaliger verba ita ordinabat interpretando: *οὐδὲν* (*τῶν τοιούτων*) *πάσχει οὐδέτερον*. scilicet neque in

semine neque in radice. Equidem non dubito, idem esse, quod postea dicitur: τὸ δὲ μηδὲ εἰς ἕτερον μηδὲν μεταβάλλειν, εἰς ἀσθένειαν ἀνακτέον: sed vocem οὐδέτερον separandam esse et in duas dividendam: διὸ καὶ οὐδ' ἕτερον οὐδὲν γίνεται.

καὶ τὴν αἶραν μεταβάλλειν ἀξιοῦν] Verbum μεταβάλλειν addidit Heinsius. Gaza vertit: *enimvero posse transire in lolium arbitrari absurdum est omnino.* unde καὶ εἰς τὴν αἶραν scribi iam olim iusserat Scaliger. Possit quidem aliquis repetere e superiore oratione γίνεσθαι ἐκ τῆς διαφθορᾶς: sed de mutatione sermonem esse, sequens membrum docet: et ex interitu seminis nihil potest nasci. Copulam καὶ cum Med. omisi.

τὸ δὲ μηδὲ εἰς ἕτερον μηδ' εἰς ἀσθένειαν ἀκτέον] *utrumque vero negatum his esse, imbecillitati tribui debet* Gaza. Scaliger alterum μηδ' deleri iussit, consentiente Vinar. Equidem nihil muto praeter μηδ' in μηδὲν, ut sit τὸ δὲ μηδ' εἰς ἕτερον μηδὲν, ut antea erat: διὸ καὶ οὐδ' ἕτερον οὐδὲν ἐκ τῆς διαφθορᾶς γίνεται. Praeterea ἀνακτέον e more Theophrasti scripsi. Prior verbi pars ab antecedente vocabulo absorpta fuit. Paulo antea ὁμογενῶς Med. habet.

καὶ ὁμοιοκρίθοις — εἰς αἶραν] A. B. εἰς στεῖραν. Med. εἰς στῆραν. *Sed potius illa transire in lolium possunt, quae speciem tritico hordeove similem gerunt* G. Scaliger ita ad h. l.: *Sed mira locutio* τὰ ὁμοιόπυρα καὶ ὁμοιόκριθα εἰς αἶραν: *imo vero* οἱ πυροὶ καὶ αἱ κριθαὶ διὰ τὴν ὁμοιότητα πρὸς τὴν αἶραν. Structura verborum laborans cum sensu redintegranda mihi videtur inserto vocabulo ἡ μεταβολή. Sed mentio ὁμοιοκρίθων plane aliena est ab hac disputatione: quare assentiente Linckio verba καὶ ὁμοιοκρίθοις seclusi.

οὐχ ὑπομένει] *tolerare nihil penitus queunt* Gaza. Sed, ut initio capitis, intelligitur τὴν μεταβολήν. Deinceps συγγενὲς vulgatum e Mediceo in σύνεγγυς mutavi.

3. τίφην οὐ μεταβάλλει] *triticum vero in tipham aut semen nunquam mutatur, quia plurimum illud ac validissimum alimentum, cuius causa mutatio sequitur, non effoeminet nec ad robustius ducat, et omnino genere pristino expoliet* Gaza. Omisit igitur verbum ἐξαμβλούμενος, *abortus.* Praeterea vitiosam scripturam οὐδὲ εἰς τὸ σφοδρότερον ἀγάγοι reddidit: nam sensus loci flagitat ἀλλά, quod restitui. Pro πλείων ἡ τροφὴ Med. πλεῖστον ἡ τροφὴ habet.

εἰς τὸν ἄγριον πυρὸν] Intellige μεταβάλλει. *transeat* Gaza addidit. Agrestes plantas omnes cultis robustiores et firmiores esse, saepius est professus Theophrastus: cultura autem

negligentius adhibita aut plane omissa hortenses redeunt ad silvestrem naturam; igitur ad fortiorem: quod itèm in degenerante tritico ut fieret, iure poterat expectari. ἄγριον πυρὸν alibi nusquam in his libris memorari memini.

μετακινεῖ γὰρ ἁπλῶς] *simpliciter permutat* Gaza. Locum equidem non intelligo. Quanquam enim natura ipsa genera animalium plantarumque non moveat nec transformet in aliud genus, sed cultura, solum, aer, morbi et quae sunt aliae mutationum causae, quid hoc ad rem, de qua disputatur? Negatione addita efficitur quidem sensus non incommodus: οὐ μετακινεῖ γὰρ ἁπλῶς ἡ φ. i. e. *neque enim omnino natura immutat:* sed nec hic loco convenit. Verbum μετακινεῖ fortasse diversam a verbo μεταβάλλειν significationem habet, et simplicem mutationem designat, non transformationem in aliud genus. Fortasse etiam in adverbio ἁπλῶς vitium inest. παραπλησία τις αἰτία cogit nos similem aliquam rationem exquirere, quae fuit in superiore oratione iam commemorata: sed nulla earum huic loco et his verbis convenire videtur.

4. πλεῖον τῆς τροφῆς ἕλκει] Ita Heinsiana. In A. B. Med. erat brevius: τοῦτο τῆς τροφῆς ὁλκόν. *ni forte pabulum id etiam immodicum trahat* G. Is igitur mutationem necessariam non fecerat. Dalecampius tamen quoque coniecit τὴν πλείω τροφὴν ἕλκει. Supra 3, 18, 3. ῥίζας ὁλκοτέρας habuimus. Robertus Constantinus in Lexico sub voce διάστασις corrigebat: τῆς τροφῆς πλεῖον ἕλκει — ἀγαθὴν, ὡς ἐκ — διάστασις.

ὑπερβολῆς ἡ διάστασις] Recte Gaza *mutatio* vertit; igitur μετάστασις scripsi, ne nimis longe a similitudine vocis vitiosae recederem. De vitio monuit etiam Scaliger.

πρώϊος σπειρόμενος] Ita cum Scaligero praeeunte Gaza vulgatum antea ἐξαιρούμενος correxit Heinsius. Verbum delet Vinar. liber.

μήτ' ἀπαθὲς] Vulgatum μὴ e Vinar. correxi. Deinceps μήτ' ἄγαν ἀπαθὲς Med. habet. Sequens ὡς αὖον φθείρεται Gaza vertit: *alterum nullum sustinet motum, utpote imbecillum, sed penitus interit, ut dictum iam est.* Plenius igitur scriptum legit: τὸ δ' οὐχ ὑπομένει τὴν κίνησιν, ὡς ἀσθενέστερον ὄν, ἀλλ' ὅλον φθείρεται, καθάπερ ἐλέχθη. Certe vulgatum ὡς αὖον sensum non habet aptum et vitiosum est. Superest dubitatio, cur lupini mentio facta sit inter ea, quae mutantur vitio in genus aliud, cum lupinum tamen omnino mutari negetur? Sed supra cap. 1. sect. 7. si-

militer et in eadem disputationis serie subito additur: ὁ γὰρ θέρμος ὥσπερ ἄπεπτόν τι τὸ ὅλον. quem ad locum posui suspicionem, quam hic locus et hic disputationis nexus aspernatur. Tandem veram causam in hoc loco et in verbis πρώϊος σπειρόμενος reperisse mihi videor. Cum triticum et hordeum praecipue degenerare in alienum lolii genus dicantur, inter principes huius eventus causas ponit Theophrastus diuturnam seminum mature, id est autumno, satorum in terra moram: cum cetera semina fruge vere sata statim in germen et herbam excurrant, neque adeo tam diu in terra morentur, ut vel semen vel radix vitium aliquod e solo et aere et imbre concipere possit. E leguminibus lupinus diutissime omnium et leguminum (nam faba etiam a Graecis autumno serebatur) et frugum in terra morabatur: ex area enim statim serebatur: igitur quaeri poterat, cur lupinus non item ut semina mature sata degeneret. Huic igitur dubitationi nunc Theophrastus respondet.

5. οἷον ὅτι ἐκ — γίνονται] Gaza: *ut cum ex tali tale vel triticum — provenit.* Legit igitur scriptum οἷον ὅτε. Med. οἷον ἐκ habet.

οὐκ ἔστι ζητεῖν μὲν οὖν εἰ τοῦτ᾽ ἔχει τὸ θαυμαστὸν] *vel aliquid ex caeteris provenit, haudquaquam mirandae sunt* Gaza. Ald. 2. habet: ουκ ἔστι. ζητεῖ μὲν οὖν εἰ τ. ἔ. Verba vitiosissima Scaliger ne conatus quidem est sanare. Dalecampius coniecit: ὡσαύτως, οὐκέτι ζητεῖν, ὡς ἐχούσας μὲν θαυμαστόν τι. Equidem non dubitavi scribere: οὐκέτι ζητοῦμεν, οὐδὲ τοῦτ᾽ ἔχει τι θαυμαστόν.

6. ἢ καὶ πρὸς τὴν ἔκστασιν] *qua quidem ratione omnia ad genus mutandum qualitatem quantitatemque alimenti convenienter statuendum censemus* Gaza: igitur ᾗ scriptum legit, et verba in Heinsiana male disiuncta ita continuavit: μετενεγκεῖν ποιάν τινα — τὴν τροφήν. Equidem suspicor, fuisse olim ἃ καὶ — ποιήσαντας την τροφήν. Med. ποιήσαντας dedit.

καὶ ἡ τῶν δένδρων] Med. articulum ἡ supplevit.

εὐτροφούντων ἐν ταῖς οἰκείαις τροφαῖς] Gaza brevius: *cum aliis cultus noceat ceu sisymbrio: id enim quasi effoeminatur et, amisso sui odoris acore, transit in mentam.* Cum infra 5. c. 8. sit de sisymbrio mutato: ὅταν μηδεὶς ἐξεργάζηται μηδ᾽ ἀποδιδῷ τὴν οἰκείαν θεραπείαν: non dubito, negationem hic excidisse. ἀτροφούντων Med. habet.

ὅταν εἰς μίνθαν] *transit in mentam* Gaza: igitur μεταβάλλῃ supplevi. μίνθος est in histor. 6, 7. εἰς μίνθην

erat h. pl. 2, 5. et c. pl. 2, 22. infra autem 5, 8. iterum est *μίνθαν*. quam scripturam veram puto. De ipsa mutatione dicetur ad 5. c. 8. infra.

ἔνια — καὶ ἀπόλλυσιν] *dispereunt, ut menta radicibus complexu mutuo strangulatis* Gaza. Non licet intelligere ἡ τροφή: igitur ἀπόλλυται scripsi. Deinceps ὥσπερ τὴν μίνθαν — ἑαυτῶν. Vulgabatur αὐτῶν.

7. *Ἡ. δὲ λεύκη — οὐκ ἄλογον*] Structurae vitium vidit Scaliger et monuit, debere esse τὴν δὲ λεύκην. Gaza vertit: *Populus alba, quae in totum nigrae dissimilis fronde formaque tota est, simillima in senectute efficitur, quia exsiccatur et ieiunius nutritur.* Sed puto, negationem in eius versione excidisse errore operarum: alioqui scriptum legisse videatur τὸ μὲν ὅλον οὖσα πόῤῥω. Argumentum idem tractatur h. pl. 2, 15, 8. infra 5. c. 8. unde Heinsianum ἔτι ἀπογηράσκουσα δὲ ἐξομοιοῦται correxi, in loco inutilis particulae ἔτι ab eo insertae reposita εἰ et altera δὲ retracta. Palmerius p. 607. aliam viam tentavit.

Καὶ ὅτι δὲ καὶ τὰ περὶ τὰ ζῶα] Med. περιζῶα habet: deinceps τοιοῦτον. Mihi totus hic locus transpositus et ab hac sede alienandus esse videtur, ut statim dicam. Antea enim scripturae varietatem explicabo. νεοσσιῶν Gaza vertit: *idque pullis adultis non amplius fieri.* Scaliger νεοσσῶν scribi iussit: sed ita simul τελεσθέντων scribendum est. Deinde A. B. Med. ἅμα τοῖς γινομένοις ὁρᾶν. *una cum ipsis nascentibus exoriri* Gaza: unde eum ὁρμᾶν scriptum legisse licet suspicari, quod dare voluisse videtur Heinsius; sed operae fecerunt ὀρκᾶν. Palmerius p. 607. ὀργᾶν coniecit. De avium his mutationibus, quarum omnium clarissimum exemplum Aristoteli aliisque praebuit cuculus specie in accipitrem mutatus, una cum populi albae mutatione in nigram supra duobus in locis dixit Theophrastus: hoc vero in loco maxime alieno ab aliquo grammatico vel librario assuta est comparatio cum avibus, postquam disputatio de causis mutati tritici et hordei in lolium iam omnis absoluta et dimissa est. Neque convenit cum serie disputationis hic locus: sed est alius supra capitis 4. sect. 11. *Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ζώων οὕτω γίνεται.* ubi vult demonstrare comparato exemplo animalium, mutationem in aliud genus, si omnino fiat, aliter fieri non posse, nisi eo tempore, dum semen germinat et dum embryo in utero materno formatur. Natum vero animal et φυτὸν ἐκβεβλαστηκὸς mutari in aliud genus non potest; augeri, minui, aegrotare et perire potest. Quibus

verbis subito abruptis, nec cum sequentibus ullo modo coniunctis iungas haec: καὶ γὰρ περὶ τὰ ζῶα κατὰ μὲν τὰς γενέσεις τοιοῦτό τι συμβαίνει, [οἷον περὶ τοὺς ὄρνιθας] τελεσθεισῶν δὲ τῶν νεοσσειῶν οὐκέτι· πλὴν εἴτις τὰς κατὰ τοὺς ὄρνιθας — ἢ μεταβολαῖς. In his ipsis verba οἷον περὶ τοὺς ὄρνιθας inserenda censui, quo possit aptius exemplum pullorum avium subiungi, cum antea animalia universe nominata sint. Sed ne ita quidem hoc supplemento inserto redintegratus et sanus locus iste superior est: sed desunt adhuc verba, quae a comparatione animalium transitum ad plantas facerent.

AD CAPVT VI. (VVLGO VII.)

αἰγίλωπος — βολβοῦ] De avena est hist. octavo extremo: ἡ παρ' ἐνιαυτὸν βλάστησις ἑκατέρου τοῦ σπέρματος — τὴν παρὰ μέρος βλάστησιν. De bulbo historiae 7, 12. μὴ ἀπὸ πάντων βλαστάνειν ἅμα τῶν σπερμάτων, ἀλλὰ τὸ μὲν αὐτοετές, τὸ δὲ εἰς νέωτα, καθάπερ τὸν αἰγίλωπά φασι καὶ τὸν λωτόν.

ἀλλ' ἀπὸ τῆς ῥίζης βλαστανόντων τῶν ὕστερον ἔτι ἀπὸ τοῦ σπέρματος ἐναπολαμβανόντων] Ita A. B. τοῦ ὕστερον ἔτι ἀπὸ τ. σπ. Med. *sed aut radices regerminare anno posteriori aut semina posterioris anni delapsa erumpere aiunt* G. τῷ ὕστερον ἔτει ἢ ἀπὸ σπέρματος scribi iussit Scaliger. ἀπὸ τοῦ πεσόντος σπέρματος dedit Heinsius. Mihi scriptura a Gaza reddita satis bona videtur ita paululum e vulgata mutata: βλαστάνειν, τῷ δ' ὕστερον ἔτει ἀπὸ τοῦ σπέρματος ὑπολαμβάνουσιν.

ὡς ἀληθῶς διάκεινται] *alii verum id esse autumant* Gaza. Vulgatam Scaliger ita explicare conatur, quasi scriptum sit: ὡς ὄντος ἀληθῶς διάκεινται. *afficiuntur ea opinione tanquam vera.* ὡς ἀληθῶς λεγομένων coniecit Dalecampius. Equidem ὡς ἀληθὲς διατείνονται suspicor scriptum fuisse.

ἄλλα τε καὶ ὅτι οἱ ἀπολλύντες] Vulgatum ἄλλά γε καὶ οἱ ἀπολύντες correxi, praeeunte Gazae versione: *argumentaque afferunt tam alia quam quod coloni, qui avenam omnem delere velint, biennio cessare segetem patiuntur.* Mecum sentit Dalecampius.

διετῆ εἰς τόπον ἀργὸν ποιοῦσιν] Ineptam hanc Heinsianae scripturam nescio an error potius operarum procuderit. A. B. διετῆ εἰς τὸν ἀγρὸν habent. διετήσεις τὸν ἀργὸν

Med. Scaliger emendabat διετῆ τὸν ἀργὸν ποιοῦσι, *rudetum bimum faciunt.* Dalecampius διετῆ τόπον ἀργὸν π. coniecit. In histor. pl. 8, 11., ubi res eadem traditur, est: τὰς ἀρούρας ἀνιᾶσιν ἀσπόρους ἐπὶ δύο ἔτη, καὶ ὅταν ἀναβλαστήσῃ τὰ πρόβατα, ἐφιᾶσι πολλάκις, ἕως ἂν ἐκνεμηθῶσι· καὶ αὕτη γίνεται φθορὰ παντελής. unde non dubitavi scribere: διετῆ (vel δίετες) τὸν ἀγρὸν ἀργὸν ποιοῦσιν.

ὅπως ἀμφότερα] Mihi scribendum videtur e comparato loco historiae: ὅπως, ὅταν ἀμφότερα — ἐκβλαστήσῃ, — ὁ καρπός. Gaza vulgatam vertit: *quo semen utrumque erumpat, et pascatur demetaturque universus fructus.* καὶ ἐπινεμηθῇ Med.

2. Ἔχει δέ τινα καὶ ἄλλως ἀπορίαν] *Ambigi etiam aliter potest* Gaza. Equidem ἄλλην scriptum malim.

καὶ εἴπερ συνεχὲς ὂν σπέρμα καὶ δίκρουν — καὶ ἅμα πίπτον] *quandoquidem semen, quod continuum ac bifidum est, ut cernitur, simulque decidit, parte altera inmutetur ac pullulet, altera integrum anno toto permaneat* G. Igitur deleta copula prima καὶ scriptum legit: εἴπερ συνεχὲς ὂν τὸ σπέρμα καὶ δίκρουν — πίπτον. Articulum τὸ addidi. σπέρμα Med. omisit. Heinsiana πίττον dedit. Scaliger δίκρουν interpretatur *bipartitum, a muliebribus locis sumta metaphora.* Deinde dubitat, an avenae tam sterilis quam sativae semen sit δίκρουν. Potius videri ait, ut palmulae et triticeorum aliorum, in sinum canaliculatum atque introrsum ad unicam medullam hiatum illum pertinere. Post diuturnam dubitationem tandem occurrit observatio Itali *Arduino*, avenae fatuae semina duo, quae in eadem spicula nata, et infra per glumas interiores, floris vicem gerentes, firmiter coniuncta invicem eodem anno maturata deciderant, non eodem anno simul germinare, sed inferius semen primo, superius altero anno. Tertium supremum semen spiculae plerumque abortivum germinandi vim non habere. Excerpsit viri docti observationem *Schreber* in Histor. et Descriptione graminum T. II. p. 119.

ἐκβλαστήσῃ θάτερον, χωρίζεσθαι] *cum altera pars germen ediderit, reliqua seiungatur, necesse est* Gaza, quasi τὸ λοιπὸν additum legisset; sed fortasse repetendum τὸ ἔλαττον.

συναιροῖτ' ἂν] *illam quoque avelli necesse est* Gaza. Equidem συνεξαιροῖτ' ἂν scriptum malim. Deinceps καὶ οὕτω φασὶ φθείρειν scribendum censuit Dalecampius.

3. *Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ μὲν τέλεον, τὸ δ' ἀτελὲς*] *nec non et partem alteram — sed et perfici anno posse arbitrari, minime rationis est* G. sed Basil. habet *eandemque perfici anno post arbitrari.* Equidem copulam *καὶ* delendam censeo. *τελεοῦσθαι* deinceps Med.

ὥστε ἐκτελεοῦν δύνασθαι πλείω] Ita A. B. Med. *ἐκτελειοῦν* Heinsiana. *ut plura perficere valeat: et simul quae multo infirmiora sunt, hoc possunt efficere* G. In graecis haud dubito quin vitium insit. Scaliger aliter intellexit, quam Gaza. Ita enim is ad h. l.: *Nunc videtur negare, partem illam robustam esse.. Hic enim agnoscit pro imbecilla, cum ait τὸ ἀσθενέστερον τοῦτο δρᾷ.* Igitur partem alteram, quam supra noster *τὸ ἔλαττον* et *ἀσθενέστερον* dixerat, iterum hic interpretatur *τὸ ἀσθενέστερον*, non, ut Gaza, *quae multo infirmiora sunt.* Equidem non dubitavi *δρᾶν* scribere, et membrum hoc cum superiore coniungere. Vulgo erat *δρᾷ.* Deinceps *τελέωσις* Med. habet.

Τὸ δ' αὖ πολυχίτων εἶναι] Equidem accusativum *πολυχίτωνα* dedi, ad *αἰγίλωπα* referens: si ad *σπέρμα* retuleris, *πολύχιτον* debebat esse. Med. *πολυχίτων δ' εἶναι* habet. Deinceps vulgabatur *ὥστε χρὴ καὶ ταῦτα.* recte Gaza: *itaque illa quoque inoffensa permanere deberent.*

Τὰ μὲν οὖν ἀντιβαίνοντα] Vulgatum *ἀντιμένοντα* cum Dalecampio et H. Stephano in Thesauro correxi. *quae repugnant, haec fere sunt* Gaza. Deinceps Med. *ἀλλ' οὐ μὴν. ἀλλ' εἰ δεῖ.* Verum puto esse *οὐ μὴν ἀλλ' εἰ δεῖ.*

4. *τελεοῦσθαι ἄμφω*] A. B. Med. *τελεοῦν.* *quod non utraque pars seminis perficiatur, ut germen possit elidere* G. Miror, Heinsium hic non, ut alibi fecit, *τελειοῦσθαι* scripsisse. Deinceps erat *πρὸς τὰ φύσιμα ποιεῖν.* Med. *φύσημα* habet.

ὅμοιόν τι ξυμβαίνειν] A. B. *ξυμβαίνει.* Heinsiana *συμβαίνει.* Correxi praeeunte Gaza.

καὶ τῶν ᾠοτόκων καὶ τῶν σκληροιάτων τισὶ] Med. *ᾠιτόκων* habet. Gaza verba postrema omisit. Scaliger in *σκωληκοτόκων* mutavit. At nec Aristoteles nec Theophrastus *σκωληκοιοκούντων* ova agnovit: igitur aut omittenda sunt verba, aut aliter scribenda. Respicit autem ova cum piscium tum aliorum animalium, quae edita extus ali atque augeri videntur. Certe ova piscium, ranarum, sepiarum, atque alia multa extra corpus adspersa semine masculo augmentum insigne capiunt et perficiuntur. Ova serpentium, lacertarum, testudinum in terra excluduntur: multorum insectorum in aere. Supra 1, 7. ubi semina plantarum cum ovis compa-

rantur: τὰ τῶν ᾠοτόκων τροφὴν ἔχοντα καὶ φυλακὴν ἅμα τῆς ἀρχῆς διαμένει χωριζόμενα. Quodsi Scaligeri rationem probes, tum deinceps praeter ova commemoranda erunt σκωλήκια ᾠοειδῆ, de quibus dixi ad Aristotelis h. a. p. 263. et p. 374.

καὶ ταῦτα δεχόμενα] *atque ita vim adipiscuntur, qua possint animalia parere* G. qui additum legisse videri potest οὕτω δύναμιν pro ταῦτα. Sed ταῦτα refertur ad loca antea nominata, ubi ova deposita sunt, ut sequens φύσαντα ad animalia, quae ova pepererunt.

ἐξαδυνατεῖ] *quod parentes, quae gestarunt ac pepererunt, facere nequeunt* Gaza. Male Scaliger ἐξαδ. interpretatur *exuuntur generandi facultate.*

5. ὥστε καὶ τελείωσιν] A. B. Med. τελέωσιν.

6. ὡς ἐκπέττει — ἢ ἐπισπᾶται] *cum calor — alimentum potius coquat quam trahat, praesertim cum semina ista nata sint in aere, perfici alimentumque non crudum sed praemaceratum a caule — capiant* G. qui scriptum legisse videtur: καὶ ταῦτα τῶν σπερμάτων τούτων ἐν τῷ ἀέρι πεφ. τελεοῦσθαι καὶ ἐν τούτῳ ἅμα λ. τροφὴν — προπεπονημένην. Med. habet: καὶ δι᾽ αὐτῶν τὴν ἐν τῷ ἀέρι· καὶ ταῦτα πεφ. — προπεπονημένην. Vulgo erat: πεφυκότων ἐν τούτῳ τελεοῦσθαι — πεπονημένην. Scaliger de loci obscuritate questus haec inter alia ad h. l.: *Itaque* τὸ ὡς *hic est quasi. — Quin terrae calori potius attribuit exhauriendi seminis maleficium, quam coquendi beneficium. Ait enim — ut terrae calor exiccet potius semen quam foveat.*

Καὶ ταῦτ᾽ ἰσχύοντος]. Haec et quae sequuntur vulgo statim post verba Ἔτι δὲ τῶν μὲν ᾠῶν — ὥσπερ παρὰ φύσιν interposita, nullam sensus communionem vel coniunctionem cum antecedente disputatione habent, et locum misere luxatum indicant. Videntur tamen haec olim iuncta adhaesisse sectionis 6. verbis ὑπὸ τοῦ καυλοῦ καὶ τῶν ῥιζῶν: in quam coniecturam incidit etiam Linckius, cum haec una legeremus: neque dubitandum existimo, demum post verba τοῦτο μὲν οὖν εἰς τὴν οὐσίαν ἀνακτέον inseri debere et sequi hic vulgo intempestive interserta verba. Ut sensus loci constaret, verba transponere sum ausus.

οὐ περιλαμβανομένου] *nec a coctione perfectiore arceatur conditione aliqua temporis* Gaza. *non circumventum temporis iniuria, qua decutiatur ante maturitatem* Scaliger. Idem verbum alibi occupari ab anni tempestate significat, cum maturatio fructus usque ad hiemis viciniam protrahitur.

τα σπέρματα πρὶν] Repetitum in Ald. Basil. τὰ ante πρὶν cum Scaligero delevit Heinsius. Deinceps συμβαίνειν Ald. Basil. quod e versione Gazae correctum.

καὶ αἰγίλωψ πολὺ — κενὸν ἱστάναι] Ita Heinsiana, cum A. B. Med. omisso nomine aegilopis recte habeant ἱστάναι, sed male κοινὸν, quod praeeunte Gaza correxit Scaliger. Culmus aegilopis stat inanis, cum semina exciderunt, antequam hordeum maturuit.

Τοῦτό τε οὖν — ἀνακτέον] *Hoc igitur ad rationem essentiae redigendum est: et ali vero et perfici semina posse rerum ambientium opera* G. Hinc Τοῦτο μὲν οὖν scripsi.

7. *Ἔτι δὲ τῶν ᾠῶν — ἢ ὑπὸ τῶν ἔνδον ἢ*] Quinque postrema verba Heinsius e versione Gazae inseruit, ubi est: *Item ovorum illorum una omnium excoctio atque perfectio sive extrinsecus sive intrinsecus est. Horum autem pars imperfecta relinquitur.* In A. B. Med. unum εἴθ' legitur eorum loco: quod vestigium sequi si voluisset Heinsius, uti par erat, scribendum erat: εἴθ' ὑπὸ τῶν ἔνδον εἴθ' ὑπὸ τῶν ἔξω. Verum alterum illud membrum, quod Gaza in libro suo additum legit, τούτων δὲ μέρος τι ἀτελὲς διαμένει, (quomodo Dalecampius graeca restitui voluit,) satis mihi quidem demonstrare videtur, non opus esse illo primo Gazae additamento, si εἴθ' in ἐστὶ mutes. Aut potius scribo: ἁπάντων ἐστὶ καὶ τῶν ἔνδον καὶ τῶν ἔξω· τούτων δὲ μέρος τι διαμένει ἀτελές. Interim vulgatam reliqui, sed geminum vitiosum ἢ ἢ correxi, et Gazae supplementum inserui.

συμβαίνει γὰρ ὥσπερ] Rectius Gaza: *quippe alterum secundum naturam, alterum minus naturae opera quodammodo evenit.* Transposui igitur ὥσπερ in locum commodiorem.

Καὶ τὸ συνεκτρέφεσθαι δὲ καὶ τελειοῦσθαι τοῖς περιέχουσι οὐκ ἄλογον] Haec vulgo alieno loco statim post verba Τοῦτο μὲν οὖν εἰς τὴν οὐσίαν ἀνακτέον ita vertit Gaza: *et ali vero ac perfici semina posse rerum ambientium opera, non abest a ratione.* ubi Heinsius dedit: *ali vero — non est a ratione alienum.* Gaza igitur συνεκτρ. non legit scriptum, sed simplex ἐκτρέφεσθαι, quod sensus flagitat. Illud enim significat: *una ali atque educari cum iis, quae semen circumdant et includunt.* quod est ab hac disputatione alienum. τὰ περιέχοντα sunt aut loca, in quibus semen deponitur, veluti terra eiusque humor et calor inclusus, aut aer vel terra inclusus vel quo extra iacens semen circumdatur. Igitur praepositionem primam delevi. Deinde ipsa argumen-

tatio et sequens ἐπεὶ docet, negationem ante ἄλογον ab aliena manu additam et sententiae contrariam esse: igitur suadente etiam Linckio seclusi.

πολλαχοῦ γοῦν — καὶ τἆλλα] *nam et alia permulta vel potius omnia servari ad tempus suum* G. Vides πολλαχοῦ non redditum ab eo: vitium arguit scriptura A. B. Med. τῶν ἄλλων. Apparet, fuisse olim πολλὰ γοῦν τῶν ἄλλων. Adhaesit χου e sequente γοῦν.

ἑνὶ μηνὶ] *non modo uno mense* G. unde vulgatum ἐν μηνὶ correxi. Med. ἀμηνὶ habet. Cf. ad c. 3, 2.

βρεχομένου καὶ κηπευομένου τοῦ τόπου] Ita A. B. Med. et Gaza: *quamquam hortus assidue rigetur colaturque.* Ineptissime Heinsius βρεχομένων καὶ κηπευομένων που dedit, nescio quo auctore. Deinceps ἔστι δὲ Med. habet, et περιέχον καρπὸν omisso articulo τόν.

8. μηδ' ὁμοίως ἀφαδρύνεσθαι] Hoc e versione Gazae *neque parem capere crassitudinem* Heinsius effecit, cum in A. B. Med. ἀποδρύνεσθαι sit, quod Scaliger in ἀποδύεσθαι mutari voluit, interpretatus: *quia folliculo sit contumaciore, a quo sese nesciat expedire medulla.* Plinius 21, 17. s. 63. *Mirum loton herbam et aegilopa non nisi post annum e semine suo nasci.* Cum sit in extremo libro septimo: τὰ μὲν ἐν πλείοσιν ἰδέαις ἐστὶ καὶ σχεδὸν οἷον ὁμωνύμοις, ὥσπερ ὁ λωτός· τούτου γὰρ εἴδη πολλὰ διαφέροντα καὶ φύλλοις καὶ καυλοῖς καὶ καρποῖς· ἐν οἷς καὶ ὁ μελίλωτος καλούμενος· frustra laboramus, dum genus huius loti, de quo nunc sermo est, exquirere conamur. Verba tamen significare videntur semina folliculo aliquo aut siliqua inclusa, unde condita terra nec facile nec aequaliter atque uno tempore expedire omnia se possunt. In verbis tamen vitium est. Primum ἢ alienum ab hoc loco commodioris particulae sedem occupavit: deinde τὸν καρπὸν cur additum sit, nescio, cum semen antea iam sit nominatum, et de involucro seminis omnis quaestio sit.

Τὸ δὲ τοῦ βολβοῦ] Locum hunc de bulbi semine integrum esse equidem non puto: nihil enim traditur, quod ad explicandam quaestionem pertineat. Gaza διάφορον μεγέθει vertit *magnitudine differt:* videtur διαφέρον legisse scriptum. Sed dubito, cum antecedente comparetur semen, an significetur, semina bulbi esse magnitudine diversa, maiora et minora: haec, utpote minus perfecta, simul cum maioribus non germinare. Sed usitatius est διάφορον μ. *magnitudine eximium.*

Εἰ οὖν — τῶν σπερμάτων, ὥστε] Ald. Basil. *δὲ σπερμάτων τε ὥστε*. Correxit Scaliger. *δὲ τῶν σπερμάτων* Vinar. habet. *εἰ δ' οὖν — ὥσπερ πολλοῖς* Med. unde *εἰ δ' οὖν* assumsi.

διὸ καὶ αὕτη — πίστις] Gaza: *quamobrem id quoque fidem aliquam possit afferre:* unde vulgatum *αὐτὴ* cum Scaligero correxi.

κατὰ τὴν πρόσφυσιν] *Sed quod pleraque etiam plantae annexa perficiantur — valeant pullulare, ratio haec non vacat obiectione prorsus* Gaza. *πρόσφυσιν* Scaliger hic interpretatur *exitum plantae de semine.* Sed haec est *ἔκφυσις*. Recte Gaza, qui pro *τινὰ* scriptum legit *τὰ πολλά*.

9. *καὶ τῶν περὶ τὰ σπέρματα*] A. B. Med. *τοῦ παρά*. Margo Basil. nostrum dedit e versione Gazae: *longe iis, quae de seminibus ac fructibus quaerimus, maius nec eidem subditum rationi. τῶν* pro *τοῦ* habet etiam Vinar. Scaliger *τῶν παρὰ* malebat: idem deinceps vulgatum *ὑποπίπτοντα* e versione Gazae correxit, consentiente Vinar. libro.

παρόμοιον — τῷ λωτῷ] Quae sit haec lotus arbor, nondum explicatum legi, nec eius nec huius loci meminit Sprengelius in Historia rei herbariae, nec in Antiquit. botanicis p. 49. seqq. quin is locum nostrum de herba loto etiam omisit, qui notam non contemnendam seminis et generis habet. Dalecampius annotavit, Conr. Gesnerum ex nostri historia *κυάμῳ* pro *λωτῷ* scriptum maluisse. Cf. ad histor. 4, 2, 5.

καὶ τὸ περὶ τὸν τιθύμαλλον καὶ τὸ περὶ τὸν μυρτίτην] Gaza: *quodque de lactaria et myrtaria cognominata proditum est.* Scaliger verba *καὶ τὸ περὶ* altero loco male repetita et delenda esse censuit: et recte quidem. Ita etiam cum Conr. Gesnero Dalecampius. Noster enim in historia 9, 12. de myrtite ita: *ταῦτα δ' οὐχ ἅμα φέρει τὸν καρπὸν, ἀλλὰ παρ' ἔτος.* quod repetiit Dioscorides 4, 165. et Plinius 26. s. 40. Ille *μυρσινίτην* vocat, quem non recte a Theophrasteo diversum facit Sprengel Histor. herb. rei p. 176.

ἐξ ἑκατέρων τῶν βλαστῶν] Omisit haec Gaza Heinsianus, sed Bas. ita habet: *quippe utramque non simul omnibus ramulis sed alternatim fructificare confirmant.* Is igitur *οὐχ ἐξ ἁπάντων τῶν βλαστῶν* scriptum legisse videtur. Scaliger *tam hornis quam vetustioribus* interpretatur. *παρ' ἔτος φέρειν* paulo antea cum Conr. Gesnero maluit Dalecampius.

ὥστ᾽ ἀνάγκη — ποιεῖν] Gaza: *quapropter virium partionem in radicibus fieri necesse est.*

AD CAPVT VII. (VVLGO VIII.)

καὶ τὰ ὅμοια προτερεῖ] A. B. Med. προῤῥεῖ. *maturè seruntur* G. unde Scaliger πρωῒ scribi voluit: verum ita verbum σπείρεται etiam additum oportuit. Equidem πρωϊσπορεῖται dedi, e quo ad sequens πρὸς τὸ ἔαρ repeti debet simplex σπείρεται. Statim sect. 2. sequitur: τὸν δὲ κύαμον πρωϊσποροῦσιν, ὥσπερ εἴρηται: ubi hic locus respicitur. Deinceps χεδροπὰ δὲ πρὸς Med. habet.

Τοῦτο γὰρ ποιοῦσι — πρὸς τὸ μονόκωλα γίνεσθαι, τῆς ἀναφορᾶς εὐθὺς ἄνω γινομένης] *Ratio, quod frumenta non protinus sursum contendant, sed ante radices plene concipiant, ut se culmo simplice attollere possint* Gaza, qui negatione addita scriptum οὐκ εὐθὺς legit, ut est in Vinar. Contra vulgatam Scaliger interpretatur: *alioqui statim attolluntur et nihil aliud quam stipula sunt.* qui sensus in verbis graecis non inest, nec ulla vi potest inde extorqueri. Varietatem scripturae in versione Gazae agnosco; nec minus manifestum mihi vestigium videre videor vitii in scriptura vulgata: quod ut plane exquiratur, vocabuli μονόκωλα vim prius exquiramus. Gaza pro μονόκαυλα accepit. Sed supra ad c. pl. 2, 15, 5. vidimus opponi μονόκωλος et παραβλαστάνουσα ἄπιος. Est igitur planta ea, quae in ramos (ἀποφύσεις) non spargitur, sed simplex et caule recto et indiviso surgit, μονόκωλος et ἀπαράβλαστος, veluti palma inter arbores. Eadem est natura frumentorum, ut tradit hist. pl. 8, 2. τὰ δὲ σιτηρὰ πολύῤῥιζα· πολλοὺς γὰρ ἀνίησι βλαστούς· ἀπαράβλαστοι δὲ οὗτοι, πλὴν εἴ τι γένος πυρῶν τοιοῦτον, οὓς καλοῦσι σιτανίας καὶ κριθανίας. ubi male Gaza vertit: *multa quidem effundunt germina, sed quae regerminare omnino nequeant.* Infra c. pl. 4, 10, 3. ὁ μὲν χειμοσπορούμενος πυρὸς πολύῤῥιζος ὢν, καὶ ἐνταῦθα (in radices) πρῶτον ἀποδοὺς τὴν δύναμιν, ἀποδίδωσι πλῆθος καλάμου· καὶ γὰρ πολυκάλαμος. Ὁ δὲ τρίμηνος ὀλιγόῤῥιζος καὶ ὀλιγοκάλαμος, διότι τήν τε ἀναφορὰν εὐθὺς ἄνω ποιεῖται, καὶ τὴν τελείωσιν ταχεῖαν. Ita apparet, scripturam vulgatam esse vitiosam, et negationem, quam Gaza reddidit, esse inserendam post verba πρὸς τό: quod feci. Alterum vitium est in vocabulo μονόκωλα. Fruticosa enim paucissima sunt genera frumentorum: sed πολυκάλαμα vel πολύκαυλα hiberna fiunt:

contra trimestria ὀλιγόκαυλα vel ὀλιγοκάλαμα. Igitur scribendum μονόκαυλα videtur, quod Med. dedit. Confirmat emendationem quod sequitur: ὥστε πολλὰς ἀρχὰς λαμβάνειν τῆς βλάστης. quae pessime G. vertit: *ita ut multas fibrarum origines concipiant.* Atqui hieme ῥιζοῦνται, radices creant; ideone, ut multas fibrarum origines in radicibus concipiant? Minime: sed potius, ut multa germinum initia adsint, unde calami plures possint exire. Denique causalis γὰρ initio huius membri locum non habet: causa enim non redditur, sed narratur, quid fiat: factique causa deinceps subditur. Quare δὲ scribendum censeo.

2. τὸ γὰρ πολὺ — ἐν τῷ ἀέρι] Gaza: *natura enim eorum admodum familiaris est aeri.* Cum frumenta in terra diutius morentur, ibique radices magnas creent, videntur omnino maius a terra capere incrementum: contra legumina, quae brevissimum tempus in terra morantur, radicibus singularibus nituntur et maius incrementum supra terram in ramos dispersa capiunt. Paulo antea καὶ εὔθετην ὁρμὴν Med. habet.

δηλοῖ — διότι — θερμότητος] Aliter iunxit Gaza: *ratio, quia, quod durum natura et quasi incoctile est prorsus, id multum caloris desiderat: argumento nimia eius amaritudo est.* Paulo antea ἄπειστον pro ἄπεπτον habet Med.

δύναται κατεργασθῆναι] *macerari potest* Gaza male vertit. In tempore dubius haereo.

3. ἰσχυρότατον ἐκεῖνο] *validissimum quicquam* Gaza. In pronomine vitium est. Corporis aliquod nomen desidero, quod igne fortiore confici debet.

εὐθερμαντοτέρα — καθίησι τὴν ῥίζαν] Gaza: *nec alte abscondi vult, sed it per summa, ut frui calore amplius possit, atque sublime radices melius capit et germinat.* Heinsius fecit: *nec alte abscondi sed in terrae superficie appetit, ut frui calore amplius possit. Nam in alto radices melius capit et germinat.* Gaza omisit vocabulum ποτιμώτερος, quod Scaliger vitiosum esse monuit. ἑτοιμότερος coniecit Dalecampius. Deinceps καθίσῃ A. B. unde καθίησι fecit Heinsius, minime congruum antecedenti ἐκβλαστάνῃ. Debebat καθίῃ. Equidem non dubitavi ἐκβλαστάνει — καθίησι scribere. Med. ἐκβλαστάνει — καθίστησι habet. Vocabulum ποτιμώτερος aliis corrigendum relinquo: neque enim modus comparativus nec significatio huic loco convenit: quanquam πότιμον ἄμμον e Theophrasto memoratam ab H. Stephano videam.

4. Καὶ τὰ μὲν — γεωργικά] Scaliger novum hinc caput

exorditur. Deinceps τὰ δ' αὐτῆς edidit Heinsius, et versionem Gazae *naturae autem illa* corrupit scribendo *naturae autem illius tribuendum*.

παχέος καὶ πρὸς τῷ στάχυϊ προσπέφυκεν] *de crasso, quod spicae adhaeret* G., qui scriptum rectius legit ὃ vel ἢ καὶ πρὸς τῷ στ. πρ. ut sequitur ἀπὸ τοῦ λεπτοῦ, ὅθεν ὁ ἀθήρ. ubi A. B. Med. vitiosum ἀήρ e versione Gazae correxit Scaliger.

ὡς ἂν — τοῦ κάτω] *scilicet proportione alterum a superiore, alterum ab inferiori, cum radix et caulis ita maneant* Gaza obscure vertit.

καὶ γὰρ ὅθεν ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλός. οὕτω καὶ τὴν αἰτίαν] Ita Heinsiana scripsit et distinxit locum. A. B. Med. ὅθεν omittunt et habent ἡ ῥίζα καὶ ὁ καρπός. Correxit Scaliger, praeeunte Gaza. Heinsius nescio quo auctore ὅθεν inseruit, sententia contraria et falsa. Med. praeterea οὕτω τὴν omisso medio καὶ habet. Equidem locum obscurum ita corrigendum censeo, ut scribatur: ὡς ὂν ἑκάτερον ἀνάλογον, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἄνω τῷ καυλῷ, τὸ δ' ἀπὸ τοῦ κάτω τῇ ῥίζῃ· καὶ γὰρ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς οὕτω (πεφύκασι). Comparatio fit situs et loci, qua nititur analogia inter semen et ipsam plantam matrem a Theophrasto annotata. Sed in scriptura vulgari comparatio et proportio claudicat, vel potius mutila est altero membro. Neque enim dicitur, cui parti plantae pars superior et inferior seminis matri adhaerentis proportione respondeat: sed germinatio ipsa satis docet utriusque proportionem. Equidem sensum loci hunc esse non dubito, sed plura movere mutareve non sum ausus, praeter vulgatum ὡς ἂν, quod in ὡς ὂν converti.

5. δίθυρα ὄντα] A. B. Med. ἄθυρα. *quia bipartito et compactili clauduntur corpore* Gaza. *quia geminas habent pulpas* Scaliger, non rectius. δίθυρα dicuntur conchae bivalves: similiter semina leguminum, dum germinando dehiscunt, in duas veluti valvas discedunt, inter quas medium germen exit. Dum clausum manet semen, duplex eius natura non apparet. Columella 2, 11, 10. *Omne autem frumentum et hordeum, quicquid denique non duplici semine est, spicam a tertio ad quartum nodum emittit: — rursus, quae duplici semine sunt, ut faba, pisum, lenticula, diebus XL florent simulque grandescunt.* quem imitatus Palladius Maii c. 1. frumenta *seminis singularis* dixit.

ἀμφοῖν] Gaza: *ambarum partium.* nempe radicis et caulis. ἀρχὴν Med. omisit.

ὃ καὶ φαίνεται προσπεφυκὸς καὶ συνάπτεται] A. B. Med. συνάπτουσι. Gaza: *quod annexum velut extrinsecus cernitur, qua siliquae copulantur.* Scaliger: *agnatum — qua thecis haerent suis.* Is συνάπτουσιν interpretatur casum tertium participii. Gaza ᾗ καὶ συνάπτ. cum Med. rectius scriptum legit: sed Med. ἔξωθεν ᾗ καὶ omisso ὂν habet. h. pl. 8, 2, 1. καθ' ὃ καὶ ἡ πρόσφυσις αὐτῶν ἐστι πρὸς τὸν λοβὸν, ἐν ᾧ καὶ ἔχουσιν οἷον ἀρχήν τινα φανεράν· ἐπ' ἐνίων δὲ καὶ αἰδοιῶδες φαίνεται, καθάπερ τῶν κυάμων — θέρμων. Hoc generandi principium eminens et quasi annexum, quod in oculos incurrit in seminibus fabarum, dicit Theophrastus φαίνεσθαι προσπεφυκός: altero vero loco ἀρχὴν φανεράν: tertio loco h. pl. 8, 5, 4. est: καθάπερ ἀρχήν τινα τὰ μὲν προέχουσαν, ὥσπερ ὁ κύαμος καὶ ὁ ἐρέβινθος, τὰ δὲ καὶ ἔγκοιλον, ὥσπερ ὁ θέρμος. Verbum igitur προσπεφυκὸς refertur ad solum semen eiusque hilum, non ad plantam aut siliquam: alioqui tautologia existeret, cum sequatur καὶ προσάπτεται πρὸς τὸν λοβόν. Sed restituenda est Codd. scriptura συνάπτουσι, quanquam praecesserit τὰ χέδροπα ἔχει. Verum autem συνάπτειν sensu passivo passim adhibet Theophrastus.

τὴν ἐκ τοῦ ἄλλου μέρους] A. B. Med. τοῦ αὐτοῦ. Gaza: *ex altera parte secundum ut habeant principium.* unde Heinsius ἄλλου dedit, ego vero ἑτέρου. Scaliger μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ malebat. Ad δυνατὸν intellige ἔχειν αὐτά.

συνεχῆ — ὄντα] Med. ἄλλοις pro ἀλλήλοις habet. Videntur opponi iis quae sequuntur: πεφυκότων καθ' αὑτά, singulatim positorum et spicae adhaerentium. Gaza *quia distincta inhaereant* haec vertit, illa *continua inter se.* Sed si dicere volumus verum, semina leguminum intra siliquam singula siliquae adhaerent et καθ' ἑαυτά, ut semina frumentorum spicae. Continua facit communis siliqua, quae omnia circumdat; contra frumentorum grana singula suas sibi volvas et glumas habent. Neque apparet causa in continuitate seminum, cur principia generandi duo locum habere non potuerint, ut in frumentorum granis. Deinde oppositum membrum habet semina recta vel ὥσπερ εὐθέα: quibus in antecedente oratione nihil respondet, cum tamen in rotunditate seminum causa inesse mihi videatur, cur principium generandi e duobus contractum unum in locum et quasi medium inter duas valvas collocatum sit. Igitur vocabulum συνεχῆ suspectum habeo, locumque alius, περιφερῆ, occupasse coniicio: aut potius excidit περιφερῆ, et

συνεχῆ ἀλλήλοις ὄντα καὶ περιεχόμενα τῷ λοβῷ tam arcte sibi iuncta cohaerent, ut quasi unam sententiam efficiant: at sequens καθ' ἑαυτὰ pertinet non solum ad πεφυκότων, sed ad περιεχομένων etiam.

6. ὥστε τούτων] A. B. Med. τοῦτο, et deinceps A. B. οἰκότως: correxit Heinsius, praeeunte Gaza.

καθ' αὑτὰ — περιεχομένων] E versione Gazae *et tegimine communi nullo contineantur* Scaliger negationem μὴ inseri voluit: sed tum plura fuissent addenda. Contra in vulgata nihil mutandum. Singula per se et adhaerent spicae et suo sibi tegmine circumdantur, non communi aliquo, ut semina leguminum siliqua omnia continentur.

ἀρχῆς ἀμφοτέρας] *ut ab uno quidem initio uterque ortus incipiat* Gaza, ἐκφύσεις ἀμφοτέρας intelligens, quae latent in illo, ἐχώρισε τὴν ἔκφυσιν.

συνεχοῦς δέ τινος οὔσης καὶ διηκούσης] *sed continuo quodam ac transscendente ad utrumque extremum* Gaza. Vulgata sensum contrarium et absurdum fundit. ἀρχὴ enim μία utriusque ἐκφύσεως et separata non fit germinando continua et ab uno extremo ad alterum transcurrit, sed manet eodem in loco: sed ipsa ἔκφυσις procedente germinatione continua fit ita, ut ab altero extremo pertingat ad alterum. Hoc idem in hist. pl. significatur verbis: ἓν δέ τι καὶ συνεχὲς γίνεται ἐξ ἀμφοῖν τῆς τε ῥίζης καὶ τοῦ καυλοῦ. Igitur in verbis inest vitium et scribendum συνεχεῖς δέ τινας οὔσας καὶ διηκούσας: quod feci.

ὥσπερ καὶ — διατείνουσα καὶ κατὰ τὴν ἐντομὴν] *quod* (principium) *etiam in germinatione perspicitur porrigens se per incisuram frumenti* Gaza, qui ἥπερ rectius scriptum legit et omissa, ut in Med., copula inutili διατείνουσα κατὰ τὴν ἐντομήν. Scaliger ita ad h. l.: ὥσπερ, *ac si dixisset* ὅπερ. *Est in frumentorum dorso sessilis sectura quaedam. Hanc vocat* ἐντομήν. *Adeo igitur prudenter partiri exitus, hac quidem radicis, illac scapi, ut ne per fissuram quidem illam dignetur egressionem.* Quae quidem non satis intelligo. Sulcus ille conspicitur non in dorso grani convexo, sed in concavo veluti ventre. Germen, βλαστὸς, folium et caulem emittens, non emicat per medium illum sulcum, sed in contraria parte per medium dorsum grani producitur, et supra emicat, ita ut germen ipsum in opposita parte radici videatur enasci. Ita factum est, ut Theophrastus ἀμφοτέρας τὰς ἐκφύσεις, alteram nempe radicis, alteram caulis, in contrariis extremis partibus collocarit, quanquam ex uno eodemque initio egressae fuerint.

M. Cagnatus Observat. var. 1, 11. post annotatam Plinii variationem monuit, Theophrastum videri falsum eo, quod Graeci fortasse triticum, sicut nostri hordeum, avenam et similia, gluma non detracta sererent. In his enim, quae cum folliculis suis serantur, licet ex eadem parte radix et folium exeant, tamen folium in cacumine tantum sese, exteriora tantum intuenti, prodere, ac quasi granum permeare videri. Copiose haec vir doctus exsequitur, sed non explicat verba *διατείνουσα καὶ κατὰ τὴν ἐντομὴν*, quae grano cum folliculo sato non magis sunt propria, quam nudo; nisi voluit haec interpretari verbis istis: *quasi granum permeare videtur*. Equidem Theophrasti errorem nullum agnosco, qui in re omnium oculis exposita satis esset pudendus. Sed erroris suspicionem fecit et mihi ab initio et multis aliis falsa Gazae versio, qui *κατὰ τὴν ἐντομὴν per incisuram frumenti* vertit, cum deberet *secundum* vel *contra in incisuram in opposita parte dorsi*. quod, nisi lectori ex autopsia notum, apparebit inspicienti Gaertneri nostri picturas et descriptionem.

7. *τὴν τῆς ῥίζης ἔκφυσιν*] A. B. Med. *φύσιν*. *ut radicis exortus et nexus seu ligamen, quo vel spicae vel siliquae adhaerent, ex eodem sint, quo utrique alimenta subministrantur* G. Transposuit igitur membra orationis.

καὶ τὴν ἐν τῷ στάχυϊ — ἀφ' ὧν] Ad hist. pl. 8, 2, 2. monui, *κατὰ τὴν — ἀφ' οὗ ἀμφοτέρων* scribendum esse: quod feci.

τοῦ μὲν γὰρ βαλσάμου καὶ τῆς πρώτης βλάστης ἡ ῥίζα, τῶν καρπῶν δὲ πρόσφυσις — στάχυν. καὶ τὰ μὲν] Ita Heinsiana. A. B. Med. *γὰρ* omittunt, deinceps *δὲ* ante *ἡ πρόςφυσις*, ubi Heinsius articulum *ἡ* omisit. Sed idem verba post *στάχυν* addita in A. B. Med., *Πίπτει δὲ τῶν καρυωδῶν καὶ βαλανωδῶν*, quae Gaza tanquam manca et vitiosa praeteriit, flagitiose omisit. Denique vitiosum *βαλσάμου* reliquit, cum particulam *γὰρ* adderet e versione G. *quippe culmo et primo germini radix alimentum dispensat, fructibus vero nexus; qui vel siliquae vel spicae semen coniungit.* Legit igitur G. scriptum: *τῷ μὲν γὰρ καλάμῳ καὶ τῇ πρώτῃ βλάστῃ ἡ ῥίζα, τῷ δὲ καρπῷ ἡ πρόσφυσις ἥ τε — διαδίδωσι τὴν τροφήν*. Verum *καλάμου* commendavit iam olim margo B. et Scaliger, habet Vinar. Denique quod attinet verba ad Heinsio omissa, recte Scaliger monuit: *Verba corrupta sunt: sensus autem hic, non esse hanc rationem in glandibus et nucibus. Avellana et amygdalum et glans et castanea aversa haec omnia capiunt a matrice cibum. Mucro enim*

ille artrorsum. In pomis autem semina suis mucronibus spectant petiolum. Cf. dicta ad hist. pl. 8, 2, 2.

AD CAPVT VIII. (VVLGO IX.)

Τὴν δὲ ταχυβλαστίαν — ἀποδοίη τις — ἀλλ' ἀμφοῖν τούτοιν αἰτιάσαιτό τις] Heinsius, qui deinceps αἰτιάσαιτό τις dedit, ubi A. B. Med. τις non habent, rectius hic particulam ἂν inseruisset. Sed quaenam sunt ista ambo, ἀμφοῖν τούτοιν, *eius utriusque conditionis?* Sola ταχυβλαστία apparet. Deesse τὴν εὐβλαστίαν videtur: sequitur enim: καὶ τὴν ἔκφυσιν δὲ τὴν πρώτην ῥᾴω καὶ θάττω ποιεῖσθαι.

τῆς πολυκαρπίας — τὴν αὐτὴν ἢ παραπλησίαν] *forsitan eandem vel certe proximam rationem reddere iustum est* Gaza plenius vertit: in graeco enim textu deest αἰτίαν ἀποδιδοίη τις ἄν. Pro ἐκτελεοῦν A. B. ἐκτελοῦν habent.

μὴ καρπίζεσθαι — νεὸν ποιεῖν] Heinsiana νέον dedit. νειὸν Med. Gaza verba ἀλλὰ — ποιεῖν omisit. Scaliger *non solum non defraudare succo terram, sed etiam novam facere* interpretatur. Deinceps ὥσθ' ἁπλῶς Med. habet.

2. ὡς ἅμα καὶ πλεῖον φέρειν] Ita Heinsiana. φορεῖν Vinar. Verbum omittunt A. B. Med. Pro ὡς praeeunte Gaza ὥστε dedi. Deinceps ῥᾷον Med. habet.

διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ περιέχοντος] *tegminis ambientis firmitate* Gaza. Deinceps ἐκφυσήσῃ solenni varietate A. B. Med. pro ἐφύσῃ. E versione G. correxit Scaliger.

ὁμολογούμενα] *ad moram concoctionis — in confesso sunt* Gaza. Graeca explicui ad histor. 8, 4, 5.

γλισχρότης — γλίσχρα καὶ καθαρὰ] *lentitia fructus — lenta et pura* Gaza. Lentoris argumentum posuit Scaliger gluten, quod e farina triticea fit. Sed quid καθαρὰ significat in fructibus? Haesit etiam Scaliger in vocabulo, et coniecit, esse purificata, id est diutius elaborata. Nam legumina, inquit, triticeis magis esse excrementosa. Cf.: cap. sequ. sect. 3. et c. 11, 3. Mihi videntur esse et dici καθαρὰ, quae minus habent admistum terrestris materiae. His enim deinceps opponuntur καρποὶ γεωδέστεροι. cap. 11, 3. hieme satum triticum τροφὴν πλείω καὶ θολερωτέραν ἕλκειν dicitur.

ὀψιέστεροι] Scaliger aut ὀψιαίτεροι aut ὀψιώτεροι scribi voluit. Prius usui Theophrasteo convenientius est. deinceps ὀλιγοχουστότεροι Med. habet.

πολλαὶ κατὰ βάθους οὖσαι] *quia multae sunt atque altae* Gaza. igitur πολλαὶ καὶ κατὰ β. rectius scriptum legit, ut est in Mediceo. Praeterea ἰοῦσαι sensus postulabat. βάθος habet Med.

3. καρπίζονται μᾶλλον οὐχ ὥσπερ] Gaza: *vim terrae magis consumunt. Legumina contra, quia fructu terrestriori — et raro seruntur — et solum consumunt et citatius proinde excoquunt.* ubi Basil. *minus consumunt* habet: sed Scaliger etiam posuit, negationem a Gaza omissam esse. In graecis Med. τῶν τε habet: post χεδρόπων intelligitur αἱ ῥίζαι: sed sequentia pendent, nisi ὧν addas. Deinceps ante ἡ σπορὰ μανὴ cum Gaza copulam inserui.

4. Πάντα δὲ ταῦτα — κουφότητα τῆς γῆς· καὶ τὸ μὴ ὁμοίως καρπίζεσθαι πρὸς ταχύτητα πέψεως] A. B. πάντων γὰρ ταῦτα — τὸ ὁμοίως. Equidem cum Scaligero πάντα γὰρ scripsi. idem deinceps negationem addi voluit: quod feci. κουφότης τῆς γῆς, a Gaza omissa, sensu dicitur rariore, cum terra fructu graviore non exsugitur, sed potius allevatur et novum accipit robur. Sed in vulgata scriptura et distinctione dicitur haec leguminum natura, quod terram non exsugunt, conferre ad celerem fructuum maturitatem. Quae non sunt inter se apta et nexa natura sua, sed celeritas maturitatis ab alia pendet causa. Gaza copula interserta haec cum antecedentibus coniunxit: quo facto verba καὶ τὸ μὴ ὁμοίως καρπίζεσθαι apparent esse velut interpretatio antecedentis membri, καὶ πρὸς κουφότητα τῆς γῆς. Gaza duce copulam ipse etiam cum Scaligero addidi.

ἐπεὶ ὧν τε — καρποὶ ξυλώδεις· ταχὺ δέ τινα ἐκκαρπίζεται ἐδάφη] Ita Heinsiana, quae τινα inseruit, et articulum τὰ ante ἐδάφη omisit. Pro ὧν τε iam olim Scaliger ὧν γε scribi iussit. Sed haec leviora. Maius est, quod idem Scaliger annotavit, sententiam ipsam veritati adversari, superioribusque contrariam ad rem non pertinere. Scilicet etiam Gaza vulgatam scripturam et distinctionem secutus vertit: *nam quibus radix numerosior altaque est, iis fructus lignosi consistunt* (*sunt* fecit Heinsius). *Brevi agrum emacrat cicer.* In his sane nulla est sententiarum coniunctio cum antecedentibus:, sed vitio distinctionis laborat locus, praetereaque δὲ in δὴ mutandum. Itaque locus ita olim scriptus esse videtur: ἐπεὶ ὧν γε — καρποὶ ξυλώδεις, ταχὺ δὴ ἐκκαρπίζεται τὰ ἐδάφη, καθάπερ ὁ ἐρέβινθος. Locus geminus est in hist. pl. 8, 7, 2. τοῦ δὲ ἐρεβίνθου πρὸς τὰ ἄλλα χέδροπα [ἴδιον] — καὶ τὸ τάχιστα τελειοκαρπεῖν

ἰσχυρότατον ὂν καὶ ξυλωδέστατον, καὶ τὸ ὅλον μὴ ποιεῖν νειόν· τήν γε πόαν ἐξαπόλλυσι, μάλιστα δὲ καὶ τάχιστα τὸν τρίβολον. Ὅλως δὲ οὐδὲ ἡ τυχοῦσα δύναται φέρειν αὐτὸν, ἀλλὰ μελάγγειόν τινα δεῖ καὶ πίειραν εἶναι. ubi vides plantam ipsam dici ξυλωδέστατον, non fructus. Quare, cum in fructu cum ceteris leguminibus comparato nihil praecipue lignosi conspiciatur, cum Linkkio non καρποὶ, sed καυλοὶ olim scriptum fuisse censeo: idque interim posui.

οὐ ποιεῖ νεὸν] *novale non facit* Gaza. Heinsius νέον dedit cum Ald. Bas. Deinceps τυχούσης ὥρας A. B. Med. correxit Scaliger, consentiente ipso Theophrasto in loco hist. antea posito. μόνον Med. habet.

4. τῶν τε ἄλλων κρατεῖν] Verba antecedentia δι' ἣν Med. omisit. *et cetera superare et se tam cito possit perficere* Gaza. Scaliger, sequens πρὸς τοῦτο διαρκεῖν referens ad ταχυβλαστίαν, pro ἄλλων scribi voluit ἁλῶν, ita annotans; εἰ μὴ ἄρα. *Moderatur huic sententiae. Extrinsecus enim fortassis ei afferri momenta virium a sale, quod admisceri dixit alibi ad irrigationem. Quam ob rem supra scribendum est τῶν ἁλῶν, non autem τῶν ἄλλων. Nam quae sunt illa alia? quicum luctatur cicer. At cicer non pugnat cum aliis leguminibus, ut ipsorum sit compos. Ubi deprehendas mirum mortalem. Iam enim robustum dicebat adeo, ut etiam salis vim conficere posset in suas rationes: nunc a salis vi robustam deducit naturam illam.* Cum emendatio viri egregii habeat in se, quod pugnare videatur cum cetera disputatione, neque praeterea satis appareat, quo pertineat membrum καὶ πρὸς τοῦτο διαρκεῖν, non sum ausus auctoritatem eius sequi. Suspicor tamen, postrema verba ad celerem fructuum maturationem referenda esse.

αὐτὸς αὑτὸν] *se ipsum plene enutrit* Gaza, radicibus nempe alte in terram demersis.

Φαίνεται δὲ συνεργεῖν] Recte Scaliger γοῦν scribi voluit. Sequentia Heinsius ita depravavit: ὅτι μὴ καταπλυνθεὶς τῇ ἅλμῃ, et versionem Gazae, *et quod abluta salsugine perit atque vermiculatur*, similiter corrupit.

δι' ἣν δὴ αἰτίαν μόνον, τοῦτο σκεπτέον] *Sed qua de causa in hoc solo ita eveniat, quaerendum* Gaza: igitur μόνῳ τούτῳ συμβαίνει, σκεπτέον rectius scriptum legit: unde solum τοῦτο superest, quod male copulatum fuit cum verbo sequente σκεπτέον, quod solum per se ponere Theophrastus solet.

τοιαῦταί τινες αἰτίαι] Graece rectius addito articulo αἱ dicitur.

6. ἀποφύονται] *enascuntur* Gaza. Hist. pl. 8, 7, 5. est: φύεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν πυρὸς καὶ κριθὴ πολλαχοῦ τῷ ὑστέρῳ ἔτει· αὐτοετὴς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς κρίσιν (A. B. Med. κράσιν) κειρομένων, ἑτέρου καλάμου παραβλαστάνοντος. Scaliger hic maluit κράσιν Codicum in κάρσιν mutatum. Gaza vertit: *quin et anno primo haec praetonsa regerminant.* Praeterea A. B. Med. αὐτοετεῖς habent, quod in αὐτοετὴς fortasse ex altero loco mutatum velis. Ceterum ἀποφύεται videtur aptius esse, et significare *regerminare*, ut ἀπὸ restitutionem vel iterationem significat in verbis ἀποδιδόναι, αποκαθιστάναι et pluribus aliis. Denique copulam καὶ ante ἀπὸ tanquam inutilem seclusi.

ὑπέστη πλῆθος] *radicis copiam vimque obtinent* Gaza. Equidem non dubitavi ὕπεστι scribere. δύναμις est vis regerminandi.

μονόῤῥιζα καὶ ξυλώδη] Ad solas radices pertinere vocem postremam, vel sequens καὶ ἐπιπολῆς docere potest. h. pl. 8, 2, 3. ῥίζαν δὲ ἔχει τὰ μὲν χέδροπα πάντα ξυλώδη καὶ μίαν· ἀπὸ δὲ ταύτης καὶ ἀποφύσεις λεπταί· βαθυῤῥιζότατον δὲ τούτων ὁ ἐρέβινθος· ἐνιότε δὲ καὶ παρακαθίησιν· ἀλλ' ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθὴ καὶ τὰ ἄλλα σιτώδη πολύῤῥιζα καὶ λεπτόῤῥιζα. Supra c. 7, 2. τὰ δὲ χέδροπα μονόῤῥιζά τε καὶ ἰσχυρόῤῥιζα. unde apparet, quid ξυλώδη significet. Superest difficultas in voce ἐπιπολῆς, quae hic et supra addita reperitur: contra tritici et hordei radices πολλαὶ καὶ κατὰ βάθους οὖσαι dicuntur: quod quomodo cum rerum natura conciliari possit, nondum cum Linckio excogitavi. Plerumque enim frumentorum radices multae terram crate cancellant, sed altae non demerguntur: contra radix leguminum unica et crassa et fere lignosa alte demissa appendices hinc inde tenues infra superficiem terrae emittit.

εἶναι δῆλον ἐξ ἁπάντων] *ut nihil perspici possit: restibilia tamen efficiuntur. Omnibus tamen his exigua spica — utpote quae secunda emerserit* Gaza: sed Heinsius fecit *quae tamen regerminant.* Basileensis post δῆλον apposuit asteriscum. Sed nihil deesse, docebit comparatio loci gemini historiae pl. 8, 7, 5. ubi eadem sunt verba.

AD CAPVT IX. (VVLGO X.)

βραδύτερα τὰ χέδροπα] *difficiliora in cibo* Gaza. Vitium apertum correxi ex hist. pl. 8, 3. ἰσχυρότερα δὲ πρὸς

μὲν τὸν χειμῶνα καὶ ὅλως τὰ τοῦ ἀέρος τὰ σιτηρά, πρὸς δὲ τὴν τροφὴν τὰ χέδροπα. Τάχα δὲ τοῦτό γε ἡμῖν ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνάπαλιν. Infra sect. 4. *πρὸς βαρύτητα καὶ κουφότητα τροφῆς καὶ ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις.* Sequens etiam *κουφόταται* et *κουφόταιοι* flagitabat emendationem a me positam.

τὴν αἰτίαν ζητητέον. δοκεῖ δὲ καὶ] *Sed cur in cibo — causa explicanda est. Id ipsum enim ad facilitatem ac levitatem non parum quoque referre videtur* Gaza. unde graeca supplevit Heinsius insertis tribus prioribus verbis, quae reieci. Apodosis enim post longiorem parenthesin sequitur demum in verbis *πρὸς δὲ ταύτας τὰς ἀπορίας.* Similis est ratio infra c. 12.

πυρῶν οἱ τρίμηνοι — καὶ τῶν κριθῶν] hordeum trimestre hoc uno in loco commemoratum puto, et infra c. 11, 1. Deinceps vulgatum *ὑπάρχοιτο;* e Med. auxi.

βραχύτητα τοῦ χρόνου] Vitiosum *βραδυτῆτα* Ald. Bas. praeeunte Gaza margo Bas. et Scaliger correxit.

τοῖς δὲ ἄλλοις ζώοις, ἃ προσφιλῆ καὶ ἀλυπῆ ἐκείνοις, ταῦτα χαλεπώτατα ἡμῖν. καὶ πάλιν, ἃ ἡμῖν συνκατέργαστα, ταῦτ' ἐκείνοις χαλεπώτατα, καίπερ — ουσι. πολλὰ γὰρ] A. B. Med. *καὶ προσφιλῆ καὶ ἄλυπα* (Med. *ἄλ. ταῦτ' ἐκείνοις*) — *καὶ χαλεπώτατα μᾶλλον· καὶ πάλιν. Ac caeteris animalibus et grata et facillima ista sunt: contra vero, quae nobis facilia, haec illis difficillima quanquam validioribus* G. qui verba *ἐκείνοις χαλεπώτατα μᾶλλον* omisit, quae Scaliger tanquam aliena et e sequentibus a librario huc intrusa deleta voluit. Heinsius quomodo mutarit, praescripta verba docent. Consecutio sententiarum et structura verborum praecedentium, *εἶναι βαρύτερα τὰ χέδροπα — ἡμῖν.* flagitat, ut in altero membro respondeant haec: *τοῖς δὲ ἄλλοις ζώοις καὶ προσφιλῆ καὶ ἄλυπα· καὶ πάλιν ἃ ἡμῖν,* reiectis iis verbis, quae abundant et turbant seriem orationis, ideo a me seclusa.

καίτοι — ἔχουσι] Ad triticum et trimestre et universum genus cum hordeo comparatum recte retulit Gaza.

2. *πρὸς δὲ ταύτας*] *Igitur ad has quaestiones et si qua eiusmodi alia sit* G. *δὲ* positum, ubi alibi *δὴ* reperitur in apodosi.

οὐ πᾶσι ταῦτα πρόσφορα] E versione G. *ταὐτὰ* scripsi cum Vinar. Deinceps verba *ἐκ πλείστης δ' ἀποφάσεως* Gaza vertit: *tum omnium ferme consensu in cervis patescit, qui viperas edunt.* Heinsius post *ἐλάφους* inseruit *δῆλα,* ut verborum structuram laborantem expediret. *Ἀπόφασις* est a

verbo ἀπόφημι, non ab ἀποφαίνομαι. Scaliger *asseveratio* interpretatur. Sed hoc erat ἀποφάνσεως, quod e Vinar. dedi. Praeterea articulum τὰ ante περὶ τὰς ἐλάφους seclusi, ut verba ἐκ πλείστης δὲ — τῶν γε γνωρίμων περὶ τὰς ἐλ. superioribus ὅπερ ἐν πολλοῖς μὲν φανερὸν respondeant. Heinsiano supplemento ita facile caremus.

ὄφεις ὑπὸ τῶν σκορπίων] quod alibi relatum legere non memini.

3. τῶν ἄλλων] nempe ζώων, quod Gaza vertendo reddidit. ἐκείνην, nempe τὴν γεωδεστέραν, frumentorum hibernorum, quae diutius in terra commorata terreste alimentum copiosius assumserunt.

τὴν δ' ἀλλοτριωτέραν εἶναι καὶ ἀπρόσφορον] Ita A. B. Med. nisi quod δὲ assumtum est e margine Basil. Gaza vertit: *purus autem ille alienus atque incommodus sit, disrumpanturque, si ex* et cet. Videtur igitur scriptum legisse: τὴν δὲ καθαρὰν ἀλλοτριωτέραν εἶναι καὶ ἀπρόσφορον. uti capitis antecedentis sect. 3. γλίσχρα καὶ καθαρὰ semina triticea dixerat, opposita γεωδεστέροις. Heinsius et verba graeca corrupit scribendo τὴν ἀλλοτρ. ἡμῖν καὶ ἀπρ., et versionem interpolavit ita: *talis potius competat, nobis autem ille alienus atque incommodus sit. Disrumpuntur enim, si ex* et cet. Ceterum cur non προσενεγκάμενα dixerit, non video, nisi ad verbum ῥήγνυσθαι olim fuit additum nomen aliquod, quo ventriculus aut intestina significarentur.

τοῖς ἔχουσιν ἐχῖνον] i. e. ruminantibus, quorum est ἐχῖνος in historia animalium magistri explicatus.

ὠμὸς ὤν] non coctus, neque in farinam et panis formam fermentatione et coctione redactus. φυρῶδες Med. habet pro φυσῶδες.

ἔτι δὲ ἧττον προσφιλὲς τὸ ἄχυρον] *multoque fastidiosior eius palea est* G. Sed vocabulum προσφιλὲς vitiosum esse videtur: neque enim de voluptate aut fastidio loquitur Theophrastus, sed de noxa. Margo Basil. scribi voluit ἔτι δὲ μᾶλλον προσφιλὲς, Scaliger ἔτι δ' οὐχ ἧττον προσφιλές. idem Gazam reprehendit, quod ἄχυρον non sit *palea*, sed *acus*. De suavitate cibi infra est c. 13, 5. γλυκύτερον γὰρ ὁ πυρὸς κριθῆς· διὸ καὶ τὸ ἄχυρον ἥδιον. Sed iterum dico, non de cibi iucunditate nunc agi, sed de noxia e frumentis eorumque paleis in cibo animalium capta. Columella 3, 3, 3. *minus commode tuemur armentum paleis. — eae probantur maxime e milio, tum ex ordeo, mox etiam ex tritico.* Tertio igitur loco numerat cibum e paleis triticeis,

tanquam minus commodis, quam sunt hordeaceae et miliaceae. Geoponica 17, 12, 1. boum pinguefactionem exordiuntur paleis et furfuribus triticeis mixtis. Loci vitium qua ratione tolli possit, non intelligo, praeterquam si προσφιλὲς in πρόςφορον mutetur. Med. vocabulum id plane omisit.

ταράττει πλῆθος λαμβάνοντα] *tamen immodice sumta perturbant atque fastidium inferunt* Gaza. Postrema in graecis non insunt. Cibi ipsi εἰς πλῆθος λαμβάνειν dici commode non posse videntur: igitur addito articulo τὰ πλ. λάμβ. dici puto ipsa animalia immodice ingerentia cibum. Infra c. 10, 7. τὸ παρὰ φύσιν ἐγένετο κατὰ φύσιν, ὅταν χρονισθῇ καὶ λάβῃ πλῆθος, cum res eadem diu et saepius repetita fuerit.

4. Διὰ δὲ ταύτας τὰς αἰτίας — οὐκ ἀλόγως μὲν ἔχει, δοκεῖ δὲ] *Haec igitur quanquam diversa appareant, ratione tamen non carent* G. diversam secutus scripturam, talem fere: Διὰ δὴ ταύτας — ἔχει ταῦτα, δοκεῖ δὲ παραλλάττοντα vel παραλλάττειν. Verum praeter δὴ, quod habet Med., et additum ταῦτα nihil mutandum. τῇ παραλλαγῇ diversitatem naturae animalium et hominis significat, quae facit, ut effectus in utroque genere comparatus diversus ἀλόγως ἔχειν videatur. Ceterum verba ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, quae mox auctiora et suo loco repetuntur, ab hoc loco aliena esse censeo, ideoque seclusi. Mediceus propter aliam causam cum sequentibus οὐκ ἀλόγως — παραλλαγῇ omisit.

ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν τύπῳ] *Ad summam vero, ut formula dicam* Gaza: sed Heinsius fecit *ut breviter dicam*. Saltem καὶ τύπῳ fuisse videtur. h. pl. 3, 2, 4. ἐκεῖνο δ' ἀληθὲς, ὡς ἐν τύπῳ καὶ ἁπλῶς γε εἰπεῖν, ὅτι μᾶλλον ὀρεινὰ τὰ ἄγρια. ubi Gaza vertit: *ut nota absoluteque subsignemus.*

τοῖς καὶ φύσεως ἑκάστης οἰκείοις] Gaza brevius: *tam nobis quam ceteris cuiusque naturae:* omisit igitur vocabulum οἰκείοις, et scriptum legit ἄλλοις τοῖς φύσεως ἑκάστης. Equidem suspicor fuisse scriptum: τῆς καὶ φύσει ἑκάστων οἰκείας, aut: πλὴν τῆς φύσεως ἑκάστων οἰκείας. Priorem rationem praefero. φύσεως ἑκάστοις Med. habet.

εὐαίλων καὶ] Omisit haec Gaza. εὔπλων A. B. habent. correxit Scaliger. deinceps Med. τὰς μὲν γὰρ — κουφότητα — βραδύτερα.

5. τοῦ Ἀθήναζε καταπλέοντος] *quae Athenas vehuntur* Gaza. κἀπλέοντος mutilate Ald. Basil.

ἐν ταῖς ἱστορίαις] 8, 4, 6. ubi vide annotata. βαρύτατος τῶν εἰς τὴν Ἑλλάδα παραγινομένων ὁ Σικελικὸς ibi est.

καὶ τὰ ἄλλα δὲ τὰ τῶν καρπῶν] *et reliqui quoque fructus illius regionis tritico in gravitate respondent* Gaza. Videtur nomen *γένη* excidisse.

Πιεσάγγαις] Ita A. B. *ποιεσάγγαις* Med. *Piesangensis agri* G. *Πεσάγγαις* dedit Heinsius. In hist. 8, 4, 6. est *Πισσωτοῖς καλουμένοις*. Infra c. 12. *Ἐπισυνάγγαις*, et in margine Bas. *Αἰπυσυνάγγαις*. Deinceps Medicei *εἴπαμεν* praeferendum videtur.

κουφότατος καὶ σκληρότατος] h. pl. 8, 4, 6. distinguit: *εἰσὶ γὰρ οἱ μὲν σκληροὶ ἠρινοὶ, οἱ δὲ μαλακοὶ χειμερινοί.*

τελειοῦται τούτου] Vulgatum hoc correxi cum Scaligero. *τούτου* refertur ad *χρόνῳ*: malim tamen *τούτων*, nempe *τῶν τριμήνων*.

τοῦ γεώδους ἕλκοντες] *non multum terrae attrahunt* G. *succum trahunt minus terrestrem* rectius Scaliger. Cf. c. 12, 3. *πλείω τὴν τροφὴν ἕλκειν καὶ θολερωτέραν*. Mediceus *ἕλαν* mutilatum habet, sed alter plenum *ἕλαυνοντες*. deinceps *χρώμενοι καὶ κουφοτέραν*.

πρὸς τὸ μὴ χρονίζειν] *quo minus in terra semina maneant, ut si terrae iam turgescenti committantur* G. qui videtur scriptum legisse: *πρὸς τὸ μὴ χρονίζειν τὰ σπέρματα, οἷον εἰ εἰς ὀργῶσαν πίπτει τὴν γῆν.* Interim vulgatum *πίπτειν* correxi: malim tamen *ὅταν εἰς ὀργῶσαν πίπτῃ τὴν γῆν.*

ὥσπερ τὰ ἐπὶ τὸ ζέον ἐμβαλλόμενα τῶν ἑψομένων] *ut in iis, quae non frigidae sed ferventi aquae coquenda immittimus: nec enim illa morositatem ullam recipiunt* Gaza. *importunam duritiem μόλυνσιν* Scaliger interpretatur, addens, in libro de affectibus mistorum esse importunam cruditatem. Ceterum concinnitas orationis postulare videtur: *ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἑψομένων τῶν εἰς τὸ ζέον ἐμβαλλομένων.* Med. *οὐδὲ κἀκεῖνα — μόλυνσιν* habet.

Λῆμνον] A. B. Med. *λιμίον*. *in Lemno* G. unde verum posuit margo B. cum Vinar. *Λέμνον* dedit Heinsiana.

αὐτοῦ κατὰ λόγον αἰτιᾶσθαι] *causam seminis ipsius naturae tribuere decet* Gaza. Inusitatum mihi quidem accidit *κατὰ λόγον ἐστὶν αἰτιᾶσθαι*, consentaneum est causam adscribere. Semper alibi *κατὰ λόγον* est pro ratione, pro portione. Fortasse verbum *δεῖ* vel *χρὴ* excidit. Med. *κατάλλοι* habet.

AD CAPVT X. (VVLGO XI.)

ποιοῦνται τὰ χέδροπα] Articulum e Med. addidi. Deinceps A. B. Med. *τῶν μὲν σιτώδης τὸ ἄνθος*. Gaza: *quia*

flos frumenti imbecillior est: quem ducem secutus Heinsius dederat τῶν μὲν σιτωδῶν ἀσθενέστερον τὸ ἄνθος: cum Scaliger scribi iussisset ὅτι τὸ μὲν σιτῶδες ἀσθενές. Vinar. pro σιτῶδες dat ἀσθενέστερον.

τὰ μὲν οὐ δύναται] *pluviam nequeant tolerare* recte G. Deinceps ὀνήναται A. B. Med. In historia est: ὀσπρίοις δὲ ἀβλαβές, πλὴν ἐρεβίνθων. — κύαμος δὲ ἀνθῶν μάλιστα φιλεῖ βρέχεσθαι. De cicere infra c. 14. est: καὶ ὅσα δὴ τοῖς ὕδασιν ἢ τοῖς πνεύμασιν ἀπόλλυται τοῖς παρώροις, ὥσπερ ἐλέχθη περὶ ἐρεβίνθων τῶν ἀνθούντων. Columella 2, 10, 15. lentem in flore facile luxuria et humore corrumpi ait. et sect. 19. cicerculam raro respondere refert, quoniam nec siccitates nec austros in flore sustineat.

τάχα δὲ τοῦτό γε] Vulgatum τοῦτό τε cum Scaligero correxi. Sequens εὐτραφεῖ Gaza vertit *melius vegetetur*. H. Stephanus duobus e locis horum librorum apposuit εὐτραφής, quod comparavit cum οἰκοτραφής, σκιοτραφής: inde est εὐτραφέω, quod ex hoc uno loco posuit Stephanus. Ab εὔτροφος est εὐτροφέω, ut supra: ἐπὶ τῶν παχυνομένων καὶ εὐτροφουμένων. Sed infra l. 5. est κακοτροφήσαντα sensu passivo, ubi debebat esse κακοτραφήσαντα, a κακοτραφής. c. pl. 2, 8, 1. ἀὴρ εὐτροφώτατος sensu activo est. In Aristotele eadem est varietas scripturae. εὐτροφίαν editum in histor. anim. 7, 1, 5. optimus omnium Codex Venetus mutat in εὐτραφίαν: item h. a. 5, 8, 1. εὐτροφία est de part. anim. 4, 5. de generat. anim. 3, 11. 4, 6. hinc τοῖς εὐτροφοῦσι gener. anim. 4, 1. Contra εὐτραφέστερα σώματα h. a. 7, 1, 5. 7, 11. de partib. anim. 2, 5, 1. de gener. 1, 18. In histor. anim. 5, 12, 11. ἐὰν μὲν εὐτραφὴς ᾗ mutavi olim in εὐτροφήσῃ e Medic. Rhen. Veneto, bis quidem in eadem sectione, quod factum nolim. Praefero enim εὐτραφής sensu passivo, εὔτροφος activo. Ad hanc normam etiam εὐτροφίαν et εὐτραφίαν, εὐτροφεῖν et εὐτραφεῖν iudicanda in Atticis scriptoribus censeo.

ὅτι ὁ καρπὸς] Vulgatum καιρὸς duce Gaza cum margine Basil. et Scaligero correxi.

2. Ἀλλὰ περὶ μὲν — διαφθορᾶς λεκτέον αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις] *Frumenti ratio potissimum reddi imbecillitate utique potest* G. Contra Heinsius fecit: *De frumenti autem corruptione aliquid dicendum est: cuius causa esse imbecillitas videtur.* Equidem non dubito fere, olim fuisse scriptum: ἀλλὰ περὶ μὲν — διαφθορᾶς αἰτιάσαιτ' ἄν τις μάλιστα τὴν ἀσθένειαν, deleto verbo λεκτέον, et sequenti par-

ticula δέ. Sunt autem haec omnia de floribus frumenti. διαφορᾶς Med. habet.

Εὐλόγως δὲ καὶ ἡ ἄνθησις οὐχ ἅμα πᾶσι τοῖς μέρεσι· κεχώρισται γὰρ ἐκτὸς τῶν λοβῶν καὶ διὰ τὴν εὐτροφίαν· τὰ μὲν γὰρ ἤδη] Haec omnia de leguminibus vera sunt, et dicta a Theophrasto. At proxime frumenti mentio eiusque in flore corruptio praecessit. Turbatus est igitur ordo sententiarum. Alterum vitii argumentum est in verbis *κεχώρισται γὰρ ἐκτὸς τῶν λοβῶν*, quae nihil habent commune cum flore partiali. Gaza vertit: *sunt enim distincta inter se omnia semina et ex pastu foecundo.* Heinsius male *et* omisit. Graeca mendosa merito visa sunt Scaligero. *ἔνδον τῶν λοβῶν* Dalecampius coniecit Gazam secutus. Sed quid semina intra lobos seu siliquas ad rem faciant, non dixit. Gaza verba *ἐκτὸς τῶν λοβῶν* omisit. Cetera vulgo male disiuncta, *εὐτροφίαν. τὰ μὲν γὰρ ἤδη — ἀνθεῖ· τὰ δ' ἄνευ πρ.*, correxi, seclusa particula *γάρ*. Postea ex A. B. Med. *ἐγγυτάτω* restitui: *ἐγγύτατα* dederat Heinsiana. Redeo nunc ad maiorem loci corruptelam, cuius indicium antea feci. Plura verba excidisse apparet, quae causam continebant, puto, cur leguminibus florentibus minus noceret pluvia, quam frugibus et arboribus. Declarat hoc locus inferior sect. 3. *ἡ μὲν οὖν ἄνθησις εὐλόγως χρόνιός τε καὶ ἀβλαβὴς αὐτοῖς ὑπὸ τῶν ὑδάτων.* cuius disputationis nullum hodie vestigium nisi in hoc loco superest. Causam extare censeo cum Linckio in verbis partim vitiosis, *κεχώρισται γὰρ ἐκτὸς τῶν λοβῶν.* quae mutata ita, ut addatur negatio: *οὐ κεχώρισται γὰρ τὸ ἄνθος τῶν λοβῶν,* indicant, germen fructus seu siliquam non esse separatum et distinctum ab ipso flore, ut in frugibus et arboribus, sed potius floralia folia siliquam intorta includere una cum antheris pollinem seminalem fundentibus, atque ita tueri florem, quominus imber pollinem eluat floremque ipsum cum germine corrumpat. Deinceps redit Theophrastus ad quaestionem, cur particulatim legumina floreant: *Εὐλόγως δὲ καὶ ἡ ἄνθησις — μέρεσι διὰ τὴν εὐτροφίαν· τὰ μὲν γὰρ ἤδη κύει* et cetera. Interim verba lacunosa ita translocavi et distinxi, ut et lacuna appareat, et ceterorum sententia fiat manifestior.

3. *ἀνθεῖ καὶ καρποὺς ποιεῖ κατὰ μέρος*] A. B. Med. *ἀνθεῖ καὶ πονεῖ κατὰ μέρος.* *quae sigillatim florent atque fructificant* Gaza. unde Heinsius *καὶ καρποὺς ποιεῖ* ineptissime effecit. Scaliger *πονεῖ* interpretari conatus *πεπο-*

τημένον ,χυλὸν e superiore libro comparavit. Equidem γονεύει aut κύει olim scriptum fuisse suspicor.

καθάπερ γὰρ] Med. particulam γὰρ omisit.

ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅταν ἀπανθήσῃ, σχεδὸν ἐπισινεστέρα τοῦ σίτου] *Ceteris, cum defloruerunt, imber nocet, sed maxime frumento ac fabae, utpote imbecillioribus* Gaza; qui scriptum legit: τοῖς δ' ἄλλοις — ἐπισινεστέρα τῷ σίτῳ, μάλιστα δὲ τῷ κυάμῳ διὰ τὴν ἀσθένειαν. Ad quam normam Dalecampii coniectura conformata est. Sed hunc ducem plane a recta via aberrantem hic sequi non licet. De tempore enim reliquo post florem absolutum loquitur Theophrastus. Cum defloruerunt legumina, non potest dici ἡ ἄνθησις ἐπισινεστέρα: quare potius ἐπισινέστερα scribendum et vocabulum ad legumina referendum est. Infra c. 14. est: ὁ δὲ κύαμος, ἐὰν πνεῦμα ἐπιγένηται λαμπρὸν — ἀπόλλυται. Clarius h. pl. 8, 6. de faba: μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν ὀλίγου πάμπαν ὕδατος δεῖται· σύνεγγυς γὰρ ἡ τελείωσις· ἀλλ' ὅταν ἀδρυνθῇ, καὶ βλάπτειν δοκεῖ τὰ σιτώδη, καὶ κριθὴν δὲ πυροῦ μᾶλλον. Verba igitur ἐν τοῖς ἄλλοις pertinent ad alias partes a flore diversas, aut ad alias conditiones, ut c. 11, 9.

AD CAPVT XI. (VVLGO XII.)

τινες χρόνῳ] Intellige τελειοῦνται. deinceps δύμηνοι Med. et sequens κριθῶν omisit.

Ὁμοίως δὲ καὶ — ἄλλων] *nec non et de ceteris eodem modo quaerere licet, sed maxime de iis, quae diximus, quaestio foret, ni forte et eorum tantummodo differentias istas esse quispiam credat, nec sine ratione* G. cum quo post ἄλλων intellige ἀπορήσειεν ἄν τις; post αἱ διαφοραὶ vero εἰσί.

ὥστε μὴ ὥρᾳ καταλείπεται] Omisit haec Gaza. *ne a tempore deseratur* vertit Scaliger. καταλείπεσθαι maluit Dalecampius. Suspicor; fuisse scriptum ὥστε μηδεμιᾷ ὥρᾳ ἐκλείπειν, ut ne ullo tempore deficiat ad pabulum armentorum et pecoris. h. pl. 8, 1. ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ὥραις σπείρεται τῶν χεδρόπων ὄροβος, ἐρέβινθος. et 2, 5. ἐάν τις τοὺς ὀρόβους ἐαρινοὺς σπείρῃ, χρυσάλυποι γίνονται, καὶ οὐχ, ὡς οἱ μετοπωρινοί, βαρεῖς. Ceterum Med. γὰρ ante ὄσπρια omisit.

καὶ ὅσα μήτρην ἁπλῆν] *ervum etenim seritur quidem satu maturo: at hordeo, tritico atque reliquis, quae spica pusilla infirmaque sunt, anceps satio datur* Gaza. Omisit

igitur verba vitiosa, μήτρην ἁπλῆν, reliqua inepte copulavit. Scaliger verba ista tollenda censuit. Rob. Constantinus in Lexico Crispini sub voce μήτρα scribit μήτραν ἁπαλὴν; intellecto verbo ἔχουσι. Med. ἀπλὴν habet, et deinceps τοὺς στάχυς.

2. *Τοῦτο μὲν οὖν — τὸ γένος*] *hoc igitur velut in universum generi ad genus notatum est* Gaza. Deest verbum aliquod, veluti συμβαίνει.

κοινὸν καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων] Praepositionem ἐπὶ abundare puto.

ἐν ἑκάστοις] *in singulis generibus* Gaza. Deesse igitur γένεσι videtur. Deinceps Med. συκῆ, μηλέα, ἄπιος, omissa copula.

οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ γένος· ἔτι δ' αἰτία παραπλησία, καὶ διὰ τί] *ut et in animalium natura canis varia notatur conditione. Huic proxima causa est, quamobrem alia properant, alia differunt* Gaza. Supplevit igitur in primo membro ταὐτὸ vel simile vocabulum. Sequentia male copulavit et a sensu aberravit. Verba ἐστι (ita enim scribendum) δὲ ἡ αἰτία παραπλησία pertinent ad genus canum, quae diverso temporis spatio gravidae sunt et pariunt. Licebit igitur post ἐκεῖνο τὸ γένος supplere ἰσόχρονον, i. e. *non uno eodemque tempore parit.* Dalecampius coniecit: οὐδὲ γὰρ ἐκείνων τὸ αὐτὸ γένος. Scaligero negare videtur philosophus, canis naturam illam communem tum Laconicis tum aliis esse generibus. Praeterea monuit, Laconicos duobus diebus serius parere quam ceteros canes. A. B. κοινῶν, Med. κενῶν habent: correxit margo B. τοῦ κυνὸς dat Vinar. liber. Reliqua quae sunt verba, *Καὶ διὰ τί — ὄψια· εἴτε — καὶ ἐνταῦθ' ὁμοίως τὸ αἴτιον*, pertinent ad arborum congenerum differentiam in fructu maturando: in quo consentientem habeo Linckium. Fortasse verba ita scribenda sunt: *Διὰ τί δὲ — τὰ δ' ὄψια τῶν δένδρων — ὅμοιον τὸ αἴτιον. non aliter reddenda ratio est* Gaza.

3. *καὶ καθόλου μὲν οὕτω*] *atque in universum disserendum ita censemus* Gaza. In graecis desunt verba τὰς αἰτίας ληπτέον vel similia.

καὶ ἐνταῦθα] εἰς τὰς ῥίζας, quae latent in vocabulo πολύῤῥιζος. Deinceps vulgatum καὶ πολυκάλαμος e versione Gazae cum Scaligero correxi, consentiente Vinar. Idem deinceps Ald. Basil. τραχεῖαν correxit, ut Vinar. Sed praeterea vulgo legebatur: πολυκάλαμος· διὸ τὴν ἀναφορὰν — ταχεῖαν,

cum causa praecedentia facti reddenda esset. Igitur διὸ mutavi in διότι.

ὁ δ' ὀλιγόχους καὶ κοῦφος· ὁ δὲ βαρὺς — καὶ θολωτέραν] Vulgatum hoc postremum vocabulum in θολερωτέραν mutavi. Solus Hesychius θολὸν, τεταραγμένον, habet. Locum Gaza vertit: *hinc etiam alterum large fructificat, alterum parce: et alterum facile, alterum grave est. — cum plus alimenti et turbulentius trahat.* quasi scriptum legisset: καὶ ὁ μὲν κοῦφος, ὁ δὲ βαρύς. Ad loci interpretationem facit c. 8, 6. de tritico trimestri: οὐ πολὺ τοῦ γεώδους ἕλκοντες, ἀλλὰ κουφοτέρᾳ τροφῇ χρώμενοι κουφοτέραν ποιοῦσι καὶ τὴν προσφοράν. Supra c. 8, 2. de hieme satis frugibus τὰ γλίσχρα καὶ καθαρὰ est.

Ἡ δ' ἐκδρομὴ — κατὰ λόγον — δι' ὀλιγότητα] *excursio quoque pro ratione prospere agitur, cum in condendis radicibus haud multum requiratur temporis utpote paucis* Gaza. Is videtur rectius ἀναδρομὴ vel ἐκδρομὴ scriptum legisse. Antea ἀναφορὰν dixit: ἀναδρομὴν εἰς τὴν βλάστησιν supra fuit, et τὰ ἀναστρέφοντα αὖθις c. pl. 3, 28. Ad ὀλιγότητα intellige τῶν ῥιζῶν.

4. ἡ ὥρα συνεργεῖ] Ver intelligi debere, demonstrat sequens σπορεὶς ἐν ταύτῃ. male *qualitas temporis — eodem tempore* vertit Gaza, qui καὶ γὰρ καὶ ὁ πολύρριζος scriptum legit. Articulum ἡ ante ὥρα, et ὁ ante πολύρριζος Heins. omisit.

οὐκ ἂν ὑπομείνοι τὴν ἀσθένειαν] Vulgatum hoc e Med. correxi. Comparata sect. 4. et deinceps διὰ e Med. et versione G. inserui. ὑπομεῖναι Med. habet.

ἰσημερινοὺς] Ita vulgatum ἰσημέρους cum Scaligero correxi. Male Gaza: *cuius cura aequinoctio delegata est.* Supra c. 10, 6. Lemnios πυροὺς ὀλιγοχρονίους καὶ βαρεῖς memoravit.

τὴν ἔκφυσιν] Vulgatum ἔμφυσιν cum Scaligero, Med. et Vicar. correxi.

μορφῆς εἴτ' οὖν μεγέθους — καὶ σχήματος]. *species* vertit Gaza. Mihi insolitum accidit μορφὴν de magnitudine simul et figura dictum. Deinceps τὸ, non τῷ, habent A. B. neutrum Med.

καὶ μὴ κατωπελῆ δὴ τῷ πρὸς ἡμᾶς, καὶ κατὰ τροφὴν καὶ σίτησιν] Primum καὶ A. B. omittunt: δεῖ τῷ Med. habet. *adde copiam paleae, et incommoditatem ratione usus cibarii hominum* Gaza. Scaliger κατωφελῆ scribi voluit: sed quid differant τροφὴ καὶ σίτησις, non dixit. Equidem

σιτίων scripsi, ut hominum animaliumque cibus significetur. *λυσιτελῆ* coniecit Daleeampius. Vocabulum *κατωφελὴς* in Lexicis sine auctoritate annotatum legitur. Gaza *ἀνωφελῆ* scriptum legisse videtur. Sequens *τῷ* transpositum pertinet ad initium membri: *καὶ τῷ μὴ κατωφελῆ*. Copulam *καὶ* ante *κατὰ* deletam voluit C. Hoffmann.

5. *ἢ διάφορα γένη ἐμποιοῦσαι ἢ καὶ πρὸς τὸ ἀχρήσιμον ὀψιβλαστῆ. διὰ γὰρ τοὺς — συμβαίνει*] A. B. *ποιοῦσαι*. *differentiam aliquam generis pariunt aut etiam minus utile reddunt, ut tritico Thracio evenit: fit enim multis tunicis et sero provenit: quod utrumque vis sane frigoris facit* G., qui videtur scriptum legisse: *ἢ διαφορὰν γένει ἐμποιοῦσαι ἢ καὶ ἀχρήσιμα, ὥσπερ τῷ — ὀψιβλαστῆ διὰ τοὺς χειμῶνας ἄμφω συμβαίνει.* Med. habet *διαφορὰν γενῶ ἐμποιοῦσιν. ἢ καὶ πρὸς τὸ ἀχρήσιμος.* Auctor emendationis Heinsianae *ἐμποιοῦσαι* videtur simul sequens *πυρῷ Θρᾳκίῳ* respexisse, quod non habet, unde pendeat, nisi mecum distinctione mutata verbum *συμβαίνει* coniungas cum istis verbis. Equidem non dubito, hacc a librario turbata et varietate lectionis confusa, corrupta ita olim scripta fuisse: *τάχα δὲ καὶ τὰ γένη διάφορα ποιοῦσιν αἱ χῶραι ἤτοι πάντα ἢ ἔνια· συνεξομοιοῦσι γάρ πως ἑαυταῖς καὶ πρὸς τὸ ἀχρήσιμον.*

ὀψὲ διαβλαστάνει] interpositum *δὲ* in A. B. Med. auctore Scaligero delevit Heinsius. Sequentia *καὶ ἐξαύξεται* e Med. addita vertit G. *ac augescit.* Deinceps Med. *καὶ πάρο ὁ παρὰ* habet.

ὁ παρὰ τῶν ἄλλων ἐκεῖ σπορούμενος] A. B. Med. *βένει σπορούμενος.* *et quod mature apud alios seritur, sero apud alios exit* G. Voluit sine dubio *apud illos exit* scribere. Is graeca its scripta legit: *ὁ παρ' ἄλλων πρωϊσπορούμενος* (ita Vinar.) *ἐκεῖ ὀψὲ βλαστάνει.* Vulgata Scaligero debetur: sed verbi *σπορούμενος* forma nisi in compositis non fuit usitata. Ceterum sequens sententia, *γέγονε γὰρ οἷον φύσις ἤδη* (hoc e Med. additum) *τὸ ἔθος*, non convenit posteriori facto, nisi *πρωῒ βλαστάνει* scribas. At ita contrarium fit factum priori sententiae, *συνεξομοιοῦσι γάρ πως ἑαυταῖς αἱ χῶραι.* Nam si verum hoc, debet ὁ *παρ' ἄλλοις πρωϊσπορούμενος ἐκεῖ ὀψὲ βλαστάνειν.* Quare incidi in suspicionem, sententiam aliter olim fuisse scriptam: *γέγονε γὰρ οἷον φύσις τὸ ἔδαφος*, ita ut *ἔδαφος* idem significet, quod antea *χώρα*, et mox *χώρας ἰδιότης καὶ φύσις.*

6. *Ἐπισυνάγγαις*] Margo Basil. *Δεπισυνάγγας* habet, versio Gazae *Episynangis*, sed Basil. *Aepisynangis.* *Δ-*

κυνάγγας scribi voluit Scaliger. Nomen aliunde mihi nondum innotuit. ἐπισυνάγγες Med. habet.

καὶ οὐ πατήροιεν μετενεχθέντας] Ita A. B. Med. κατήρουν Heinsiana. nec alio translata servari incommutabilia possint G. Scaliger οὐκ ἂν τηροῖεν correxit, quo melius non potui excogitare.

ἀπὸ τῶν αὐτῶν φυτευομένων] quanquam seminibus positis ex eadem parente petitis Gaza. In graecis vitium inest: nam καρπῶν φυτευομένων ἀπὸ τῶν αὐτῶν coniungi non possunt. Quare praeeunte Gaza τῶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φυτευομένων scripsi. Paulo antea χώρας εἴδος — τί προσθῇ Med. habet.

αἵ θ' ὅλως ἀκαρπίαι] hinc denique sterilitates sequuntur, Gaza, omisso vocabulo ὅλως, quod alieno loco positum esse videtur. Suspicor fuisse: αἵ τ' ἀκαρπίαι ὅλως μὴ φερούσης τῆς χώρας.

7. ὅταν γένηταί τι δύναμιν ἐχόντων] cum enim e duobus aut etiam pluribus rebus, quae vim habeant, quicquam constiterit Gaza. Olim putabam, articulum τῶν ante δύναμιν inseri debere: quod nunc necessarium esse non videtur.

καὶ τῷ ἄρρενι] nam et in mare Gaza. sed causae indicantur differentiae: igitur praepositio repudianda est.

λάβῃ πλῆθος] multiplicatumque sit Gaza. neque deficiat Scaliger. Cf. ad cap. 9. sect. 3.

8. ἐν Αἰγύπτῳ] Cf. hist. pl. 8, 3. Paulo antea τὰ θᾶττον Med. habet. Deinceps τούτοιν post δυοῖν accessit e Med. qui περὶ Μῆλον habet cum signo vitii.

ὕστατον σπείροντα] Idem refertur in histor. l. c. Vulgatum in σπείροντα mutavi. qui novissime seruisset Gaza barbare vertit. Deinceps παραπλήσιον dedit Heinsius. Med. τελέσεως — ἀνοιτέον habet.

καθάπερ καὶ τὰ ζῶα παρὰ πᾶσιν, ὁποιασοῦν οὔσης τῆς χώρας, οὐδὲν ἄτοπον] Abundat Attica copula, a Gaza omissa.

9. τὰς ἀρχὰς τὰς κυριωτάτας — τάς γε — διαφθορὰν] A. B. διαφορὰν habent. Monstrosum μένεσιν pro γένεσιν Heinsiana. Articulum τὰς ante κυριωτάτας ut insererem, admonuit sequens τάς γε, et habet Med. Ad verba ἐν τῷ ἀέρι μᾶλλον intellige ἔχει τὰς ἀρχάς. Med. verba τὸ φυτὸν omisit et deinceps διαφορὰν habet.

10. οἰκείαν ὥραν] A. B. Med. χώραν, duce Gaza, correxit Scaliger.

θαυμάζεται περὶ τῶν σπερμάτων] Solemnius ἐστὶ ἐπὶ τῶν σπερμ.

αἴτιον δὲ τοῦτό πως ὑποληπτέον, ἐς ἀσφαλὲς τῆς φύσεως πρὸς ἄμφω τιθεμένης, ἐν τῇ τῶν περιεχόντων ἰσχύϊ] *Caussam vero firmitati ambientium non inepte tribueris. Sunt enim alia lignosa, ceu semina florum* G. Omisit igitur verba ἐς ἀσφαλὲς — τιθεμένης, quae non solum vitiosa, sed etiam praepostero ordine collocata censeo. Duce Gaza coniunxi haec et scripsi: αἴτιον δὲ τούτου πως ὑποληπτέον ἐν τῇ τῶν περιεχόντων ἰσχύϊ, ἐς ἀσφαλὲς τῆς φύσεως πρὸς ἄμφω (ὕδατι nempe καὶ εὐδίας) θεμένης. Med. αἴτιον τοῦτο, omisso δὲ, habet.

τὰ ἀνθικὰ] Male Gaza *semina florum* vertit. Est genus herbarum, τὰ ἀνθώδη vocatum hist. pl. 1, 22. syngenesias Linnei comprehendens, quod tamen huc pertinere non videtur. De scriptura iam olim H. Stephanus in Thesauro G. L. dubitasse videtur.

AD CAPVT XII. (VVLGO XIII.)

Ὑπὲρ δὲ τῶν σπερμάτων] *De seminibus vero quaerendum est, quam ob rem* Gaza vitans longioris parentheseos obscuritatem addidit verbum. Apodosis sequitur demum sectione 2. Similis ratio erat initio capitis 9.

καὶ τὰς ἰδίας κράσεις καὶ διαθέσεις] *an ratione — an certae affectionis* Gaza. Heinsius quatuor postrema verba addidit, nimis liberalis. Scaliger supplebat καὶ τὰς ἐπεμβρίας: Dalecampius καὶ διὰ τὰς ὥρας. Equidem Gazam secutus ἰδίας διαθέσεις retinui, κράσεις καὶ abieci.

δοκεῖ γὰρ δὴ καὶ μάλιστα ἐπὶ — φακῶν. συμβαίνει δὲ πολλάκις] Ita Heinsiana etiam. Gaza vertit: *Fabis enim ac lentibus id potissimum evenire videmus. Fit saepe, ut et ager alias coctilia — ferat.* Recte igitur scriptum legit et copulavit φακῶν συμβαίνειν· πολλάκις δὲ — φέρειν, repetito verbo δοκεῖ, quod faciendum etiam in sequentibus. Ceterum distinctionem minorem posui post δοκεῖ γὰρ δὴ, ut esset: δοκεῖ γὰρ δὴ συμβαίνειν ἐπ' ἐνίων μόνον, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν κυάμων καὶ φακῶν.

ὁτὲ δ' ἐκ τῶν τεραμόνων] Articulus τῶν e Med. accessit.

κατὰ δὲ τὴν ἔκφυσιν — οὐδὲν διαφέρει τὸ ἀτεράμονος ἤν τι νεοσσηκός] *ut in exortu, germinatione, crassatione, copia bonitateque nihil intersit, utrum coctilia sint an in-*

coctilia Gaza. Omisit igitur verba tria postrema, aperte vitiosa. Sed etiam priora non sunt integra, sed duce Gaza scribendum τὸ ἀτέραμον τοῦ τεράμονος· et deinceps ἂν μὴ κενοσηκὸς ᾖ coniecit Linckius meus scriptum fuisse. Nam etsi possit τὸ κενοσηκὸς videri oppositum voci τεράμονι, si videlicet scribas οὐδὲν διαφέρει τοῦ τεράμονος, ἵν τι κενοσηκὸς ᾖ, ut sit dictum, quasi esset οὐδὲν διαφέρει τοῦ τεράμονος τὸ κενοσηκὸς, i. e. ἀτέραμον, tamen inusitatum et falsum videtur, dici νόσον in legumine, quod ad solam coctionem et usum humanum in cibo pertinet. Quare τὸ ἀτέραμον τοῦ τεράμονος, ἐὰν μὴ κενοσηκὸς ᾖ, scripsi.

ὅτι τὸ τέραμον] Articulum omisit Med. qui deinceps habet τοιοῦτον.

2. πύρωσιν — διάχυσιν] *fervefactionem resolutionemque — quod enim facile resolvi potest — quod resolvi immutarique nequit* Gaza, qui διάλυσιν — εὐδιάλυτον — ἀδιάλυτον scriptum legisse videtur: alioqui *liquefactionem* vertisset.

οὕτως ἂν] *Sic enim alterum* Gaza, quo duce γὰρ addidi: deinceps vulgatum ἀποστέγει ad reliquorum verborum normam redegi.

3. ἁπλοῦν ἐκεῖνο καὶ ἀληθὲς ὂν καὶ] *simplex igitur veraque ratio illa est, quam et inter primas rationes reddidimus* Gaza, qui scriptum videtur legisse: ἀληθὲς, ὃ καὶ ἐπὶ — εἴρηται. Paulo antea διαιρουμένου Med. habet. Deinceps vulgabatur: ποιὰν τε καὶ πόσην εἶναι.

αὕτη συμβαίνουσα, τὰ μὲν] *Sic enim alimentum commutare nimirum potest. Evenit namque, ut quae in locis calidis stercorosisque, tum tenuibus solique expositis, alimentum leve atque facile habeant: itaque fructum rarum mollemque praestant* Gaza. Scriptum igitur et distinctum legit rectius: αὕτη· συμβαίνει γὰρ τὰ μὲν — ἔχειν. Vulgabatur ἔχει. Med. ἐλεεινοὺς deinceps habet.

ὥστε καὶ τὰ ἐξανιστάμενα — γίνεσθαι] Quae dicat ἐξανιστάμενα, non satis intelligo. Fructus esse debent et semina nata ex illis locis et terris. Gaza: *itaque fructum rarum mollemque praestant.* Omisit verbum ἐξανιστάμενα.

διὰ τοῦτο γὰρ τὰ Λήμνια] Heinsius γὰρ καὶ τὰ Λ. dedit. καὶ τὰ λίμνια Med.

καὶ ἐν ταύτῃ τεράμονά φασι γίνεσθαι] A. B. Med. ἐν δὲ τῇ τεράμονι habent. *atque in eo coctili fieri coctilia* G. unde patet, eum scriptum legisse auctius: ἐν δὲ τῇ τεράμονι τεράμονά φ. γίνεσθαι.

4. *Τὰ μὲν οὖν ἐν τῇ ἀλεεινῇ — διὰ τὰς αὐτὰς*] A. B. ἐν omittunt. *his de causis coctilia sunt* Gaza: igitur διὰ ταύτας τὰς αἰτίας rectius scriptum legit. ἐλεεινῇ Med.

τὰ δ' ἐν τῇ ψυχρᾷ — κεραμία — ἐφύδρῳ — πάντα κεράμονα, διά τε τὸ — τροφῆς πυκνά τε] A. B. iterum ἐν omittunt. Formam κεραμία (*figulari* Gazae) e Dioscoride posuit Budaeus, ubi est χύτρα et γάστρα κεραμία: suspectam tamen habuit scripturam H. Stephanus, qui e Plutarchi loco uno κεραμεία malebat. Nostro supra 2, 5. terra κεραμὶς dicitur. Mihi hoc loco κεραμέα praeferenda videtur, ut hist. pl. 5, 4. est κύλικας κεραμέας. Deinceps ὑφύδρῳ scripsi: postea duce Gaza πάντ' ἀτεράμονα, ut fieri iusserat Scaliger: denique πυκνὰ δὲ scripsi, sensu flagitante. λιμωνία Med. habet.

Αἱ οὖν ἐκ τῶν ἐδαφῶν — αὗται] Solennis ratio postulat Αἱ μὲν οὖν ἐκ τῶν, quod Scaligeri annotationi praescriptum legitur et habet Med. qui deinceps ταῖς τε ἐπομβρίαις dat et πλέον οὔσης.

5. *συμβαίνει, καὶ εἰ ἐκ τῆς τοιαύτης γῆς καὶ ἐν τοιαύτῃ τοῦ ἀέρος ἡ ψυχρότης*] *hoc enim idem prope solum quoque eiusmodi facit, et aer si ea frigiditate sit, quae non flatilis sed aquatilis quaedam constet* Gaza: sed Heinsius fecit *ut non — aquatilis sit*: unde patet, eum rectius scriptum legisse: συμβαίνει ἐκ τῆς τοιαύτης γῆς, καὶ εἰ τοιαύτη τοῦ ἀέρος ἡ ψυχρότης. Apparet, prius καὶ εἰ esse emendationem sequentis καὶ ἐν vitiosi, quam, in margine olim appositam, alieno loco librarius inseruit. εἰ τοιαύτη Med. habet, et deinceps διειρημένων.

καὶ τῶν διειργομένων αὔλακι] Ita Heinsiana. διειργασμένων A. B. Med. διειργμένων correxit Scaliger. Supra sect. 1. erat: *καὶ τῶν συνεχῶν, αὔλακος μόνον διειργούσης, τὰ μὲν ἀτεράμονα.*

εἴπερ τοῦ μὲν — τοῦ δὲ] Debebat sequi τῶν μὲν — τῶν δέ. Gaza breviter: *siquidem solum diversum est.*

6. *μετάλλοις ῥάβδους*] Heinsius τὰς interseruit non necessarium. *venas vicinas spatiari* G. *vittas produci* Scaliger vertit. Heinsius fecit *venas esse vicinas*. Deinceps καὶ τοῖς ἐργασίμοις Med. equidem suspicor κἂν ταῖς ἐργασίμοις, scilicet χώραις, fuisse olim scriptum. Postea Heinsianum παραλλήλας ex A. B. Med. correxi.

τῶν αὐτῶν ἐκ τῶν ἀέρος] *tametsi aeris idem status servetur* Gaza. Dedi ἐκ τοῦ ἀέρος cum Med. quod annotationi Scaligeri praescriptum legitur. Eadem supra dicuntur

μὴ ὁμοίων — γινομένων τῶν ἐκ Διός. Deinceps τοιοῦτον Med.

προσπέσῃ] A. B. Med. προσπέσοι. Equidem προσπέσοι dedi. deinceps erat κατὰ τὸ μόριον.

ὃ καὶ κατὰ τὴν φθορὰν συμβαίνει, τῷ τὰ μὲν παραλλάττειν, τὰ δὲ ἐπιμένειν] A. B. Med. ἐπιβαίνειν. *Quod etiam in corruptione evenire videmus, cum alia diversa, alia similia sint* G. vulgatam vitiosam secutus, praeter verbum ἐπιβαίνειν aut ἐπιμένειν, quod aliter scriptum legit aut male interpretatus est. *e sulcis surgere* interpretatur vulgatam Scaliger. Si παραλλάττειν est transire, transeundo attingere, ἐπιμένειν, τοῖς δὲ scribendum erat. Superest vitium in voce φθορὰν, quae aliena est ab hoc loco. Neque corruptio alia semina παραλλάττειν, aliis insidere, dici potest. Sermo est de aeris et venti frigiditate subita, quae incidit et facit, ut agri pars, quam transit frigus, fere illaesa maneat, altera vero, cui insedit et immorata est, semina dura et incoctilia ferat. Igitur non dubito, veram esse Linckii mei coniecturam ὥραν vitioso φθορὰν substituentis. ὥρα est ipsa aestas, qua leguminum semina maturantur.

δῆλον εὐπαθέστερα] Interserui ὅτι. Deinceps Gaza vertit: *infirmum autem vel natura fieri possit.* Legit igitur scriptum κἂν φύσει γένοιτο, quomodo est in Mediceo. Sed inepte dicitur corpus fieri debile natura, si interior aliqua eius mutatio facta fuerit. Addita et reddita a Gaza copula sententiam magis etiam ineptam facit, quasi dicas: *corpus aliquod aut morbo aut natura fieri potest debile.* Quicquid enim natura firmum et robustum creavit, id si debile fit, non ipsius naturae viribus fit, sed externarum causarum concursus mutationem facit interioris conditionis vel partium. Potius φυσικῶς dici potest ita fieri debile, non φύσει seu natura ipsa. Quare probo Linckii mei coniecturam scribentis: τὸ δὲ φύσει ἰσχυρὸν ἀσθενὲς γένοιτ' ἂν τῷ λαμβ. Interim vulgatum γένοιτο τῷ λαμβάνειν inserto κἂν correxi.

7. ἀτεράμονα τὸν λοβὸν — καὶ ἐν αὐτῷ τῷ λοβῷ] Supple τὸν μὲν τῶν κυάμων τεράμονα, τὸν δ' ἀτεράμονα εἶναι. Verba τῶν δὲ τεράμονα Med. omisit. Gaza prius λοβοὺς male fabas ipsas interpretatus est. Plutarchus Quaest. Conviv. 7, 2. οὐ δεῖ θαυμάζειν ἀκούοντας τῶν γεωργῶν, ὅτι καὶ δυεῖν αὐλάκων παραλλήλων ἡ μὲν τεράμονας, ἡ δ' ἀτεράμονας ἐκφέρει τοὺς καρπούς· καὶ, ὃ μέγιστόν ἐστι, τοῦ κυάμου τῶν λοβῶν οἱ μὲν τοίους, οἱ δὲ τοίους, δηλονότι τοῖς μὲν ἧττον, τοῖς δὲ μᾶλλον τοῦ πνεύματος ψυχροῦ ἐπιπεσόντος ἢ ὕδατος.

ἐκ λευκοῦ μέλας] *ut nigra ex candidis efficiatur* Gaza voluit *candida* dare, et additum γινόμενος legisse videtur, quod sensus flagitat. Atqui Ilias 13, 589. θρώσκουσιν κύαμοι μελανόχροες ἢ ἐρέβινθοι colorem naturalem fabarum nigrum prodere videtur: nisi quis epitheton ad cicer sequens trahere malit. Sunt tamen in hoc genere fabae nigrae tum foliis totoque plantae corpore minores, tum ipso fructu albis inferiores: itaque varietatem nigram Homerus hominum cibo praecipue deputatam fuisse significare videtur.

8. ἐκεῖ γὰρ σφόδρα ψυχρὸν πνεῦμα· καὶ ἀτεράμονές τινες γίνονται. ἐὰν δὲ ἐν τοῖς ἀχύροις ἀπηθαλωμένοις ἐν τῇ ἅλῳ καὶ καθαροῖς ὦσιν, οὐ μεταβάλλουσιν, ἀλλ' ἀτεράμονες. ὅ, τὰ μὲν γὰρ — ἀχύρων, ὅ, τὰ δ' ὑπὸ — θερμότητι· ὅταν δὲ μετέωροι] Ita locus vulgo legitur vitiosissime, ubi vocem πνεῦμα Heinsius inseruit e versione Gazae: *Flatus enim in eo loco vehementer frigidus est; et fabae incoctiles pleraeque efficiuntur. At si in paleis torrefactis* (*ac puris* Heinsius addidit) *in area relinquantur, nihil se mutant, sed incoctiles permanent: cum enim a paleis tum suo mutuo contactu teguntur, simulque terrae calore servantur.* Is igitur vulgatam vertit, in qua vel interpretanda vel emendanda laborarunt interpretes. Scaliger *in valvulis iam aestu torrefactis* interpretatur ἀχύροις ἀπηθαλωμένοις, omissis verbis καὶ καθαροῖς, quae aliena putat (et omisit Gaza), et haec omnia non de fabis Philippicis, sed omnino de toto genere praedicari ait. Praeterea sequens ἀτεράμονες in τεράμονες mutari iussit. Gaza ἀτεράμονες διαμένουσι scriptum legit integrius, et deinceps τῇ τῆς γῆς θερμότητι σώζονται. Med. ἐστὶ γὰρ — σφόδρα ψυχρὸν, καὶ ἀτεράμονες τι — καθαροῖς οὖσιν — ἅμα τῆς γῆς θερμότητα. Audiamus nunc Plutarchum loco supra laudato: τοὺς δὲ καρποὺς, κἂν ἐπὶ τῆς ἅλω διαμένωσι πλείω χρόνον ὑπαίθριοι καὶ γυμνοὶ, μᾶλλον ἀτεράμονας γένεσθαι λέγουσι τῶν εὐθὺς αἰρομένων. Ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πνεῦμα λικμωμένοις ἐπιγινόμενον ἀτεράμονας ποιεῖ διὰ τὸ ψῦχος, ὥσπερ ἐν Φιλίπποις τῆς Μακεδονίας ἱστοροῦσι· τοῖς δ' ἀποκειμένοις βοηθεῖ τὸ ἄχυρον. Mercurialis Var. Lect. 2, 4. ἀποκειμένοις in locum verbi ἀπηθαλωμένοις substitui voluit ex isto loco: Cagnatus Observ. 2, 6. vulgatam movendam non esse censuit, sed explicat *diligenter siccatis*. Contra ἀποκειμένοις siliquis in area relictis non convenire recte monuit. Verbi ἀπαιθαλόω usum nemo unquam huic loco accommodabit. Verbum est vitiosum in ἀπηλοημένοις mutandum. Totum igitur locum scribo: ἐκεῖ γὰρ εἰ σφόδρα. ψ. π. ἀπηλοημένοις ἐν τῇ ἅλῳ καὶ καθαροῖς

ούσιν ἐπιγένοιτο, ἀτεράμονές τινες γίνονται· ἐὰν δ' ἐν τοῖς ἀγύροις ἀποκέωνται, οὐ μεταβάλλουσιν, ἀλλὰ τεράμονας διαμένουσι· τότε μὲν γὰρ — ἀχύροις τε καὶ ὑπὸ — θερμότητι σώζονται. Harpocratio et Suidas ἀπηλοημένον σῖτον interpretantur, τὸν ἀπὸ τῆς ἅλω συγκεκομισμένον μετὰ τὸ ἀλοηθῆναι. Hic sunt fabae in area extritae.

μετέωροι ληφθῶσι] A. B. λειφθῶσι. *si exaltentur sublimesque attollantur* Gaza. *Ablatae ab area positaeque in tabulatis* Scaliger vertit. Dum ventilando purgantur, sursum iactantur, ventoque obnoxiae fiunt fabae. Firmat membrum sequens: *γυμνούμενοι πρῶτον τῶν ἀχύρων.* ubi moretur annotari ἄχυρον de faba dictum, ut Columella 7, 3, 22. *paleae ex leguminibus.* Diversum est κέλυφος, quod ipsum germen et farinam grani includit et circumdat.

9. ἐὰν δὲ λιχμῶνται πάλιν] A. B. Med. δ' ἰκμῶνται. *si, postquam tempus praeteriit et quasi firmius sibi iam constitere, diventilentur* G. Omisit igitur πάλιν, quod tanquam alienum seclusi, et restitui veram scripturam ἰκμῶνται. De verbo ipso dixi in Lexico. Eadem permutatio facta erat infra c. 17. εἰς τὴν ἅλω φέροντας ἀπολικμῆσαι. ubi A. B. Med. ἀπικμῆσαι habent.

ἐὰν λεχομένους] *si diutius relinquatur sub dio* Gaza. In verbo vitioso λεχομένους, aut, quod est in Med., ἑλκομένους, vestigium verae scripturae agnoscere nondum potui.

κατασκληρύνονται] Ita margo B. pro κατασκληρύνοντος A. B. Med.

ἀτεράμονας ποιεῖ· — αὐτὸν λαβὼν] Malis ἀτεράμονα scriptum propter sequentem singularem numerum nominum: sed talis ἀνακολουθία in his libris non infrequens est. Deinceps πρὸς μὲν τὴν φύσιν A. B. Med. quod e versione G. correctum fuit.

10. Ἐν ἑτέροις δὲ καὶ δι' ἄλλα] *nec temere dixeris, eorum alterum abesse, cum vis illa in aliis propterque alia sit* G. Scaliger dictum putabat τῆς δυνάμεως ἄλλης οὔσης pro τῶν δυνάμεων ἄλλων οὐσῶν. Equidem coniicio, fuisse olim scriptum δυνάμεως ἀλλοιωθείσης. Medic. vocem ἄλλης in lacuna omisit.

ὅταν κανθῇ πρὸς τὴν γένησιν] Ita A. B. Med. *cum initia generationis uruntur* G. sed Heinsius, qui βλαφθῇ scribi sperat, in versione posuit *impediuntur*. Scaliger κινηθῇ coniecit.

ἀτεραμόνων τεράμονα]: Ald. Bas. ἀτεράμονα correctum

a versione G. qui tamen τεραμόνων ἀτεράμονα scriptum legisse videtur.

ἐναντίως δὴ τιθεμένων] Omisit δὴ Heinsius. *nam ab eisdem adverso modo dispositis non temere facilitas percoquendi proveniat* Gaza: unde apparet, eum rectius scriptum legisse: ἀπὸ — ἐναντίως διατιθεμένων. Med. αὐτῷ ἐναντίως δὴ τιθεμένων habet: deinceps συμβαίνῃ.

11. ἐνδεδωκέναι — περιτετάσθαι] *remittatur — obtendatur putamen* Gaza. posterius *putamine duriore vestiri* interpretatur Scaliger, prius *si remiserit natura de corticis contumacia.* Mihi ἐνδιδόναι positum videtur sensu eodem, quo sect. 4. ἐνδιδοῖ βρεχόμενα.

καταχασμωμένων] *et altera oscitate* (*oscitante* posuit Scaliger: *oscitantia* videtur dedisse) *colorem suum immutent, altera minus, et solutiora, dum demetuntur* Gaza. Heinsius dedit *altera, cum si aut colorem suum* et cet., nullo plane sensu. χασμωμένων videtur ad κελυφῶν, putamina, referendum esse. Vulgatum ἐκλυτώτερα miror Scaligero non fuisse suspectum. ἐγχυλότερα scribendum esse non dubitabam propter capitis sequentis ista: καὶ τὸ ἐγχυλότερα θερίζειν. ubi A. B. ἐγγύτερα habent. deinde ibidem est: τὰ δ᾽ ὄσπρια θερίζουσιν ἐγχυλότερα καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι συλλέγειν· ξηρανθέντα γὰρ καταῤῥεῖ. h. pl. 8, 11, 3. θερίζουσι δ᾽ εὐχυλότερα τὰ μὲν χέδροπα πρὸς τὸ μᾶλλον καὶ ῥᾷον συλλέξαι· ταχὺ γὰρ καταῤῥεῖ καὶ αὐανθέντα θρύπτεται. ubi A. B. εὐχηλότερα habent.

περίτασις] A. B. περίστασις correxit Scaliger, praeeunte Gaza. Deinceps Heinsiana ἁδρύσεως· οὐδὲν dedit. Ceterum vox ἁδρύνσεως mihi suspecta est: quippe quae de fructibus et seminibus grandescentibus aut maturescentibus usurpatur. Sententia πυκνώσεως flagitat. Med. ἁδρυ mutilatum habet: et paulo antea οὐθὲν ἄτοπον, ubi οὐδὲν vulgabatur.

μὴ ἀλλοιοῦσθαι] *Et nihilo immutari oris halitu posse, illius sane est, quod praedurum indomitumque possit persistere. Adverso autem reddi adversum debet* Gaza. sed Heinsius fecit: *Iam quod non immutentur, si afflentur, dura esse nec facile affici evincit. Alterum vero contra.* Scaliger *non mutare colorem* interpretatur verba praescripta. At supra fuit: καταχασμωμένων τὰ μὲν μεταβάλλειν τὴν χρόαν. nisi dicas, ibi καταπνεομένων fuisse scriptum. Sed potest etiam mutatio in ἀτεραμότητα intelligi. Ad θάτερον δὲ τοὐναντίον intellige σημαίνει.

καὶ τὸ μὴ ἔκλυτα θερίζεσθαι] *minus quoque in messe*

resolvi, duritiae concretionique datur G. Equidem ἔγχυλα scribere non dubitavi. Sed verbum non σημαίνει supplendum, sed potius ποιεῖ. Paulo antea θατέρου δὲ Med. et deinceps πλέω καὶ πῆξιν.

12. Ὃ καὶ ἐπὶ τῆς ἅλω φασί τινες ἂν συμβῇ — ἀτεράμονα] A. B. Med. τεράμονα. Correxit Scaliger. ἐπὶ τοῖς ἅλω Med. *quod etiam in area si evenerit, incoctilia fieri quidam dixerunt* G. Rectius igitur collocata verba legit: ὃ καὶ ἐπὶ τῆς ἅλω ἐὰν συμβῇ, φασί τινες γίνεσθαι ἀτεράμονα. Sed quid est id, quod in area accidere dicitur? Videtur τὸ μὴ ἔγχυλα εἶναι, ἀλλὰ ἄχυλα καὶ ξηρὰ καὶ σκληρὰ γίνεσθαι. In verbis his dubius haereo. Fortasse χρονισθῇ substituendum verbo συμβῇ.

ἐρέγματα — διαχεῖσθαι] Ald. Basil. ἐρήγματα. quod extricare non potuit Scaliger, sed fecit Cagnatus Observ. 2, 5. Praeterea διαχεῖται scripsi.

καὶ οὕτω ξηρότερα] *sicciora enim sic quoque efficiuntur* G. Additam igitur particulam γὰρ legit, quam restitui, consentiente Vinar. οὕτως Med. et deinceps συνεξάγει καὶ τὸ θερμόν.

καὶ γὰρ γλυκύτερα ταῦτα καὶ πεπεμμένα μᾶλλον ζωοποιεῖ] A. B. Med. ταῦτα. μᾶλλον ζωοποιεῖ καὶ πεπεμμένα· μεταβολὴ δέ. Margo Bas. ταῦτα καὶ μᾶλλον ζωοποιεῖ. *dulciora enim haec sunt et magis proinde possunt animalia gignere. Concocta quoque eadem plenius sunt: quod etiam ipsum facit, ut celerius immutentur. Et haec dari praedictis rationibus possint* G. ubi Heinsiana dedit: *Et horum quidem tales esse causae possunt.* Scaliger probabat scripturam marginis Basil. e versione Gazae ductam. Sed tum quaeritur, ut in vulgata, quid significet hic μεταβολή? Nam corruptionem a vermibus μεταβολὴν dicere non licet. Si separatim dicitur πεπεμμένα, diversam etiam hoc membrum ἀπόδοσιν postulare videtur.

Τὸ δὲ μόνα — ψεῦδος] Med. τὰ δὲ μόνα — ψεύδους habet: et deinceps διασπειρόμενοι — οὐ μικρά.

13. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων, εἰ λεπτύνοντες οὐκ ἂν ὁμοίως εὔδηλον ἦν] *etenim si attenuatis iis quoque uteremur, non aeque incoctilia esse percipiantur* G. Legit igitur additum verbum ἐχρώμεθα. Vulgatam Scaliger interpretabatur dictam pro λεπτύνουσιν ἡμῖν. Med. εἰ λεπτύνοντες — ἔνδηλον habet.

ἑψομένων ὅλως] Omisit Gaza vitiosam vocem, quam in ὅλων mutavi.

Εἰ δ' ἀτέραμον ἐν τούτοις, οὐδὲ] *Ceterum si quis illis*

tantummodo incoctilia esse contendat Gaza. Legit igitur plenius scriptum: εἰ δὲ τὸ ἀτέραμον ἐν τούτοις μόνον.

διὰ τί κεραοβόλον] Ita Heinsiana. *Quod autem vulgo quaeritur, quamobrem ea, quae cornu contigerit* Gaza: qui propter vitiosum διὰ τί verbum λέγουσι mutavit in *quaeritur*. Equidem διότι scripsi. Quae de voce antiqua κερασβόλος et superstitione ei adhaerente dici poterant, collecta habet Ruhnken ad Timaei Glossar. p. 155. Quod Atticis τεράμων et ἀτεράμων, idem sequioribus τέραμνος et ἀτέραμνος.

κἂν μὴ προσκόψῃ — ἀροτριῶ τις] *etiamsi cornu non tangat, nec bobus aretur* Gaza. sed Basil. *etiamsi in cornu nihil offenderint.* ἀροτριᾷ habet Heinsiana.

AD CAPVT XIII. (VVLGO ADHVC XIV. ET XV.)

πύρωσιν τεράμονα, καὶ πρὸς ἔκφυσιν· οὕτω καὶ πρὸς βλάστησιν] *quemadmodum enim ad coctionem et omnino ad fervefactionem incoctile aliquid est, ita etiam ad exortum germinationemque esse potest* Gaza: quo duce verba οὕτω καὶ suam in sedem reduxi, male a librariis transposita.

ἡ γὰρ τοιαύτη ἀτέλειά τις — ὁμοίως δ' ἐπὶ πάντων ἂν τοῦτο] *et hoc enim seminum imperfectio quaedam est, pariterque in omnibus evenit* Gaza: quo praeeunte pronomen inutile ἂν secludendum censeo. Praeterea in verbis τοιαύτη ἀτέλειά τις vitium haesisse videtur: etiam ordo pronominis τις displicet. Suspicor fuisse olim scriptum: ἡ γὰρ τοιαύτη πάντων τῶν σπερμάτων ἀτέλειά τις ὁμοίως, ἐφ' ὧν τοῦτο (nempe τὸ ἀτέραμον) συμβαίνει. Ita nulla plane mutatione opus esse videtur.

2. νοστιμώτερα ἢ ἀνοστότερα] A. B. νοστιμότερα ἢ ἀνοστώτερα. *suaviora insuavior ave* G. Scaliger εὐστομώτερα et ἀστομώτερα scribi voluit, cum vim vocabulorum ignoraret, quam ad hist. pl. 8, 8, 2. et supra explicui.

συνεκτικώτερα] *constantiora* Gazae, *compactiora* Scaligero, Budaeo et H. Stephano. Dedi quod Med. habet.

καὶ ἐν τροφῇ συμμετρότερα] *et in vegetando temperatiora* Gaza. rectius Scaliger: *alimento modico fruuntur.* Sed idem in censura versionis Gazae posuit ἐς τροφὴν συμμ. et vertit: *temperatura sua magis ad alendum accommodata.* Male uterque, cum de ipso solo sermo sit, coeli vero temperatura sequatur. Inepte etiam Gaza εὐπνούστερα reddidit *melius spirant:* cum sit *melius perflantur.* Ceterum articulum τῇ addidi.

νοστιμώτερα δ' ἐκ τῆς αὐτῆς γῆς — κρᾶσιν] Haec Gaza et Scaliger omiserunt. Deesse γῆς post αὐτῆς manifestum esse mihi videbatur: igitur addidi. Rem eandem tradit hist. pl. 8, 8, 2. ὅταν δὲ εὐετηρία γένηται, καὶ πολυνοστότερα τὰ σπέρματα γίνεται. Ἀθήνησι δ' οὖν αἱ κριθαὶ τὰ πλεῖστα ποιοῦσι τὰ ἄλφιτα· κριθοφόρος γὰρ ἀρίστη· τοῦτο δ' οὐχ ὅταν πλεῖσται γένωνται, ἀλλ' ὅταν λάβῃ τινὰ κρᾶσιν. ἐν δὲ τῇ Φωκίδι περὶ Ἐλάτειαν οἱ πυροὶ καὶ αἱ κριθαί.

ὅταν πλεῖστος — νοστιμότατος] Ita Heinsiana, et paulo post νοστιμότερα dedit. Gaza: *non enim cum semina plurima crassissimaque evadunt, suavia quoque eadem esse necesse.* Vocabuli σῖτος defectus Scaligerum induxit in errorem, ut crederet ἀὴρ omissum: itaque graeca interpretabatur de aere crasso et pingui. At locus historiae poterat comparatus docere eum, si fuisset eius recordatus. In annotatione critica cum Gaza πλεῖστα καὶ ἁδρότατα scribi voluit: ita vero deinceps etiam νοστιμώτατα debebat scribi.

ἢ σκάλλισις] Ita Heinsiana: verum σκάλσις in A. B. Med. Deinceps iidem libri ἐγγύτερα habent. *propiora sationi* Scaliger interpretatur, qui tamen monet, Gazam vertentem *vegetiora* reddidisse ἐγχυλότερα, quod ipse interpretatur *minus excocta*, paulo post tamen rectius *minus exucta*. Cum Scaligero ἐγχυλότερα Vinar.

ξηρανθέντα — καταρρεῖ] A. B. Med. καταρρεῖν: *ut melius legantur, vegetiora demetuntur; arefacta enim defluunt* Gaza. De verbo ξηρανθέντα dictum ad 2, 9, 12.

λήγοντος τοῦ θέρους] Postrema τοῦ θέρους supplevit Heinsius. *post dies ferventes* Gaza. Defectum animadvertit Scaliger et νυκτερινοῦ καύματος supplevit. h. pl. 8, 10. οὐδὲ γὰρ θερίζουσι τὸν θέρμον, πρὶν ὕδωρ γενέσθαι, διὰ τὸ ἐκπηδᾶν θεριζόμενον καὶ ἀπόλλυσθαι τὸ σπέρμα. Palladius Iunii 3: circa solstitium lupinum colligit. Gaza τοῦ θερμοῦ scriptum legisse videtur. τοῦ θέρους ἤδη λήγοντος dat Vinar. Sed aestas confecta merito offendit Linckium; nam lupinus autumno satus in Graecia ante solstitium sine dubio maturus metebatur. Igitur vocem καύματος substitui: deinceps autem fuisse suspicor: καὶ τοῦ ἀέρος ἀνυγραινομένου τῆς δείλης ἢ κατὰ τὸ ἑωθινόν. *aere iam humescente vespere, aut matutino.*

4. ἁδρύνειν] *crassare semina* Gaza. De re mox videbimus ad caput sequens.

καὶ ὅλως οἷς ἕκαστα ψυχρά] *omnesque frigidos praecipue, contrarios autem extenuare atque corrumpere constat* G.

sed Basil. *Flatuum interesse crassare semina et aquilonarium: ad summamque frigidorum praecipue: adversos his extenuare et corrumpere.* Verba vitiosa Scaliger non attigit. Gaza scripta sic reddidit καὶ ὅλως τὰ ψυχρά. Praeterea λεπτύνειν καὶ aut simile verbum additum legit et *extenuare* vertit.

καὶ ὅσα δὴ — παρώροις] *pereunt quaedam imbre ventoque intempestivo* Gaza, quasi scriptum legisset καὶ ἔνια δέ. Med. δὴ φθείρειν — ἀπόλλυνται habet.

ὁ δὲ κύαμος, ἐὰν πνεῦμα ἐπιγένηται λαμπρὸν, καὶ ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθή. Καὶ ἀπηνθηκότα ὑγρὰ δέ τινα λειφθῇ διαπνεῖται γάρ] Ita edebatur. *Faba triticum atque hordeum etiam post florem, si adhuc humida tenellaque afflatu vehementer vexentur, facile pereunt. Educitur enim, quod in his tenuissimum est, et conflictata inter se evanescunt* G. qui brevius, partim plenius et diverso ordine haec scripta ita legit: ὁ δὲ κύαμος καὶ ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθὴ καὶ ἀπηνθηκότα, ἐὰν ὑγρὰ ἔτι ληφθῇ καὶ πνεῦμα ἐπιγένηται λαμπρόν· διαπνεῖται γὰρ τὸ λεπτότατον, καὶ κοπτόμενα πρὸς ἄλληλα κενοῦται. Scaliger ὑγρὰ interpretatur οὐκέτι συνεστηκότα et τινὰ pro ποτὲ dictum censet. Histor. pl. 8, 10. ἀπόλλυται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων καὶ πυρὸς καὶ κριθὴ, ὅταν ἢ ἀνθοῦντα ληφθῇ ἢ ἄρτι ἀπηνθηκότα καὶ ἀσθενῆ· μᾶλλον δὲ ἡ κριθή· πολλάκις δ' ἤδη ἐν τῷ ἁδρύνεσθαι, ἐὰν πνεῦσις μεγάλη καὶ πλείω χρόνον ἐπιγένηται· ξηραίνει γὰρ καὶ ἀφαναίνει, ὃ καλοῦσί τινες ἐξανεμοῦσθαι. In loco nostro A. B. Med. καινοῦται — λειφθῇ habent: correxit Scaliger. λειφθῇ tamen tenuit Heinsius. ληφθῇ est in Mediceo. Equidem Gazam secutus sum, post διαπνεῖται tamen τὸ λεπτότατον inserere non ausus, quanquam necessarium id vel simile vocabulum putem.

κενευμένων δὲ] A. B. Med. καινουμένων. Mutavit Scaliger, qui tamen vidit, sententiam esse vitiosam. *cum evanuerint, pluvia secuta hordeo nocet, tritico prodest: hordeum enim nudum* G. Heinsius verba duo *cum evanuerint* omisit. Equidem coniicio, Theophrastum dedisse ἁδρυνομένων, *dum adolescunt et grana se implent.*

μᾶλλον καὶ γυμνοῖ] Hanc Ald. Basil. scripturam reliquit Heinsius, quanquam aperte vitiosam. Margo Bas. μᾶλλον γὰρ γυμνὸς posuit. Scaliger μᾶλλον δὲ γυμνή. Gaza μᾶλλον γὰρ γυμνὴ reddidit. Verum γυμνὴ habet Med. ἡ μὲν γὰρ γυμνὴ Vinar. Deinceps A. B. Med. πυκνότερον, καὶ ἰσχυρότερον dant.

σχεδὸν ἀπὸ τοῦ ἀέρος μόνης] Articulum τῆς addidi.

5. πλείονος. ὅτι δὲ ἰσχυρότερος] *largius agi exposcat,*

Item triticum, quia validius est, alimenti copiam vincit magisque excoquit, nec nimium recipit sine causa densitatis Gaza. ubi *ali* scribendum fuit. Heinsius fecit: *hoc largius exposcit. Item — vincit magis quam excoquit.* Scaliger iam olim deleri iusserat voculam δέ. Equidem non dubitavi cum Vinar. Ἔτι δὲ scribere. συμπέττειν Med. habet.

καὶ τοὺς χειμῶνας] Haec omisit Gaza. χιτῶνας scribendum esse monuit iam dudum Scaliger. Deinceps συνεφελκομένη A. B. Med. habent. praeterea εἰ δὲ πλείω Med.

6. ἁδροῦ — ὥσπερ ξηροῦ] *crassatum et iam siccum propemodum frumentum* Gaza. Omisit igitur ὥσπερ, mihi quidem suspectum et inutile visum. Med. ἀπορεῖ δὲ — χείρω habet.

ἔκφυσις οὐχ ὅτι βελτίων] *si expandatur, non solum non melius* Gaza. unde Scaliger ἐκταθεὶς correxit. Vinar. ἔκθεσις habet. Scaliger miratur etiam structuram verborum: ἁδροῦ ὄντος τοῦ σίτου — βελτίων — χείρων γίνεται. Vitium in voce ἔκφυσις latens versio Gazae celavit magis, quam viam emendandi aperuit. Saepius in his libris verba ἐκφύειν et ἐφύειν permutata fuerunt a librariis, quod item hic factum affirmare ausim. ἔφυσις, alibi nondum repertum vocabulum, propter structuram verborum locum hic habere posse non videtur. Igitur ὅταν ἐφύσῃ scribendum censeo. Rem certe tenere me, testimonio sunt sequentia, ubi causa editur: ἀνυγραίνεται καὶ ὁ ἥλιος — συνεξάγει τὴν οἰκείαν ὑγρότητα. At expansum frumentum non fit humidum, nisi pluvia successerit, sed siccatur: eiusque rei causa expanditur. Docet idem nexus cum antecedente sententia, ubi frumentum proficere dicitur, si, postquam defloruit et adolescit, imber sequatur.

εἰς θωμοὺς] A. B. Med. θωσμοὺς hic et paulo post. Gaza *metas* vertit. Scaliger idem esse censet quod σωρούς. h. pl. 8, 11, 4. διὸ καὶ εἰς θωμοὺς συντιθέασι καὶ πυροὺς καὶ κριθάς, καὶ δοκοῦσιν ἁδρύνεσθαι ἐν θωμῷ μᾶλλον ἢ λιποσαρκεῖν. ubi Ald. Basil. ἡλίκως σωρῶν.

ὅτι τὸ μὲν ἀνυγραίνεται] *quod tunc humescit* G. igitur τοτὲ μὲν scriptum legit. Scaliger τῷ μὲν ἀνυγραίνεσθαι scribi voluit: equidem ὅτι ὁ μὲν scribi posse putabam olim, sed nunc propter sequens ὅταν δὲ Gazae scripturam praetuli. Scholia Theocritea ad Idyll. X, 46. ἐς βορέαν ἄνεμον τᾶς κορθύος ἁ τομὰ ὔμμιν ἢ ζέφυρον βλεπέτω· πιαίνεται ὁ στάχυς οὕτως· ita tradunt: παρατετρημένον λέγει τοὺς τὰς ἀμάλας θημονοθετοῦντας οὕτω τιθέναι, ὥστε τοὺς στάχυας

ἐμπνεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ζεφύρου ἢ βορέου· τὸν γὰρ κόκκον ἐνδοτέρω ὄντα οὕτω συμβαίνει πιαίνεσθαι ἐμπνεόμενον. — ὅταν δὲ τὰ δράγματα δεθῇ, τοὺς στάχυας σωρεύουσι πρὸς ἀλλήλους νενευκότας ἔσωθεν, τὰ δὲ κῶλα αὐτῶν, ἅ τινες αὐλοὺς καλοῦσιν, ἔξω ἐστραμμένα ἐῶσιν, ὅπως διὰ τῶν αὐλῶν ὁ σῖτος ῥιπιζόμενος πιαίνηται καὶ ἄβροχος καὶ ἄσηπτος διαμείνῃ. Geoponica 2, 26, 2. τὰ δὲ τιθέμενα ἐπὶ τὴν ἅλω γεννήματα τὴν τομὴν ἐχέτω πρὸς μεσημβρίαν· ἔσται γὰρ πληρέστερα καὶ εὐμαρέστερον ἀλοηθήσεται.

ἀναλάμψῃ — ἰσχαίνει] A. B. Med. ἰσχάνει. *comprimit semen* Gaza. Scaliger scriptum ἰσχναίνει vertit *exilius facit*. Sed ἰσχὰς ficus siccata dicitur ab ἰσχάω, ἰσχάνω. In Euripidis Oreste versu 292. ἴσχανε Ald. et Codd. aliquot habent, ἴσχαινε et ἴσχναινε alii libri. Verbum ἀναλάμψῃ mutatum in ἐπαναλάμψῃ malim.

συνικμάζεταί τε] haec omisit Gaza, *convaporat* interpretatur Scaliger: *humectari, humidum fieri* Budaeus.

ἡ ἀναγομένη ἀτμὶς — πνευματώδης] *vapor terrae praetenuis atque animalis semina subit crassioraque reddit* Gaza. Heinsius ἀκμὶς dedit. Vaporem terrae Gaza interpretatur, ego manipulorum constructorum et humore intrinsecus concalescentium.

7. τὰ οἰκεῖα τεθῇ χύδην] *cum in horreis fusim repositum sit* Gaza: igitur οἰκία scriptum legit. Si de manipulis in horreo repositis loquitur, nescio, quid dicat χύδην: si de granis extritis, acervi profunditatem significari puto. Sed additum εἰς βάθος καταβάλλουσιν impedit, quominus ita interpretemur. Gaza vertit: *alte demittunt, ut plus vaporis obtineat*. Scaliger propter verbum καταβάλλουσι malebat *in foveas deiiciunt*, quam *magnos faciunt cumulos*. Verum ita εἰς βοθύνους scriptum oportuit. Deinceps vulgatum ὅπως πλέον ἂν εἴη mutavi in ἀνίῃ.

ἡ ἐμβαλλομένη γῆ] Est quae in hist. 8, 12. διαπαττομένη συντηρεῖ τὸν πυρόν. ubi vide adscripta.

καὶ ὅτι δύναται] Male Gaza haec cum antecedentibus vertit: *Haec igitur rem confirmant, atque etiam terra — tumefacit. Addo etiam, quod semina ipsa per se — nutrimenti aliquid possint attrahere*. Haec coniuncta unam faciunt sententiam: quare copulam καὶ tanquam supervacuam seclusi.

οὐκ ἄλογος] *unde fit, ut a flatibus et ab aere semina vegetari posse non temere credas* Gaza. In graecis deest vocabulum ἡ τροφὴ vel αὔξησις vel ἄδρυνσις.

AD CAPVT XIV. (VVLGO ADHVC XV.)

Τὰ δὲ τῆς ἐρυσίβης — κοινόν] Scripsi *Τὸ δέ*. Gaza vertit: *Aerugo quamvis commune vitium sit, tamen frumenta magis infestat et magis triticum atque hordeum.* Verba *οὐχ ἧττον* non sunt coniungenda cum verbo *ἅπτεται*, sed potius cum antecedente *κοινόν*.

κριθῆς — καὶ πυροῦ] Vitium a Gaza redditum convincit hist. pl. 8, 10, 1. *ἐρυσιβᾷ δ', ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ σιτώδη μᾶλλον τῶν ὀσπρίων· αὐτῶν δὲ τούτων κριθὴ μᾶλλον ἢ πυρὸς, καὶ τῶν κριθῶν ἕτεραι ἑτέρων, μάλιστα δὲ — ἡ Ἀχιλλῆϊς.* Confirmant sequentia omnia, quae in hordeo vera, in tritico falsa reperiuntur. Paulo antea *καὶ* ante *μᾶλλον* e Med. addidi.

διά τε τὸ τὰ μὲν γυμνότερα εἶναι, τὰ δὲ χιτῶσι πλείως καὶ διὰ τὸ ἐγγυτέρω] Omisit Heinsiana copulam *καὶ* et inseruit voces *τὰ μὲν*, quae habet etiam Vinar. Male etiam *ἀπόφυσις* dedit: rectum *ἀπόχυσις* interpretatur Scaliger *a quibus foliis effunditur humor*, cum deberet *unde erumpit spica.* Gaza vertit: *quod alterum nudum est, alterum tunicis integitur pluribus, et folium spicae gerit proximius, unde frugem suam effundit:* rectius igitur scriptum legit: *διά τε τὸ τὴν μὲν γυμνοτέραν εἶναι, τὸν δὲ χιτῶσι πλείοσι περιέχεσθαι, καὶ διὰ τὸ —*. Verbum *περιέχεσθαι* interim inserui, donec verum Codices obtulerint. Med. habet: *τὸ γυμνότερα εἶναι· τὸν δὲ χιτῶσι πλείοσι καὶ διὰ τό.*

ἐν ᾧ μένει καὶ ἡ ὑγρότης.— ἅπτεται] Gaza: *residet enim in eo humor putrefactus, qui rubiginem creat.* Supra 3, 27. *ἐν γὰρ τοῖς φύλλοις ἐμμένει μᾶλλον ἡ ὑγρότης, ὥστε πλησίον μὲν ὄντος εὐθὺς ἅπτεται, πόῤῥω δ' οὐχ ὁμοίως.*

καὶ ἄτοπον στάχυν ὀρθὸν] *Adde quod spicam gerat erectam* G. unde ineptum *ἄτοπον* mutavi in *διὰ τὸ τόν.*

ἀποῤῥεῖ γὰρ ἧττον] nempe *ἡ ὑγρότης*, ut recte vertit Gaza. Deinceps *ξυμφέρει* Med. dedit pro *συμφέρει.*

καὶ ἀπολύει τὸ συνεχὲς θᾶττον· ἐν δὲ τῷ ἄνω πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ διεκπίπτει ἡ ὑγρότης] *sic enim, quod continuum est, dissolvi atque decidere celerius potest* Gaza. Omisit igitur verba *ἐν δὲ τῷ ἄνω* et *πρὸς τοῖς ἄλλοις*, etiam *ἡ ὑγρότης*. Verum *humor* videtur excidisse. Praeterea *θᾶττον* ad sequens membrum rectius retulit. Malim equidem cum Gaza scriptum: *καὶ γὰρ διαλύεται τὸ συνεχὲς, θᾶττον δὲ ἐν τῷ ἄνω διεκπίπτει ἡ ὑγρότης.* Med. *ἐκπίπτει*

habet. Quid verbis πρὸς τοῖς ἄλλοις faciam, nescio: nam πρὸς τὰ ἄλλα si scribas, rem falsam declarabunt. Spicae enim inclinatae parte superiore excidit aqua destillans in terram, non in partem spicae subiectam. Proprie significat vulgata *praeter alia, praeterea*. Olim conieceram: ἐν δὲ τῷ ἄνω [μένουσα] πρὸς τὰ ἄλλα διεκπίπτει ἡ ὑγρότης καὶ τὸ συνεχὲς ἀπολλύει θᾶττον.

2. καὶ τῆς κριθῆς καὶ ἀναλογία συνεχὴς πρὸς τοὺς ἄλλους] Ita Heinsiana corrupit scripturam A. B. καὶ τῆς κριθῆς λεύκη πρὸς τὰς ἄλλας. margo Basil. κριθῇ λευκῇ. *haec eadem causa reddenda etiam hordeo est, scilicet ceterorum omnium comparatione. Habet enim praedicta omnia maxime ceterorum* G. Scaliger τῇ λευκῇ κριθῇ πρὸς τὰς ἄλλας scribi voluit. In Vinar. est κριθῇ pro λεύκη. Supra 3. c. 27. erat; διὸ καὶ ἡ μὲν Ἀχιλλῆϊς κριθὴ καὶ ἡ λευκὴ καὶ ἡ μέλαινα ἐρυσιβώδης· ὀρθοὶ γὰρ οἱ στάχυες· ἡ δ' ἑτερόκριθος ἀσφαλής· ἀπονεύει γάρ. Gaza videtur scriptum legisse: ἡ αὐτὴ δ' αἰτία καὶ τῆς κριθῆς πρὸς πάντα τἄλλα· ἅπαντα γὰρ τὰ εἰρημένα μάλιστα ἔχει τῶν ἄλλων. Med. scripturam posui, ubi tamen κριθῇ addidi.

2. ἐρυσιβᾷ κύαμος] *aeruginem* sentit Gaza. Formam activam dant Codices cum libris editis hist. pl. 8, 10, 1. ἐρυσίβαι — εἰς τὰ σιτώδη μᾶλλον τῶν ὀσπρίων — πρυσήνεμα καὶ μετέωρα ἐρυσίβαι ἢ ἧττον. ubi ἐρυσιβᾷ ex antiqua scriptura mansisse videtur: ego ἐρυσιβοῦται dedi, quoniam haec forma pluribus in locis Theophrasti usurpata reperitur.

διὰ πολύφυλλον] Ita Heinsiana, omisso articulo τὸ, mutavit A. B. Med. πολύφυλλος. Sequens πολλαχόθεν Gaza vertit: *quia folia multa undique gerit.* Quid spectaverit Theophrastus in faba recta simplice, et non ramosa, praeter folia pinnata, equidem definire non ausim, si scriptura sana est.

διὰ τὴν μάνωσιν] *suae raritudinis causa* Gaza. Est pro μανότητα positum, si scriptura est sine vitio. De re cf. ad c. pl. 2, 12, 5.

3. Καὶ ὅλως — τὰ τοιαῦτα] *et ad summam legumina huiuscemodi omnia eadem facilius abolentur* Gaza: quam versionem merito miratur Scaliger. Videtur Gaza scriptum legisse: καὶ ὅλως δὲ τ. χ. τὰ τοιαῦτα πάντα θᾶττον, nempe σήπεται vel ἀπόλλυται. Equidem interim τὰ πλεῖστα inserui: legumina enim plurima per terram serpunt: fructus igitur facile a terrae humiditate rubiginem concipiunt. Med. δὲ ante σῆψις omisit.

πολὺ μὲν ὕσαντος] Supra 3, 27. ἐπεὶ καὶ ὅταν ὕσαντος πνεῦμα ἐπιγένηται καὶ πάλιν ἐπιλαμβάνῃ νὺξ, ἧττον ἐρυσιβοῦται· — ἡ δ᾽ ἐρυσίβη σαπρότης τις. In Xenophontis Hellen. 1, 1, 16. ὕοντος πολλοῦ scripsi ex Eustathio ad Odysseam, qui Διός intelligi monet. Editiones et Codices Parisienses 5 πολλῷ habent, quod in πολὺ, intellecto ὕδωρ, mutandum nunc videtur. Med. hic διὰ πολλῶν μὲν habet.

ἥλιος ἐπιλάβῃ] Conatum corrigendi ἐπιλάμψῃ inhibuit locus 3, 22, 2. ubi vide dicta.

4. ὁ πισός, πρὸς μὲν τὰς ἐρυσίβας] *Sed omnium fragilissimum pisum est, quippe quod rubiginem vehementissime sentit, quia multifolium, terrenum, amplum, vagumque est* G. reddidit igitur χαμαίζηλον, non χαμαισχιδὲς, et addidit *vagum*, nisi voluit vocabuli compositi voces singulas reddere. Scaliger deinceps vulgatum εὐαξὲς corrigi iussit.

κἂν ἀραιὸς ᾖ] *etiamsi amplo intervallo positum sit* Gaza. Scaliger: *nam tametsi rarum seritur, tamen se ipsum frequentat.*

μάλιστα μόνα] *maxime* G. omisso μόνα, quod interposito ἢ distinxi, ut alibi.

ὥστ᾽ ἂν ἡ ἅλμη περιλυθῇ] Ita Heinsiana. ὃ ἔστ᾽ ἂν ἡ ἅλμη περιπανθῇ A. B. Med. *cicer abluta salsugine* G. ὅταν ἡ ἅλμη περικλυσθῇ scribi voluit Scaliger. Equidem περιπλυθῇ dedi.

5. Ζωοποιεῖ δὲ πυρὸς ἑπόμενα τὰ γλυκέα] *Evenit vero, ut triticum bestiolas ita gignat, quia dulcius quam hordeum est; qua de causa palea quoque huius suavior* G. omissis verbis ἑπόμ. τὰ γλυκέα, quae Scaliger vitiosa censuit et delenda. ἑπομένως τῇ γλυκύτητι coniecit Dalecampius: alius fortasse καθάπερ τὰ γλυκέα. Linckius suspicatur fuisse: πυρὸς σηπόμενος, ὡς πάντα τὰ γλυκέα.

ἄχυρον ἥδιον] Ita Scaliger e versione G. ἴδιον Ald. Bas. cum margine Basil. correxit.

σκώληξ γινόμενος — αὐτὸς ᾖ, ὥστε ὅλον] Ita A. B. Med. et deinceps ἐξαπολύναι. *ubi alimentum assumsit, quod in culmo est, spicam aggreditur, et vel totam erodit vel alteram partem* G. Scaliger vitium loci et defectum vidit, sed nihil remedii attulit, nisi quod γενόμενος scribi voluit. Plura excidisse docet locus comparatus h. pl. 8, 10, 4. ubi vide annotata. Supplementum Heinsianum αὐτὸς εἰς ἄκρον ἀνέρπει, ὥστε amandavi, unde venerat.

AD CAPVT XV. (VVLGO XVI.)

ἐλύμων ἐπὶ τοσοῦτον μὲν εἰπεῖν, ὅτι παντὶ πρόχειρον, ὅτι] *panico dictu facile id cuique est, ea videlicet, quia imbecillia sint* G. Igitur prius ὅτι delendum et in ἐστὶ mutandum cum Vinar. Simplex ἐλύμου substitui plurali, cuius nulla est causa.

καὶ τὰ τὸ ταχὺ τελεοῦν] Ita A. B. τὰ Scaliger deleri iussit, cui paruit Heinsius. καὶ ταχὺ τελεοῦται Vinar. Equidem τὰ cum Med. in διὰ mutavi.

καὶ δεόμενον πέψεως] *coctionemque desiderat* G. infra est de eodem sesamo: τὰ γὰρ αὖ γλίσχρα πλείονος πέψεως δεῖται, *lenta enim glutinosaque plus excoctionis desiderant*, G. interprete.

χρονιώτερον ἐχρῆν εἶναι] *diuturnius esse deberet* G. i. e. plus temporis in terra morari ad radices agendas, et super terra ad culmos generandos et semina maturanda. Hoc enim discrimen frumentorum aestivorum cum hibernis comparatorum supra annotatum fuit. Atque hanc si analogiam sequeretur natura, plus temporis milio perficiendo, quam reliquis θερινοῖς et sesamo praecipue, deberet insumere.

ἀλλ' ἀντίκειται τούτῳ τὸ λιπαρὸν] *sed repugnat huic illa pinguedo* G. non satis fideliter. Defectus radicum numeri in sesamo, cum milio comparato, compensatur natura lenta et oleosa seminis, cui perficiendo plus temporis item debet insumi.

Ταῦτα δ', ὥσπερ εἴρηται, πάντα πολύκαρπα. Περὶ μὲν οὖν τούτων σκεπτέον] *Ergo de his cogitandum latius est* G. eodem ordine, sine dubio falso. Supra enim dubitatio haec non de foecunditate aestivorum seminum proponitur, sed de natura eorum vel terrestri vel leviore: ἡ δὲ φύσις αὐτῶν ποία τις ἂν εἴη, σκεπτέον. Huc igitur redit oratio, non ad postremo memoratam foecunditatem. Haec vero statim sectione sequente tractatur: ad quam retraxi verba a librariis loco alieno collocata. Ceterum hist. pl. 8, 3. rem tradit his verbis: Ὅλως δὲ πολυκαρπότερα καὶ πολυχρύστερα τὰ χέδροπα· τούτων δ' ἔτι μᾶλλον τὰ θερινά, κέγχρος καὶ σήσαμον· αὐτῶν δὲ τῶν χεδρόπων μάλιστα φακός· ἁπλῶς δὲ τὰ μικροσπερμότερα μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν, ὥσπερ καὶ τῶν λαχανωδῶν κύμινον, ἁπάντων ὄντων πολυσπέρμων.

2. ὅλως εἰπεῖν] *ex toto propemodum* G. equidem ἁπλῶς malim. Sequens πολύχοα omisit Gaza, et videtur abundare.

ζῶά φαμεν ἔνια τοιαῦτα] *animalia quaedam talia esse videmus* G. legit igitur ὁρῶμεν vel simile verbum: certe φαμὲν alienum esse videtur.

οἰκειοτέραν] *aliquam vero interiorem petendum* G. Ad sequentia τῇδε διαφέρει intellige τὰ σπέρματα. Gaza: *nam ea quoque re ab animalibus differunt.*

ζωογονεῖ] *gravida foetu redduntur* male G. Heinsiana dedit ζωγονεῖ. Sequens δεῖσθαι e versione G. *ut viribus assidue melioribus opus sit* addidit Heinsius: πλείονος δεῖ δυνάμεως malebat Scaliger. Saepe enim ἀεὶ et δεῖ permutata fuerunt. Vinar. δυνάμεως δεῖται dat.

3. *τὰ δ' ὅτι λιπαρὰ — ἐρέβινθος πικρότητα*] Cum Med. τὸ δ' ὅτι λιπαρὸν — ἐρέβινθος ὅτι πικρότητα scripsi auctius, ut G. vertit: *sesama, quia pinguis: lupinum et cicer amaritudinem q. e. acredinem habent.*

διατηροῦσι δὲ ταῦτα ἀπαθῆ]. A. B. Med. δ' αὐταὶ τὸ ἀπαθές, *quae quidem qualitates conservare ea sine noxa possunt* G. sed Basil. *servare impune possunt.* Mihi διατηροῦσι γὰρ αὗται τὸ ἀπαθὲς cum Codd. scribere visum est. Sic enim supra 3, 24, 4. de seminibus vino maceratis: ἔχοντά τινα δριμύτητα· διατηρεῖ γὰρ αὕτη. ubi iidem libri διατηροῦσι γὰρ αὗται habent. Sequens ὥσπερ εἴρηται lectorem ad illum locum referre videtur: unde suspicari licet, ibi verba καὶ πικρότητα excidisse.

διαφθειρόμενα τὰ τῶν σιτωδῶν οὐ ζωοῦται] Articulum τῶν addidit Heinsius. *quam ob rem et corrupta haec nullas bestiolas creant* G. Athenaeus 2. p. 55. (213. Schw.) ex h. l. retulit: ὅτι θέρμος καὶ ὄροβος καὶ ἐρέβινθος μόνα οὐ ζωοῦται τῶν χεδρόπων διὰ τὴν δριμύτητα καὶ πικρότητα. unde pro τὰ scripsi μόνα, et χεδρόπων pro σιτωδῶν. Meursius in Theophrasto suo praeterea verba καὶ ὁ ὄροβος addi voluit.

καὶ γὰρ ταῦτα ἄζωα. ἢ ὅσα δὴ — ἀντέχεται] *Etenim ea quoque nulla animalia contrahunt, nec quaecunque sicca et acria* G. igitur rectius scriptum legit: καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἄζωα καὶ ὅσα δή. Verbum ἀντέχεται non intelligo, nec habet Mediceus, sed puto ἀντέχει scriptum fuisse. Sententia vera non videtur nisi de oleribus istis, quorum semina acria sunt: igitur particulam ἢ seclusi.

4. *Συμβαίνει γὰρ — θερμοῦ*] *ut veluti permistio quaedam alimenti extrinsecus fiat* G. legit igitur τῆς τροφῆς. Scaliger sensum loci putabat esse hunc: *sicca et acria resistere: alioqui, si dulcia sint, facile coire cum externis po-*

xarum causis, ut permistio fiat aeris corrumpentis cum succo interiore, qui vel dulcis vel insipidus est: si sit acer aut amarus, et respui et respuere. Sic *infra* τὴν ἀμιξίαν *dicit in milio causam conservationis.* Locus, quem dicit, est infra sect. 6. ὅλως ἄκοπα — τὰ δὲ ἀμιξίᾳ καὶ καθαρότητι, καθάπερ ὁ χόνδρος. Sed ἀμιξία ista sensu diverso dicitur, a partibus alienis et vermibus obnoxiis secreta et pura seminum natura, quibus mola demsit integumenta cum particulis quibusdam a vermibus appetitis. Huius vero loci sensum quasi per transennam in verbis non integris perspexit Scaliger. Causae, quae semina sicca et acria servat innoxia, subiungit causam generalem corruptionis eius, quae vermes in seminibus generat. Hanc in fine libri repetit verbis: συμβαίνει δὲ καὶ κόπτεσθαι καὶ σήπεσθαι δι' ἀλλοτρίας θερμότητος. Calor alienus dicitur, qui hoc in loco τὸ ἔξωθεν θερμόν. Nam Gazae *alimentum externum* neque ad conservanda integra semina, neque ad putrefacienda aut generandos vermes valet. Contra calor externus et alienus si accesserit ad humorem plantarum proprium, fermentatio fit; ex hac putredo vel generatio aliqua animalium sequitur. Deesse igitur verba aliquot ad sensus integritatem videntur, veluti: συμβαίνει γὰρ ἐν τῇ σήψει ὥσπερ et cetera, aut: σ. γὰρ ὥσπερ ἀνάμιξίν τινα — θερμοῦ πρὸς τὴν τῶν φυτῶν ὑγρότητα· σηπόμενον et cetera. Nunc video in Mediceo θερμοῦ omissum.

σηπόμενον δὲ ἕκαστον] A. B. Med. σκεπόμενον. *singula pro suo humore peculiare animal creant* G. sed Heinsius fecit *peculiariter mutantur.* Dalecampius vocem τροπὴν in μορφὴν mutari voluit: quem sequor: alioquin sequentis casus quarti, τοὺς κίας, τὸν μίδαν, nulla apparet causa, nisi bis εἰς addideris: nec uspiam τροπὴν, ubique μεταβολὴν dicit Theophrastus. Sequitur etiam mox: διαφόρους πάσας ποιεῖ τὰς μορφάς. Causam tamen mutatae formae ποιεῖ nullam equidem excogitare potui. Mediceus τροφὴν aeque incommodum habet.

κίας — ὁ δὲ κύαμος — μίδαν] Med. οἱ δὲ κύαμοι habet. *curculionem — midam* G. Lignorum vermes κίας intellexit Hesiodus, unde ligna ἀκιώτατα versu 435. Ἔργων, ubi tamen ἀκιρώτατοι scriptum κάλλιστοι alii interpretabantur. Recte igitur Hesychius: κίς, ζωΰφιον ἐν τοῖς ξύλοις καὶ τῷ σίτῳ γινόμενον. Idem: κίες, θηρίδια σιτοφάγα. Fabae vermem Hesychius appellat κοίελον, τὸ ἐν κυάμοις θηρίδιον. Sed idem: Μίδας — καὶ θηρίδιόν τι διεσθίον τοὺς

κυάμους. Photius: θηρίδιόν τι λεπτὸν, ἐν τοῖς ὀσπρίοις γινόμενον. minus distincte.

καὶ ἄλλα] *et alia* Gazae. Videtur τἄλλα fuisse scriptum, nempe χέδροπα.

καὶ ὅλως ὅσα τῶν ἀψύχων ζωογονεῖται] Vitium ζωογονεῖται e Med. correxi, quod supra sectioni 2. Heinsius intulerat. *in omnibus inanimis, quae bestiolas gignunt, varia species foetificatur, utpote ex alia atque alia generandi materia* G. qui celavit defectum nominis σῆψις aut φύσις, quod ad verbum ποιεῖται desideratur. Supra enim erat: σηπόμενον ἕκαστον ἰδίαν ποιεῖται μορφήν. Libri 3. c. pl. 27. est: πανταχοῦ γὰρ ἡ φύσις ζωογονεῖ μιξαμένη πως τῇ ὑγρότητι τὸ θερμόν. De forma passiva ζωογονεῖται dubitari possit propter locum: μόνος γὰρ ἐρέβινθος οὐ ζωογονεῖ. Fortasse τὰ ἄψυχα causam continent, cur passivo sit usus: ita enim Aristoteles Athenaei de anguillis: ἀφιᾶσι γλινῶδες ἐξ αὑτῶν, ὃ γενόμενον ἐν τῇ ἰλύϊ ζωογονεῖται. 7. p. 89. Schw.

AD CAPVT XVI. (VVLGO XVII.)

ἢ ἀκονιάτοις] A. B. Med. κονιατοῖς. *quam quod non levigatis conditum est* G. unde correxit Scaliger et H. Stephanus Thesauri II. pag. 334. consentiente Vinar. De re compara hist. 8, 11, 1.

θερμότητα. σήπεται γάρ· καὶ ἐπεὶ ἀθρόος] Ita Heinsiana. θερμότητα καὶ ἐπεὶ ἀθρόος A. B. ἐπεὶ καὶ ἀθρόος recte Med. Scaliger et margo Bas. *nam et cum universum altumque acervatum est, putret* G. unde apparet origo supplementi Heinsiani, quo facile caremus. Verba σήπεται θᾶττον repeti e superioribus debent.

διὰ τὸ μανότερον εἶναι καὶ γυμνότερον] Scripsi μανοτέραν — γυμνοτέραν. Sine comparatione μανὸν — γυμνὸν poterat tolerari.

2. Φαίνεται δὲ κατὰ τοὺς τόπους. παρ' ἐνίοις] G. supplevit: *prorsus perinde ac loca valent, semina durare posse apparet.* Verbum διαφέρειν deesse videtur, nisi plura exciderunt.

Ἀπολλωνίαν καὶ περὶ Τάραντα] A. B. Ἀπολλονίαν. Copulam e versione G. inserui.

Ἀκόπως δ' ἔχει] *nonnunquam sponte suae naturae tunduntur* G., gemino errore, nisi *numquam* scripsit. Sponte naturae nullum semen nec invita natura tunditur.

διὸ καὶ ἄλλῃ τινὶ δυνάμει] *alia quoque vi servari posse*

necesse est G. qui σώζεσθαι ἀνάγκη scriptum legisse videri potest. Sed potius ἀκόπως ἔχει repetendum videtur.

διὸ καὶ ἡ κέγχρος] Ita Heinsiana. κάχρυς A. B. Med. *cachris* G. Est *hordeum tostum*, quod in usum cibarium fuit asservatum.

ἀμιξία — χόνδρος] Si κέγχρος antea sit vera scriptura, difficile est dicere, quid sit χόνδρος: sin κάχρυς, etiam χόνδρος arte paratus videtur intelligi. Gaza *alicam* vertit. Scaliger negat, se divinare potuisse, quae sit haec alicae puritas. Cornarii disputatio de chondro ad Galenum de compos. medic. sec. loca p. 33. rem non definit; et male negat vir doctus, vocem apud Theophrastum extare. καθαρόν τι Med. habet.

τὰ μὲν χυμῶν φύσει] Scaliger τὰ δὲ correxit, quem cum Vinar. libro sequor.

ὦχρος] *cicera* G. qui sequentia vertit: *quae tamen et sicca et calida est*, quasi οὗτος scriptum, non τοῦτο legisset. Equidem ἅμα τούτῳ γε scripsi et articulum τὸ bis addidi ante ξηρὸν et θερμόν.

Τῷ δὲ σίτῳ κοπέντι — ἀπολικμῆσαι] Basil. τῷ σίτῳ. Heinsiana cum Aldinis duabus τῷ ἀσίτῳ, et cum praecedente oratione coniunxit. Verum habet Vinar. *Frumento sponte contuso praesentissimum remedium areae illatum diventilari* Gaza. Deinceps ex A. B. Med. ἀπικμῆσαι restitui. Supra de verbo Attico dictum fuit.

3. ἐμβάλλοντες — ἐπιχέωσι] Totum hoc membrum interiectum omisit G. Vas ligneum σκαφίον, alibi σκαφὶς dicitur, *scapula* apud Caelium Aurelianum medicum. Vasi immissum frumentum experiuntur: igitur ἐμβαλόντες scripsi.

καίτοι καὶ ἡ σῆψις — θερμοῦ καὶ ὑγροῦ, κομιδῇ δόξειεν ἂν παρ' ὁμωνυμίαν εἶναι] Ita Heinsiana. θερμοῦ καὶ ἀνυγραίνεται, κομιδῇ δόξειεν ἂν παρομοίαν εἶναι A. B. Med. *quanquam putredo quoque humore caloreque fieri solita sit: hoc per aequivocationem esse ambiguum prorsus appareat. Calor enim cui — plurimum differt ab eo* G. Unde apparet origo scripturae Heinsianae, in qua ἀνυγραίνεται mutatum in ὑγροῦ laudo, cetera temere mutata pronuntio. Scaliger vitium in verbo vidit, et ἀνυγράνσεως scribendum fuisse ait. In Vinar. ἀνυγράνσεως γίνεται annotatum est. παρομοίαν Ald. in παρόμοιον mutandum erat, et deinceps διαφέρει δὲ scribendum, non διαφέρει γὰρ, ut vulgabatur. Video, etiam Dalecampium verum coniecisse, sed is παρομοία — διαφέρει δὲ scribi voluit. Neutrum genus παρόμοιον

refertur ad initium, ὃ δὲ παρά τινων ζητεῖται. Similis structura sequitur sect. 4. ἐπεὶ τρόπον τινὰ παρόμοιον, καὶ εἴ τις ἀποροίη. In Vinar. est ὁμώνυμον, non παρόμοιον.

καὶ ἡ ὑγρότης ὡσαύτως] Cum Mediceo δὲ interposui ex usu Theophrasteo.

4. ὑγείαν — ποιοῦσα καὶ νόσον] Heinsiana ποιοῦσα dedit e versione G. ubi est *causentur* in Heinsiana, *faciant* in Basileensi. Praeterea ὑγίειαν scripsi, et post δῆλον cum G. γὰρ addidi. Deinceps erat οὐχ ὡς αἱ αὐταί.

ὅπως μὴ καθάπερ ἐκπαγῇ, διὰ τὸ] *ne quasi gelentur, quoniam celeriter sentiunt* G. *ut citius exeat neque gelascat in sulco* Scaliger. Sed fit experimentum non in agro, sed in scaphula: neque credo fuisse unquam, qui totum agrum semine aqua calida madefacto consereret. ἀποδηλοῦν est germinando signum dare naturae vitalis et φυσίμου, et genitalis potentiae. Duo memorantur causae, cur aqua calida in experimento adhibeatur: prior est, ne, si frigida adhibeatur, semina veluti frigore hiemali tacta emoriantur: hoc est ἐκπαγῇ; quo verbo saepe Theophrastus de noxa a frigore illata plantis usus est. Videtur igitur frigidae mentio excidisse, et fuisse scriptum: ὅπως τῷ ψυχρῷ μὴ ἐκπαγῇ. Deinde altera causa subditur: διὰ τὸ θᾶττον ἀποδηλοῦν, quia celerius genitalis potentiae notitia ita accipitur. Nam etiam frigida perfusa semina, nisi plane fuerint emortua, quanquam lentius multo, germinant. Igitur copulam καὶ addidi ante διὰ τό.

καὶ ἐν ψυχρῷ] Med. ἐν omisit. *vel in frigido loco pullulare potest* G. Heinsianus ineptissime: sed Basil. habet: *vel frigida pullulum ostendere potest.* Vide, quantum sibi licere in aliena opera putaverit Heinsius, quamque inepte in amendanda versione Gazae sit versatus!

AD LIBRI V. CAPVT I.

Τῶν ἐν τοῖς δένδροις] Mediceus liber initium hoc usque ad verba καὶ θεραπείας coniunxit cum antecedente libro, ubi αὐτόματα omittitur: sed repetit eadem, ubi Τῶν δ᾽ ἐν τοῖς scribitur, et αὐτόματα additur.

ἑκάτερα δ᾽ αὐτῶν ἔχει διαίρεσιν· τῶν γὰρ αὐτομάτων] Heinsiana locum mutilavit: ἑκάτερα δὲ αὐτομάτων. *quae*

utraque digerere item possumus. eorum enim, quae sponte procedunt, alia natura sunt G.

καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βότρυϊ] *aut etiam cum in eadem uva coloris illa eadem est varietas* G. qui ἢ καὶ Medicei libri reddidit. praeterea e loco inferiore cap. 5, 1. τὰς ῥᾶγας τὰς μὲν τοιαύτας, τὰς δὲ τοιαύτας supplevi.

2. περὶ δὲ τῶν — πρὸς τὸ περιττὸν ἥκει — καὶ πρῶτον ὑπὲρ] Med. δὲ omisso habet πρῶτον ἢ ὑπὲρ. Pro ἥκει equidem ex usu Theophrasteo ἀνήκει scribendum censeo.

καὶ γὰρ τούτων — αἰτία] *nam eorum quoque ratio est* G. omisso membro sequente, καθάπερ πρώτοις: cuius sensum equidem non assequor. Gaza duce copulam καὶ inserui.

μὴ ἐκ τῶν αὐτῶν] intellige μερῶν, ut supra ἐκ τῶν εἰωθότων μερῶν.

εἴ ποτε κατὰ χειμῶνα] Nomen συκῇ e versione G. Med. et Vinar. inserui.

ἀκρεμόνων — τούτοισι] *ramis praegrandibus* G. τουτοισί A. B.

3. Πρὸς δὲ ταῦτα λαβεῖν πρῶτον] E Med. δὴ scripsi et δεῖ addidi. Deinceps pro ἀμέλει Scaliger et Dalecampius ἀμπέλῳ scribi voluerunt. G. tamen: *qualia praedicta quoque patescunt.* Heinsius fecit *esse apparet.*

γὰρ ὑγρὰ ταῦτα] A. B. Med. γὰρ τὰ ὑγρὰ ταῦτα. Correxit Heinsius, ut est in Vinar.

παρώρους, ὅτι] G. *supponatur* vertens ὑποθετέον scriptum legisse videri possit: sed commode etiam δεῖ λαβεῖν repeti potest.

ἀρχὰς ἐν αὐτοῖς βλαστητικὰς, ἢ κλῶνες, ἢ] Praepositionem cum Scaligero Heinsius addidit. Deinceps οἱ κλῶνες cum Vinar. dedi. Sequens ἰδίας Med. omisit.

θαλία, κράδη, κλῆμα] Ita Heinsiana. θαλλία A. B. *thalia, crada, palmes* G. In olea θαλία, romane *talea*, in fico κράδη, in vite κλῆμα proprie dicitur τὸ ἐσχατεῦον. De re vide dicta ad hist. 1, 9, 5. Deinceps ἀριζώτων τῶν Med. habet.

4. κλήματα καὶ κράδαι] Ita Heinsiana. κλάδους A. B. κλάδη Med. *vallum vitineum, et ficulneum, et oleagineum. Interdum etiam non defixa, sed a parente decisa tantummodo germinant* G. Scaliger correxit κράδας καὶ θαλίας. Sed nominandi casus debet esse. Igitur χάρακας etiam in χάρακες mutavi. χώρακας habet Med. Saepius Theophrastus ἐλαίας χάρακας nominavit oleae ramos praecisos, e quibus

agricolae taleas (θαλίας) recidebant plantandas. Ramos eiusmodi Columella 5, 9. manubrii crassitudine oleae adimit, unde taleas sesquipedales praecidat. Cf. ad Geoponica 9, 5, 4.

ἐνίοτε — ἀφῃρημένα] Intellige βλαστάνει vel μεθίησι βλαστόν. Bas. ante ἐνίοτε apposuit asteriscum.

Τρίτον δέ τι συμβαίνει] *Tertium quoque ponatur, germinationem fieri posse hieme placida austrove sequente* G. Additum τι abundat. Fortasse δ' ἔτι scriptum fuit. Ad τρίτον repete δεῖ λαβεῖν.

ὁτὲ μὲν καθ' αὑτὴν] Etiam G. *alias per se, alias ex parte residua humoris praegressi.* quasi scriptum legisset: ὁτὲ δὲ ἐκ τῆς ἐμπρ. λειπομένης. Equidem verba praescripta malim collocata ante illa superiora, ἠθροισμένης — ὑγρότητος, ὁτὲ δέ.

5. Ὅτε δὲ τοῦτο συμβαίνει — οἱ πρόδρομοι] *quod ita fieri constat, profecto ea ratione, quod fructus posteri de parte eadem nascuntur qua praecoques* G. Omisit igitur ὅτε, et scriptum legisse videtur: τοῦτο δὲ συμβαίνειν φανερὸν, ὅτι. Athenaeus ubi hunc locum excerpsit, libro 3. p. 77. (303. Schw.) nominavit tertium librum, et post βλάστησιν statim subdidit verba ὅθεν καὶ οἱ πρόδρομοι.

ἀέρος προτεροῦσι] A. B. Med. ἀέρος, οὗ προτεροῦσι. Pronomen cum G. omisit Heinsius. Paulo antea πρόδρομοι μὲν διὰ Med. habet, et deinceps πέττοντες.

ἀλλὰ τ' ἄλλα γε πάντα] *At cetera omnia iisdem proximisve de causis veniunt* G. Scriptum igitur rectius legit: ἀλλὰ τά γ' ἄλλα πάντα. Med. deinceps παραπλησίους habet, et γενομένων.

ἢ κατὰ ταῦτα συνισταμένων ἀμφοῖν — οὐδὲ ἑκατέρως] A. B. Med. ἢ καὶ ταῦτα — ἑτέρως. Med. ἄλογον οὐδ' ἑτέρως habet. *vel aliis ex integro consistentibus, vel etiam ratione utraque* G. ubi Heinsius verba prima quinque omisit. Scaliger recte scribi iussit: ἢ καθ' αὑτὰ συνισταμένων ἢ ἀμφοῖν. Vinar. κατὰ pro καὶ habet. Equidem vocem ἀμφοῖν suspectam habeo propter sequens membrum a G. omissum, οὐκ ἄλογον — ἑκατέρως. Praeterea deest nomen plurale ad participium συνισταμένων, quod in voce ἀμφοῖν corruptum latere videtur, significans γόνιμον δύναμιν καὶ ὑγρότητα, vel etiam βλαστῶν.

6. προϋπάρχει — φύσις — πρόβλαστος] Male Heinsius φύσιν dedit. Deinceps A. B. προβολάς. G. *prona ad partum*, Scaliger. *prodiga* interpretatur, addens, προβολάδας

dicimus pecudes, quae abortiuntur. Vocabulum omisit Stephani Thesaurus, nec alterius πρόβλαστος posuit auctoritatem. Equidem non dubito, πρωϊβλαστος scriptum fuisse, quo ducit Med. scriptura προβλασ.

ἐπεὶ τόν τε χυλὸν] Equidem τόν γε scripsi. Deinceps φαντασία — χρόαν G. vertit: *sed maturitatis imaginatio in colore tantum fere est.*

ἤδη τῆς ὥρας] Vulgatum antea χώρας e versione G. correxit Scaliger, consentiente Vinar. deinceps ἀεὶ habet Med.

διαφόρων — λεγόμενος] Ita Heinsiana cum A. B. Med. Vitium utrumque e versione G. correxerat Scaliger.

7. ἐκ τοῦ συνίστασθαι] *ut proxima quaedam omnium ratio nobis notescat, scilicet ex collectu virium atque humoris* G. quae Heinsius ita mutavit: *quatenus similis humor et potentia existit.* τοῦ φύλλου Med. habet.

φύουσαι τοὺς προδρόμους — οὐδ' ἐπιμένειν δύνανται] *ut differre non valeant* G. *sustinere, cohibere humoris impetum* Scaliger. deinceps *facto illuc impetu humoris* G. unde C. Hoffmann συναθροίσεως scribi maluit. Scaliger interpretatur ὑπομένειν: nam vulgatum ἐπιμένειν est *permanere nec decidere.* In loco difficili et aperte vitioso quaeritur primum, qui rami locus, anterior an inferior, significetur vocabulo ἐκεῖσε. Prodromos nasci ex eodem loco cum serotinis supra dixit Theophrastus: deinde narrat, serotinos omnes post folium nasci, non ante: postea prodromos non solum iuxta folium nasci, sed etiam multo inferius, interdum etiam e parte rami crassa. Quosdam prodromorum seriorum maturari, illos videlicet, qui paulo ante ἔρινα nascantur: hos autem propius germen et ficos (i. e. cacumen rami et locum ficorum ordinariarum) nasci. Priores omnes decidere et raro maturari. Ex his locis omnibus apparet, ἐκεῖσε intelligi debere de loco ante folium versus rami cacumen. Linckius meus acute suspicabatur, scriptum fuisse: οὐδ' ἂν ὑπομένειν δύναιντο τῆς βλαστήσεως — ἐκεῖσε.

8. λευκοὺς ὀλύνθους] *caprificus candidas* G. Deinceps ἀβρώτους τε καὶ ἐδωδίμους dedit Heinsius. Ald. Bas. ἢ καὶ, rectius Med. δὲ τούτους ἢ καὶ ἐδωδίμους.

φέρουσι δὲ τὸν] A. B. Med. φέρουσαι. Correxit e versione G. Scaliger. Deinceps ἂν ὅλως οὐ φέρουσιν ὀλύνθους dedit Heinsius. In A. B. Med. est αὖ — φέρουσιν. *culices quoque creare solitae sunt, quae caprificos nullas penitus*

ferunt G. quae sana non esse, structura verborum laborans demonstrant. Suspicor fuisse scriptum: αἱ δὲ ὅλως οὐ φέρουσιν ὀλύνθους. atque ita in Vinar. postea reperi scriptum.

πάλιν δὲ — δ' οὐ φέρουσιν] Haec Athenaeus 3. p. 303. Schw. excerpsit.

παραλλάττουσα ἡ διαφορὰ] *nec earum quae gignunt differentia continuo, sed diverso habitu est* G. Scaliger in censura vitium vidit, atque obiter φορὰ scribendum esse monuit. Deinceps λευκομφάλια Med. habet.

ἐὰν δὲ, κακῶς ἤνεγκαν] A. B. Med. κακῶς οὐκ ἤνεγκαν. Gaza haec omisit: sed Heinsius addidit: *quod si gignant, male gignunt.* Fortasse fuit κακῶς οὖν ἤνεγκαν. Deinceps μικροῦ vulgatum e Med. mutavi.

πρὸ τῶν ἐρινῶν] Ita Heinsiana. *paulo ante caprificos* G. Etiam Scaliger eadem censet esse ἐρινα, quos alibi ὀλύνθους dicit Theophrastus. Quod non esse plane verum demonstrat locus hist. pl. 3. c. 7, 3. ubi inter exempla arborum, quae plura simul non fructuum genera, sed similia aut fructuum loco fere in eodem ferunt, nominatur ficus: Καὶ συκῆ τὰ ἐρινὰ τὰ προαποπίπτοντα, καὶ εἴ τινες ἄρα τῶν συκῶν ὀλυνθοφοροῦσιν. Iterum 3, 3, 8. οἱ δὲ — τὸν ἴουλον τὸν ἐν ταῖς καρύαις καὶ τὸ βρύον τὸ δρύϊνον καὶ τὸν κύτταρον τὸν πιτύϊνον ὅμοια καὶ ἀνάλογον εἶναι τοῖς προπώτοις ἐρίνοις. Plura de hac nominum varietate dicentur in Epimetro ad h. l.

τοῦ βλαστοῦ καὶ τῶν συκῶν] Ita editur: tamen Gaza: *proximiores germini atque ficubus sunt.* Si σύκων scribitur, de loco ante folium natorum fructuum accipiendum erit vocabulum. Deinceps ἐκεῖνοι sunt primi πρόδρομοι. Postea ἐκπέπτονται editum.

10. Οὐκ ἀλόγως — οὐδὲν] Intellige συμβαίνειν. Sequens ἐβλάστησεν ἡ σύστασις G. vertit: *quoniam ex alimenti residuo poma eiusmodi pariant.* Med. ταῦτ' ἐστίν· οὐκ ἀλόγως ἄν.

ἐφελκυσαμένη δὲ πλέον — καταπέψαι τότε τὸ μὴ ἐντελεχὲς] *nec procul ratione est humorem totum minus excoqui potuisse, cum vires plus attraxerint, quam percoquere possint. Accedit autem his ipsis intercapedo, quia* et cet. G. Scaliger haec ita distingui et scribi voluit: Τὸ δὲ μὴ ἐντελεχές. praeterea ἐφελκυσαμένην scripsi: refertur enim ad intellectum συκῆ, sequens vero πᾶσαν ad σύστασις aut potius ad τροφήν. Quod hic dicitur τὸ μὴ ἐντελεχὲς, supra erat

οὐ συνεχὴς, ἀλλὰ παραλλάττουσα ἡ φορά. Med. ἐνδελεχὲς habet.

ὑπόλειμμα ποιήσει] Ita A. B. ὑπόλημμα Med. ποιῆσαι Heinsiana. Deinceps τὸ ὕστερον ἔτει A. B. τῷ ὕστερον, omisso ἔτει, Heins.

11. μὴ τυχούσης θεραπείας] *si cura defuerit* G. unde facile erat corrigere τυχούσας.

τοῦτο δ' ὅτι τὸ μὲν ὑπῆρχε — ἐκ καινῆς] A. B. Med. κενῆς. Correxit Scaliger. Articulum τὸ omisit Heinsiana.

τοὺς ἐκ τῶν παχέων, ἀλλὰ τοὺς ἄνω μᾶλλον] *nec eas, quae ex crassa illa prodierint parte, percoqui potius, quam e summitate enatas, ratio vult* G. Scaliger ita ad h. l.: ἀλλὰ μὴν *scilicet* οὐκ ἔστιν ἄλογον, *ut qui grossi sunt in superiori parte plus maturescant: qui prodeunt ex crassioribus brachiis, minus.* — δι' ἀμφοτέρων ἡ ὑπόληψις. *opinionem de se facit ea natura tanquam de causa.* Sensum bene vidit vir egregius: in uno nomine ὑπόληψις aberravit: G. verum ὑπόλειψις vertit: *ut pars aliqua relinquatur.* In altero ἀλλὰ latet corrupta vox ἄλογον. Vulgatam igitur scripturam ad mentem Scaligeri et ex vero verbis transpositis correxi. Idem est supra de prodromis: ἐγγύτεροι δὲ οὗτοι τοῦ βλαστοῦ καὶ τῶν σύκων· ἀποπίπτουσι δ' ἐκεῖνοι πρότερον, καὶ ἧττον ἐκπέττονται.

ἡ τροφὴ γὰρ] A. B. στροφή. duce G. correxit Scaliger.

ἀνθήσεις — τῶν ἀνθῶν ὕστερον] *quamobrem et germinationes et florum particulatim proventus et fructificationes posteriores sunt* G. qui verba e Med. addita καὶ αἱ βλαστήσεις reddidit. Scaliger ita ad h. l.: *Haec eadem causa est, quod quibusdam flores non edantur simul, quia pro se primum satagit arbor ad ascensionem: deinde propagationem speciei meditatur in semine: quod ut producat, florum instituit generationem.* Vulgatam scripturam τῶν ἀνθῶν ὕστερον falsam esse, docet ipsa sententia inepta, de qua nemo dubitet, sed ad rem minime pertinens, *floribus posteriores esse fructus.* Suspicaber olim, τῶν ἀνθικῶν scriptum fuisse, ut arbores et frutices floribus conspicui opponantur ficis, quarum flores intus in fructu conditi latent: quare carere floribus scriptores antiqui existimabant. Sed alio sensu σπέρματα ἀνθικὰ dici videntur c. pl. 4, 12. ubi *semina florum* vertit Gaza: in hist. pl. 6, 5, 2. *florigena.* Nunc vero non dubito, fuisse scriptum τῶν ἀνθούντων ὕστερον, quo ducit Med. ἀνθῶν θ' ὕστερον, ἀλλὰ καὶ περί.

12. *καὶ τὸ συμβαῖνον καὶ ἐπὶ*] Prior copula abundare videtur: deinceps *εἶναι* habent A. B. fortasse *δοκεῖ* excidit.

βλαστικῆς ἀρχῆς] Supra sect. 3. erat *ἀρχὰς βλαστητικάς*.

πρωϊβλαστῆ — πρωϊανθῆ — κυϊσκόμενα] Vulgabatur *κυϊσκούμενα*. G. maturitatem in voce *πρωϊ* inclusam non reddidit. Deinceps *ἐν τούτοις* dedit Heinsius. Postea novum caput cum Scaligero exorsus sum, quia supra sect. 2. simul posuit *οἷον ὅσαι πάρωροι καρποτοκίαι καὶ μὴ ἐκ τῶν αὐτῶν γίνονται:* et formula solennis conclusionem argumenti absolutā habet.

Superest, ut de nominibus fructuum fici arboris videamus. De quibus ita Scaliger tradit: *Tria ficuum genera fert ficus. Unum valde tempori praecocem, quem idcirco vocarunt Graeci* πρόδρομον, *quasi praecursorem. Atque is quidem edendo est.* Bolas *vocant Veneti, nos* Florones. *Columella communi voce* priorem fructum, *Plinius* praecoces. *Aliud genus eorum est, quod postea prodit, cuius duae sunt species: una quae maturatur, ficum dicimus, Graeci σῦκον, altera semper cruda est, et prius cadit, quam absolvatur: eos vocat Plinius* (16. c. 25.) abortus: *aliud nomen apud nos* grossi *dicuntur: Graeci, quia referunt indomita natura sua caprifici fructum, eadem qua illum donarunt appellatione:* ὀλύνθους *dicunt. Ceterum iidem si scalpantur, aliquando maturescunt, admisso sole: quemadmodum e legitimis non pauci manent crudi, neque perficiuntur praeventi frigoribus. An idem sit ἐρινὸν, mox videbimus.* Paulo post idem ita ad locum sect. 9. *πρὸ τῶν ἐρινῶν. Hic, inquit, alio vocabulo utitur. Sunt autem* ἐρινοὶ *iidem qui et ὄλυνθοι. Gignuntur ergo prius prodromi, deinde grossi, tum ficus.* Ubi vides secundum locum grossis assignari, antea vero tertium. In hist. plant. 1, 14, 1. haec sunt: *ἔτι δὲ καὶ ὁ ὄλυνθος ἐκπέττων καὶ σῦκα φέρων ἐξ ἔνων.* cum antea dixisset: *ἐκ μὲν τῶν νέων συκῆ,* ἄμπελος. h. pl. 2, 4. inter ostenta memorat *ἐξ ἐρινεοῦ συκῆν* factam, *καὶ ἐκ συκῆς ἐρινεόν.* Dein sequitur: *ἤδη ποτὲ συκῆ τὰ σῦκα ἔφυσεν ἐκ τοῦ ὄπισθεν τῶν θρίων.* h. pl. 3, 6. flores masculi nucis, quercus et pini comparantur a quibusdam *προαποπτώτοις ἐρινοῖς.* ubi vulgatur *προαπτώτοις* ἐρινεοῖς. Gaza *praeciduos grossos* vertit. Scaliger ad istum locum ita: *At προάπτωτον non significat* praeciduum; *quin* τὸ πρὸ *naturam grossi indicat, qua antecedit, et ἄπτωτον naturam eiusdem, qua non cadit. Praeterea grossi cum*

sint ficus, quae primores eveniant, (*in Italia* Florones *et* Bolas *vocant*) ἐρινεὸν *hic non illud significat, sed papillam, quae antecedit veram fici faciem: id quod ex iis, quae sequuntur, manifestum est.* τὴν δ' ἑτέραν οὐκ ἀνθεῖν μὲν, καρπὸν δὲ φέρειν εὐθὺς προφαινόμενον, ὥσπερ καὶ τὰς συκᾶς τὰ ἐρινεά. *Ita erit in ficu pro flore* ἐρινεόν. *Dicas in praesentia ficulam.* De loco hoc postea dicetur.

Robertus Constantinus in Lexico Crispini sub voce Ὄλυνθος e loco nostro aliisque docet, ὄλυνθον semper post folium (ὄπισθε τοῦ θρίου) nasci, et natura maturandique tarditate cum grossis caprifici comparari: πεπαίνονται μέχρι τινός. Ibidem ait, ficum maturam, σῦκον, ante folium nasci. Attamen interdum etiam post folium nasci ait c. 2. s. 3. et esse genus aliquod fici, quod semper ita ferat fructum, hinc ὀπισθόκαρπον vocatum. προδρόμους ab ἐρινοῖς distinxit c. pl. 5, 1, 9. Plinium non solum *abortus,* sed etiam 16. c. 26. *grossum* appellare τὸν ὄλυνθον monet Robertus.

Gaza in Theophrasto passim *caprificum* male interpretatur. In h. pl. 3, 8. comparatur iterum flos quercus his verbis: τοῦτο καὶ συκῆ καὶ τὰ ἔρινα προαποπίπτοντα, καὶ εἴ τινες ἄρα τῶν συκῶν ὀλυνθοφοροῦσιν. ἴσως δὲ τρόπον τινὰ ἄκαρπος οὗτος. Vides fructum caprifici (ἐρινοῦ) comparari cum ὀλύνθῳ συκῆς, fructu fici mitis immaturo et decidente. Recte ibi Robertus Constantinus οὕτω καὶ scribi iussit; deinceps τινὰ καρπὸς e versione Gazae cum Scaligero scribendum est. Nemo tamen interpretum locum h. pl. 3, 6. comparavit, unde apparet, flores quercus, nucis et pini, peculiari nomine βρύον, ἴουλον et κύτταρον vocatos, a quibusdam negatum fuisse veros esse flores, et comparatos fuisse cum fructibus deciduis fici agrestis, quos pariter veros fructus esse iidem negabant. Pertinere huc videtur etiam locus Aristotelis de generatione animal. 3. c. 5. ubi tradit opinionem quorundam, qui pisces omnes praeter cartilagineos sexu femineo esse affirmabant, eosque a maribus appellatis ita differre, ut in plantarum genere eae, quae mares vocantur, a feminis differunt eo, quod hae fructum ferunt, illae steriles sunt, velut olea ab oleastro, et ficus a caprifico (καὶ συκῆ καὶ ἐρινεός).

Ἐρινεὸς, caprificus, Homero nominatur Odysseae 12, 103. ἐρινεὸς μέγας φύλλοισι τεθηλὼς, in scopulo prope Charybdin crescens. Saepius eundem memoravit Ilias, praecipue 21, 37. ubi ramorum usus ad curruum ἄντυγας indicatur. Ficum urbanam cum fructu memorat Odyssea in horto Alcinoi. Ἐρινὸς similiter sexu masculo dixit Strattis Athenaei 3. p. 76. aliique

scriptores, fructum neutro ἐρινεὸν vel ἐρινὸν, teste eodem. Usum ἐρινοῦ seu fructus caprifici ad caprificandas et maturandas ficos testatur locus Sophoclis apud Athenaeum l. c. p. 300. Schw. πέπων ἔρινος ἀχρεῖος ὢν ἐς βρῶσιν, ἄλλους ἐξερινάζων λόγῳ. Hinc σῦκα ἐρινασπὰ et ἀνερίναστα dicta; posteriora ad cibum praeferebantur, quippe ovis cynipum (ψῆνας Graeci vocant) carentia. Saepe tamen et poetae et scriptores prosaici ἐρινὰ vel ἐρινεὰ vocant, qui proprie ὄλυνθοι in ficu urbana dicuntur. Aristoteles h. a. 5, 32. οἱ δ' ἐρινοὶ οἱ ἐν τοῖς ἐρινεοῖς ἔχουσι τοὺς καλουμένους ψῆνας — εἰσδύεται εἰς τὰ τῶν συκῶν ἐρινὰ, καὶ διαστομῶν ποιεῖ μὴ ἀποπίπτειν τὰ ἐρινά. Διὸ περιάπτουσί τε τὰ ἐρινὰ πρὸς τὰς συκᾶς οἱ γεωργοὶ, καὶ φυτεύουσι πλησίον ταῖς συκαῖς ἐρινεούς. ubi vulgatur ἐρινεοὶ et ter ἐρινεά. Hinc Theophrastus c. pl. 2, 13. ut ficos ἐρινάζειν, ita palmas ὀλυνθάζειν dicit eos, qui flores masculos palmae feminae alligabant. Similiter quas noster hoc in loco nostro ait: αἱ τοὺς λευκοὺς ὀλύνθους φέρουσαι τοὺς ἐδωδίμους, sunt, nisi fallor, quae ab Androtione apud Athenaeum 3. p. 296. λευκερίνεαι vocantur, ubi simul ἐρινεαὶ nominantur inter praecipuas ficos. λευκερινεὼς ἰσχάδας nominat Hermippus Athenaei p. 299. Athenaeus ipse ficum λευκερινεὸν male interpretatur ἡ τὰ λευκὰ σῦκα φέρουσα, cum deberet ἡ τοὺς λευκοὺς ὀλύνθους φέρουσα. Nicander Theriacor. versu 854. κόκκυγας ἐρινάδος dicit, οἵ τε πρὸ ἄλλης γόγγυλοι ἐκφαίνουσιν ἀνοιδείοντες ὀπώρης. ubi Scholia interpretantur τοὺς ὀλύνθους, διὰ τὸ φαίνεσθαι κατ' ἔαρ ἅμα τοῖς κόκκυξι. Dubitatur nempe, num caprifici an fici urbanae fructum praecocem poeta intelligi voluerit. Hesychius: ἐρινάδες, ὄλυνθοι, ἢ συκαῖ ἄγριες. Unde apparet, alios caprificum ipsam ἐρινάδα vocasse, ut Nicander fecit, alios fructum: deinde e loco isto constat, caprifici fructum, ad caprificationem adhibitum, cum masculis floribus comparasse, et foecundationi fici urbanae accommodatum existimasse. Amerias Athenaei p. 301. ἐρινίκας vocari ait τοὺς ὀλύνθους. ubi ἐρινάδας scribendum esse monuerunt etiam alii. Ceterum Galli hodieque in Provincia ficos praecoces, rotundas ut plurimum, vocant *Coucourellos*, teste Bernardo in libro *Mémoires pour servir à l'histoire naturelle de la Provence* Tom. I. p. 49. Qui caprifici fructus appendebant ficis urbanis, κήρυκας vocabant, teste Hesychio.

Suidas οἴδακες φήληκες interpretatur; cum quo convenit locus Aristophanis in Pace versu 1165. τόν τε φήληκ' ὁρῶν οἰδαίνοντ', εἶθ' ὁπόταν ᾖ πέπων, ἐσθίω, κἀπέχω. Quos

Athenienses φήληκας, specie maturas, vocabant, Lacones οἴδακας vocasse dicuntur apud Pollucem libri 6. sect. 81., ut recte ibi Codex Falkenb. pro οἴκαδες habet scriptum.

Venio nunc ad προδρόμους, de quibus Hesychius: πρόδρομα, τὰ προακμάζοντα σῦκα. Idem: πρόϊμον, σῦκον προακμάζον. Idem: πρωτερικὴ· εἶδός τι συκῆς πρωΐμου. Praecoces igitur ficos dicit, quas Theophrastus προδρόμους sexu masculo appellat: id quod testatur etiam Plinius 16. c. 26. προτερικὴν συκῆν vocat Seleucus Athenaei 3. p. 304. Schw. Praecoces fructus ferre dicuntur ficus Laconica, λευκομφάλιος, aliaeque. Laconicam in altitudinem surgere negat Athenaeus 3. p. 294. Laconicas aquas amare, ut et Megaricas, testatur Androtion Athenaei p. 296. Schw. ἐρινεὰ Attica cum Laconicis ficis comparat Lynceus ibidem p. 297.

Moldenhauer in Tentamine p. 54., ubi hunc locum nostri tangit obiter, ficos, quae ὀλυνθοφόροι μόνον dicuntur, σῦκα δὲ οὐ φέρουσιν, comparat cum Linnaei caprificis, contra eas, quae φέρουσι καὶ σῦκα καὶ ὀλύνθους μέλανας ἀβρώτους τε καὶ ἐδωδίμους, cum Linnaei Erinosyce. Quae quidem comparatio quo rectius intelligi et iudicari possit, operae pretium est Linnaei doctrinam de genere et sexu ficorum explicare. Linnaeus in Generibus Plantarum ficum retulerat ad plantas cryptogamicas, earumque in ordine primo loco collocaverat. Deinde vero in Speciebus Plantarum admonitus a Münchhausenio locum eius mutavit, et exemtam plantarum cryptogamicarum ordine postremo loco inter plantas sexus manifesti collocavit, in classe ea, quam Trioeciam vocavit ideo, quod organa sexus diverso modo per tria plantarum singularum corpora dispertita conspiciuntur. Organorum hanc distributionem primus observavit Gallus *De la Hire*, quem secutus est Italus *Pontedera* in Anthologiae libro 3. c. 22 — 25. p. 225 — 232. qui florum diversorum, in pomi intus pulpa conditorum, structuram iconibus in Tabula XI. repraesentavit. Hunc ducem Linnaeus secutus nihil novae observationis adiecit, in ordinem Systematis sui genus hoc redegisse contentus.

Pontedera igitur primo loco explicuit naturam ficus sativae, quae poma edulia matura fert, intus floribus seu organis sexus foeminei tantum instructa. Haec est vel bifera, vel semel tantum fructus fert.

Caprificum vocat, quae masculis et femineis organis instructa fructum nunquam ad maturitatem perducit, a culicibus erosum, qui in germinibus nidulantur atque exclusi a Graecis ψῆνες vocantur. Huius genus triferum et biferum esse di-

citur. Pontedera duas species descripsit p. 229. praecoces ambo: quàrum prior iuxta umbilicum seu fundum masculos flores, infra vero femineos habet; posterior masculos flores per totam internam superficiem fructus distributos habet. Fructus utriusque corrugati decidunt, utpote a vermibus exsucti.

Erinosyce semper bifera est, ita quidem, ut fructus praecox, organis utriusque sexus instructus, immaturus decidat, alter vero serotinus, sexus foeminei instrumentis instructus, tantum perficiatur et maturetur. Haec nullam culturam experta est, quia sativae sunt plures biferae, quarum uterque fructus esui est. Organa mascula infra umbilicum disposita habet; infra vero foeminea. Praeterea umbilicus intus clauditur appositis unguibus seu squammis membranaceis, qui in grossis seu fructibus immaturis et deciduis minores apparent, quam in ficubus maturis et sativis.

Haec Pontedera tradidit erudite et copiose; unde Theophrasti loca plura lucem accipiunt. Adde dissertationem Willdenovianam de Genere ficorum insertam Dissertationum germanice scriptarum Volumini Academiae Berolin. anni 1798 — 1800. p. 77 seqq.

AD CAPVT II.

οὐ πόῤῥω τούτων] A. B. Med. ταύτας. *haud procul his esse credendum* Gaza Basil. *ab his abesse* Heinsianus. μέχρι οὗ paulo antea Med.

ὅταν ἀθροισμὸς — ἀρχῆς γὰρ ἐπιστάσης] *cum enim vis generandi in eas partes sese collegerit, mox germen exoritur: quippe cum ibi principium id constiterit, affluens alimentum* G. Is igitur rectum συστάσης scriptum legit, quod sequens σύστασις flagitat. Praeterea particulam γὰρ eodem duce retraxi, male post ἀρχῆς antea collocatam: quo facto nexus et series sententiarum laborabat. Mediceus ἐπιστάσις — εἰς τοιαύτην habet.

οὐκ ἂν ἄλογος· εἰ τοιαύτην] Ita Heinsiana scriptum et distinctum locum habet, consentiente Vinar. Sed iam olim Scaliger vetus ἀνάλογον in ἄλογον mutari iusserat, omisso ἄν. *Nec temere collectus ille consistit, ubi quisquam eiusmodi habitus conditus fuerit* G. sed Heinsius fecit: *collectio illa fit, si quidem talis accesserit temperies.* Omisit Gaza κατὰ μόριον.

οἱονεὶ κέρας — ἕτερον] *cum ex pectore cornu erumpit*

vel cum aliquid eiusmodi evenit G. In graecis deest verbum ἔφυ vel simile. Praeterea οἷον εἰ separatim scripsi.

2. προβλάστημά τι γένηται] *Si vero et germen aliquod praecurrerit fructui* G. unde Heinsiana deinceps πρωϊκαρπότερον inseruit. Dalecampius τῷ καρπῷ πρωϊκαρπότερον malebat. Ex annotatione Scaligeri fit manifestum, eum προσβλάστημα scriptum voluisse, quod sententiarum series postulare videbatur: sed recte Gaza vertit. Fructui enim sedem et alimentum praeparat germen lignosum, in quo inclusum latet floris cum fructu rudimentum. Huic opponitur statim αὐτὸς ὁ καρπὸς, fructus solus progerminans. Exemplum illius est κλῆμα, palmes e duro natus atque uvam proferens. Inepto Heinsianae supplemento nullus hic locus est.

καρπολογῆσαι] Ex hac A. B. Med. scriptura καρποφορῆσαι fecit Heinsius: καρποτοκῆσαι aut καρπογονῆσαι maluit Scaliger.

ὅταν αὐτὸς ὁ καρπὸς — στελέχους] *cum fructus ipse — promitur* G. male: est *solus fructus*, nullo surculo praegresso, cui insideat. Ad ὅταν repete verbum φύηται.

ὥσπερ — ῥοῶν] G. plenius: *quod punicis evenit*, quasi συμβαίνει additum legisset.

Αἱ δὲ τοιαῦται] G. postremum vocabulum non expressit, quod ad sequentia referendum est.

3. τὴν μὲν ἐπιβλάστησιν] *quod aggregatio imbecilla* G. male. est productio germinis in cacumine rami vel surculi.

ὀψιαιτέρας γενομένης τῶν προδρόμων, ἐπένειμέ τε καὶ ἐξέπεμψε] *itaque humoris collectu isto seriore pomis praecocibus arbor digessit atque exarat* G. Basil. ubi Scaliger *exeruit* scriptum fuisse putabat. Heinsius *emisit* dedit. Ipse Scaliger vertit: *quare dilata praecocis fructus generatione, his impartita est arbor atque eduxit aut emisit.* Suppleri igitur voluit τῆς γενέσεως ante vel post προδρόμων. Verba ἐπένειμέ τε καὶ ἐξέπεμψε vitiosa esse equidem non dubito, et scripsi ἐπέμεινέ τε καὶ ἐξεπέφθη, nempe τὸ σῦκον vel ὁ καρπὸς, ficus pone folium nata. Med. γενομένης — ἐξέπεψε habet. Emendationem firmat comparatio loci cap. 1. sect. 7. ἀλλ' αἱ μὲν φύουσαι τοὺς προδρόμους ἀσθενέστεραι τυγχάνουσιν, ὥστ' οὐδ' ἐπιμένειν δύνανται τῆς βλαστήσεως γενομένης ἐκεῖσε. Prodromi semper pone folium nasci, testatur idem locus: cum vero alimentum affluens primam rami (κράδης) partem germinatione nova produxerit, tum prodromi posteriores loco perfici et permanere non possunt, sed imperfecti decidunt. Qui vero propiores cacumini et novo germini sunt, ii facilius

perficiuntur: συμβαίνει δ' ἐνίους ἐκπέττειν τινὰς τῶν ὑστέρων. — ἐγγύτεροι δὲ οὗτοι τοῦ βλαστοῦ καὶ τῶν σύκων. ἀποπίπτουσι δ' ἐκεῖνοι πρότερον, καὶ ἧττον ἐκπέττονται. Vocabulum προδρόμων potest cum vocabulo γενέσεως copulari, (Gaza συῤῥοῆς scriptum legisse videtur,) potest etiam cum comparativo ὀψιαιτέρας, ut sit serior prodromis, ut Gaza vertit: quam posteriorem rationem equidem probo. Prodromi enim semper sunt verni et fere primi ficorum fructus. Vulgatum ἐπένειμε si sensum habet, ad arborem referri, et τὴν τροφὴν debet intelligi. Verum ita sequens ἐξέπεμψε aliud nomen desiderat, veluti καρπόν. Vides orationem ipsam vitium scripturae arguere.

ὃ δὴ καλοῦσιν] Vulgabatur δὴ ὅ. Vinar. ὃ δὲ dat. Deinceps ὀπισθοκάρπιον A. B. Med. Cf. ad hist. 2, 3, 3. Postea διαθέσεως γινομένης editum.

4. Ἐπεὶ καὶ ἐκ τῶν] Articulum τὸ addidi. Deinceps ἐκ ante στελέχους omittunt A. B. ἐν dedit Heinsiana. *nam et ramis praegrandibus aliquando tulisse ferunt, si qua fertilis ac valida similitudinem quandam fici Aegyptiae refert. Quippe cum illa fructum suo caudice ferat, quoniam fertilis validaque sit ad fructificandum* G.

ἀφαιρουμένων] recte G. *fructu decerpto priori:* igitur minime cum τῶν αὐτῶν copulandum verbum.

περιαλειφθέντων] A. B. περιλειφθέντων. Correxit Scaliger e versione G. Deinceps ἐλέχθη τὴν, omisso διὰ, Med. qui antea πεπαίνειν habet.

ἀνεωγμένων] intellige τῶν καρπῶν. *pomum apertum celeriter coquit* G. In Basil. post ἥλιος asteriscus appositus est, credo, ut nominis defectus significaretur.

5. παραπλησίως — ἐκείνων τε γὰρ — προαύξεται] Scripsi παραπλήσιον, et inutile τε post ἐκείνων seclusi. Med. δὲ post παραπλ. omisit, et ἀρχομένων habet.; deinceps προσαύξεται scribendum esse monuit Scaliger. *augescunt* Gaza. Postea εἰς αὐτοῦ, omisso τὴν, habet Med.

καὶ τούτων ὁμοίως μὲν εἰς — φέρεται τὸ τῆς τροφῆς.] *Quod si perfectum atque validum sit, fructum parere continuo incipit, sed imperfectum ac debile ante augescit corroboraturque, quam aliquid pariat* G. permutata sede sententiarum, quas diverse scriptas legit. Scaliger vertit: *quod alimento superest, abire in germinationem; quod validius atque elaboratius sit, in fructum efformari.* Posterius membrum antea verterat rectius: *quodsi in partem inciderit validiorem, etiam fit utilis ad fructus efformandos.* τὸ ante τῆς

τροφῆς omittunt A. B. Med. Sequens καρπογονεῖ debetur Scaligero. καρπογονοῦν dant A. B. Med. Vitium loci manifestum equidem olim putabam haesisse in verbis καὶ τούτων ὁμοίως: nunc vero non dubito, verba aliquot excidisse post illa verba, in sequentibus autem quaedam esse vitiosa. Primum tuebor verba καὶ τούτων ὁμοίως: quae quidem quo nunc leguntur collocata loco, minime possunt nec ferri nec intelligi: sed si in suum reponantur locum, unde librarii violenter abstraxerunt, statim quisque vera agnoscet. Supra erat de plantis particulatim florentibus: ἐκείνων τε γὰρ τὰ μὲν ἰσχύοντα — καὶ ἀνθεῖ καὶ καρπογονεῖ, τὰ δ' ἀσθενέστερα καὶ ἐπάνω προσαύξεται καὶ βλαστάνει, καὶ ἀεὶ τὸ τελεούμενον (malim τετελεωμένον) ἀνθεῖ. Hic abundat vocula τε, et tollenda videtur, nisi animadverteris, comparatione abrupta male intrusa esse a librariis verba sequentia: Τὴν δὲ τῆς τροφῆς ἐπιῤῥοὴν ἕκαστον εἰς τὴν αὑτοῦ φύσιν καὶ δύναμιν καταμερίζεται. Sequi enim statim debebant haec: καὶ τούτων ὁμοίως [εἰ μέν τι ἀσθενὲς ἔτι,] εἰς τὴν βλάστησιν φέρεται τὸ τῆς τροφῆς, εἰ δ' ἐστιν ἰσχυρὸν ἤδη, καρπογονεῖ· ἐκεῖνο — ἀτέλειαν. Transposui igitur verba, corrupta εἰ δ' εἰς τὸ ἰσχυρὸν, ἤδη καρπ. emendavi, et manca supplevi. Pronomen ἐκεῖνο, ut versio Gazae, vocabulum ἀσθενὲς manifesto flagitat.

AD CAPVT III.

εἴ τινες ἢ ἐκ λευκῶν] A. B. Med. ἀεί τινες εἰ ἐκ λευκῶν. E versione G. correxit Scal. consentiente Vinar.

ουδὲν θαυμαστὸν — φαίνεται τῷ τὴν φύσιν] *nulla in admiratione sunt — quoniam natura alias hoc modo, alias illo* G. vulgatam secutus, cui τὸ substitui. οὐδὲ θαυμ. Med. habet.

τὴν κάπνεων] Ita A. B. Med. κάπνιον dedit Heinsiana. *fumidam* G. *eluolam* Latinis vocatam putat Scaliger. In h. pl. 2, 3, 2. sine varietate est κάπνιος. ubi vide annotata. Deinceps ὁτὲ μὲν γὰρ πάντας αἴτιον τῆς Med.

2. ὅτι τὸ χρῶμα τούτων — λευκὸν ἔχει] G. ἐστὶ vertit, quod substituendum est, nisi pronomen τούτων ante τῶν βοτρύων tollere malueris. deinceps Med. habet: ἕτερον εἰλικρινὲς — ἀπολιπόντες.

συγχωρεῖται τῷ μὴ θαυμαστῷ] *Hoc igitur concedi ex facili potest* G. diversam scripturam secutus. *conceditur atque admittitur etiam sine admiratione* Scaliger, qui dictum ait pro συγχωρεῖται ὡς μὴ θαυμαστὸν, vel χωρεῖ σὺν τῷ μὴ θαυμ.

3. εἰ μὲν ὅλων — συμβαῖνον ἦν] In hist. 2, 4. est ὅλως. Pro ἦν G. vertit rectius εἴη. Praeterea τι abundat.

εἰ δὲ μὴ ὅλον] Cum G. et Vinar. ὅλων scripsi, quod antecedens membrum flagitat.

ἀποδοτέον] In A. B. Med. ἀπολογητέον haesit merito Scaliger. *alimento et habitudini causa imputanda est* G. unde Heinsius vere correxit. Pro ποτὲ G. *interdum aliquibus* reddidit, quasi ἀλλά ποτέ τισι scriptum legisset.

* ὡς ἐκ τοιαύτης γενομένη καὶ κρατηθείσῃ ὅτι ἂν ἐθίσῃ] Ita cum asterisco Heinsiana. G. haec omisit. κρατηθεῖσα ὅ, τι coniecit Scaliger, interpretatus: *eo sumto habitu ex assuetudine producet, ut semel coepit, porro fructus.* Dalecampius malebat: ὡς ἐκ τοιαύτης γινομένην καὶ κράσει ἥν τιν' ἂν ἔχῃ. Equidem video, locum esse simillimum infra sect. 5. αἱ γὰρ τροφαὶ τὰς διαθέσεις ἀλλοιοῦσι καὶ μεθιστᾶσιν, ὁτὲ μὲν κρατούμεναι, ὁτὲ δὲ κρατοῦσαι, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν σπερμάτων φυομένοις. unde suspicor, fuisse olim scriptum: ὡς ταύτης γινομένης ἐξ ἐκείνης, ὅταν κρατηθῇ. Fortasse alii felicius coniicient.

Εἰ δ' ἀνωμάλους — ταῖς ῥίζαις] Intellige καρπούς. G. ἀνωμάλως *enormiter* vertit, et sequentia *radicibus dabitur causa.* Praepositionem ἐν addidi, quam praecedens verbum ἤνεγκεν abstulit.

τῷ τὰ μὲν — τὰ δὲ τοιαύτην λαβεῖν ἢ καὶ ποιῆσαι καὶ ἀναδοῦναι] *quod alia nutrimentum aliud ceperit vel etiam varie coxerit atque reddiderit* G. unde Heinsius ineptissime addidit verba ποιῆσαι καί. Rectius, si supplemento opus esset, Dalecampius πέψαι καὶ ἀναδοῦναι coniecit. Scaliger λαβεῖν καὶ ἀποδοῦναι probavit in annotatione. Praeterea vitiosum τὰ μὲν — τὰ δὲ duce G. correxi.

ἅμα δὲ — συνεργεῖν τι] *efficere posse credendum* G. Supplevit igitur verbum aliquod, velut εἰκός. In graecis possis etiam repetere cogitatione praecedens τῷ: sed malim cum G. additum aliquod verbum.

4. μερίζεσθαι τὰς ῥίζας] *divisio radicum* G. pessime vertit. Verbum supra fuit: ἕκαστον τὴν τῆς τροφῆς ἐπιῤῥοὴν εἰς τὴν αὑτοῦ φύσιν καὶ δύναμιν καταμερίζεται. Equidem suspicor, fuisse scriptum: μερίζεσθαι τὴν τροφὴν ἐν ταῖς ῥίζαις, inaequaliter a radicibus alimentum arbori subministrari, neque mistum communi officio atque idem ab omnibus simul radicibus omnibus arboris partibus suppeditari.

ὁ δὲ καρπὸς ὁμοίως] *quanquam undique fructus pariter ferant* G. Verbum ἔχει repetitum supplebat Scaliger, inter-

pretatus: *at fructus nihilo secius varii sunt, propterea quod in qualibet radicis parte vis illa confusa est.* Equidem non dubitavi ὅμοιος scribere.

ἀπὸ τῶν δένδρων ἡ τροφὴ πᾶσιν] *pabulum singulis ab arbore dispensatur. si vero undique adsint, suae parti unaquaeque ministrat* G. Ad πᾶσιν Scaliger βότρυσι intelligebat, et deesse ὅμως censebat. Dalecampius coniecit: ἀπὸ πασῶν τῷ δένδρῳ ἡ τροφή. satis ingeniose. Equidem non dubito, fuisse ἀπὸ τῶν ἑτέρων, nempe ῥιζῶν, et ad πᾶσι intelligo μέρεσι. Minus simile vocabulum λοιπῶν est quam ἑτέρων vitioso δένδρων.

μέρος· κατὰ λόγον ὡς ἄν τις φθάσειεν] Sex verba postrema G. vertit: *cum meatus recto, ut ita dixerim, tramite porrigant sese portionique radicis suae respondeant.* A. B. ἑκάστῃ οὐ κατὰ λόγον. Margo B. φύσειεν proponit. Med. ἑκάσταις· οὐ κατὰ λόγον. Scaliger φήσειεν corrigi iusserat: vitium reliquit Heinsius.

συμβαίνει καὶ ζῆν] A. B. ζῇ. Correxit Scaliger, consentiente Vinar. *Evenit quippe, ut pleraeque plantae parte altera vivant, demumque repleantur pene undique aliis recreatis, aliis ob ariditatem delapsis* G. Omisit verbum αὐξανόμενα et *pleraeque* male vertit, ubi graece est ἔνια: denique ἀναλαμβάνοντα reddidisse videtur *recreatis*. A. B. Med. συνεκπληροῦν — ἐκπεριλαμβάνοντα. Scaliger ἐμπεριλ. scribi iusserat interpretatus: *partium subeuntium complexu obit.* Quid sit ζῆν ἐκ θατέρου μέρους, videndum ante omnia. Si exemplum argumento convenit, uti par est, vita nulla alia potest intelligi arboris, quam quae a radicibus alitur et sustinetur. Quod si arbor ex altera parte radicibus emortuis laborat, cum vel casu vel maleficio excisae vel laesae fuerint, reliquae vices mortuarum implere et debent et solent. Huc referri videtur verbum συνεκπληροῦ πως τὸ ὅλον. Sed sequentia verba videntur significare partes arboris superiores partim emortuas, quae cortice obducto communi intus susceptae conteguntur, partim ariditate decidunt. Vita igitur arboris dimidiata referri videtur non ad solas radices, sed ad superiora etiam laborantia, morbosa aut mortua.

καὶ αὐτὴ πίστις] Scripsi αὕτη cum Scaligero. *Sin autem palmitum quoque diversi generis compactio fidem facit aliquam* G., male reprehensus a Scaligero, quasi de simplice insitione loquatur Theophrastus. Rem eandem tradet infra c. 5. ubi plura dicentur.

φέρει δ' ἑκάτερον τῶν μερῶν] Vulgatum ἑκατέρων cum

Scaligero correxi: alioqui praepositio ἐκ fuit adiicienda. *parte utraque fructum ferat diversum* G.

εἴη δ' ἂν καὶ ταύτῃ] Delevi particulam δὲ, praeeunte G. *uti ea quoque licebit*. Est enim apodosis respondens antecedenti: εἰ δέ τις καὶ αὕτη πίστις ἐστίν.

Τοῦτο δὲ ἥκιστα γινόμενον] A. B. Med. τοῦτο μὲν ἥκιστα. *hoc tamen minime fit et fidem proinde minime facere potest* G. unde τοῦτο μέντοι non dubitavi scribere. Ceterum locus hic vitium alere aliquod latitans videtur. Experimento enim ipsi fidem derogare noluisse Theophrastum, apparet e cap. 5. ubi plura de re dicentur. Mihi dubitari tantum videtur de ea quaestione, an sucoi nutritii non permisti a singulis radicibus singulis arboris partibus subministrentur. — Sequens ἂν ante ἔχοιεν Med. omisit.

5. εἶτα χρώμασιν] A. B. χρίμμασιν. E versione G. correxit Scaliger.

αἱ γὰρ τροφαί, διαθέσεις — μεθιστᾶσιν] A. B. Med. μεθιᾶσιν, quod verbum Scaliger de remissione saporis et caloris interpretabatur. Heinsius μεθιστᾶσι scripsit et G. versionem, *alterare promovereque possunt*, mutavit in *et mutare possunt*. Praeterea articulum τὰς ante διαθέσεις addidi.

ἐν τοῖς ἀπὸ — φυομένοις] *quemadmodum etiam in frugibus evenit* G. Supplevit igitur verbum συμβαίνει: sed male *frugibus* vertit, ubi arbores e semine natas dicit Theophrastus, uti sequentia docent.

ἐξειργασμένων καὶ ἡμερουμένων] *sed in mitigatis excultisque similitudo plane animadvertitur* G. quocum e Med. ἡμερωμένων scripsi. Arbores insitas intelligi patet. Sed in verbo ἐξειργασμένων vitium haerere videtur. Verbum ἔχει etiam desiderat nomen aliquod. Nam antecedens ἔκστασις repeti non potest commode. G. difficultatem verbo *animadvertitur* posito vitavit.

6. μεταβάλλει] Vulgatum μεταβάλλῃ cum Scaligero e Med. correxi. *ager mutatus est* G.

καὶ οὐκ ἐπέτεια] *nec annus sufficit unus, sicut in iis, quae ex silvestri habitu transeunt in urbanum* G. omissa negatione in verbis καθάπερ οὐδὲ τά. aut excidit ea in editis: nam est ad sensum necessaria.

θεραπεῖαι — τῶν ῥιζῶν καὶ τῆς τροφῆς] Male G. τῆς τροφῆς iunxit cum nomine θεραπεῖαι, cum τῆς τροφῆς sit cum verbis μεταβολὰς ποιοῦσι copulandum.

ἀλλὰ τὰ — ἄπιστον] Articulum τὰ cum Med. mutavi

in τό: *se tam brevi effici posse, incredibile est* G. βραχὺ Med.

εἰ μή τις ἄμφω — συνθήσει] *nisi quis — dixerit* G. An συμφήσεις scriptum legit? ἄμφω ταύτας Med.

ἐκ πυρῶν αἶρα] *e tritico lolium* G. qui πυροῦ scriptum legisse videtur.

εἰδέναι οἴεσθαί πως] *et causam scire quodammodo arbitramur* G. unde Heinsius verbum εἰδέναι inseruit.

αἵ τε γὰρ ὑπερομβρίαι] *imbres namque id possunt efficere* G. unde γὰρ addidi. ὑπερομβρίαν in Aristotelis h. a. 8, 20, 6. codex egregius Venetus mutat in ἐπομβρίαν; sed illam formam habet etiam Meteorol. 2, 7.

ἀποκαθίσταται] Si esset πυρὸς — ἀποκαθίσταται, tolerarem; nunc vero ne pluralis quidem ἀποκαθίστανται sufficere videtur, nisi simul οἱ πυροὶ πάλιν ἀποκαθίστανται scripseris.

ἥτις ἀπολύεται] recte G. *quem alimenti coelique mutatio tollere possit.*

συμπαραλαμβάνοντά — τὰ ὁμολογούμενα] *Sed haec latius dicta sunt, quoniam ad causam confirmandam ea quoque assumenda censuimus, quae latissime patent* G. qui aliter scripta legit τὰ ὁμολογούμενα. Sane non sunt omnia ὁμολογούμενα, quae Theophrastus adhibuit, velut illud de tritico in lolium mutato, ubi addit: εἴπερ ἄρα συμβαίνει. Sed videtur res apud vulgus fidem reperisse, et solus Theophrastus, re accuratius considerata, dubitasse. Ceterum συμπαραλαμβάνοντι scripsi, referendum ad intellectum μοι, copulandum cum verbo εἴρηται. Quartus casus etiam Scaligerum offendit.

AD CAPVT IV.

γενομένης — ἀποῤῥυείσης] Vulgatum γινομένης correxi. ἀπορυείσης A. B. *sed si exiguo quodam producto germine — uvas sine foliis extitisse dicas* G. βλάστησις hic de folio dicitur.

τῆς ὁρμῆς γενομένης, ὅπερ ἐπί τινων δένδρων, καὶ συμβαίνει σχεδὸν] Praeter duas primas voces haec omisit Heinsiana. *tanquam ad fructum edendum amplior vehementiorque impetus factus sit. Quod vero arboribus nonnullis idem propemodum evenit, cum abunde fructificant* G. quasi καὶ συμβαίνει σχεδὸν ἔαρος scriptum legisset. Idem εὐκαρπῶσιν reddidit, quod verum puto. Copulam ante συμβαίνει

cum commate delendum censeo. Med. habet: ὅπε ἔχε τινῶν δένδρων· καὶ συμβαίνει σχεδόν.

τὸ πλῆθος] nempe τῶν καρπῶν, quod vocabulum haud scio an exciderit. deinceps διατηρεῖ Med.

ἄνευ τῶν θρίων] *delapsis foliis* G. ἄνευ inseruit Heinsius, quod e praecedente membro repeti potest.

ἰσχυρότεροι γὰρ, ὅταν ἅπαξ γένωνται] Intellige οἱ καρποί. *cum enim fructus iis steterint, firmius adhaerent, quam folia* G. sed Basil. *fructus constiterint, firmius adhaerent:* reddidit igitur Med. scripturam συστῶσι, γίνονται. A. B. M. σμίχον correxit Scaliger.

διὰ τὸ πλῆθος — τοῦτο μὲν οὐ δύναται, συμπυκνῶσαι δὲ] *fructum, quia largior et validior est, tollere ex toto non potest, sed constipat et condensat* G. qui τὸν δὲ καρπὸν scriptum legit, et πλῆθος ad multitudinem fructuum retulit: Scaliger rectius ad succum fructuum. δὲ post συμπυκνῶσαι cum Gaza et Dalecampio inserui. Scaliger ad verba τοῦτο μὲν οὐ δ. συμπ. καὶ πιλ. maluit διὰ intelligi.

ἀσθενέστερον γὰρ ὂν μᾶλλον] *folium enim utpote imbecillius frigori magis obnoxium* G. Heinsius male οὖν dedit pro participio. deinceps τῷ ψύχει maluit Scaliger; sed infra c. 12, 9. similiter est: ἀμφοτέρων τὰ ἀσθενέστατα μάλιστα ὑπακούειν.

διὸ καὶ ῥαβδίζουσι τὰς ἐλαίας] Negationem οὐ temere graecis et versioni inseruit Heinsius. Ad maiorem enim olei commendationem legunt oleam, antequam penitus matura (δρυπετὴς) deciderit, ut recte admonuit Scaliger.

3. ἐπεὶ καὶ τὰ — οὐκ ἔστιν ἄλογον] *ratione non carent* G. In graecis intellige διαβλαστάνειν.

ἰκμάδα — ταχὺ δίδωσιν] Ita A. B. Med. ἰκμάδα τινὰ λάβῃ, βλάστας δίδωσιν Heinsiana. *liquoris aliquid senserint, germina quam primum edunt* G. quem sequi si voluisset Heinsius, ταχὺ τὰς βλάστας ἀποδίδωσιν scriptum oportuit. Med. ἐγχυμον — ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ habet.

κατορυττόμενα] Ita cum Camotiana et Med. Heinsius. *magna ex parte obruta* G. κατορθούμενα A. B. quod Scaliger unice probandum censuit, interpretatus *erecta, statuta*. In histor. est: ἐκβλαστάνει δὲ μάλιστα τὰ ἐλάϊνα καὶ ἀργὰ κείμενα καὶ εἰργασμένα πολλάκις, ἐὰν ἰκμάδα λάβῃ καὶ ἔχῃ τόπον νοτερόν. Intellige κατορυττόμενα defixa non tota, sed ex parte, unde humorem attrahere possint.

ὑπεγγύου — οὔσης] Ita Heinsiana. ὑπεγγείου A. B. ὑπογείου Camot. Med. *tempus proximum germinandi* G.

ὁμοιότροπόν τι καὶ ἐπὶ — τῶν ἐκβλαστανόντων] *Cui simile quodammodo scillae evenit ac caeteris, quae suspensa germen emittunt* G. Rectius igitur et integrius scriptum legit: ὅμοιον τρόπον τινὰ τὸ συμβ. ἐπὶ — ἔξω βλαστανόντων. Nam τῶν κρεμαννυμένων iuxta ἐκβλαστανόντων ponere non ausim.

εἰλειθυίας] A. B. Med. εἰλυθύας. *Lucinas* G. Histor. 5, 9, 8. ὃ δὲ καλοῦσιν ἰλεῖαν τῆς εἰληθυίας ἔφυδρον et cetera, ubi vide annotata a Scaligero. Agarici speciem aliquam, brevi pediculo et naturae ligneae, velut igniarium vel similem, intelligi suspicor cum Linckio.

ὅσα ἱδροῖ] Ita Heins. ἰδεῖ A. B. δεῖ Cam. et Med. ἰδίει Scaliger scribi iam olim iusserat. ἱδρεῖ Vinar.

λεπτὴ ὑγρότης] Vocem posteriorem inseruit Heinsius. *aliquid pinguedinis* G. sed Heinsius fecit *aliquid tenuis humoris*, cum deberet λιπαρὰ in graecis scribere. λεπτῆς οἷον Med. habet. In histor. est: ἀνίει δὲ τῶν ξύλων τὰ κέδρινα καὶ ἁπλῶς ὧν ἐλαιώδης ἡ ὑγρότης.

ἐν πλατάνῳ — ἢ ἁπλῶς περὶ τὰς — τὰς ἐν ἀλλήλοις] *aliasque germinationes, quae in loco alieno provenerint* G. sed Basil. *vel in summa germinationes, quae in sede aliena prov.* Igitur ἐν ἄλλοις scriptum legit rectius: nam sequitur: βλαστοίη γὰρ ἂν οὕτως ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. Praeterea τὰ περὶ τὰς ἐμβλ. fuisse olim scriptum non dubito.

ἄλλως τε καὶ πολὺ διεστώσης, οὐκ εὔλογον. οἱ δὲ τρόποι τοιοῦτοι] Haec omnia omisit G. Scaliger οὐκ ἄλογον pro οὐκ εὔλογον scribi iusserat, sed Heinsius monenti non paruit. Locum esse lacerum et lacunosum, clamant verba abrupta et sine structura et sensu disiecta. Suspicabar, haec ita ordinanda et componenda esse: λέγω δὲ λανθανούσης, οἷον εἰ ἐπιπέσοι σπέρμα καὶ ἔμβρυον γένοιτο, σῆψιν ἔχοντος γεώδη τινὰ τοῦ δένδρου, ἄλλως τε καὶ οὐ πολὺ διεστώσης τῆς φύσεως, εὔλογον. Verbis οἱ δὲ τρόποι τοιοῦτοι quid faciam, nondum excogitavi, nisi quod ultimo loco post verba βλαστοίη — ἐν ἑτέρῳ ita scripta, Οἱ μὲν οὖν τρόποι τοιοῦτοι, rectius mihi collocari posse videntur: quanquam unus tantum τρόπος fuerit commemoratus. Supersunt verba σῆψιν ἢ ἀλλοίωσιν, quae falsam continent rationem, et ab hoc loco aliena esse videntur, fortasse collocanda, ubi paulo postea legitur scriptum: σῆψιν ἔχοντος γεώδη τινὰ τοῦ δένδρου. Ibi suspicor fuisse olim: γεώδη τινὰ ἢ ἀλλοίωσιν τοῦ δένδρου. Prima ratio est in semine, uti sequentia docent, εἰ ἐπιπέσοι σπέρμα: altera item necessaria est in putredine

terrea trunci, ubi germinare semen possit: tertia in natura arborum simili. Med. ἔμβρυον, ut alibi, habet.

Ἀλλ' ἡ τοιαύτη βλάστησις ὁμοία τῇ τῶν ἰξῶν] Ita Heinsiana. ἰξυῶν A. B. unde ἰξιῶν scribi iusserat Scaliger. ἰξίων Med. habet. *visco proxima est aut platano, quanquam est longior, quae ex aeneo provenerat tripode* G. ubi Scaliger *longius* scribi voluit: ipse vero verba διὰ πλείονος interpretatur dicta pro διὰ πλείονος διαστάσεως et comparat cum superiore πολὺ διεστώσης. Gaza διὰ πλείονος χρόνου βλάστησιν longiorem germinationem intellexisse et interpretatus esse videtur. Dalecampius corrigebat: ἢ καίτοι διὰ πλείονος ἄπεστι τῇ πλατάνῳ. Equidem non solum vitiosa verba haec esse non dubito, sed suo etiam loco mota esse suspicor. De vitio primum. Nusquam historiam platani e tripode aereo enatae traditam legi, cui notitiam regionis et loci adiunctam fuisse eandemque in verbis vitiosis absconditam latere existimo. Quod enim cuique facile in mentem venire possit, ὡς διὰ πλείονος εἰπεῖν, commodum hic sensum non habet. Hoc igitur posito de loco videamus, quem tueri nunc vix poterunt. Nam exemplum lauri in platano enatae illustrandum et explicandum ineptissime in vulgata scriptura comparatur cum exemplo multo magis mirabili, quodque adeo multo magis explicatione indiget. Quae est ratio disputandi pessima et a doctrina Theophrasti plane aliena. Quare suspicor, exemplum platani lauro additum a Theophrasto, atque utrumque comparatum fuisse cum visco in arboribus nato, quippe multo notiore et facilioris interpretationis. Itaque suspicor, fuisse haec ita scripta: ἀλλ' ἡ τοιαύτη βλάστησις, ὡς ἡ διὰ πλείονος ἐπὶ τῆς πλατάνου ἐκ τοῦ χαλκοῦ τρίποδος, ὁμοία τῇ τῶν ἰξιῶν· μᾶλλον δὲ ἀμφότεραι τῇ ἐκ τῆς γῆς.

ἀμφότεραι] Male Gaza: *vel potius haec omnia.* Deinceps γεώδους τινὸς ἐνυπάρχοντος G. vertit: *nisi aliqua terrena putredo antecesserit.* Legit igitur γεώδους τινὸς σήψεως προϋπαρχούσης: quam scripturam equidem praefero.

6. οὐκ ἐκ τῶν τοίχων] *sicut neque ex parietibus* G. qui rectius οὐδὲ scriptum legit. οὐκ τῶν τοίχων Med. Deinceps vulgatum λαμβάνει praeeunte Med. et Gaza correxi.

Ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καὶ αὐτομάτως] *Sed haec sponte quoque vel omnia vel certe aliqua fiunt: forsitan et seminibus delapsis putredine collectioneque* (*collectuque* Basil.) *humoris favente pleraque exeunt* G. αὐτομάτως est sine semine et sine opera humana. σπέρματα καταῤῥυέντα ἅμα τῇ

σήψει καὶ συστάσει diversa videntur a superiore conditione, ubi erat: εἰ ἐπιπέσοι σπέρμα — σῆψιν ἔχοντος γεώδη τινὰ τοῦ δένδρου: certe verba discrepant. G. vim vocis ἅμα non satis clare reddidit, quae videtur delapsum seminis una cum ruina putredinis terrestris e trunco senescentis arboris vel aliunde facta significare. Sed de sensu totius huius paragraphi dubius adhuc haereo.

δάφνη δὲ — ἀπὸ τῶν καρπῶν· εἰ δὲ ἄρα καὶ τοῦτο ἀπὸ σήψεώς τινὸς] *Laurus et quicquid eiusmodi fructu suo creatur: verumtamen si haec etiam ex putredine fieri possint, nihil ad causam refert* G. Legit igitur verbum φύεται vel γίνεται bis additum, deinde ταῦτα, ubi est τοῦτο. In vulgata licet intelligere δένδρον: quemadmodum in sectione sequente est κινήσαντος αὐτὸ, et deinde τὸ δὲ ἕτερον ἐκινήθη. Si veram G. scripturam reddidit, dubito equidem, quid sit, cur in lauro ortum e semine viderit et statuerit, in platano e tripode nata non fuerit statim suspicatus. An voluit significare, operam humanam saepius intercedere in eiusmodi ἐμβλαστήσεσι in loco alieno, velut in lauro e platano enata? Fortasse haec ita licebit interpretari. Laurus autem et eiusmodi aliae arbores, quae suo e semine nascuntur, si simul etiam e terrestri aliqua putredine oriuntur, ad praesentem id disputationem nihil refert.

7. Ἤδη ποτὲ δένδρον — ἀνέστη πάλιν] Ita Heinsius. εἰ δέ ποτε — ἤδη πάλιν A. B. Med. *Sin autem arbor aliquando tempestate prostrata restibilis sponte facta et vitae reddita est, — et platanus in Antandro* G. Heinsius fecit: *Quid quod arbor — prostrata rursus recta et vitae et cet.* Scaliger ἤδη πάλιν αὐτόματον ἀνέστη scribi iussit: sed ἤδη abundare videtur, et ex corrupto verbo ἀνέστη exiisse, quod ante Heinsium deerat. Dalecampius ἀνέστη πάλιν coniecit: πάλιν ἀνέστη Vinar. dedit. Rem eandem accuratius narrat histor. 4, 19. Ceterum apodosis sequitur in verbis τήνδ' αἰτίαν ὑπελάμβανον.

μὲν ἰτέα, ἐν Ἀντάνδρῳ δὲ] A. B. Med. μὲν εἴ τι (εἴτε Med.) δένδρῳ πλάτανος. Correxit cum margine B. e versione G. Scaliger et Heinsius. In Vinar. est: ἰτέα ἐν Ἀντάνδρῳ δ' εἰ πλάτανος, καὶ τῆς μὲν οὐδὲν ἐν ἀφῃρέθη. *alteri nihil detractum est* Gaza. Scaliger οὐκ ἀφ. scribi voluit et praepositionem tolli. Vulgo est οὐκ ἐναφῃρέθη.

καί τι παρεπελευκήθη] *et pars aliqua circumdolata* G. quasi περιεπελ. scriptum legisset. A. B. καί τοι habent, correctum e versione G. a Scaligero.

Τὴν δ' αἰτίαν ὑπελάμβανεν] Ita A. B. Med. ὑπελάμβανον Heinsius cum Scaligero fecit. *causam hanc esse putarunt* G. unde τήνδ' αἰτίαν scripsi. Haec enim apodosis est, respondens superiori membro, εἰ δέ ποτε et cet.

κινήσαντος — ἐποίησεν ἐγκείμενον τὸ μέρος καὶ κατασπασθεῖσαν] Ita Heinsiana. κατασπᾶσαν A. B. Med. *eam promoverit ramisque occurrens seseque insinuans erexerit* G. sed Heinsius fecit: *eam in alteram partem flexerit ramisque* et cet. Omisit Gaza verbum κατασπᾶσαν. Scaliger ita ad h. l.: *Adepta est pars, quae iacebat, impetum venti atque librationem terrae simul evulsae, cuius pondere et ἀντιταλαντώσει restituta est. Cumque esset corpus continuum, sicut ad ruinam traxit imam partem vertex, sic postea verticem traxit ima pars ad erectionem κατασπᾶσαν.* Ventus contrarius, incumbens ramis cum vertice arboris decumbentis, recte ἐναντίον πνεῦμα dicitur et ἐγκείμενον et κινῆσαν αὐτὸ (id est θάτερον μέρος): is enim verticem allevavit. Sed librationem et ἀντιταλάντωσιν facit non τὸ ἐγκείμενον μέρος, sed altera contraria et ima pars arboris, radices cum terrae mole evulsae. Hae vero, ut antea a procella fuerunt sursum tractae et ex terra evulsae, (ἀνεσπάσθησαν) ita nunc adiuvante vento contrario et verticem cum ramis allevante, ipsae deorsum tractae secum truncum cum vertice trahunt, atque ita arborem erigunt. Igitur τὸ ἀντικείμενον μέρος ῥοπὴν ἐποίησεν, appositum θατέρῳ, in quo vertex cum ramis decumbebat. Ceterum in verbis κινήσαντος αὐτὸ intellige δένδρον, uti sequitur: τὸ δὲ ἕτερον ἐκινήθη.

τὴν ἀνάσπασιν εἶχε] *terraeque evulsum non minus habebat* G. sed Heinsius fecit: *terraeque non minorem evellerat partem.* Reliquorum verborum sensum Gaza ita pervertit: *Sed enim his nulla causa naturalis reddenda forsitan est: quae autem in ipsis plantis eveniunt, ex praedictis assequi contemplarique tentandum.* Pro ῥᾷον Med. ῥῶν habet.

AD CAPVT V.

ἐξαιροῦντες] *detracta medulla palmitis* G. Cf. ad Columellae de arbor. 9. s. 3. Med. ὅσα διὰ — ἐξαιροῦν habet.

βότρυν τὰς τοιαύτας, τὰς δὲ τοιαύτας] *in eadem uva acina alia nigra, alia candida cohaerent* G. unde scripsi: τὰς ῥᾶγας τὰς μὲν τοιαύτας. Vide cap. 1, 1.

συνέχοντες συνθλῶσιν] *cum utriusque malleoli dimidiam partem superiorem contuderint, deinde aequaliter compositos utrosque colligatos defixerint. Sic enim compages una ex utroque coagmentatur* G. Haesit Scaliger in verbo *συνέχοντες*, quod putat positum pro *συζευγνῦντες*. Med. *συνθλῶντες* habet. Deinde scripturam Ald. Basil. *πλὴν τὴν τοῦ κάτω μέρους* correxit, omisso articulo *τήν*. Gaza *compositos* reddens voluisse videtur exprimere verbum *συνέχοντες*. Modum hunc praeter Theophrastum nullus alius scriptorum hodie superstitum tradidit: diversum Geoponica 4, 14. alium Columella arbor. 9. et Plinius 17, 21, 5. Cf. Niclas ad Geoponica p. 299. Haec duos palmites divisos usque ad medullam sibi invicem aptant et colligant. Columella plures virgas tubulo inditas in terra pangit. Contra Theophrastus palmites duos divisos et leviter contusos (unde oritur exulceratio epidermidis, *ἀφέλκωσις*, et germinatio promovetur vel potius coalitio) colligat, praeter infimam partem, quae in terra pangitur, ut radices agat. His ita positis, statim apparet e verbis *ἑκατέρου τὸ ἥμισυ*, duos palmites divisos iungi et componi, leviter contundi, deinde colligari, praeter imam partem. Non dubitavi igitur verbum *συνέχοντες* mutare in *σχίσαντες δύο κλήματα*; alioqui verba *ἑκατέρου τὸ ἥμισυ* sensum non habent. Causa coalescendi ponitur in contusione et exulceratione: hinc sequitur *ὅταν ἀφελκωθῇ*. Ita sect. 3. punicae *ῥάβδους σφύρᾳ οἷον μαλάξαντες, ἵνα συμφυῶσι διὰ τὴν ἀφέλκωσιν*. Quod hic dicitur *οἷον μαλάξαντες*, ante erat *συνθλᾷν*: effectus est *ἀφέλκωσις*, quae germinationem et coalitum adiuvat. Gaza in nostro loco *colluxata*, in posteriore *parte contusa* vertit. Verbum idem est in histor. 9, 2. *ὅταν ἀφελκωθείσης ἡ δορὰ* (potius *δαῒς*) *ἐξαιρεθῇ· συῤῥεῖ γὰρ εἰς τὸ ἕλκωμα τοῦτο πλείων ἡ ὑγρότης*.

σύμφυτοι γὰρ ἀλλήλοις] Scaliger *συμφύσται* iam dudum scribi voluit. Similiter deinceps *ἑκάτερος* mutandum in *ἑκάτερον*: ubi pariter adhaesit Scaliger. *κλῆμα* utrobique intelligitur, nisi aliud vocabulum sexus masculi positum malis a Theophrasto, ubi duo *κλήματα* supplevi. Verbum *ἀφελκωθῇ* G. *colluxata* vertit: peius Scaliger *cum obduxerint cicatricem*: quod erat *ἀπουλωθῇ*.

καθ' αὑτὸν καὶ τὴν τροφὴν δίεισιν, ὥστε μὴ ἐπιμιγνυμένως ἀποδιδόναι τὸν — καρπόν] Cum *ἑκάτερος* in *ἑκάτερον* (*κλῆμα*) mutassem, debebam sequens *αὐτὸν* mutare similiter in *αὐτὸ* aut potius *ἑαυτὸ*, cum Med. *ἑαυτὸν* habeat. *sed uterque per se alimentum sine confusione transmittit;*

itaque fit, ut fructus reddatur varius, prout cuique convenit G. Apparet, eum verba μὴ ἐπιμιγνυμένας suo in loco collocata, totumque locum ita scriptum legisse: ἑκάτερον καθ᾽ αὐτὸ δίεισι τὴν τροφὴν καὶ μὴ ἐπιμιγνυμένην, ὥστε ἀποδιδόναι τὸν οἰκεῖον καρπόν. Sic est supra c. 3, 5. in eodem exemplo: ὅτι μία μὲν ἡ ἄμπελος, φέρει δὲ ἑκάτερον τῶν μερῶν τὸν οἰκεῖον καρπὸν, ὡς οὐ μιγνυμένης, ἀλλ᾽ εὐθυπορούσης τῆς τροφῆς. Med. δίεισιν dedit.

εἰς τὸν αὐτοῦ πόρον] *Quod etiam fluvii faciunt invicem congredientes, ut Cephisus et Melas in Boeotia: servat enim uterque suum meatum; in his tamen nec invicem alimenta iunguntur, sed aeque distantia derivantur et perfluunt* G. Verba ῥέουσιν αἱ τροφαὶ vitiosa sunt, aut, quod potius existimo, sedem alienam occuparunt cum toto membro. Aquae enim ipsae fluviorum alimenta dici non possunt. Scaliger ita ad h. l.: *Pulcherrima parabola: sicuti Melas et Cephisus, quorum aquae tametsi concurrentes, tamen uterque colorem servat.* De colore graeca nihil arguunt, nisi Scaliger in verbis οὐδὲν συμβάλλουσιν latere putavit, aut pro τροφαὶ scriptum voluit χρόαι. Plinius 2, 103. *in Boeotia amnis Melas oves nigras, Cephisus ex eodem lacu profluens albas facit.* Eadem Seneca Q. N. 3, 25. Pars minor Melanis cum Cephiso iungitur, maior in paludes absumitur, teste Plutarcho in Sulla c. 20. Color diversus indicio fuisse videtur, aquas utriusque fluvii non commisceri, quanquam eodem alveo conclusas. Scilicet εἰς τὸν αὐτὸν πόρον scriptum a Theophrasto fuisse non dubito: in ceteris dubius haereo. Conieceram olim: εἰς τὸν αὐτὸν πόρον συμβάλλει· ἐνταῦθα δὲ οὐ συμμίγνυνται αἱ ῥοαὶ, ἀλλὰ παρ᾽ ἀλλήλας ὀχετεύονται καὶ ῥέουσιν. Sed multo faciliorem loci emendationem Linckii acumen excogitavit, qui verba ἀλλὰ παρ᾽ — ῥέουσιν αἱ τροφαὶ, uti sunt scripta hodie, translocat in locum superiorem post ista: ἑκάτερον δὲ καθ᾽ αὑτὸ καὶ μὴ ἐπιμιγνυμένην τὴν τροφὴν δίεισιν, ἀλλὰ παρ᾽ ἀλλήλας ὀχετεύονται καὶ ῥέουσιν αἱ τροφαὶ, ὥστε ἀποδιδόναι — καρπόν. ὥσπερ καὶ — εἰς τὸν αὐτὸν πόρον (ἐμβάλλουσιν?), ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν συμβάλλουσιν. Hoc unum in hac coniectura potest reprehendi, nimia comparationis brevitas. Med. κυφικὸς — ἐνταῦθα οὐδὲ συμβάλλουσιν habet.

3. ὅταν — φέρωσι] Scripsi φέρῃ. Deinceps A. B. Med. ἢ διὰ τὴν ἀφέλκωσιν. Heinsiana ἢ κατὰ τὴν ἀφ. dedit. *mallleo velut praemollientes, ut parte contusa facilius inter se cohaereant, mox arctissime colligatas deponunt* G. unde

apparet, eum particulam ἢ in libro suo non legisse, sed additum aliquod adverbium, quod *arctissime* reddidit.

ἐν τῇ συμφύσει — ἕλκον κατ' αὐτὸ] A. B. ἕλκειν. Heinsiana ἐν dedit. καθ' αὑτὸ cum Scaligero scripsi.

οὐδὲν δὲ ἄλλο ἔχει τῆς συμφύσεως κοινωθείσης] A. B. Med. ἢ pro ἔχει habent. *nec aliud commune inter se quam mutuum illum complexum coagmentationemque gerunt* G. unde verbum ἔχει temere Heinsius assumsit, de structura verborum securus. Vitium est satis apertum. Corpus enim commune fit vel communicatur cum utraque virga, non ipsa coniunctio et ipse coalitus, sed coalitu (συμφύσει) perfecto: et recte supra fuit γίνεται τὸ δένδρον ἐν τῇ συμφύσει. Fortasse fuit olim scriptum: οὐδὲν δὲ ἄλλο διὰ τῆς συμφύσεως κοινοῦτοῦν. Med. enim κοινωθοῦν habet.

Σχεδὸν δὲ καὶ παρόμοιον τούτῳ καὶ ἐπὶ] *Huic proximum vel maioribus evenit* G. omisso σχεδὸν et copula καὶ, quae abundare videtur. Malim τι eius in loco positum legi.

περιπλακεῖσα] Scaliger προσπλακεῖσα maluit vel συμπλακεῖσα. *arboris complexa caudicem cohaeret atque unam efficit molem* G.

4. συμπλακῇ καὶ δέξηται] Postremum verbum omisit G. et vitiosum videtur, aut plura exciderunt. Suspicor fuisse αὔξηται scriptum, vitioso simillimum litteris.

κἂν ἀφαιρῇ, κἂν λύῃ τις] *siquis alterutrum detrahat vel dissolvat, utrumque exarescat necesse est* G. Rectius igitur scriptum legit: κἂν ἀφαιρῇ ἢ λύῃ τις θάτερον, αὐαίνονται.

ἀναδενδράδος] Cf. historiae 5, 10, 7.

Ἐπεὶ ὅσα γε βλάπτει — κιττὸς, ἐκ τούτων οὐ γίνεται] A. B. Med. κιττός· ἐκ τούτων γὰρ οὐ γίνεται. E versione G. correxit Scaliger. ὅσα τε Med. habet, et καὶ ἐμφυόμενα omittit.

πολυφορεῖν μὲν οὖν τοῦτο] *varios igitur fructus ab eadem produci arbore his de causis opinari convenit* G. qui recte scriptum ταὐτὸ δένδρον legit. Cum plura enim arborum exempla nominata fuerint, τοῦτο non potest ad certum aliquod genus referri: et alioqui sensus laborat. Nec licet τοῦτο mutare in ταῦτα, quanquam sequatur ὅμοια δὲ τρόπον τινά: nam et hic locus vitiosus est. Recte Gaza: *res enim similis quodammodo.* Igitur ὅμοιον scribendum censui. Deinceps πεποίηκε vulgatum e Med. mutavi.

ἐκεῖνο δὲ ἐξ ἀρχῶν πλειόνων μίαν οὐσίαν τῇ φύσει] *sicut illic ex primordiis pluribus natura una conflatur* G.

Scaliger nihil referre putabat, ἐκεῖνος an ἐκεῖνο scribatur. At ἐκεῖνο referri potest ad δένδρον: contra ἐκεῖνος nihil habet, quo possit referri. In voce τῇ φύσει vitium est apertum, quam in συμφύσει mutabam: sed felicius coniiciendo evenit Linckius, qui scribendum vidit: ἐκεῖ δὲ ἐξ ἀρχῶν πλειόνων καὶ φύσεων μία γίνεται οὐσία. Primum ἐκεῖ firmat Gazae *illic:* alterum καὶ φύσεων flagitat et sensus et orationis concinnitas in membro converso et contrario. Ut enim in priore est ἀρχαὶ καὶ φύσεις πλείους ἀπὸ μιᾶς οὐσίας, ita sequitur in altero ἐξ ἀρχῶν καὶ φύσεων πλειόνων μία οὐσία. Breviore via et minus violenta mutatione liceret locum emendare scribendo: ἐκεῖνα δὲ (δένδρα videlicet, arbores supra nominatae, quae sponte truncis coalescunt) ἐξ ἀρχῶν καὶ φύσεων πλειόνων μίαν οὐσίαν (nempe πεποίηκε), nisi verbum πεποίηκε de coalitu isto sponte facto displicet, quod de industria inoculandi recte usurpatur.

AD CAPVT VI. (VVLGO ADHVC V. PARS EXTREMA.)

ὅταν κατάγωσι τοὺς ἀκρέμονας] *quos ramis suis annexos ollis includunt, flexu sequaci deductos in terram obruunt* G. A. B. Med. κατεάγωσι. correxit Scaliger, consentiente Vimar. Varro R. R. 1, 59, 3. *punica mala demissis suis surculis in dolio arenae servari.* sect. 4. *punica mala et in arena iam decerpta ac matura, ut dixi, et, etiam immatura, cum haerent in sua virga, si demiseris in ollam sine fundo, eamque si conieceris in terram et obleris circa ramum, ne extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi, sed etiam maiora, quam in arbore unquam pependerint.* Quae si Varro e Theophrasto duxit, locum hunc integriorem legisse videtur. Idem experimentum e Gargilio Martiale habet Palladius 4, 10, 5. In Varrone etiam e Plinio 14. c. 18. *obleveris* scribendum esse, iam dudum monuerat Davisius ad Ciceronem Academ. 1, 8. p. 320. quo ducit scriptura Codicis Vratislaviensis *obliteris.*

τό τε γὰρ — ἀφαιρούμενον ἡ χύτρα] Heinsius ὑγρὸν ante ἡ χ. inseruit e versione G. *quantum enim humoris a sole aereque detrahitur, olla coercendo utique servat.* Sed non opus est supplemento.

καὶ ἅμα τὴν ἐκ τῆς γῆς καρπὸς ἕλκει νοτίδα] *et simul vaporem ex humo attrahit fructus* G. unde Heinsius nomen καρπὸς sine articulo loco incommodo inseruit.

11 ὡς ἀλλοτριώτερον τῆς φύσεως] *utpote qui minus naturae convenit* G. Diversum succum corticis a succo proprio mali dicit, et quasi alienum ab hoc: et vero in plerisque omnibus fructibus corticis succus proprius et diversus esse reperitur. Deinceps ὁλκὴ Med. habet; postea ἑτέρου ὥσπερ πρότερον.

2. ὅταν μάλιστα εὐαύξωσι] A. B. Med. ἐκμάξωσι. *cum maxime vigent* G. unde recte ἀκμάζωσι scribi iusserat Scaliger. Accedit auctoritas Aristotelis problem. 20. s. 13. διὰ τί, ἐάν τις ῥαφανίδων, ὅταν μάλιστα ἀκμάζωσι τοῦ χειμῶνος, ἀποτεμὼν τὰ φύλλα περισάξῃ (ita Codex Paris. pro ἐπισάξῃ) τὴν γῆν καὶ καταπατήσῃ, ὥστε ἀποστέγειν τὸ ὕδωρ, αὗται ἐν τῷ θέρει γίνονται ἄπλετοι τὸ πάχος;

3. καχρύλιον περιλαμβάνοντες. καὶ ἄνωθεν τὴν γῆν] Ita Heinsiana cum margine B. et Vinar. καὶ χρυλίον A. B. Med. καχρύλλιον περιβάλλοντες scribi voluit Scaliger, hordeum interpretatus, et monens, ab Aristotele panicum circumponi. Gaza vertit; *cachrylio obducunt.* H. Stephanus in Indice Thesauri G. L. e Geoponicis 12, 23. et Problem. Aristotelico 20, 8. καχρύδιον scribendum esse recte monuit. Problema ita habet: διὰ τί σελίνου, ἐάν τις περιορύξας μέχρι μέσου πρὸς τὰς ῥίζας περιβάλῃ (ita cum Stephano Codex Paris. pro vulgato παραβάλῃ habet) τῶν καχρυδίων, εἶτα ἄνωθεν τὴν γῆν, καὶ οὕτως ἄρδῃ, παμμεγέθεις γίνονται αἱ ῥίζαι. unde περιβάλλοντες cum Scaligero scribere non dubitavi. In Aristotele *panicum* male vertit Gaza. κοχλίδιον, conchulam, hic et in Aristotele scribi voluit Rob. Constantinus in Lexico. In Aristotele additur rigatio, ut in Geoponicis 12, 23, 1. ubi breviter res traditur eadem: ὁμοίως δὲ μέγιστον ἔσται σέλινον, εἰ περιορύξας αὐτοῦ τὰς ῥίζας ἄχυρα περιβάλλῃς καὶ ἀρδεύσῃς. ubi Stephanus similiter καχρῦς scribi voluit. Equidem dubius haereo, in his tribus locis quam scripturam praeferendam censeam. Paleae enim usum eundem praestant humorem attrahentes et radici suppeditantes cum calore, modo ne rigatio desit. Postremum Geoponicorum editorem latuit Stephani annotatio. Linckio videtur scriptura Geoponicorum, ἄχυρα, praeferenda, quoniam hordea tosta nimis operosum et pretiosum remedium praestant.

τροφὴν ἅπασαν αὗται — καὶ οὐ διδόασιν] A. B. ἅπασαν — καὶ διαδιδόασιν. *nec ad germina quicquam transmittunt* G. In annotatione Scaligeri ἀλλ' οὐ διδόασι scriptum est sine admonitione de vitio vulgatae scripturae: sed ita est

in Camotiana. In Aristotelis Probl. est: ἡ δὲ τροφὴ, ἣν ἄνω ἀφίει εἰς τὸν βλαστὸν, εἰσέρχεται εἰς αὐτὴν, ὥστε ἀνάγκη αὐτὴν μείζω γίνεσθαι ἢ ἀφιέναι παραβλαστάνουσαν ἄλλας ῥίζας, ὥσπερ τὰ κρόμμυα. Equidem h. l. οὐ διαδιδόασι malim.

μεριζομένης δὲ πλείων] *quod si dividatur, plus incrementi sequatur necesse est* G. Scaliger ad h. l.: *Faceta locutio! Namque si partiatur succus, distribuetur in radices et in frondes: erit ergo minor accretio. Quid igitur μεριζομένης? Sic ea parte succi, quae foliis debebatur, radicibus attribuitur.* Vitium bene vidit, quod inserta negatione μὴ tollitur. Daleccampius οὐ πλείων coniecit: Robertus Constantinus in Lexico μείων scribi voluit.

οἷον κρόμμυα] Med. κρόμυα. Problema Aristotelicum post superiora: καὶ γὰρ ταῦτα, ἐὰν μή τις ἐκτίλῃ ἐπέτεια, ἀλλ' ἐάσῃ τὸν χειμῶνα, πολλαπλάσια γίνεται. Τὰ μὲν οὖν κρόμμυα τῶν παραβλαστανόντων ἐστίν· ἡ δὲ ῥαφανὶς οὔ· ὥστε ἀνάγκη αὐτὴν γίνεσθαι παχεῖαν διὰ τὸ πᾶσαν λαμβάνειν τὴν τροφήν. Ceterum Med. παραβλαστικὰ et paulo post παραβλαστικὴ habet, quod haud scio an sit praeferendum.

ἡ ἐπίσαξις] *humo congestitiae debetur* G. Aristoteles: ὅτι τοῦ μὴ φθείρεσθαι τὸ περισεσάχθαι αἴτιον, κωλύον τὸ ὕδωρ σήπειν. Med. σῆψιν· ἐπίσταξις καὶ αἰτία habet.

καχρύδιον θερμὸν] Vulgabatur καχρύλιον. Aristoteles: διότι τὸ καχρύδιον θερμὸν ὂν καὶ σομφὸν κατέχει μὲν συνέλκον τὴν τροφὴν καὶ οὐ προΐεται ἄνω, πέττει δὲ θερμὸν ὄν, ὥστε πολλὴν τὴν αὔξησιν γίνεσθαι. Cf. Geoponica 12, 23. Ceterum Scaliger admonuit, densi non esse attrahere, sed rari: igitur ex Aristotele σομφὸν — σομφότητι scribendum censui, ubi erat πυκνὸν — πυκνότητι.

4. οὐδὲν γὰρ — τῆς τροφῆς· ὁ δ' ἥλιος καὶ — ἀναξηραίνει] *sic enim nulla pars alimenti a sole detrahitur nec flatibus resiccatur, quibus causis moles augeri non possunt: sicut etiam arboribus evenit, quae in locis soli ventoque expositis sunt* G. Margo B. οὐδ' ἥλιος habet cum Vinar. Scaliger nihil referre censebat, hac an illo modo legas. Si ὁ δ' ἥλιος legatur, δὲ interpretatur positum pro γάρ. Problema Aristotelicum 20, 6. ita: διὰ τί, ἐάν τις τὰς κολοκύνθας εὐθὺς μικρὰς οὔσας κρύψῃ τῇ γῇ ἢ τοὺς σικύους, εὐθὺς μείζους γίνονται; ἢ διότι τὰ πνεύματα καὶ ὁ ἥλιος ξηραίνοντα ἀφαιροῦνται τὴν αὔξησιν, καὶ τοὺς ὄγκους ἐλάττους μὲν ποιοῦσι πάντων, στιφροτέρους δέ; ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων τά τε ἐν προσηνέμοις καὶ ἐλάδεσι καὶ τὰ ἐν κοίλοις

καὶ ἐφύδροις· τὰ μὲν γὰρ μεγάλα γίνονται καὶ σομφὰ, τὰ δὲ μικρὰ καὶ πυκνά. Ἐν δὲ τῇ γῇ κρυφθέντα, ἐναντία πάσχοντα, ἐναντίως ἀποβαίνει. Unde patet, vulgatam scripturam movendam non esse. οὐδὲν ἀφαιρεῖται est: nihil enim est, quod conditis subtrahat alimentum; id quod facit sol et ventus. Heinsiana προσκημένοις καὶ εὐήλοις habet: praeterea κολοκύνθας. Camotiana κολοκύντας habet. Verbum κρύφῃ desiderat additum in Aristotele τῇ γῇ: alioqui folia aut tegumentum aliud intelligi potest. Deinceps ποιοῦσι Med. habet.

ἐν ἀγγείοις — καὶ καπτῆρσιν] A. B. Med. ἐν αἷ οις. *qui in vase aliquo conduntur, ut qui in ferula vel tubo fictili includuntur* G. sed Basil. verba *in vase aliquo conduntur, ut qui* non habet. ἀγγείοις debetur Scaligero, qui καπτῆρσι interpretabatur *capides, vas oblongum fictile.* Vinar. κεράμοις habet. Med. copulam καὶ omisit. Problema Aristotelicum ita pergit: ὁμοίως δὲ καὶ τὰ εἰς ἀγγεῖα τιθέμενα, σίκυοι εἰς νάρθηκας κοίλους ἢ καλύπτρας, καὶ ῥοιαὶ καὶ μῆλα εἰς χύτρας, τὰ μὲν μεγάλα, σομφὰ δὲ, οἱ δὲ μικροὶ στερροὶ αὐξανόμενοι μὴ εἰς ἀντίτυπον. ubi Gaza vertit: *in ferulis cavis aut tegulis — contra quae detecta sunt, parva solidaque augescunt, nullo ambiente operculo.* Codex Paris. ibi recte scriptum habet καλυπτῆρας, καὶ ῥόαι: deinde κύτρας, quae est forma Ionica. Unde etiam hic καλυπτῆρσιν scripsi. Hippocrates de semine c. 5. ὥσπερ εἴ τις σίκυον ἤδη ἀπηνθηκότα, ἐόντα δὲ νεογνὸν, καὶ προσεόντα τῷ σικυηλάτῳ, θείη ἐς ἀρυστῆρα, ἔσται ἴσος τοῦ ἀρυστῆρος τῷ κοίλῳ καὶ ὅμοιος.

μήτ' ἀναξηραίνεσθαι μηδέν] In Problemate est simplex ξηραίνεσθαι, omisso μηδέν. Deinceps A. B. εὐρεῖν τὴν τροφήν. Med. εὐρεῖν. Heinsius εὖ ῥεῖν dedit. Scaliger εὔροιν coniecit. *quia nutrimentum facilius recto tramite fluit* Gaza. Equidem εὐρεῖν scripsi. Ante μῆκος Med. εἰς omisit.

5. καθεὶς ἀποστεγάσῃ] *dimissos in puteum bene operiat* G. Plenius Problema: καθεὶς εἰς τὸ φρέαρ ἀποστεγάσῃ. Operimento Gazae non est opus: sed fructus pediculis haerentes in puteum demittuntur. Med. καὶ τοῦ διὰ τοῦ διαμένειν — ἀποστεγάσει.

οἷον θάλλοντα] Problema: ἥ τε ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἀτμὶς ψύχουσα κωλύει ξηραίνεσθαι καὶ παρέχει θάλλοντα. utrobique θάλλοντας scribendum est: et deinceps vulgatum λαμβάνοντα in λαμβάνοντες mutandum.

σωζομένων τῶν ῥιζῶν] *quod radices assidue mittunt: quippe radices diu vivere possunt cura adhibita* G. Pre-

blema: καὶ τὸ ἀπαστέγειν τούτοις καὶ τὰ πνεύματα τρέφει τὰ ηὐξημένα. τοῦ δὲ διαμένειν αἴτιον τὸ ἔχειν τροφὴν ἐσμέ-των τῶν ῥιζῶν· καὶ γὰρ ἐάν τις ἀφελὼν τὴν βλάστην, ὅταν καρποφορήσωσι, καὶ ἀποτεμὼν περισάξῃ καὶ καταπατήσῃ τὴν γῆν περὶ τὰς ῥίζας, πρωΐμους οἴσει σικύους, ὡς δυναμένων σώζεσθαι τῶν ῥιζῶν.. Med. διαμένουσι δὲ σωζομένων. . .

ἔμβιοι — θεραπευόμεναι] radices intelligi docet et sensus et sequens θεραπευόμεναι, quod male Scaliger in θεραπευόμενοι mutari voluit, ad σίκυοι referens. Deinceps περισάξει τὰς ῥίζας Med. postea καταπατήσει.

προϋπάρχει τὸ τῶν ῥιζῶν] Problema ita pergit: οὐ γάρ ἐστι τῶν προετείων· θᾶττον δὲ αὐτοὶ τῶν σπειρομένων αἴσουσι καρπὸν, διὰ τὸ πολὺ προϋπάρχειν τοῦ ἔργου τῇ φύσει τὰς ῥίζας, τοῖς δὲ σπειρομένοις δεῖν γίνεσθαι τοῦτο πρῶτον. ubi Codex Paris. προετίων habet. *haud enim cucumer annuam sortitur naturam, sed vivere ulterius potest* G. Unde scribendum censeo οὐ γάρ ἐστι σίκυος τῶν ἐπετείων: quod ipsa narratio et res docet.

Ὅτι δὲ ἡ περίσαξις] Ita A. B. Med. pessime Heinsiana ῥιζῶν, ὅτι ἡ περίσαξις. *quoniam radix iam adest, et terra congesta conculcataque tepefaciens satis, germen celerius elicit* G. quasi scriptum legisset ῥιζῶν καὶ ἡ περίσαξις. In Problemate similis corruptela locum vitiavit. Pergit enim ita: ἐν ᾗ περισάξεις ἀλέαν ποιεῖν, ὥστε σώζεσθαι καὶ θᾶττον ἀνιέναι βλαστόν. ubi ἐνιέναι vulgabatur. G. vertit: *Terrae autem aggregatio et constipatio teporem inducit, quo radix et servari et germen mittere celerius queat.* Is igitur rectius scriptum legit: ἡ δὲ περίσαξις ἀλέαν ποιεῖ, ὥστε. E Vinar. hic Ἔτι δὲ dedi.

μέγα γὰρ — φανερόν· ἐάν] Problema brevius: διὸ καὶ ἐάν τις χειμῶνος φυτεύσῃ σπέρμα σικύου ἐν ταλαρίσκοις καὶ ἄρδηται θερμῷ καὶ εἰς τὸν ἥλιον ἐκφέρῃ καὶ παρὰ πῦρ τιθῇ, πρώϊμοι σφόδρα ἔσονται, ἐὰν, ὡς ἔχει, σὺν τοῖς ταλάροις εἰς τὴν ἱκνουμένην ὥραν εἰς τὴν γῆν φυτεύσῃ. ubi edebatur ὡς ἔχῃ ἐν. Mecum Cod. Paris. G. vertit: *si tempore congruo id ipsum cum qualis in terram demittet.* Consilium idem dedit Columella 11, 3, 51. et Geoponica 12, 19, 3. ubi vitiosum ἀχρήστοις mutandum erat in ἀχρίστοις, Codice etiam Gudiano admonente. Ceterum Med. σικύου σπέρματος habet, deinde ἐκφέρει.

7. ἐπικυλινδρωθῇ] *cylindroque superinvoluto coerceatur* G. Columella 2, 3, 33. *potest etiam citra hanc operam fieri crispum,* (antea *crispae frondis* dixerat,). *quali-*

tercumque satum, si, cum est natum, incrementum eius supervoluto cylindro coerceas. Cf. Geoponica 12, 23, 2. Causa addita a Theophrasto, διὰ τὸ μὴ διϊέναι τὴν βλάστησιν, *quoniam incrementum transire facile nequit*, ut ait G. aemulatus Columellae locum antea positum, docet, de folio crispo proprie dicto apii non esse sermonem, quale genus a vulgari apio folio crispo diversum fecit Britannicus hortulanorum princeps Miller in Lexico, sed esse potius apium, quod supra terram caules et surculos nullos aut brevissimos edit, contra vero coma densa et implicata solum opacat, velut in capite humano capilli crispi opponuntur longis pexisque atque ordinatis. In equo Geoponica 16, 1, 9. probant χαίτην βαθεῖαν βραχὺ οὐλοτέραν, *iubam profundam, paulo tamen crispiorem*, id est densiorem: eadem οὐρὰν μεγάλην οὐλότριχον, id est, Cornario interprete, *caudam magnam pilis densam ac crispam.* Loca Theophrasti plura sunt, in quibus notionis diversitas vocis usum variare videtur. Histor. pl. 3, 9, 6. est de foliis abietis maris: ὀξύτερα γὰρ καὶ κεντητικώτερα τὰ τοῦ ἄῤῥενος καὶ ἐπεστραμμένα μᾶλλον· διὸ καὶ οὐλότερον τῇ ὄψει φαίνεται τὸ δένδρον ὅλον. quae Gaza vertit: *mari enim acutiora magisque pungentia flexaque magis: quamobrem aspectu crispior tota arbor videtur.* Ita plane Aristoteles Problem. 33, 18. διὰ τί οἱ οὐλότριχες καὶ οἷς ἐπέστραπται τὸ τρίχιον σιμώτεροι; ubi Gaza vertit: *cur homines crispo capillo et tortili — resimiores sunt?* Herodotus 7, 70. ἰθύτριχας Aethiopes orientales Libycis opponit οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι. Difficilis est interpretatio loci hist. 3, 10, 5. de folio tiliae: ἔπουλον δὲ καὶ κύκλῳ κεχαραγμένον. ubi vulgarem scripturam ἔπ. δὲ κύκλῳ καὶ κεχ. reddidit G. *crispum in orbem leviter atque serratum.* Nam folii crispi notio tiliae convenire non videtur, cuius inferior pagina lanuginosa est: quae lanugo fortasse voce graeca significari videbitur, quanquam κάτω vel similis vox tunc abesse non debebat. In Homerico οὔλη δ' ἐπενήνοθε λάχνη male interpretantur Grammatici veteres τρυφερά, ἁπαλή; crispa enim est lana, laenae superficiem obducens, quae ipsa inde οὔλη vocatur. Similiter ἴουλος est capillus tener crispus, iuvenum mentum opacans et in barbam transiens. De ligno et lignosis plantarum arborumque partibus est in hist. 3, 9, 8. de aegide ἐλάτης et πεύκης ex Arcadum opinione traditur, εἶναι τῆς μὲν ἐλάτης πολλήν τε καὶ λείαν καὶ πυκνήν, τῆς δὲ πεύκης ὀλίγην, τὴν μέντοι οὖσαν οὐλοτέραν καὶ ἰσχυροτέραν. ubi *crispiorem* vertit G. h. pl. 3, 11, 1. aceris

genus alterum habet λευκὸν καὶ εὐθυτέρον, iterum ξανθὸν καὶ οὖλον. ubi male G. *nervata materia — crispa* vertit, cum deberet *rectis venis — crispa materia.* Utrique deinceps ῥίζας οὔλας adscribit. Montanum ait postea materiam habere οὔλην καὶ στερεάν, campestre μανοτέραν καὶ ἧττον οὔλην. Ubi sequitur: καὶ τῆς ἀγρίας οὐλότερα τὰ ξύλα καὶ συνεστραμμένα. G. reddidit: *materiem crispiorem esse atque contortam.* Radices thyi crispas ex histor. 5, 5. repetiit Plinius 13, 16. §. 31. *Mensas in venam crispas vel in vortices parvos* habet. Idem 13, 15, 30. *illud ob longo evenire discursu ideoque tigrinum appellari: hoc intorto, et ideo tales pantherinas vocari. Esse etiam undatim crispas — et densa veluti grani congerie crispas, quas ob id a similitudine apiatas vocent.* Marmor Augustum Aegyptiacum *undatim crispum in vertices,* Tiberium ibidem repertum *sparsa, non convoluta canitie* narrat 36, 7, 11. Palmae cuciophoro *materiem crispioris elegantiae* tribuit 13, 10, 18. e Theophrasto h. pl. 4, 2. Verbo *crispare* similiter utitur 16, 15, 28. *inprimis materies honorata buxo est, raro crispanti, nec nisi radice.* Diverso sensu est de terrae motu 2, 82, 84. *cum vibrat crispante aedificiorum crepitu.* Idem 2, 78. Aethiopes *barba et capillo vibrato* posuit, ubi proprium erat *crispo.* Similiter est 9, 51, 75. *ova tortili vibrata pampino.* Quem usum in vertendo Theophrasto Gaza est imitatus. In Colutea Idaea 3, 17. memorat Theophrastus ῥίζας ἐπιπολαίους καὶ λεπτὰς καὶ μανὰς, οὔλας δὲ ἐνίοτε καὶ ξανθὰς σφόδρα. ubi Gaza: *sed vibratas flavasque.* Sed ibi vitium in coniunctione μανῶν καὶ οὔλων esse censeo. Brevitatis, densi et contorti notionem in vocabulo graeco ad sermonem transtulit Plutarchus de garrulitate c. 17. de Laconibus breviloquis Platonis in Protagora p. 153. loquens: δεινοῖς ἀκοντισταῖς ἐοικέναι λέγων (ὁ Πλάτων) οὖλα καὶ πυκνὰ καὶ συνεστραμμένα φθεγγομένους. Hos eosdem antea στρογγύλους καὶ βραχυλόγους dixerat. Videtur igitur etiam rotunditatis notio inesse vocabulo. Comparavit H. Stephanus Homericum locum Iliadis 17. versu 756. τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν οὖλον, κεκλήγοντες, ὅτε προΐδωσιν ἰόντα κίρκον. Sed verba vulgo pessime interpuncta male etiam interpretantur; iungentes οὖλον κεκλήγοντες, cum νέφος οὖλον significet nubem densam et conglobatam sturnorum. Qui sturnos volantes viderunt, etiam hoste nullo instante, norunt, quid dicam.

διϊέναι τὴν βλάστησιν· ἀλλὰ διεξομοιοῦσθαι· ἐξομοιοῦται γὰρ] *quoniam incrementum transire facile nequeat: et vasis quoque, in quo positum fuerit, speciem imitatur* G. Graeca manifesto vitiosa sunt: apio enim haec non conveniunt, sed fructibus quibusdam vasis inclusis: quanquam ad apium cum Gaza retulerit Scaliger. Non dubitavi scribere: Ἀλλὰ δ' ἐξομοιοῦται, ἐν ᾧ ἂν τεθῇ ἀγγείῳ.

τῷ πέριξ] *vase circumveniente* G. deinceps est τῷ περιέχοντι. Male enim Heinsius λαμβάνειν — τοῦ περιέχοντος dedit.

μεμορφωμένα γὰρ] *quippe illa formata iam sunt* G. In graecis deesse videtur verbum τίκτεται, ut sensus constet et iusta fiat comparatio. Embryo intra vas uterinum formatur figuratusque in lucem prodit: fructus autem in ipsa generatione intra ollam figuratur ad eius similitudinem ante oculos nostros. Lacunam demonstrat adverbium εὐθὺς a Gaza redditum *iam*.

8. τηλικοῦτον πάτταλον] *palum defigere tantum praecipiunt — radix enim totum locum implere facile potest* G. Plinius 19. s. 36. *Apium etiam paxillo caverna facta ac fimo ingesto acervatim seritur.* In graecis vitium est manifestum. Palus enim si defoditur, radix in eo solo locum non habet. Ecce histor. 7, 3. κελεύουσι γοῦν, ἐάν τις μεταφυτεύῃ τὰ σέλινα, πάτταλον καταχρούειν, ἡλίκον ἂν βούληται ποιεῖν τὸ σέλινον. τιθέναι δὲ καὶ τὰ σπέρματα ἐν ὀθονίῳ, τὸν πάτταλον καταχρούσαντα, καὶ πλήσαντα κόπρου καὶ γῆς. qui locus nec ipse satis sanus esse videtur. Sed verbum καταχρούειν aptius est: paxillum tamen retractum e terra ibi etiam librarii videntur omisisse.

ἡμερώμασι] *in mitigandis arboribus* G. *in mitigatis* vel *mitibus* maluit Scaliger. Arborum mentionem intempestive intulit Gaza. Plantas oleraceas cultu mitigatas dicit Theophrastus.

9. εἰς ὀθόνιον — σελίνου] Eadem tradit h. pl. 7, 3. Geoponica 12, 23. Columella 11, 3, 33. qui lati folii apium ita nasci ait.

γογγυλὶς — πλατεῖα] *siquis protinus ab area serit, ampla efficitur* G. *quam recentissimum* interpretatur Scaliger. Causam emendationis ἐπὶ τῆς ἅλω pro vulgato ἀπὸ τῆς ἅλω explicui ad hist. 7, 4, 3. Paulo antea Med. κατὰ τῆς σπορᾶς ὥραν habet.

ὅτι ῥιζοῦται] Deinceps deesse aliquid, monui in annotatione ad hist. l. c. quare signa lacunae apposui.

10. σχίνῳ — ἢ σκίλλῃ] *quae lentisco aut scillae inserta terrae mandantur* G. Scaliger annotavit, Ald. scripturam σχοίνῳ qui praeferant, rationem idoneam non posse reddere, qua possint semina inseri lentisco: contra qui σχίνῳ scribant et scillam Attice σχῖνον vocari putent, verba ἢ σκίλλῃ tanquam glossema ab aliena manu additum delere. In Vinar. est σχίνῳ. In hist. 2, 7. est: ὅλως δὲ πᾶν ἐν σκίλλῃ φυτευόμενον εὐβλαστὲς καὶ θᾶττον αὐξάνεται. Plura dabit Niclas ad Geoponica 4, 7, 2. 10, 45, 6. et c. 46. Scillam et schinum esse eiusdem generis bulborum species duas diversas, verba ἔχει γάρ τινα ἄμφω θερμότητα confirmant, nec verba ἢ σκίλλῃ tanquam interpretationem grammatici damnare sinunt. Cf. dicta ad hist. 2, 5, 5. et dicenda infra ad cap. 9, 8.

εἴ τι ἕτερον ἐν ἑτέρῳ] Praepositonem duce G. addidi.

πήγανον ἐν συκῇ — παρὰ τὸν φλοιὸν] *cortici infixam serere et terra occultare consuevere* G. Problema Aristotelicum 18. Διὰ τί πήγανον κάλλιστον καὶ πλεῖστον γίνεται, ἐάν τις ἐκφυτεύσῃ εἰς συκῆν; ἐκφυτεύεται δὲ περὶ τὸν φλοιὸν, καὶ περιπλάττεται πηλῷ. ubi G. vertit: *ruta insita in ficum — inseritur vero inter corticem limoque obducto fovetur.* Unde hoc in loco περὶ τὸν φλοιὸν scribere possis. Dioscorides 3, 52. sativam rutam praefert in esu: τὸ παρὰ ταῖς συκαῖς φυόμενον. Palladius 4, 9, 14. *sub fici arboris umbra libentius acquiescit.* Plinius 19. s. 45. *Amicitia est ei cum fico in tantum, ut nusquam laetior proveniat quam sub hac arbore.* Graeca verba καὶ τῇ γῇ κατακρύπτεται docent, partem surculi abscissi iuxta solum intra corticem inclusam deponi ita, ut in terra accumulata radices agere possit. Luto oblinit surculum Aristoteles eo in loco, ubi cortici fuit insertus, quo firmius haereat. Alius luti usus est in implastratione et inoculatione.

καὶ ξυμβαίνει — τέφραν παττομένην· εἶτ' οὖν] *sicut et cinis congestus radicibus* G. Heinsiana συμβαίνει dedit. Supra 3, 22. οἷον ἡ τέφρα ταῖς συκαῖς καὶ τῷ πηγάνῳ· ξηρὰ γὰρ πρὸς τὸ μὴ σκωληκοῦσθαι, μηδὲ σήπεσθαι τὰς ῥίζας· βοηθεῖ γὰρ καταξηραίνουσα. Plinius 19. s. 45. *Cinere vult nutriri: hic et semini miscetur, ut careat erucis.* Cf. Geoponica 12, 25, 1.

τρέφεσθαι ἅλμῃ] *seu etiam salsugine coalescunt. habet enim similem quandam vim calefaciendi* G. In A. B. erat ἰχῃ pro ἔχει. Supra libri 2, 7. καὶ τῶν λαχανωδῶν ἐστί τισι τὰ ἁλυκὰ πρόσφορα, καθάπερ ῥαφάνῳ, τευτλίῳ,

πηγάνῳ, εὐζώμῳ. In voce ὁμοίαν ad antecedentem fici succum lacteum respexit Theophrastus. Articulum τῇ de meo addidi, Med. paulo antea πραττομένην habet.

11. *Μέγεθος γὰρ*] *quippe lentis amplitudo efficitur, si semen stercore bubulo involutum seratur. Facit enim ad nutritionem calor et siccitas stercoris* G. Heinsianus: nam Basil. habet *iuvat enim calor et sicc. sterc.* Scaliger: *simul cum alimento concurrit.* Sed hoc esset συντρέχει, quod ipsum Med. habet. Ceterum cum nihil haec sectio cum antecedente commune habeat, particulam causalem γὰρ in δὲ mutavi.

ἐν βολίτῳ φυτεύηται] Ita Scaliger scripturam A. B. Med. ἐμβολῇ τῷ correxit. Heinsius φυτεύεται dedit. Med. deinceps εἰ σπέρμα habet. h. pl. 2, 5. φακοὺς, ὥστε ἁδροὺς γίνεσθαι, φυτεύουσιν ἐμβολον. ubi ἐν βολίτῳ correxit Niclas ad Geopon. 2, 37. ubi est: φακοὶ βολβίτοις ξηροῖς τουτέστι βοείᾳ κόπρῳ πρὸ τοῦ σπόρου περιπλασθέντες καλλίονες καὶ ταχύτεροι φυήσονται. ubi vide annotationem Niclasii. φυτεύηται, εἰς σπέρμα Aldinae habent.

ξηρύτητι τῶν ἐρεβίνθων, ἐὰν] Ita Heinsiana cum Aldinis: ἐὰν δὲ Bas. dedit: equidem librum Vinar. sequor cum Gaza: *ciceris autem, si cum putaminibus aquae praemaceratum seratur.* Ad βρεχθέντες intelligitur φυτεύωνται. hist. pl. 2, 5. τοὺς ἐρεβίνθους, ὥστε μεγάλους γίνεσθαι, αὐτοῖς κελύφεσι βρέξαντα σπείρειν. unde σπείρωνται addidi. Geoponica l. c. ἡ φακῆ ἐν ταῖς θήκαις προβραχεῖσα χλιαρῷ ὕδατι μετὰ νίτρου σπειρομένη. Eadem 2, 36. σὺν τοῖς κελύφοις αὐτοῖς ὁμοίως προβραχέντας μετὰ νίτρου σπείρουσι, de cicere.

πρώϊοι δὲ, ἂν ἅμα — σπαρῶσι] *et si cum ceteris obseratur, maturius veniet* G. qui πρώϊοί τε scriptum legisse videtur. Geoponica 2, 36. εἰ δὲ βούλει πρωΐμους αὐτοὺς ποιῆσαι, σπεῖρον αὐτοὺς κατὰ τὸν καιρὸν τῶν κριθῶν. Nempe ἡ κριθὴ πρωϊσπορώτερον πάντων, ut est in hist 7, 1. et ervum cum cicere autumno et vere serebantur. Palladius 4, 4. *temperius provenire, si seratur autumno.* In verbis τοῖς ἄλλοις vitium vel lacuna est: neque enim apparet, χεδρόποις an λαχάνοις an potius σιτηροῖς intelligendum sit. Sed etiamnum mentio autumni necessaria deest: quare κριθαῖς praefero: deinde verbum φύονται deest initio post πρώϊοι δέ.

τέχνῃ καὶ κατὰ τὴν φύσιν] Ita A. B. Med. *sponte quoque. et arte naturae ratione eveniunt* G. sed Heinsius

praeter naturam fecit et cum Camotiana παρὰ τὴν φύσιν temere scripsit. Paulo antea ἔνιαί δοκεῖται παρὰ φ. Med. habet. Videtur ἔνιά γε δοκεῖ παρὰ φ. fuisse.

περιπλαττομένοις πυροῖς] *ut in tipha et semine tritico obducto* G. περιπαττομένῳ Scaliger coniecit, interpretatus: *si circa secale et speltam sive alicam triticum obseratur: tum secale tum alica fiet habitior.* Vitium demonstrat cognatarum observationum series in hist. pl. 2, 4, 1. ubi est: οἷον ἡ τίφη καὶ ἡ ζειὰ μεταβάλλουσιν εἰς πυρὸν, ἐὰν πτισθεῖσαι σπείρωνται: quae transtulit Plinius 18, 10, 20. unde lux huic loco, in quo scriptum olim fuisse suspicor: ἐὰν πτισθεῖσαι σπείρωνται εἰς πυρὸν μεταβαλλομένων.

12. ὥσπερ ὅσα καὶ τῶν σπερμάτων] *sicut etiam quae ex seminibus* G. equidem ὥσπερ abesse malim et scribi καὶ ὅσα τῶν σπερμ. deinceps Heinsiana omisit, quae post verbum προβρεχόμενα sequuntur: τεραμονέστερα ἢ ἐν μέλιτι καὶ γάλακτι γλυκύτερα γίνεται. Vinar. νίτρῳ dat.

διαλλοιωμένον] Scaliger recte iam olim διηλλοιωμένον scribi iusserat.

ἐν ἀμφοῖν δέ πως ἢ ἐν ἅπασι συμβαίνει] *duabus enim in rebus quodammodo principium omnium immutatur, id est aut in qualitate aut in quantitate, ceu tiphae et semini, quod pars aliqua desit: quae si detrahatur principio, generationem minus impediat* G. quem si sequi voluit Heinsius, non solum particula ἢ delenda erat, quod fecit Heinsius, sed etiam ἀμφοῖν in δυσὶ mutandum erat. Sed bene habet ἀμφοῖν, *ambobus*, et respiciuntur semina nitro aut lacte et melle madefacta. Post ἢ malim μᾶλλον additum.

ἔνθα δὲ κατὰ τὸ ποσὸν, καθάπερ ταῖς τίφαις καὶ ζειαῖς· καὶ τῶν μορίων τι μὴ ἔχειν. ὅπερ — περιαιρεθὲν οὐκ — γεννᾷν. πλεονάκις] Ita Heinsiana scripsit et distinxit locum insertis e versione G. verbis κατὰ τὸ ποσὸν, consentiente Vinar., cum in A. B. Med. sit: ἔνθα δὲ καθάπερ — ζειαῖς, καὶ τῶν μορίων τι μὴ ἔχειν. ὅπερ. Rectius fecisset, si eodem duce correxisset: τῷ μόριόν τι μὴ ἔχειν, οὗπερ ἐξ ἀρχῆς μὲν περιαιρεθέντος. Nam ipsa pars demta absurde dicitur posse generare, οὐκ ἀδυνατεῖ γεννᾷν. Copulam καὶ post καθάπερ retractam collocavi. Ad verbum γεννᾷν nomen τὸ ἄχυρον deesse videtur.

παθοῦσα — γυμνωθεῖσα — παθητικωτέρα γινομένη — μεταβάλλει] Referuntur haec omnia ad antecedentia verba, ταῖς τίφαις καὶ ζειαῖς, quasi ibi esset τῇ τίφῃ καὶ τῇ ζειᾷ. Sed verba καὶ ὥσπερ τελέως γυμνωθεῖσα mihi et Linckio

alieno loco posita videntur, et post *καὶ παθητικωτέρα γενομένη* (vulgabatur *γινομένη*) collocanda ita: *ὥσπερ τελέως γυμνωθεῖσα τῷ τε ποιῷ μεταβάλλει, καὶ τὸ πλ.* Postrema sunt diductius posita pro breviore membro: *καὶ τῷ ποσῷ· τὸ γὰρ πλῆθος οὐκ ἴσχει τοῦ ἀχύρου.* Per gradus transit ea et tipha in triticum pinsita: primo enim anno folliculos adhuc generat granum: sed saepius idem si fit in granis e grano pinsito natis, fere tota nascuntur nuda grana zeae et tiphae, et similia tritico fiunt. Ante membrum *καὶ παθητικ. γενομ.* posita verba sensum alienum habent, quasi ante sationem postremam demum nudentur. Pinsuntur ante quamque sationem, eaque opera saepius repetita tandem quasi nuda nascuntur.

οὐκ ἴσχει τοῦ ἀχύρου] *multitudinem paleae* G. male Scaliger *aristarum multitudinem* interpretatur.

13. *ὥσπερ τὰς ἀμπέλους*] *evenit quoque aliis — sicut viti* G. qui scriptum legisse videtur: *συμβαίνει δὲ καὶ ἄλλοις — ταῖς ἀμπέλοις.* Certe vulgaris structura verborum dura et inconcinna esse mihi videtur. Deinceps *ἀγίγαρτος ἡ* Med. habet.

τοῖς ἀφ' ἑκάστου τῶν μερῶν], Nota veterum physiologorum disputatio: sed argumentum hic ponitur falsum ex opinione vulgi. Ante nomen *σπέρμα* articulum addidi. Disputationem de semine animalium in his libris de plantis nusquam attingi memini.

AD CAPVT VII. (VVLGO VIII.)

εἰς μίνθαν ὥσπερ ἐναντία] repete *μεταβολὴ*, et *ἐναντία* intellige *ταῖς πρότερον λεχθείσαις. velut praedictis opposita* G. Mediceus deinceps *γεγενομένη* habet et *μή τις.*

ῥιζοῦσθαι μᾶλλον εἰς τὸ κάτω] *ut radices amplius deducantur — debilior pars superna consistit* G. ubi Heinsius *superna fit* fecit. Unde apparet, eum rectius scriptum legisse *ἀσθενέστερον ἄνωθεν γίνεσθαι*, quod habet Med. ubi vulgabatur *εἴωθε γίνεσθαι.* Sed quid est *ῥιζοῦσθαι εἰς τὸ κάτω?* An radices sursum etiam et extra terram aguntur? Fit quidem hoc in paucis plantis, ut pars aliqua supra terram extet, sed fines radicum et fibrae omnes terram petunt, alioqui statim emorientes. Excidisse verba aliquot, veluti *καὶ ἰέναι εἰς τὸ κάτω,* docere videntur sequentia: *ῥιζούμενον δὲ καὶ τὴν δύναμιν ἐκεῖσε τρέπον.*

ὥσπερ ἐξ ἀμφοτέρων ἡ ὁμοιότης τῆς τε βλάστης καὶ

τῆς ὀσμῆς] *quasi ex ambobus illis, germine atque odore, similitudo proveniat* G. Dalecampius ἥπερ γὰρ ἐξ ἀμφ. scribi voluit: equidem ὥσπερ dedi. De re vide dicta ad c. pl. 2, 16, 5. qui locus mire hunc illustrat: *Τὸ δὲ σισύμβριον εἰς μίνθην κατὰ τὴν ὀσμὴν, εἴ περ ἄρα, μεταβάλλει, μόνον ἀπολλύον τὴν οἰκείαν, ἐξαμαυρούμενον δι' ἀργίαν, ἐκείνης [δὲ τὴν μορφὴν] οὐ λαμβάνον, ἀλλ' ὥσπερ ὅμοιον ταῖς καλαμίνθαις γινόμενον. — Καὶ δὴ κἀκεῖνο τὸ τῆς φύσεως ἐναντίον· ἡ μὲν γὰρ μίνθη βαθύῤῥιζον, τὸ δὲ σισύμβριον ἐπιπολῆς καὶ οὐχ ὁμοίως πολύῤῥιζον.* Ibi igitur dissimilitudo utriusque in radicum et longitudine et multitudine memoratur: hic vero dissimilitudo τῆς βλάστης additur. *Germen* vertit G. sed totum plantae corpus terra extans intelligi, docere videtur superius membrum, ἀσθενέστερον εἴωθε γίνεσθαι τὸ ἄνω, i. e. vi omni ad radices conversa superiorem plantae partem debiliorem fieri.

τοῦ μὲν σισυμβρίου] Expectabat lector τῆς τοῦ σισ. μεταβολῆς. Paulo antea διὸ μεταφυτεύειν, omissa copula, Med. habet.

2. τὸ ἐν ἡλίῳ πολλάκις κείμενον] A. B. ἐν τίλλῳ. margo B. εὐηλίῳ. Voluit ἐν ἡλίῳ, quod idem Scaliger coniecit, quanquam ἐν εὐηλίῳ scriptum extet in eius annotatione. ἐν τήλλῳ Med. πολλάκις praeterea Scaliger post ἡλίῳ collocatum iussit promoveri et post κείμενον poni. G. plane omisit vertens *quod loco soli exposito situm est.* Transitum ocimi in serpyllum et sisymbrium tangit Palladius 5, 3, 5. Sub caniculae ortum λευκαίνεσθαι noster h. pl. 7, 5. *pallescere* narrat Plinius 19. s. 57. Ocimum sectile habes c. pl. 2, 20. inter ea, ὅσα κακούμενα καὶ κειρόμενα βελτίω, nominatum.

δριμυτέρα τῶν ξηρῶν· ἐλάττων γὰρ καὶ ἡ τροφή] *quippe cum alimenti quoque minus habeant, quae sicca sunt* G. igitur post δριμυτέρα distinxit, et reliqua ita scripta legit: τῶν ξηρῶν γὰρ ἐλάττων καὶ ἡ τροφή. quam scripturam praeferebat Dalecampius. Sed τῶν ξηρῶν nulla est τροφή. In vulgato si ad ocimum refertur, debebat esse τοῦ ξηροῦ. Quare suspicor, fuisse olim scriptum ὥσπερ τῶν ξηρῶν, ut fit in plantis odoris siccatis.

οὐχ ὡς τελείας] A. B. Med. τελέας. *ut aliquid similitudinis faciant, non ut omnino speciem exprimant alienam* G.

φλοιὸν τραχύτερον] Cf. dicta ad 2, 15, 9. et 3, 5, 16.

3. τό τε εἰς — πρὸς μεταβάλλειν καὶ τὸ ὁρμᾶν· καὶ

ἐπί γε] *Omnino fortasse mirum non minus est, quod in hac evenit, cum in proximum atque simile quodammodo transeat. Nam et in animalibus mutationes eiusmodi plerasque videmus, alias in generatione* G. Scaliger scribebat μεταβάλλειν καὶ ὁρμᾶν. In A. B. est μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὸ ὁρμᾶν. Med. καὶ ἐπὶ τὸ ὁρᾶν. καὶ ἐπί γε habet. Dalecampius rectam viam ingressus scribi voluit: μεταβάλλειν· ἐπεὶ καὶ ὁρᾶν ἔνεστι καὶ ἐπί γε τῶν. Equidem malebam: μεταβάλλειν· ἐπεὶ ὁρῶμεν καὶ ἐπί γε τῶν ζώων. Vinar. ὁρᾶν habet cum Mediceo. Brevior igitur emendandi via: ἔστι γὰρ ὁρᾶν ἐπί γε τῶν ζώων.

οὐδενὸς δὲ ἄλλου] *id enim non aliis quam papilionum generi evenit* G. unde verba δὲ ἄλλου addidit Heinsius. τοῦτο γὰρ πλὴν ἐπὶ τῶν ψυχῶν οὐδενὶ συμβαίνει maluit Scaliger.

τελειωμένων] Hanc vulgatam correxi scripturam. τετελειομένων ἤδη καὶ τὰ Med. habet. Pinnarum et vocis mutationem intelligi monuit Scaliger.

φυσικῶς ὑποληπτέον. τὰ δ' ἐξ ἀρχῆς] *Haec igitur — naturali tribui rationi par est, at quae principio dicimus, secundum naturam potius evenire, arbitrari certe oportet* G. Intellige verbum γίνεσθαι ad vocem φυσικῶς, et deinde ad verba κατὰ φύσιν. Praefero verbum συμβαίνειν cum Linckio, a cuius societate me hoc ipso tempore divulsum aegerrime fero, cum in reliquis capitibus consilio eius destitutus errandi periculum subire invitus cogor.

AD CAPVT VIII. (VVLGO IX.)

Ἀκόλουθα — θεωρίας περὶ νοσημάτων — εἰπεῖν] Comparato loco capitis 5. ἑπόμενα δέ πώς ἐστι τούτοις εἰπεῖν, ὅσα διὰ τέχνης γίνεται, scripsi inserto articulo τὰ περὶ νοσημάτων.

ἀμφοτέρων δὲ μετέχονται καὶ — παρὰ φύσιν] *quae quidem ratio eventus ancipitis est, quoniam et secundum naturam et praeter naturam consistit* G. verbum μετέχονται vitiosum in participium μετέχοντα mutavi, et particulam δὲ cum Med. omisi.

φθοραὶ μὲν γὰρ εὐθὺς] G. εὐθὺς omisit. Scaliger male vertit *interitus repentini.* Solet Theophrastus εὐθὺς praemittere, ubi exemplis subditis rem vult illustrare. Alii αὐτίκα usurpant.

τῇ μὲν ὅλως] *morbus autem partim omnino praeter*

naturam esse appareat G. ubi *videri possit* dedit Heinsius.

τῷ δ' εἰωθέναι καὶ πολλάκις συμβαίνειν, κατὰ φύσιν λέγομεν. ὁμοίως] *partim quia solitus est et saepenumero accidit, secundum naturam esse asserimus* (*eodem modo* addidit Heinsius) *in animalibus pariter et plantis affectiones scilicet discernendo eas, quae violentae sunt planeque extrinsecus veniunt, id est vulnerum plagarumque causa* G. qui τῇ δὲ τῷ εἰωθέναι scriptum legit: quod membrum respondet antecedenti, τῇ μὲν δόξειεν. Distinctionem pravam correxi.

οὐ λέγομεν παρὰ φύσιν] *haec praeter naturam esse nunquam censemus* G. Male negationem omisit Heinsiana. Deinceps vulgatam καίτοι βίᾳ γέ πως mutavi in βίαιά γέ πως cum Dalecampio e versione Gazae.

ἀλλ' ἐπὶ τῶν ζώων] *cum et in animantibus idem sit: neque refert ad eam rem, quam quatrimus* G. qui ταὐτὰ additum legit. Fortasse pro ἐπὶ fuit olim κοινὸν scriptum. Scaliger διάφορον interpretatur alienum, diversum a nostra quaestione: equidem διαφέρον scriptum malim.

2. αἱ ἀρχαὶ] Articulum addidi. Deinceps malim ἢ ὅλων. In histor. pl. 4, 16. est: ἔνιαι δὲ πηρώσεις οὐκ εἰς φθορὰν γίνονταί τινων, ἀλλ' εἰς ἀκαρπίαν. et c. 17. ὧν (φθορῶν) ἐν ἐνίαις οὐδὲν ἂν κωλύοι καὶ τοῖς ἀγρίοις εἶναι κοινὰς καὶ κατὰ τὴν ὅλην τῶν δένδρων φθοράν, καὶ ἔτι μᾶλλον κατὰ τὴν τῶν καρπῶν.

ὅταν ἡ πλῆθος] Deest verbum, quod G. supplevit vertendo: *cum nutrimenti copia — fuerit, aut qualitatis plus minusve accesserit — coeli gravitas fuerit.* Vulgatum deinceps ποιότητος cum Mediceo in ποιότης mutavi. Fortasse πιότης fuit.

ἕλκωσιν ἢ σκαπάνην, ἧς ἡ τομὴ ἢ διὰ καθάρσεως ἢ ἐξαλλαγῆς ἢ τοιαύτης αἰτίας] *adde plagas et ulcera, quae ligone vel falce vel aliqua eiusmodi causa veniunt. Nam et a diis nonnulla venire creduntur* G. Praepositionem διὰ ante πληγὴν Heinsius inseruit, et post σκαπάνην asteriscum appinxit. Dalecampius cum Gaza tentavit ἐπὶ τῆς τομῆς ἢ διακαθάρσεως. Equidem non dubitavi scribere: ἐκ σκαπάνης ἢ τομῆς ἢ διακαθάρσεως ἢ ἐξ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας. In hist. pl. 4, 16. est: μεγάλα δὲ καὶ ξυμβάλλεται καὶ τὰ τραύματα καὶ αἱ πληγαὶ τῶν περισκαπτόντων εἰς τὸ μὴ φέρειν τὰς μεταβολάς.

ὥς γ' ἔνιαι] Heinsiana εἶναι dedit. Vulgatam G. vertit,

equidem in ὧν mutavi. Deinceps articulum ἡ ante ὑπερβολὴ e Med. addidi, et ἀπὸ post τροφῆς. postea idem διαφέροι habet.

3. διάθεσις μελλόντων — ὥσπερ ἐξηραμένων] e versione G. *cum fructum crearunt, quasi humor desierit: tum enim summa mutatio est:* Heinsius, admonente Scaligero, vocem ὥσπερ addidit, sed male ἐν μεγίστῃ μεταβολῇ scripsit. Equidem articulum τῶν addidi. hist. pl. 4, 16. de agrestibus: μάλιστα ἐπιδήλως, ὅταν χαλαζοκοπηθῇ ἢ βλαστάνειν μέλλοντα ἢ ἀρχόμενα ἢ ἀνθοῦντα. Deinceps Med. πηλώσει habet.

AD CAPVT IX. (VVLGO X. XI. XII. CVM PARTE XIII.)

τάχα δὲ καὶ ἔστι διὰ τὴν ἀσθένειαν] *et forsitan ita est propter infirmitatem horum* G. qui τούτων additum legisse videri potest. Initio capitis Med. ταῖς ἀγρίων habet.

σφακελισμὸς] *radicatio* G. qui alibi *tabitudo* vertit: Scaliger *mortificatio* malebat. Deinceps ἀστροβλησία expectabas: sed quoniam σκωληκοβρωσία non erat usitata, mutata constructione sequitur ἀστρόβλητα — γίνεσθαι. Malim tamen articulum τὸ antepositum.

καὶ οἱ μόσχοι] A. B. Med. μίσχοι. *plantarum novellae ac surculi.* G. unde Dalecampius νέα φυτὰ καὶ οἱ μόσχοι malebat. Scaliger: *surculi, alibi petioli.* Sed μόσχοι et μίσχοι plane sunt diversi. Homericum Il. 11, 105. δίδη μόσχοισι λύγοισι interpretantur Grammatici νέαις καὶ ἁπαλαῖς λύγοις καὶ βλαστήμασι. Hesychius: μόσχοι, οἱ νέοι βλαστοί. Nicandri Theriac. 73. ἀσφοδέλοιο νέον πολυαυξέα μόσχον. ubi glossa Goett. κλάδον interpretatur. In Aristotelis h. a. 9, 27, 21. κάλλιστον μέλι ἐκ νέου κηροῦ καὶ ἐκ μόσχου. ubi Guilelmus *novo germine*, Gaza *novellis stirpibus* vertit. Hinc μοσχεύειν et μοσχεύματα dicta de plantis in ipsa arbore factis, virgis inditis ollae terra repletae ad radices creandas. Quae notio huic loco praecipue convenit, ut apposita φυτὰ demonstrant.

μὴ ἔχωσιν ἕλκειν] Plinius 17. s. 37. *Sideratio tota e coelo constat. — Proprium tamen siderationis est sub ortu canis siccitatum vapor, cum insitae ac novellae arbores moriuntur.* Habes Theophrasti φυτὰ καὶ οἱ μόσχοι. Aristoteles de iuvent. et senectute c. 6. ὅταν τοῦ θέρους ἰσχυρὰ συμβαίνῃ καύματα, καὶ μὴ δύνηται τὸ σπώμενον ἐκ τῆς

γῆς ὑγρὸν καταψύχειν, φθείρεται μαραινόμενον τὸ θερὺδν, καὶ λέγεται σφακελίζειν καὶ ἀστρόβλητα γίνεσθαι τὰ δένδρα κατὰ τούτους τοὺς καιρούς. Nempe σφακελίζειν dicit, ὅν τὸ περιέχον ὑπερβάλλῃ ψυχρότητι διὰ τὴν ὥραν, ἰσχυρῶν γινομένων τῶν πάγων ἐξαυαίνεται. Cf. Geoponica 5, 36. Ceterum Med. ξανθῇ pro ξηρανθῇ habet.

ὑπὸ ἄστρον πλεῖστα] *quapropter plurima pereunt sub sidus* G. unde scribendum fuit: ὑπὸ τὸ ἄστρον τὰ πλεῖστα φθείρεται.

2. δ' ὑγρότης ἡ οἰκεία ποιοτέρα — πρωϊκαρποτέρα] *Item humor in veteribus pinguior et ad fructificandum maturior* G. ubi Scaliger malebat *maturius aptior*. Idem recte πιοτέρα scribi iussit, quod est in Vinar. πιωτέρα Med. habet. Praeterea δ' ἡ ὑγρότης ἡ scripsi, addito articulo. Deinceps cum G. ἢ τῶν νέων scribi voluit Dalecampius: ego vero nihil addendum aut mutandum censui praeter accentum vocis πρωϊκαρπότερα, quae refertur non ad ὑγρότης, sed ad antecedens πρεσβύτερα.

ἐπιβλάστησις] *germinum germinatio* G. rectius Scaliger: *germinum novorum fit accessio.*

δυνάμεις διϊκνοῦνται] G. brevius: *nam ea quoque ratione infirmiora redduntur.* Scaliger ad h. l. *διϊκνοῦνται significat hic διαφοροῦνται: nisi quis legere malit διϊσχνοῦνται,* attenuantur. *Neutrum placet. Sed illud δυνάμεις non esse hic τῶν φυτῶν, sed τῶν πληγῶν: quae tametsi sunt ἔξωθεν, tamen earum maleficium penetrat.* Mihi vitium in voce δυνάμεις residere videtur, quae causam caloris aut frigoris per vulnera penetrantis continere debet. Sect. 7. τὴν τῶν ἔξωθεν δύναμιν dixit, quae mihi convenire huc videtur. Med. ἐπὶ πλέον habet.

3. διὰ τὰς ἑλκώσεις] Articulum Heinsius omisit. Sequentia, σήπεται· διελκούμενα δὲ τῇ σήψει ζῳογονεῖ, G. vertit: *quippe ex ictu putrescit, ulcerataque vermes per saniem* (male Heinsiana *famen*) *creant.* Mihi vitiosa haec esse videntur. Primum verbum διελκούμενα suspicionem fecit. Quidni enim simplex ἑλκούμενα posuit? Deinde σήψεως fit mentio ante ulcerationem. Fortasse fuit olim scriptum: τὰ δ' ἑλκούμενα τῇ σήψει ζωογονεῖ.

ἔκστασις γίνεται τῆς ἐκφύσεως] *fit enim velut alienatio a natura* G. Igitur ἐκ τῆς φύσεως rectius scriptum legit, aut τις ἐκ φύσεως, quod habet Vinar.

Συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ἀφαναινομέναις] *accidit hoc et illis, quae arescunt: sic enim calor redditur*

efficacior G. Copula prior a G. omissa delenda videtur esse. In verbis ταῖς ἀφαναινομέναις nescio quid vitii latere suspicor. Primum sexus foemineus suspicionem fecit. Quodsi tamen masculum reposueris, ad δένδροις referendum, quid differunt τὰ ἀφαναινόμενα ab istis, quae ἐκθλιψῇ διὰ τοὺς αὐχμοὺς, nisi gradu? Causa editur caloris, διὰ τοὺς αὐχμοὺς, propter aeris siccum et squalidum calorem. At hic idem calor ἀφαναίνει, exsiccat arbores: causa igitur eadem caloris in utroque casu: sedes et initium morbi seu vitii diversa videtur. Suspicor fuisse ἐν ταῖς ἀφαναινομέναις ῥίζαις: ut sequitur de malis in solo fervido satis: ταχὺ γὰρ αἱ ῥίζαι ξηραίνονται. Similiter infra sect. 8. σφακελισμὸς duplex dicitur, ὅταν ἐξαυχμῶσι τὰ δένδρα, et cum radices nudae exsiccantur. De his Geoponica 10, 18, 9. τοῦτο γὰρ τὸ φυτὸν τάχιστα ὑπὸ σκωλήκων ἀδικεῖται: ideoque radices plantae conserendae felle taurino illinere iubent. De natura arboris ibidem est sect. 2. χαίρει ψυχροῖς καὶ νοτεροῖς καὶ μελαγγείοις τόποις.

τότε τὸ θερμὸν — κἂν τοῖς ἐμπύροις] E Mediceo μᾶλλον inserui et ταῖς scripsi.

4. ἀστροβολησια] Supra ἀστροβολία erat sect. 2. Hic ἀστροβλησία malim. Mediceus antea τοῦτο δὲ habet.

τὰ δριμέα — τὸ τῆς δαφνης] *acerba et vehementia — Argumento laurus est* G. In histor. 4, 16. δριμέα καὶ εὐώδη sunt, ubi Gaza ὀπώδη vertit: quam scripturam sequens δριμύτερος γὰρ ὁ ὀπὸς firmare videtur.

οὐκ ἐρινεὸς] *nec caprificus similiter atque ficus putrescit* G. male supplevit σήπεται; cum debuisset σκωληκοῦται. Sed rectius οὐδ᾽ ἐρινεὸς scriptum legit. Cf. ad hist. 4, 13, 4.

5. ὁπόσα γὰρ] A. B. Med. ὅπως γάρ. Vinar. ὅλως γὰρ habet: at ita sequi debebat τὰ γλυκέα, quod habet Mediceus. Sequens τῶν ὀξέων correxi.

ἐν σχίνῳ φυτευόμενα] *lentisco inserta* G. male. Supra c. 6, 10. est: ὅσα δὲ ἐν σχίνῳ φυτεύουσιν ἢ σκίλλῃ, πάντα τῆς εὐβλαστίας ἕνεκα καὶ εὐτροφίας φυτεύουσιν. Geoponica 10, 18, 2. de malo: οὐ βρωθήσεται δὲ ταῦτα ὑπὸ σκωλήκων, σκίλλης περιφυτευομένης αὐτοῖς. De ficu Theophr. h. pl. 2, 7. ἡ συκῆ ἐὰν σκίλλῃ φυτευθῇ — ἧττον ὑπὸ σκωλήκων κατεσθίεται. Geoponica 10, 46. de eadem: ἐὰν μέλλων φυτεύειν ἐμπήξῃς σκίλλῃ τὸν κλάδον. iterum contra vermes arborum 10, 90, 1. καὶ σκίλλαν κύκλῳ περιφύτευσον.

6. τοὔνομα καὶ τὴν ὁμοιότητα] *translatum enim id nomen a similitudine* recte G. igitur cum Vinar. κατὰ τὴν scripsi.

ἀληθὲς, οὐδὲ τοῦτ' ἐπὶ πάντων] *Sed minime verum in omnibus hoc esse videmus* G. igitur οὐδὲ scriptum non legit. Vulgata si sana est, post ἀληθὲς intelligendum εἶναι, in altero membro γίνεσθαι.

σφακελίας — ἀνθοῦσιν] *radicitus marcescens* G. Scaliger comparabat voces ἐκνεφίας, εὐνουχίας: et sunt plures similes, sed sensu diverso, quem hic locus respuit. Dalecampius σφακελισθεὶς scribi voluit: sufficit σφακελίσας, quod Med. dedit. Sequens ἀνθοῦσι refertur ad pluralem, cum ὁ ἐρέβινθος praecesserit; nisi ἀνθοῦντι fuit scriptum. Deinceps vulgatum ἐπικλύσῃ correxi. G. vertit: *cum in flore salsuginem imber eluerit.*

τὸ γὰρ ἔφαλμα] *iactura salsuginis* G. unde ἄφαλμα scribi voluit Scaliger: *quia*, inquit, *ἔφαλμα salitio est, ἄφαλμα salis absolutio.* Dalecampius τὸ γὰρ ἔφαλμα ἀπολέσαι maluit. Sed ἔφαλμος adiectivum novi equidem, et βρώματα ἔφαλμα Plutarchi: sed nomen ἔφαλμα, nec ἄφαλμα, ab ἅλμη ductum, graecum esse non puto. Rob. Constantinus in Lexico Crispini ἄναλμα proposuit, quod H. Stephanus in Indice Thesauri probavit, ita tamen, ut ἄναλμον γίνεσθαι vel ἄφαλμον γ. scribatur: solum ἄφαλμα vel ἄναλμα nomen esse pernegat: certe sensum loci non explicat.

ἀλλὰ καὶ χωρὶς] Copulam Heinsius omisit.

7. δι' ἀπεψίαν] *succi cruditatem* G. Qualem cruditatem intelligat, indicat statim verbis λεπτῆς τῆς ὑγρότητος, et deinde τὸ γὰρ ὀῤῥῶδες καὶ λεπτόν: ubi copulam vulgo omissam cum Gaza restitui. Paulo antea vulgatam τάχα ὀνόματος e Med. correxi, qui deinceps τροφῆς καὶ οὕτως habet.

πάγος ἰσχυρὸς] *gelicidium vehemens* G. *gelu* maluit Scaliger.

8. καὶ ἐπιφανεῖς] *prospectae* G. rectius *conspicuae* Heinsius. Deinceps A. B. Med. συγκάζεται, Heinsius συγκαίεται dedit.

ἐξαυχμῶσι] *cum ob aquae inopiam squalent* G. Haec ad intellectum nomen δένδρα referuntur: ad sequentia vero, οὐδὲ γὰρ τότε διαδιδόασι, ex anteriore oratione ἰκμάδα repetendum. Succus per superiora torrefacta aestu distribui non potest: ibi vero, ubi radices nudae exsiccatae sunt, suc-

cus incrassatur nec ascendere, multo minus ad superiora dispensari potest. Similis distinctio fuit supra sect. 3.

ὁμαλίζειν] *solicitare coaequareque* G. Heinsianus: *appellare* male Basil. et antiquus. Sed in textu ὁμαλακίζειν idem Heinsius posuit.

ἕλξει τινὰ ἰκμάδα] aere solo immisto, qui genus etiam alimenti tribuere plantae alibi dicitur.

ἐνυπάρχει μᾶλλον τὸ θερμόν] *et per hyemem calor aderit amplius, qui alimentum dispenset, quod large imbrium copia subministrat* G. Rectius igitur scriptum legit ἐνυπάρξει, quod antecedens ἕλξει flagitat. In versione G. *large nimium copia* scribi voluit Scaliger.

ὃ διαδίδωσι τὴν τροφὴν ἐξ ὑπερβολῆς διὰ τὴν ἐπομβρίαν] Haec ita continuata G. vertit, ut potuit: sed in graecis structura laborans vitium statim arguit. Separanda haec sunt, ut feci, et ut disputationis ordo postulat. Incepit supra: δι' ὑπερβολὴν γὰρ καὶ ἔνδειαν τροφῆς οὕτως ἀπόλλυται τὰ δένδρα. Modum tum demonstravit, quo absoluto ait: αὕτη μὲν οὖν εἴτε διὰ πλῆθος εἴτε δι' ἀπεψίαν εἴτε δι' ἄμφω καὶ ἔτι ἀσθένειαν ἡ φθορά. Simplex deinde exemplum inopiae ponitur: δι' ἔνδειαν δὲ κατ' ἄλλον τρόπον, nempe ἡ φθορὰ γίνεται vel ἐστι. Sequitur nunc: Ἐξ ὑπερβολῆς δὲ διὰ τὴν ἐπομβρίαν. Particula δὲ inserenda fuit, ut disputatio ordine procedat. Confirmat emendatam distinctionem sequens exemplum morbi ficorum διὰ τὴν πολυϋδρίαν, et quod sequitur membrum, ἐξ ὑπερβολῆς δὲ καὶ τὸ τραγᾶν τῆς ἀμπέλου. Ne vero quis putet, obstare sequens membrum, τότε γὰρ διὰ τὴν ἀτροφίαν· ἀτροφεῖ γὰρ et cetera, et sermonem de inopia alimenti continuari: animadvertendum est, ἀτροφίαν esse duplicis generis; non solum enim ex inopia ortum habet, sed saepe etiam ex abundantia procedit ἀπεψία, et ex hac ἀτροφία, ut ipsa sequens Theophrasti disputatio demonstrat. G. verba τότε γὰρ διὰ τὴν ἀτροφίαν· ἀτροφεῖ γὰρ τὸ μὴ κρατοῦν μηδὲ πέττον· ἐκλευκαίνεται — καὶ ὁ σῖτος aliter collocata vertit: *Tunc enim, quia nequeunt vegetari, pallent atque intereunt arbores modo frumenti: quippe quod pabulum evincere atque percoquere nequit, ieiunio laboret necesse est.* Scriptum igitur legisse videtur: τότε γὰρ διὰ τὴν ἀτροφίαν ἐκλευκαίνεται καὶ ἀπόλλυται τὰ δένδρα, καθάπερ καὶ ὁ σῖτος· ἀτροφεῖ γὰρ τὸ μὴ κρατοῦν μηδὲ πέττον. Quam scripturam solam veram existimo: igitur vulgatae substituere

non dubitavi. Denique Med. *καθάπερ ὁ σῖτος* omissa copula habet.

9. *περὶ τὰς ῥίζας, ὃ καλοῦσι λοπᾶν· τοῦτο δὲ οἷον μάδησίς τίς ἐστι τῶν ῥιζῶν καὶ μικρὸν ἐπάνω*] Heinsiana dedit *λοπάς· τοῦτο δ' οἷον μύδησις*. Cf. dicta de hoc loco ad hist. pl. 4, 15, 5. *μάδισις* Med. habet, et deinceps *ὑποβολῆς* pro *ὑπερβολῆς*.

10. *καθάπερ ἐπισπωμένη*] *quasi detracta fluxu rapido nimii alimenti* G. Nihil monuit Scaliger, nec Dalecampius: vulgata sensum non habet commodum: nec eam G. vertit, sed potius *κατασπωμένη*. Equidem *ἐπισπευδομένη* reposui.

ἐκ τῶν τοιούτων συμβαίνει] G. verba duo priora praeteriit, et *ῥεῖν* *roratio*, sequens *ῥοώδης* *fluxus* vertit. Med. *ἄμπελον δὲ ῥεις — κλείδιμος* habet.

λεπτὸς γὰρ ὁ καρπὸς ἄπεπτος ὢν καὶ ῥοώδης] *Fructus enim praetenuis fluxusque utpote crudus creatur* G. etiam, nec quicquam a Scaligero aut Dalecampio admonitum video, quamvis sententia manifesto falsa et inepta est. Quid enim fructus vitis praetenuis facit ad rem? Nam vitium est in eo, ut hist. pl. 4, 16. docet: *ὥστε ἀποῤῥεῖν τὰς ῥάγας καὶ τὰς ἐπιμενούσας εἶναι μικράς*. Deinde qui vitis fructus *λεπτὸς* dici potest? *μικρὸς* poterat, comparatus cum fico et punica. Vitium igitur apertum patet. Succum praetenuem in causa esse puto *ἀπεψίας*, et ipsam *ἀπεψίαν* fructus decidentis. De *ἀπεψίᾳ* supra erat: *τὸ γὰρ ὀῤῥῶδες καὶ λεπτὸν ψυχρόν, τὸ δὲ παχὺ καὶ ὥσπερ πῖον θερμόν*. Igitur coniicio, scriptum fuisse olim: *λεπτὸς γὰρ ὁ χυλὸς ἄπεπτος ὤν, καὶ ὁ καρπὸς ῥοώδης*.

ἐν τῷ τὴν δύναμίν τινα προστιθέναι] Articulum tanquam inutilem cum Mediceo omisi, et paulo antea *τὰς* ante *ῥόας* eodem auctore addidi.

11. *αἵ τε διακόψεις*] *amputatio fici* G. Ut *διακάθαρσις* est arborum interpurgatio, ita *διάκοψις* *intercisio* videtur esse. *Putatio* maluit Scaliger verti.

μὴ παλίσκιος οὖσα παχύνῃ τὸν ὀπόν] *ne sua opacitate succum percrasset* G. sensu contrario; nam succus tenuis effectus est nimiae abundantiae, quae sursum producta germina creat nova: quorum generatio si impeditur, succus paulatim crassescit, meliusque coquitur et fructus tenacior perficitur. Coniungenda sunt verba ita: *ὅπως παχύνῃ τὸν ὀπὸν μὴ παλίσκιος οὖσα*. Itaque firmatur emendatio supe-

rioris loci, ubi *λεπτὸς καρπὸς* in locum *λεπτοῦ χυλοῦ* irrepsit. Med. *παχύνει* habet.

ἀποκνίσεις] *deputatio* G. *ἀποκλάσεις* maluit Scaliger, *ἀποκλᾶν* *frangere* interpretatus.

τῶν ἀνωτάτων ῥιζῶν] Columella *radices aestivas* dicere solet.

κλήματα ἐπιβαλλόμενα] *sarmenta superiniecta* G. Scaliger *ὑποβαλλόμενα* maluit propter sequentia, interpretatus *sarmenta summissa*, ut sequens *ὑποκατώρυχα terra operta:* contra G. *demissae propagines*. Quid sit *ἐπιβάλλειν κλήματα*, intelligitur ex hist. 4, 15. ubi G. *palmites admittere* vertit. Columella *submittere* dixit, *immittere* Varro 1, 31, 3. ubi vide annotata. *Mergum* Latini quem dicunt, *ὑποκατώρυχα κλήματα* vocat Theophrastus, *κατώρυγα* Strabo 15. p. 1017. *ἀπώρυγα κληματίδα* Geoponica 5, 18. *ἐμβρογάδα* 4, 3, 7. Vitii latentis suspicionem iniecit scriptura Medicei *κἀποκατώρυγε καθιέμεναι*. unde conieci scriptum fuisse olim: *καὶ ἀπὸ . . . κατώρυγες καθιέμεναι*. In lacuna nomen fuit, quo caput vitis significaretur. Vulgabatur: *καὶ ὑποκατώρυχα καθιέμενα*.

καὶ ἡ σκαπάνης βοήθεια γενομένη καὶ γυμνοῦσα] *adde suffossiones et ablaqueationes, quibus radices deteguntur* G. In graecis vitium inest: quid enim sibi vult *γενομένη?* Med. *σκαπάνη* habet et deinceps *ταῖς ῥίζαις*. Equidem non dubito fuisse: *καὶ ἡ διὰ τῆς σκαπάνης β. γινομένη ἡ γυμνοῦσα τὰς ῥίζας*.

*καθάπερ ἔνιοι κελεύουσι· * πάτταγον εὐβλαβουμένους, καὶ μετὰ ταῦτα δὲ τὴν — ἀποδιδόναι*] Ita cum asterisco locum corruptum prodidit Heinsius. *πάταγον εὐλαβουμένους* A. B. Gaza Heinsianus: *ut flatibus atque frigoribus assuescant, ut quidem praecipiunt; ut caveas tamen, ne quid paxillus officiat.* Basileensis: *cavendo, ne quid p. o.* unde *πάτταλον* scribi iussit Scaliger, quod Vinar. habet et alter Mediceus. Sed male Scaliger interpretatur: *ne quid pedamento noceatur.* Salmasius Exercit. Plin. p. 366. a. vitium loci emendabat scribendo: *καὶ, καθάπερ ἔνιοι κελεύουσι, πάτταλος ἐνηλούμενος*, i. e. *cuneus adactus*. Rectius Niclas ad Geoponica 5, 36, 1. (ubi viti *ἀστροπλῆγι* medentur *πάσσαλον δρυΐνον* radicibus adapertis adigentes (*ἐμβαλών*)) corrigebat *πάτταλος ἐμβαλλόμενος* vel *πάτταλον ἐμβαλομένους*. Totum locum, donec Codices meliores opem tulerint, ita scribendum censeo: *καὶ ἡ διὰ σκαπάνης βοήθεια γινομένη ἡ γυμνοῦσα τὰς ῥίζας, ὅπως — ψύχει· καὶ, καθάπερ ἔνιοι κε-*

λεύουσι, πάτταλον ἐμβαλόντας μετὰ ταῦτα τὴν κατεργασίαν ἀποδιδόναι. — Deinceps ἀφαιρῇ Med. habet.

ἡ κατεργασία — ἀνταποδίδωσι] A. B. ἀναποδίδωσι. Med. ἀποδίδωσι. *fossio — copiam praestat* G. Heinsiana ἀντποδίδωσι dedit.

12. ὅταν — γένηται] Heinsiana γίνεται dedit. deinceps ἀναζημοῦται A. B. *humor vitiatus ille refermentatur et refervescens erumpit, ut pustulae* G. Postea ἀναθερμαινόμενον scribi voluit Scaliger. In vulgata δένδρα intelliguntur. Denique Med. καὶ διεισιν — ἐὰν δὲ πολὺ habet.

διαδίδωσιν εἰς τὰ ἐντὸς καὶ παύει] *Forsitan et interdum detrusa introrsus abolet ac desinit* G. Inepte addidit *interdum*, et verbo *detrusa* usus est pro commodiore *penetrans*.

Συμβαίνει δὲ τότε] *Evenit per idem tempus* G. unde τότε Heinsius inseruit: atque ita est in hist. pl. 4, 15, 5. ubi eadem iisdem verbis traduntur. Med. εἰ pro εἰς habet.

13. ἐργασία συντμηθῇ] *imperitia culturae concisis* G. Haesit Scaliger in hoc loco, et tandem eo delabitur, ut *totam concisam* interpretari malit. Miror, virum egregium non comparasse locum gemellum hist. 4, 15, 6. ubi est: ἡ ὅταν ὑπὸ πνευμάτων βλαστοκοπηθῇ, ἡ ὅταν τῇ ἐργασίᾳ συμπάθῃ, ἢ τρίτον ὑπτία τμηθῇ. Med. τρυγᾶν habet pro τραγᾶν.

πλείω τὸν ἀθροισμὸν γινόμενον. μᾶλλον — σφοδροτέρως ὁρμᾶν] *Sic enim humor largus collectus vehementer ad germinandum excurrit, ita ut nihil queat fructificare* G. Equidem rectius scriptum fuisse existimo πλείους τοῦ ἀθροισμοῦ γινομένου, ut reliqua ad ipsam vitem referantur, non ad succi abundantiam. Med. post συμβαίνει omisit γάρ.

Τοῦ δὲ ῥοιάδα ἐπιγίνεσθαι] hist. pl. 4, 13, 6. ῥοὰς δὲ γίνεται, ὃ καλοῦσί τινες ψίνεσθαι, ὅταν ἐπινιφθῇ κατὰ τὴν ἀπάνθησιν, ἢ ὅταν κρειττωθῇ. unde vulgatum ἐπιγίνεσθαι correxi. De notione et forma ἐπινιφθῇ, ita enim scriptum fuisse docet sequens κρειττωθῇ, vide dicta ad c. pl. 3, 24. caput extremum. Med. ἐπινήφῃ habet et δύο αἴτια.

κρειττωθῇ] antiquum hoc Heinsius in κυρτωθῇ, et deinceps κρείττωσις mutavit temere in κύρτωσις.

ἔοικε κατὰ μὲν τὴν ἀπάνθησιν] Heinsius μὲν inseruit. Deinceps A. B. Med. ῥαγάδας, καὶ τὰς — ὡς μικρὸν εἶναι mutavit in ῥάγας, καὶ τὰς — ὡς μικρὰς εἶναι. In verbis ὡς μικρὸν adhaeserat etiam Scaliger, *quasi rem pusillam* interpretatus: μικροὺς tamen malebat. In hist. pl. est: τὸ δὲ

πάθος ἐστὶν, ὥστε ἀποῤῥεῖν τὰς ῥάγας, καὶ τὰς ἐπιμενούσας εἶναι μικράς. Igitur ὡς tollendum censeo.

προβλαστάνειν] Est βλαστάνειν πρὸ ὥρας, ut deinceps ἡ πρὸ ὥρας ἄνθησις. *cum germina sua festinantius inchoant* G. Paulo antea Med. ταὐτὸν καὶ habet.

ἐπ' ἀσθενεία — ἀπέκλυσε] *imbecilli occursans, totum perfundit* G. Igitur ἀσθενεῖ rectius scriptum legit. ἀπέξυσε malebat Scaliger: ἀπώλεσεν Dalecampius. Mihi falso proximum ἀπέκαυσε unice placet.

AD CAPVT X. (VVLGO ADHVC XIII.)

κράμβος] *crambus vocitatus: hoc animal est aerugini simile* G. Basileensis. Heinsius dedit: *qui crambus vocatur. Est autem hoc animal rubigini simile.* Gazam merito reprehendit Scaliger, qui latine *discoctionem* dici posse putabat, modo aliquo τῇ μολύνσει Graecorum contrariam, quae fit calore, κράμβος contra frigore. At vero κράμβος diversum significat. Aristophanis enim στόμα κραμβότατον Equitum versu 539. Scholia graeca interpretantur καπυρώτατον, θερμότατον. Hesychius κράμβον vult esse γέλωτά τινα καπυρὸν καὶ ξηρόν. Similitudo etiam τῆς ἐρυσίβης idem docet. Hanc enim noster supra 4, 15. ait fieri, ἐὰν ψεκάδες ἢ καὶ δρόσοι πλείους γένωνται, καὶ ὁ ἥλιος ἐπιλάβῃ καὶ ἄπνοια.

ὑποιύσης ὑγρότητος] *cum humore residente sol acrior consecutus inusserit* G. Cum Dalecampio ex Med. ἐπούσης scripsi. Deinceps ἐπικαύσεις σφοδροτέρως Med.

συκῆς καὶ σκωληκοῦνται] Copulam omisit Heinsius, quae fortasse rectius post verbum collocabitur.

ἐὰν δὲ ὑπὸ τὸν πυρῆνα διαφύγωσι] A. B. Med. ἐὰν δὲ τὸν ὑπὸ τὸν π. *sed si ipso nucleo* (nascuntur), *augentur: caro enim non tangitur* G. h. pl. 4, 15, 11. ἐὰν μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα γένηται, διαφθείρει τὸν καρπόν· ἐὰν δὲ τὸν πυρῆνα διαφάγῃ, ὠφελεῖ. Scaligeri correctionem recepit Heinsius, sed vitiosum διαφύγωσι nemo tetigit, quod cum Vinar. in διαφάγωσι mutavi. Igitur praepositio ὑπὸ etiam delenda fuit.

πνευμάτων εἶναι ἢ ὑδάτων] A. B. Med. εἶναι ὕδατος. Margo Bas. καὶ ὑδάτων, quod probavit Scaliger. *prohibent illos flatus et pluviae, quae fiunt sub Arcturum* G. At hist. pl. 4, 15, 11. κωλύεται δὲ ὑπὸ τῷ δέρματι εἶναι, ὕδατος ἀπ' Ἀρκτούρου γενομένου. unde facile erat locum corrigere scribendo: ὑπὸ τῷ δέρματι εἶναι, ὕδατος — γενομένου. Vide dicta ad hist. l. c.

2. κομμιδώδης ὑπογένηται] *humor gummosus efficitur* G. Scaliger maluit κομμιώδης, quam formam habent libri editi et scripti in Aristotelis h. a. 9, 28, 7. Deinceps vulgatum συμβαινόντων e Med. mutatum.

τὸ ἀράχνιον] In hist. 4, 15, 10. ἀραχίνιον dedit Heinsius. Sequens αὐτὰς refertur ad sensum nominis τῇ ἐλαίᾳ, non ad numerum.

ἐνταῦθα τῆς τροφῆς γε οὔσης, ἅτε καὶ ἰσχύοντος] *quia pabulum eo fluit, quandoquidem et fructus nondum vires conceperit* G. qui scriptum legit rectius τροφῆς ῥεούσης, ἅτε μήπω ἰσχύοντος. Scaliger μὴ addi voluit. Dalecampius ἰούσης coniecit. Vinar. οὐκ ἰσχύοντος dedit.

τῆς δὲ ὑγρότητος ἠθροισμένης * τῆς βλαστήσεως] *humore autem aggregato mox germen prosilit* G. Stellulam appinxit Heinsiana. Quae desunt ad postremum τῆς βλαστήσεως, melior codex supplebit.

Χείριστον δὲ, ἂν ἀνθούσαις ἐφύσῃ] A. B. Med. ἐμφύσῃ. *impluerit* G. unde cum margine Basil. et Scaligero scripturam A. B. ἀποῤῥεῖν τὰ correxit Heinsius, consentiente Vinar. In hist. pl. 4, 15, 8. est: χείριστον δ᾽, ἐὰν ἀπανθοῦσί τισιν ἐφύσῃ et cetera. Med. ἐν ἀνθούσαις — γενόμεναι. unde ἐὰν ἀνθούσαις effeci. Deinceps αἱ μὲν γὰρ φύλλα Med. habet.

3. ἕτεραι τῷ γένει] *erucae varium genus creatur, quarum aliae frondem erodunt, aliae florem* G. A. B. Med. πρὸς interserunt post ἕτεραι, sublatum ab Heinsio, comparata hist. 4, 15, 9. unde etiam vulgatum διαῤῥήγνυται correxi. *disrumpuntur enim atque intereunt* G.

ἀπόλλυσι — τῇ ὀσμῇ] *odorem florum amittunt* G. *putredine*, odoris matre, interpretatur Scaliger. Equidem non dubito, fuisse a Theophrasto ἅλμη scriptum. Salinis particulis imbutus ventus a mari afflans acrimonia teneris floribus nocere potest.

4. ἔχουσι κῆρας] *sua vitia* G. *suum quaeque fatum habet regio* Scaliger.

καθ᾽ ὥρας ἑκάστας] Ita Heinsiana. κατὰ χώρας A. B. κατὰ τὰς χώρας Med.

5. μὴ γενομένων ὑδάτων] *propter aquae penuriam* G. unde A. B. scripturam ἀποβάλλειν λεγομένων ὑδάτων correxit Heinsius, consentiente Vinar. Med. λεγομένων μὴ γενομένων habet. In hist. pl. 4, 15, 8. est: συμβαίνει γὰρ ὁτὲ μὲν ἀποβάλλειν γενομένων ἢ μὴ γενομένων ὑδάτων, οἷον τὰς συκᾶς, ὁτὲ χείρους γίνεσθαι σηπομένας καὶ καταπνιγομένας ἤ.

πάλιν ἀναξηραινομένας παρὰ τὸ δέον. In nostro quidem loco rectius legitur de fructibus σηπομένους — ἀναξηραινομένους, quam in altero sexu foemineo, ad ficos referendo arbores. Sed difficultatem facit variatio in modo activo et passivo ἀποβάλλειν et γίνεσθαι. Rectius iterum in nostro repetitur ὁτὲ δέ; in altero δὲ omissum est. Sed ibidem additur ἢ μὴ γενομένων: quae scriptura per se quidem spectata rectior videtur esse: pluviae enim et venti si intempestivi inciderint, pluviae quidem σηπομένους τοὺς καρποὺς efficiunt, si defecerint, decidunt fructus prae siccitate; sed ad alterum membrum, καταπνιγομένους ἢ πάλιν ἀναξηραινομένους, mentio ventorum videtur deesse: nisi in sequenti membro fiat mutatio. Interim e scriptura λεγομένων verius restitui cum Heinsio. G. vertit: *alias deterius fructificent, cum vel putrescunt strangulanturque nimio humore vel contra plus quam sit commodum desiderio humoris siccescunt: cum etiam aestus plerumque tum uvas tum olivas atque alios fructus adurant.* qui μὴ γενομένων scriptum legit. Supra proposita sententia, τὸ γὰρ ὅλον — δι' ὑπερβολὴν καὶ ἔνδειαν τροφῆς καὶ καύματος καὶ ψύχους νοσοῦσιν, postulare videtur, alterum membrum ut addatur: γενομένων ἢ μὴ γενομένων ὑδάτων.

ἐκκαίει καὶ καύματα ἔνια — ἐλαίαν. ἀποκαίει δὲ καὶ ἄλλους καρπούς] histor. pl. 4, 16. μεταβολὰς καυμάτων ἢ χειμώνων habet. cap. 17. ὑπερβολὴν καυμάτων ἢ χειμῶνος. et cap. 17. init. (nobis cap. 13, 10.) nova incipit sententia: Ἐπικαίει δὲ καὶ καύματά τινα καὶ ἐλαίαν καὶ βότρυν καὶ ἄλλους καρπούς: quae eadem etiam hic posita et cum antecedente coniuncta fuisse videtur a Theophrasto, ita, ut causam redderet postremi membri: ἢ πάλιν ἀποξηραινομένους παρὰ τὸ δέον. ἀποκαίει γὰρ καὶ καύματα ἔνια καὶ βότρυν καὶ ἐλαίαν καὶ ἄλλους καρπούς. Quodsi per se solam malueris stare sententiam, ita erit scribenda: Ἀποκάει δὲ (ita enim A. B. Med. ἀποκαίει dedit Heinsius,) καὶ καύματα ἔνια — ἐλαίαν καὶ ἄλλους καρπούς. Nempe verbis primis ἐκκαίει καὶ καύματα tanquam varietas adscripta videtur lectio ἀποκαίει δέ. ubi particula δὲ omnino tenenda est: verbum ἀποκαίει commodius videtur et aptius quam ἐκκαίει. Postremo mihi dubium superest de notione vocabuli καύματα: quod in locis supra positis caloris abundantiam et aestum significat: etiam ubi est in histor. 4, 16. ἐὰν δὲ ἐπιλάβῃ καύματα, ῥήγνυνται. ubi in c. pl. est: ἐὰν ἐπιγένηται καῦμα, διαῤῥήγνυνται. Sed ubi καύματα addito pronomine τινὰ dicun-

tur, tanquam generis alicuius species plures indicantur, quas equidem, si qua nota differunt, plane ignoro.

6. *διαφέρουσι μὲν καὶ μορφαῖς*] Articulum *ταῖς* excidisse puto. Deinceps *τὰ ἐξ ἑτέρου — μετατιθέντα* intellige *γένη*, nisi cum Scaligero *τοὺς — μετατεθέντας* malueris. Fortasse tamen *γένει* in *γένη* mutandum fuerit. Med. *πολλοῖς* habet pro *πολλοί*.

ξυμβαῖνον] Heinsiana *συμβαῖνον* dedit, aequalitatis tamen in eiusmodi minutiis minime curiosa.

καὶ τοὺς ἐντικτομένους ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου τρέφει] Nescio quo auctore Heinsius inseruit verba *ὑπὸ — κεράστου*. Cf. histor. 4, 15; 5. Med. *τρέφειν* habet, omissa copula ante *φθέγγονται*.

οἷον τρισμὸν] A. B. *τριγμόν*. hist. pl. l. c. *τρισμὸν* habet: utrobique *sonum parvuli stridoris* G.

AD CAPVT XI. (VVLGO XV.)

αἱ μὲν κατὰ φύσιν αἱ γηραιαὶ καὶ δι᾽ ἀσθένειαν αὐάνσεις] *alias secundum naturam accidere ceu ariditates, in senecta, cum imbecillitate languescunt* G. qui scriptum rectius legit: *φύσιν, οἷον αἱ γήρα καὶ δι᾽ ἀσθένειαν αὐάνσεις*. Scaliger *γηραιαὶ* dictum putabat pro *γηραιῶν*. Deinceps sequi debebat: *αἱ δὲ παρὰ φύσιν, αἱ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν*. Variavit structuram philosophus: in vulgata tamen articulum deesse existimo.

ἐὰν κοπὲν ἢ πληγέν] *ut si arbor praecisa aut vulnerata mortua sit* G. qui verbum *ἀποθάνῃ* vel simile additum legit. Praeterea *τι* malim additum, cum pluralis antecesserit, *ἀποπνεόντων — αὐτομάτων*.

ἥκιστα διὰ νόσον]. Mihi articulus *αἱ* necessario addendus esse videtur: atque haud scio, an idem antecedenti etiam membro accedere debeat, scribendo: *αἱ δὲ ἧττον, αἱ διὰ χειμῶνας*.

εἴπερ ἐκεῖνο — ἡ ἔκλειψις] *quippe cum naturae intersit, ut vires paulatim deficiant* G. rectius Scaliger: *si naturalis mors est ea, quae fit humido naturali deficiente*. Quanquam *ἔκλειψις* non solum humorem continet. Praeterea pronomen *ἐκεῖνο* suspectum habeo vitii.

2. *ἀκαρπίαν καὶ πολυκαρπίαν*] *quae nimia fertilitate exultat* G. Verba priora, *τὴν ἀκαρπίαν καὶ*, delari voluit Scaliger. Equidem *εὐκαρπίαν* scripsi, quam *praecocem fertili-*

tatem esse ipse deinceps docuit: atque ita Vinar. cum Med. habet.

Τοῦτο μὲν — βραχύβιον] *quippe omnino, quae large fructificant, vitae sunt brevis, ut dictum est: exarescunt enim, quia totus humor ad fructum consumitur; quod accidit pluribus* G. qui ταῦτα — βραχύβια scriptum legisse videtur; praeterea pro οὐσίας reddidit ὑγρότητος vel ὑγρασίας. Dalecampius cum vitium structurae animadvertisset, ὅτι — πολυκαρπῆσαν scribi voluit.

δι' εὐκαρπίαν] A. B. εὐκαρπίας. *ex fertilitate* Gaza. Sequens εἰς τοὺς καρποὺς Scaliger et Vinar. dedit pro vulgato antea εὐ τ. κ. verum G. vertit.

ἔξωθεν καὶ βιαίως] *neque extrinsecus violenterque dixerim evenire* G. Mihi βιαίων auctor scripsisse videtur. Proprie fuit dicendum: οὐδὲ τῶν ἀπὸ τῶν ἔξ. καὶ βιαίων.

ὁρμὴν — πρὸς τὸν καρπὸν] Proprium erat τὴν καρποτοκίαν. igitur recte G. *ad fructum generandum citantur.*

εἴτε παρὰ φύσιν] Haec e versione G. inseruit Heinsius.

3. ἔνια — γινόμενα — κακουμένης — εὐσθενούσης] *arborum autem genus etiam aliquod fortasse est, cui corruptio secundum naturam sponte nec ullo pacto laeso, sed bene vigenti eveniat* G. qui verbum συμβαίνει vel additum legit vel ipse addidit, et scriptum legit κακουμένοις — εὐσθενοῦσιν, quod Med. habet, referendum ad γένει τινὶ δένδρων, in quibus pluralis numerus latet. Praeterea cum Med. ἔνιαι — γινόμεναι scripsi; intellige φθοραί.

τροφὴν οὐ δεῖσαι] *cumque per taedam transmittere pabulum arbores nequeant* G. Est pro διαδιδοῦσαι. *excipere* interpretatur Scaliger.

τὸ συμβαῖνον εἶναι καὶ ἐπὶ τῶν ζώων] Ita A. B. Med. Heinsiana dedit τὸ συμβαῖνον τῷ ἐπὶ τ. ζ.

οὐ κακῶς οἱ ὀρειτύποι — τέθειται] *non inepte rustici vocabulum istud de pino usurpant: pinum enim strangulari aiunt obesitate atque pinguedine* G. A. B. Med. ὀρθότυποι — ποιότητα habent. Scaliger *lignatores* intelligi bene admonuit, sed vocabulum vitiosum non satis bene coniecit in πτορθοτύποι mutans. Sed recte πιότητα scribi iussit cum margine B. e versione G.

τοιαύτας φθορὰς] Posterius vocabulum duce G. inseruit Heinsius.

μηδὲν διαφερέτω] *nihil refert* G. Quidni διαφέρει dixit auctor, ut toties alibi?

AD CAPVT XII. (VVLGO XVI. ET XVII.)

ἐπεὶ καὶ αἱ κατὰ φύσιν] Cum Mediceo *ἐπείπερ αἱ* dedi. Idem liber initio *περὶ τῶν* habet.

ἐν δυοῖν αἰτίαιν τῶν] Ita Heinsiana. *τούτοιν — αἰτίαιν* A. B. Med. *Harum igitur causae in duobus versantur, id est in excessu frigoris atque aestus* G. *τούτων — αἰτίαι* iam olim correxerat Scaliger. Heinsius male post *γινομένων* comma posuit, cum genitivus a sequente *ὑπερβολῇ* pendeat. Verba *τῶν — γινομένων* Gaza omisit. Articulum *αἱ* ipse inserui. Medic. *τούτοιν δὲ σχεδὸν* habet.

χώρας κακίαν, ἕτερον] Male Heinsiana *κακίας ἕτερον*, commate omisso.

καὶ φανεραὶ τῶν εἰρημένων· αἱ μὲν] *atque latissime patent. Sed pauciores illae profecto, quas affert aestus* G. Scaliger vocem *φανεραὶ* deleri voluit. Scilicet duae praecedentes causae, *ἁπλαῖ τινες καὶ φανεραί*, iam dictae sunt: quae nunc sequuntur, genere diversae, si sunt et ipsae *φανεραί*, dicendum fuisse videtur *καὶ αὗται φανεραί*. Sed de his supra iam fuit dictum, eaeque manifestae sint, an non, nihil iam refert ad praesentem disputationem. Quare Scaligeri rationem probo, et vocem *φανεραὶ* seclusi. Ita oratio recte atque ordine procedit sine ulla mutatione. Dalecampius coniecit: *φανεραί. Τῶν δ' εἰρημένων αἱ μὲν* et cetera. Pro *γένηται* Med. *γίνεται* habet.

ἀλλοῖα δὲ τὰ ἐπέτεια — ὑπὸ κύνα] *nec nisi perpetua diutinique fuerint, illas perdere possint annuis ardoribus, qui tempestive sub caniculam fieri soliti sunt* G. qui vocabulum *ἀλλοῖα* non reddidit, in quo adhaesit etiam Scaliger, et dubitavit, an *diversa* significet. Sequens etiam *γὰρ* difficultatem habere monuit. Equidem non dubitavi *ἀλλ' οὐχ οἷα* scribere, quo facto omnis difficultas loci sublata est. Med. *οἷα δὴ* habet. Sequens *καὶ* ante *κατὰ τὸν οἰκ. χρ.* cum Med. omisi.

Μόνα γὰρ — τὰ νέα φυτὰ] E versione G. *plantae solae novellae* cum Vinar. et Scaligero *νέα* inserui, et *γὰρ* in *δὲ* mutavi. *ἀστροβολούμενα* vocat plantas, quae canicularibus caloribus afficiuntur et pereunt. *πεπληρωμένων* Med. habet.

2. *κατὰ πλείους τρόπους*] Vulgatum *πλείω* correxi.

αἱ ὄρθιος νιφάδες καὶ πάγοι] Ita monstrose scripsit Heinsius. A. B. Med. *αἱ ὄρειαι καὶ πάγοι*. *alias enim algoris vehementia gelat, alias flatus praegelidus urit* G.

Omisit igitur verba vitiosa. Scaliger αἱ αἴθριαι scribi voluit, interpretatus *gelu sereno coelo sine ventis*. Dalecampius ὡραῖαι maluit. Equidem cum Scaligero sentio. Heinsius coniecturam duxit e sectione 3. βόρειαι νιφάδες coniecit Ez. Spanheim in margine libri sui, quem bibliotheca regia Berolinensis asservavit.

ψυχροὶ πνεύματος] Mira locutio. Mihi additum πνεύματος suspectum, et G. omisit.

ἐνίοτε δὲ — ἐπινεφοῦς] Deest verbum, quod supplevit versio G. *nonnunquam etiam silente — sed turbido atque caliginoso itidem evenit.* Additum igitur legit ταὐτὸ συμβαίνει. Sequens in A. B. Med. ἐπιφανοῦς e versione G. *caliginoso* correxit Scal. et margo Vinar. Deinceps ἐὰν τις αἴθριος — οὐρανός· ἢ γίνεται Med. habet: unde verbum ἢ post οὐρανὸς addidi.

συμβαίνει τὸ πάθος] *potius hoc evenit* G. contra omisit ἀφ᾽ ἑκάστου, et posuit: *hinc enim flatus et frigora eveniunt, quae densare ac urere possunt.* In graecis est tantum ἀποκᾶον, (Heinsius ἀποκαῖον fecit). G. additum πηγνύον aut πυκνοῦν legisse videtur. A. B. Med. ὅταν γὰρ τὰ ὄρη habent.

εἰσδυόμενος ὁ ἀὴρ] *sine vento aer subiens ipse identidem facit* G. quasi αὐτὸς ὁ ἀὴρ ταὐτὸ ποιεῖ scriptum legisset. Certe verbum aliquod deest.

3. λίμνη πληρωθῇ] De hac paludis Orchomeniae repletione compara locum h. pl. 4, 10, 2. Med. γένηται περὶ — καὶ τὴν Βοιωτίαν — τάχα δ᾽ ἄν τις — ὑδρεστέραν. unde articulum ante Βοιωτίαν addidi, et ὑδαρεστέραν vulgato ὑδρωδεστέραν substitui.

ἀπὸ πλείονος] *a largiore humore* recte G. vertit. Med. πλείονος habet.

4. καὶ φανερὸν ἐν τισι] A. B. φανερὸν καὶ ἐν τ. habent. male Heinsius φανερὰ dedit. Med. κακοπόνος· καὶ φανερὸν habet.

λιμνωθέντων τῶν πλησίον] Causam aperiet infra c. 19. de Larissa Thessaliae.

5. τὰ πνεύματα, ἀποκαίοντα περί τε τοὺς — ἀπὸ δυσμῶν· — τὸν καλούμενον κλαυθμόν] Ita A. B. Med. Copulam τε sustulit et καυθμὸν scripsit Heinsius, qui in versione G. pro *luctum* posuit *cauthmum.* Equidem copulam τε mutatam in τὰ collocavi ante ἀποκαίοντα. Scaliger monuit, deesse aliquid, aut vocem ἀμφοτέρωθεν intelligi debere καὶ ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀπὸ τῆς ἕω. G. vertit: *et qui ab occasu et qui*

ab ortu aspiret. In hist. pl. 4, 15, 11., ubi καυθμὸν nominat eadem scripturae variatione, addit: οἷον ἐν Χαλκίδι τῆς Εὐβοίας Ὀλυμπίας, ὅταν πνεύσῃ μικρὸν πρὸ τροπῶν ἢ μετὰ τροπὰς χειμερινὰς ψυχρός· ἀποκαίει γὰρ τὰ δένδρα — διὸ καὶ καλοῦσι καυθμόν. Ibidem sect. 13. ἀμφότερα δὲ μάλιστα γίνεται μετὰ τροπὰς τετταράκοντα ἡμέρας. Deinceps τετταράκοντα habet Med.

καθόλου γε εἰπεῖν] Vulgatum τε cum Scaligero correxi.

6. ἐνιότε διϊκνεῖται] praeeunte G. versione vulgatum διϊκνεῖσθαι correxi. Deinceps ὅλον τὸ δένδρον cum Med. dedi addito articulo.

εἶτ' ἀπὸ τούτων] Male Heinsiana εἴτε dedit. Deinceps μετρία τις ἐπιοῦσα vulgabatur. G. participium omisit.

7. τὰ πέρατα ἄκρων τῶν κλημάτων] A. B. Med. παρὰ ἀκράτων κλημάτων καὶ τὰς κράδας αὐτάς· *quidam extrema tantummodo palmitum et ramorum fici operiunt* G. Scaliger ἀκροτάτων scribi iussit: Dalecampius πέρας ἀκροτάτων κλ. maluit. Equidem scribere malebam: τὰ πέρατα τῶν κλημάτων καὶ τὰς κράδας αὐτάς. sed video, Vinar. dare τὰ ἄκρα τῶν κλ.

ταῦτα συγκλεισθῇ — ἅττα γυμνὰ] Est pro αὗται (αἱ ἀρχαὶ) συγκλεισθῶσι. G. vertit: *sicut et alia quaedam nuda munire consueverunt.*

ἰδιότης τῆς καύσεως ἰσχυρὰ] *adustio autem huiuscemodi vehemens est* G. A. B. τῆς καύσεως non habent. E versione G. temere assumsit verba Heinsius, quae cum nomine ἰδιότης ἰσχυρὰ minime per naturam rerum coire possunt. Suspicor, vitium in voce ἰδιότης latere: et Med. ἠδιοτης habet. Interim verba spuria relegavi. Coniicio, olim fuisse scriptum: ἡ δὲ καῦσις ἰδία τις καὶ ἰσχυρά. Deinceps τῷ ὑγρῷ ἅμα Med. habet.

8. κοῖλοι καὶ αὐλῶνες] Eadem sunt verba in hist. 4, 15, 2. G. vertit: *cava autem et angusta.* Scaliger: *cava loca et porrecta.*

φερόμενον πνεῦμα] Articulum τὸ interserui. Pro διατρίβει A. B. Med. διατρέχει habent. *moratur* G.

μάλιστ' ἀπεργάζεται] *Ita quippe efficacius agere potest* G. In ipso verbo vitium aliquod haesisse videtur.

διὰ παρουσίαν καὶ στάσιν] *sed praesentia statusque aeris hanc adducit iniuriam* G. In voce παρουσίαν vitium est, quod quomodo corrigam, non habeo. Fortasse montes circumcludentes regiones nominatas intelligit Th.

ἐνταῦθ᾽ οἱ κοῖλοι] Scaliger ἔνθ᾽ οἱ κοῖλοι scribi iussit, causa non addita.

καὶ πήγνυσι τὸ ὅλον — καὶ ἐργάζεται] *agrumque totus diutius congelascere facit* G. qui sine dubio *totum* scribere voluit. Fortasse τὸ ὅλον est pro ὅλως positum, nisi est vitiosum. Conieci etiam, fuisse πλείω χρόνον ἐμμένων καὶ ἐργάζεται. Med. copulam καὶ omisit.

οὐδὲ γίνεται πῆξις ὅλως, ὥσπερ ἡ τοῦ ὕδατος ἢ πνεύματος] *at locis supinis nulla penitus aquae aut aeris fieri gelatio potest* G. ὕδατος, ἢ τοῦ πνεύματος scribi voluit Scal. interpretatus: *non concrescit ad clivos flatus, sicuti nec aquae. In cavis fit flatus concretio, sicut et aquae stagnantis.* Particulam δὲ vulgo post ὑπτίους positam cum Med. retraxi. In priore membro ita oportuit scriptum: ὥςπερ οὐδ᾽ ἡ τοῦ ὕδατος, ἡ τοῦ πνεύματος. Sed mentio aquae inutilis est in priore membro, ubi de concretione aeris agitur: verum in altero locum habet, ubi causa editur, quae eadem est in aqua et aere congelato vel non congelato. Itaque non dubitavi verba alieno loco posita suam in sedem reducere post κίνησις, ita ut ὥσπερ ἡ τοῦ ὕδατος plene sit ὥσπερ ἡ τ. ὑ. κίνησις κωλύει τὴν πῆξιν τοῦ ὕδατος.

9. ἐλαίαν γὰρ καὶ συκῆν] Idem tradidit hist. pl. 4, 15, 12.

τὴν ῥόαν] Historia praeter punicam nominat ἀμυγδαλᾶς, μηλέας, ἀπίους: quas ipse hic praeter amygdalum deinceps addit.

ἐμπήγνυσθαι] *concrescit enim celerrime* G. Distinguit Theophrastus effectum πάγων et frigidorum ventorum: hunc enim verbo ἀποκαίειν, illum verbo ἐμπηγνύειν significat. Supra tamen πῆξιν πνεύματος dixit, et πήγνυται ἀήρ: et statim sequitur: ἐμπήξεις αἱ ὑπὸ τῶν πάγων καὶ τῶν πνευμάτων. Eundem effectum postea verbo ἐκπήγνυσθαι designat. Sed alterautra forma vitiosa videtur esse. Initio sectionis sequentis 9., ubi Heinsius dedit ἐμπήξεις, A. B. ἐκπήξεις habent. Sed antea, quam discrimen hoc accurate tradi possit, sequentem sectionem explicare oportet.

10. Καὶ γὰρ εἰ διαφέρουσιν] *Quippe si gelationes, quas algores flatusque faciunt, differant inter se, non videtur abhorrere a ratione aut alienum esse, ut illa potius sequacia temporis sint, quae infirmissima sunt* G. sed Basil. habet: *haud ratio abesse videtur, ut — infirmissima extant.* Sensus in utraque versione immane quantum abhorret a graecis, quorum sententia haec esse videtur: *Quamvis enim*

gelatio facta a πάγοις et a ventis differant inter se, rationi tamen consentaneum est, arbores infirmissimas utrique malo maxime obnoxias esse. Καὶ γὰρ εἰ est pro εἰ γὰρ καὶ dictum, si romanum usum loquendi compares. ὑπακούειν ἀμφοτέρων refertur ad utrumque genus ἐμπήξεων vel ἐκπήξεων. Similiter supra 5, 4, 2. ἀσθενέστερον γὰρ ὂν μᾶλλον ὑπήκουσε τοῦ ψύχους.

γὰρ καὶ ἐφίσταται καὶ ἐμμένει] *densis enim magis insidet atque immanet frigus* G. qui in loco, quem auctor respicit, verba ἐφεστηκὼς γὰρ ὁ ἀὴρ πήγνυται vertit: *aer enim immotus gelatur.* Hic vero additum τὸ ψύχος legisse videtur. Copulam ab initio post γὰρ positam cum Med. omisi, qui ἐκπήξεις hic habet.

αἴτιον ἦν. ἧττον δ' ἑτέρων] *quod et ut mali non congelascant causa, quamvis imbecilles admodum sint, ut in Thessalia extitit* G. Heinsius verbum *extitit* omisit. G. additum verbum συνέβη legisse videtur. Scaliger distingui voluit: ἧττον δ' ἑτέρων ἀσθενεῖς οὔσας. Sed particula δὲ obstat. Potius fuit scriptum: αἴτιον, ἢ ἧττον ἑτέρων, καίτοι ἀσθενεῖς οὔσας. Huc ducit Med. scriptura αἴτιον ἦ.

ἀποστέγειν] *arcere* G. vertit. mox de eadem re est: διιέναι καὶ μὴ κατέχειν.

ἄγρια δὲ καὶ τὰ ἄκαρπα ἔτι μᾶλλον] *et omne genus agreste atque etiam magis quam steriles* G. sed voluit sine dubio *quae steriles* scribere. Med. δυοῖν θάτερον μὴ — ὀστρύη habet.

11. πνεύματος φορὰ] A. φθορά. Verum Basil. habet et versio G. Sequentia καὶ τὰ ἁπτόμενα e Med. addidi, quae G. vertit: *quae tangunt et proxima sunt.*

εἰς ἀκριβὲς διῆλθεν] *et adeo vis illa rapax celeriter plerumque transcurrit* G. cum deberet *exacte, servato cursus ordine et linea.* Deinceps γυμνὸς τὰ ἄκρα Med. habet.

ὥστε τῶν] A. B. ὥσπερ τῶν. E versione G. correxit Heinsius, consentiente Vinar.

πρὸς τὰς ῥίζας * * ὥστ' ἐνίοτε ζῆν] Postrema omisit G. Lacunae signa apposui: nam verba plura exciderunt.

12. Περὶ δὲ τὸν Πόντον] A. B. Med. ἐπί. *Flatus in Ponto congelant, cum coelo sereno ac sudo quaedam in modum squamarum perferuntur: quae quidem ampliuscula, dumque feruntur, admodum patent, delapsa minime durant* G. Male addidit *sudo:* sed additum in suo libro λεπίδες vel οἷον λεπίδες legit et reddidit. hist. pl. 4, 15, 13. γίνονται δὲ οἱ μὲν πάγοι ταῖς αἰθρίαις, τὰ δὲ ψύχη μάλιστα ὑφ' ὧν

ἡ ἔκπηξις, ὅταν αἰθρίας οὔσης αἱ λεπίδες καταφέρωνται. Ταῦτα δ' ἐστὶν ὥσπερ τὰ ξύσματα, πλὴν πλατύτερα, καὶ φερόμενα μὲν φανερὰ, πεσόντα δὲ οὐ διαμένει. Περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην ἐκπήγνυνται. Vulgatam huius loci οὐδὲν διαμένει inde correxi.

ὅτι πῆξίς τις — ἀέρι] *Quare constat, quod aliqua in aere gelatio more pruinae consistit* G. ubi vox *aquae* post *aliqua* excidisse videtur. Est haec definitio nivis, quae cum pruina comparatur.

ὁ ἀὴρ προσπίπτων ὑπὸ τοῦ πνεύματος] *Cum igitur aer concrescens flatu percitus occursat, squamasque illas deducit, gelatus ratione consequitur* G. Equidem articulum ὁ ante participium inserui. G. vocabulum τοιοῦτος non accurate reddidisse videtur.

ὅπως ἐγχώρι' ἄττα ἂν εἴη] *Flatus autem locis natura frigidis quidam vernaculi sunt* G. Particula ὅπως abundat, et ab antecedentis vocabuli τόπων fine prognata esse videtur, nisi ὅλως fuit a Th. scriptum. ἐγχώρια τ' ἂν Med. habet.

ὡς αὐτόθεν οὐκ ἐκ στασίμου τινὸς καὶ ὅλου πνεύματος, ἀλλ' ἢ ἂν τοῦτο τύχῃ ῥυὲν] *natura quoque plane indicat ipsa, non flatu aliquo stabili universoque, sed temere passim vagante, iniuriam illam afferri* G. Omisit igitur αὐτόθεν, et additum legit τὸ πάθος aut τοῦ πάθους cum nomine φύσις coniunctum. Equidem non dubitavi vocabulum αὐτόθεν suum in locum ex alieno traducere. Euboea enim supra fuit nominata inter ea loca, quibus venti sunt advenae, non vernaculi.

καὶ αὕτη τις ἰδιότης] Vulgatum αὐτή τις cum Scaligero correxi. G. etiam vertit: *Igitur flatibus eam quoque proprietatem possumus annotare.*

AD CAPVT XIII. (VVLGO XVIII. ET XIX.)

ἐνεστηκός] Intellige λάβῃ. Ita non opus cum Scaligero scribere ἐὰν ᾖ ὕδωρ ἐνεστηκός.

διαμένῃ] A. B. διημένῃ. Scaliger διεμμένῃ scribi voluit. deinceps εἰς ἀσθενείας τε Med. habet.

ἐνικνεῖται μᾶλλον] Non dubitavi ἐσικν. scribere: possis etiam διϊκν. *penetrat* G. Deinceps antiquum ἀπαθεστέρα temere in ἀνθίσταται mutat Heinsius, inductus a G. vertente *resistit valentius.* Med. ἀπαθέστεραι ad radices retulit, quem sequor.

ἐπιγένηται ψύχη γὰρ καὶ πάχνη] Recte iam olim Scaliger

particulam γὰρ duce G. deleri, et signa parentheseos posita ante ψύχη et ἐκπηγνύουσι tolli iussit.

ἐκπηγνύουσιν διαλύεσθαι διὰ] A. B., διαλύεται. Med. καὶ πάγος ἐκπηγνύουσι καὶ διαλύεται. *minus aegre ratione utique congelabitur: raritas enim facit, ut seges facilius sentiat* G. Contra Scaliger ita locum interpretatur: *frigus aut pruina si nivibus successerint, non noceri, quia nive terra fermentata est.* Sumsit scilicet, terram adhuc nivibus tectam gelu arcere. Sed vulgata scriptura ponit terram ἀνεζυμωμένην nivibus resolutis, igitur nudam et emollitam, cui succedens gelu magis nocet. Gaza videtur scriptum legisse ἐκπηγνύουσι τὰ λήϊα, quanquam Scaliger Gazam suspicetur *frigus*, non *seges*, scripsisse. Equidem non dubitavi scribere: ἐκπήγνυσι καὶ διαδύεται διὰ — αὐτὴν τὴν γῆν πήγνυσι.

2. καὶ ἧττον] Scaliger copulam delendam censuit: et, ubi sequitur οὗτος κίνδυνος, alterutrum tolli voluit. G. tamen vertit: *damnosius vero utrumque redditur.*

ὅταν ἀνείη καὶ πάλιν] *cum pluvia et gelu miscentur inter se viribus saepeque alternantur: hac etenim ratione vires omnes tolluntur* G. perverse reddidit graeca. Scaliger: *si laxetur gelu, tum denuo repetat: postea subeat resolutio: postremo recurrat iterum gelu.* ἀνίῃ scripsi, quod grammatica flagitabat. τοῦτο ποιεῖ deinceps Medic.

ταῖς μὴ εὐγείοις] *agrum tenuem solutum siticulosumque subtus invadit* G. Scaliger εὔγειον per βαθύγειον explicat. Intellige χώραις.

καὶ διαλύεται δὲ πορρωτέρῳ] Scaliger admonuit, διαδύεται scribendum esse. G. versio ambigua est.

3. καὶ ὅλως τῶν δένδρων] Haec omisit G. equidem ὅλων scripsi: a radicibus pestis solet invadere totas arbores.

καὶ ταῦτ' οὐκ εὐθὺς ἀφαιρεῖν δεῖ] *atque haec non protinus auferre oportet* G. igitur ταῦτα scripsi.

4. ἐλαίας ἀνανθησάσης καὶ αὐτῆς καὶ τῶν φύλλων] *ut olea, quae tum fronde tum toto corpore exaruisse videtur, posset regerminare* G. Rem tradit hist. 4, 15, 12. παρ' ἐνίοις δέ τινες ἀποκαυθεῖσαι καὶ τῶν φύλλων ἐξανθέντων ἀνεβλάστησαν πάλιν ἄνευ τοῦ ἀποβάλλειν, καὶ τὰ φύλλα ἀνεβίωσεν. unde ἐλαίαν scripsi, grammatica postulante.

τῇ ἄλλῃ χρόᾳ] G. versio *calpre* habet vitio operarum pro *colore:* nihil igitur in graecis cum Scaligero tentandum.

οὔτε τὴν τῶν φύλλων] Recte monuit Scaliger, οὐδὲ scri-

bendum esse, nisi deinceps τε pro δὲ positum sit. Postea ξυμβαίνει A. B. restitui.

τὰ γὰρ ἀσθενῆ — τοῦτο πάσχει — τὰ τῶν μορινῶν· ἀλλὰ καὶ τάχιστα ἐπικαίεται] *Imbecilla enim atque gracilia facile abolescunt, sicut myrtus: haec enim celerrime uritur* G. qui μυῤῥίνων scriptum legit: et Med. μορίνων habet. Scaliger de hac scriptura dubitabat, quoniam myrti folium non careat pinguedine: esse autem frigori valde obnoxium. Ipse μορίων (sic scriptum) interpretatur *mori*. Sed morum arborem Theophrastus συκάμινον vocat, fructum τὰ συκάμινα, rubi vero τὰ μόρα. Contra μορέαν morum vocat Nicander Athenaei 2. p. 197. Schw. qui eadem appellatione Alexandrinos uti ait. Μορίαι Athenis vocabantur oleae sacrae Minervae in arce et inde translatae in Academiam. Scholia ad Aristoph. Nubes versu 1035. si vera tradit Etymol. M. οἱ μὲν πᾶσαν ἐλαίαν οὕτω καλοῦσιν. Zeno autem Myndius eodem auctore ita vocari ait, ὅτι τὸ βρύον τῶν ἐλαιῶν ἐκάλουν μόρον· ἔνθεν αἱ ἀνθοῦσαι ἐλαῖαι μορίαι ἐλέγοντο. Sed olearum mentionem hoc loco alienam esse docet exemplum oleae antea positum. Quare in scriptura Gazae et Medicei acquiesco. Deinde ex Medicei τούτου πάσχει effeci τοῦτ' οὐ πάσχει, quod G. reddidit *facile abolescunt:* ita convenit sequens ἀλλά. Denique Heinsianum ἐπικαίεται ex A. B. Med. correxi, quamvis verum ἀποκάεται putem esse.

πήγνυται — διὰ τὸ θερμὸν] A. B. πήγνυσθαι, Heinsiana διὸ habent vitiose: ἐκπήγνυσθαι Med. unde ἐκπήγνυται scripsi.

5. Ταχεῖα — ἅμα βλάστησις] *germinatio velox frequensque est* G. Heinsius nescio quo auctore ἅμα inseruerit ineptum, nisi voluit ἀναβλάστησις dare.

τότε εὔλογον ἀλίσκεσθαι] Ita Heinsiana. τότ' εἰς εὔλογον ἀλίσκεσθαι A. B. τότ' εἰς εὔλογον ἀναλίσκεσθαι Med. *consumi tunc ad germen citandum non sine ratione est* G. unde scripsi cum Vinar. τότ' εἰς τὴν βλάστησιν εὔλογον ἀναλίσκεσθαι.

6. χιόνος οὔσης] *quae nive infirmior est* G. unde οὖσα rescripsi. deinceps Med. μὲν ὅτι ἐπὶ μὲν, ἐπὶ δ' οὐ ἀλλ' ἀποτήκεται habet, et ante πάχυ sic scriptum.

ταῦτ' ἀποκάει] Ita A. B. Med. ἀποκαίει Heinsiana. G. vertit: *haec diu inhaerendo exurit,* integriorem codicem nactus. unde ἐπιμένουσα addidi.

ἔπειτα καὶ ἡ διάθεσις αὐτὴ τοῦ κλήματος] *tum etiam*

habitus palmitis causam habere videtur G. additum igitur legit αἰτίαν τινὰ ἔχει vel ἔχειν δοκεῖ.

διεβλαστηκότος] Debebat esse διαβεβλαστηκότος. Deinceps edebatur: ὅτι οὐχ ἧττον — ἐπίκηρον. ἐπὶ πᾶσι γὰρ — μανούμενον, ἔτι καὶ λεπτοτέρα. *quo tempore non minus fragile est: iam enim humescit rarescitque. Ad haec pruina nive tenuior est* G. unde ὅτε scripsi, punctum post ἐπίκηρον sustuli, particulam γὰρ inutilem seclusi et sententiam verbo μανούμενον circumscripsi.

ἔτι καὶ λεπτοτέρα τῆς χιόνος ἡ πάχνη, ὥστε] E versione G. Heinsius verba ἡ πάχνη addidit, quae relegavi. Postrema enim sententia de hac ipsa pruina est: unde facile repeti potest ἡ πάχνη.

7. οὐδ' ἂν ἐπιμένειν ἐπὶ] ἐπιμένοι maluit Dalecampius, ἐπιμένει habet Vinar. verum ἐπιμείνειεν dedi. Med. ἐπιμένειεν habet.

ὅλης ἀμπέλου] *nisi vitis tota celetur* G. unde ἀμπέλου Heinsius addidit, non addito tamen articulo τῆς. Scal. maluit κατακρυπτομένοις ὅλοις, ad κλήμασι referens, quem sequor.

ἀποστεγάζουσα τὴν ἔξω, καθάπερ] Med. ἀποστέγουσα habet, *frigusque foras versus arcebitur* G. qui ψυχρότητα additum legisse videtur, quod habet Vinar. Deinceps A. B. Med. καθάπερ καὶ τὴν γῆν: e versione mutavit Heinsius in ἡ γῆ. καὶ ἀποστεγάζει τὴν ἔξω ὑγρότητα καθάπερ ἡ γῆ coniecit Dalecampius. Consensum librorum scriptorum nolui contemnere: igitur levissima mutatione ἀποστεγάζουσα τῶν ἔξω scripsi, quemadmodum antea ἀποστέγασμα τοῦ ψύχους Th. dixit.

τοὺς νεοὺς — βελτίους — ποιεῖν] *novalia proinde meliora fieri pruina* G. unde et ex Med. τὰς scripsi. Contrarium videtur asseri supra 3, 19, 7. ubi vide adscripta.

ἡ μὲν ἐκ νέφους — πνεῦμα] *spiritum in se admodum continens* G. In graecis nihil est, quod adverbio respondeat. Aristoteles Meteorolog. libro 1. ὁμοίως δὲ καὶ πάχνη καὶ χιών· ὅταν γὰρ παγῇ τὸ νέφος, χιών ἐστιν, ὅταν δ' ἡ ἀτμὶς, πάχνη. et in secundo de generat. animal. c. 2. ὥσπερ ἐν τῷ ἀφρῷ καὶ τῇ χιόνι· καὶ γὰρ ἡ χιών ἐστιν ἀφρός. Deinceps Med. τῇ δ', αὖ τῇ καθ' habet.

AD CAPVT XIV. (VVLGO XX.)

καὶ εἰ δι' ἄμφω] At non praecessit propositio, posse per utrumque fieri. Igitur scriptum olim fuisse videtur: ἢ διὰ τὴν

λεπτότητα ἢ δι' ἀμφότερα γίνονται· καὶ εἰ δι' ἄμφω. Vitium arguit scriptura Medicei καὶ εἴη δ' ἄμφω.

μηδ' ἂν τοῦ ἀέρος δόξειεν] *nullo pacto gelationis causam habere aeris crassitudo possit videri* G. Scaliger: *gelatio non erit aeris effectus crassi.* Igitur aut παχέος addendum erat, aut scribendum: μηδ' ἂν διὰ τὴν τοῦ ἀέρος παχύτητα — δόξειεν εἶναι. Scaliger maluit: μηδ' ἂν τοῦ παχέος δόξειεν.

διαλυτικώτερος] *dissolutioni habilior* G., sed recte Scaliger scribi iusserat διαδυτικώτερος.

εὐψυχρότερος] Recte A. B. Med. εὐψυχότερος habent. *refrigescit facilius et omnino sentit celerius, qui tenuis est* G. Ald. ἀπαθέστερος, εὐπαθ. Heinsiana, Vinar. Med.

καὶ τὰ ὕδατα] Articulum Heinsius addidit.

2. οἱ ἐναίθριοι λεγόμενοι] *quae suda et subdivalia vocitamus* G., quasi ὑπαίθριοι scriptum legisset.

μικρὰ δὲ πάνυ διεχόντων] Aut tollendum δὲ, aut in δὴ mutandum videtur. Ceterum τῶν τόπων repetendum. *nonnusquam etiam parvi intervalli discrimine* G. vertit.

Κρανίον] Simile quid de cohorte Laconica in monte iuxta Piraeum portum excubante narrat Xenophon Hellen. 4, 5, 4.

ἐνιαχοῦ δ' ἐπὶ πλείονι διαστήματι, καὶ ὅλως] Respondent haec superiori membro: ἐνιαχοῦ μὲν καὶ μικρὰ — διεχόντων. G. duce distinctionem mutavi. Deinceps πρώτους Med. habet, unde coniicio, a Th. fuisse πρὸ τοῦ, *olim*, scriptum.

Λάρισσαν] Plinius 17. c. 4. *In Thessalia circa Larissam emisso lacu frigidior facta ea regio est, oleaeque desierunt, quae prius fuerant. Item vites aduri, quod non antea, Aenos sensit admoto Hebro. Et circa Philippos cultura siccata regio mutavit coeli habitum.* Comparavit Palmerius locum Strabonis 9. p. 647. Sieb. πλὴν εἴ τι σφόδρα κοῖλον πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ Νεσσωνίδι, εἰς ἣν ὑπερκλύζων ὁ ποταμὸς (Πηνειὸς) ἀφῃρεῖτό τι τῆς ἀροσίμου τοὺς Λαρισσαίους· ἀλλ' ὕστερον παραχώμασιν ἐπηνώρθωσαν Λαρισσαῖοι.

ἐξαχθέντος] A. B. Med. ἐξαυχθέντος. *cum aqua educta esset* G. unde Heinsius correxit. Scaliger ἐξαναχθέντος maluit. Cum Heinsio facit Vinar. ubi paullo antea est παχέως.

ἐκπήξεις] Ita margo B. cum Vinar. ἐκπλήξεις A. B. Med. hic et saepius deinceps: quod vitium iam olim H. Stephanus animadvertit.

3. οὐκ ἀεὶ χώρας] E versione G. *agrum reddi frigidiorem* χώρας addidit Heinsius, sed articulum neglexit: quem ante ὕδωρ quoque e Mediceo addidi.

ἀλλ' ὅπερ] *sed etiam iis, quas prius iam diximus, ar-*

gumentum, quod circa evenerat G. qui τὸ πέριξ γενόμενον videtur scriptum legisse. Sed e loco Plinii supra posito appatet, nomen *Λῖνον* excidisse, quod iam olim restitui voluit Palmerius p. 607. Ceterum in verbis ἀλλ' ἅπερ vitium inesse suspicor, aut potius excidisse post ἀλλὰ verba aliquot, quae continuabat sequens καθάπερ κ. πρ. ἐλέχθη. Deinceps ἐλεεινοτέρα A. B. Med. correxit Scaliger. Postea νῦν δὲ γέγονε A. B. Med.

πηκτικώτερος] *gelationi aptior* G. Infra sect. 7. est ἐκπηκτικός. quae forma mihi magis probatur.

Ὅτι δὲ καὶ αἱ στύγες] *Item styges — fiunt* G. qui scripturam Med. Ἔτι δὲ αἱ στύγες reddidit. Scaliger στυγας suspicabatur genus esse culicum: rectius Rob. Constantinus in Lexico Crispini tremorem et horrorem ex perfrictione interpretabatur. Deinceps καὶ τον ἐν τοῖς ὄρεσι Med. postea iterum A. B. Med. ἔκπληξιν habent.

οἱ δὲ καθ' ἕκαστα — πίστιν ἔχουσι] *fidem iis quoque loca singula faciunt* G.

περὶ Κίθρον μάλισθ', ὡς εἰπεῖν, ἔκπηξις] A. B. ἔκπληξις habent, verum Med. Vinar. Heinsiana male μάλισθ' omisit, a G. etiam redditum. Strabo 7. p. 482. Πύδναν urbem memorat, ἣ νῦν Κίτρον καλεῖται, de qua Wesseling ad Antonini Itiner. p. 328. Deinceps vulgatum ἔφυδρος e Med. correxi.

5. ἐπεὶ καταποθεὶς ἐξήρανται τὸ πλεῖστον] Male Heinsiana ἐξήραται dedit. *sed nunc, quod ager aquam sorbuerit atque ita maiore ex parte resiccatus sit, totusque excoli inceperit, multo minus rigescit* G. Scaliger similiter ὁ τόπος intelligit, et ad verba ἧττον πολὺ verbum πήγνυται. Plinius 17. c. 4. *Et circa Philippos cultura siccata regio mutavit coeli habitum.* Mihi nomen aliquod rivuli vel aliud masculi sexus excidisse videtur.

λεπτότερος — δι' ἄμφω] Med. λεπτότερον habet, et verba διὰ τὸ ἀνεξηράνθαι (in Codice est ἀνεξηράνθη) τὸ ὕδωρ supplevit, quae Gaza, omissis δι' ἄμφω, reddidit: *pleniora reddidit et quia absumpta fuerit aqua, et quia excultus sit ager.*

ψυχρότερον ἔχειν τὸν ἀέρα] E Mediceo et versione G, verum ἔχει restitui; et perversam Heinsianae distinctionem correxi.

ὑλώδης] A. B. ὕλης, Med. υλεις habent. *propter materiam* G. Scaliger ὑλήεις coniecit; quae forma poetis usitatior est.

6. Ὃ καὶ περὶ τὰς Κρηνῖδας] *quod idem et apud Cre-*

nidas olim fuisse proditum, cum Thraces eum locum inhabitabant G. unde Scaliger A. B. scripturam ἢ τῶν Θράκην mutari iusserat in ἣν τῶν Θρᾳκῶν: sed Heinsius locum mendosum reliquit. Margo Basil. ἢ habet. Vinar. ἣν. Med. omissis verbis multis, καὶ αὐτὴν — περὶ τὰς κρηνῖδας, pergit καὶ Θράκην κατοικέντων. Crenidas nominat, quas postea Philippus, expulsis Thracibus, Macedoniae adiecit, suoque nomine Philippos appellavit. Cf. Strabo 7. p. 490. Sieb. et Diodori 16. c. 8.

Ὁπότε οὖν νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον] A. B. Med. ὁπότε νῦν μᾶλλον πρότερον. margo B. μᾶλλον ἢ πρότερον. *cum igitur nunc magis quam ante locis his congeletur — non aeris tenuitati causa tribuenda est* G. Heinsius ὁπότε οὖν μᾶλλον πρότερον dederat.

οὐ τὴν λεπτότητα] Negationem e graecis et versione G. sustulit Heinsius. deinceps ἑκατέρου καὶ τοιαῦταί τινες Med. habet.

Ἴσως δι' ἀμφοτέρων] A. B. ἴσως δ' ἀμφοτέρων. Med. δὲ ἀμφοτέρων. E versione G. ἀμφοτέρως scripsi, et antiquum δὲ restitui.

τόπος τόπου καὶ τῷ μᾶλλον παχύνεσθαι] Haec ad τόπος referri non possunt, sed excidit membrum ἀὴρ ἀέρος, quod restitui.

θολερὸς — ἐργατικὸς] A. B. Med. θαλερὸς. *turbulentusque non aeque efficax est* G. Correxit Scaliger.

οὐκ ἔμμονος] A. B. Med. οὐ κεκομμένος. *minusque stabilis* G. Vitium correxit Heinsius.

ἡ πῆξις δὲ εἰς χρόνους] *spatio conficitur temporis* G. Est pro χρονιζομένη. E Med. χρόνον dedi.

καὶ τὴν ὅλην κατάστασιν] G. vertens *totique statui coeli* additum τοῦ ἀέρος legisse videri potest. Sed cum supra cap. 11, 2. sit ὁ ἀὴρ καὶ ἡ τοῦ ὅλου κατάστασις, non dubitavi vulgatam hinc corrigere.

7. εἰ γὰρ — ταχεῖαι] *si mutationes remissionesque crebris inter se vicibus alternentur* G. Vitiosum A. B. ταχεῖαι correxit Scaliger: articulum αἱ ipse addidi. κωλύειν τ' ἂν Med.

θερμανθεὶς θερμότερος] Participium ex interpolatione Scaligeri adiecit Heinsius, omisit G. qui sequens ὑδατώδης *dilutus* vertit.

8. καὶ παντελῶς νέα] *plantas et omnino novellas arbores* G. Scaliger ad haec: *non solos βλαστοὺς, sed penitus.* Quae non intelligo quo pertineant. Equidem τὰ παντελῶς νέα malim. παντελῶς est *plane*, non *omnino*, quod Theophrasto

est ὅλως, τὰ φῦλον. Sed praestat fortasse copulam καὶ secludere. Sequens διαδύεσθαι A. B. Med. διαφύεσθαι substituit Heinsiana, consentiente Vinar.

ἀλλ᾽ εἴπερ βλάπτει, τοὺς βλαστοὺς] *sed si quid offendere possit, germina fructusque adurit* G. unde pessime Heinsius verbum βλάπτει inseruit, cum Scaliger Atticismum recte explicuisset apposito exemplo Aristophaneo Nub. versu 227. ἔπειτ᾽ ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ; Deinceps A. B. Med. ἐπικαίειν habent.

τὸ ψυχρὸν] Hoc duce G. versione A. B. Med. τῶν ψυχρῶν substituit Heinsius. Med. deinceps ζεῖν habet.

λιπαρότητα, ἡ δὲ διὰ λυπρότητα] Nescio quo auctore Heinsius verba quatuor postrema inseruerit, quae relegavi. Med. διὰ λιπρότητα habet.

9. περισκελὴς ὢν ἐφ᾽ ἑκάτερα καὶ] *cum in alteram partem modus defuerit* G. *in utramque partem inclinans* Scaliger, haud rectius.

ὑπερβαίνῃ] Cum Mediceo ὑπεραίρῃ dedi, qui deinceps λιμένοις habet.

Φενεὸν ξυνέβαινεν] Ita A. B. Med. συνέβαινεν Heinsiana, quae simili vitio deinceps διαφθείρουσι dedit pro διαφέρουσι, quod praetulit etiam Palmerius p. 607. *ubi tamen aqua effluere possit, arbores melius tolerant, quamvis alte ingurgitatae* G.

καὶ τὸ ἱκανὸν ἀεὶ πρὸς τὸ πίπτειν. εἶναι τούτων μὲν οὖν] Ita Heinsiana. Rectius A. B. Med. post εἶναι interpunxerunt. *iuvant etenim motus, ut nunquam vires deficiantur contra praesentem alluviem* G. Scaliger ita: *iuvat motus aquae, quantum satis sit ad levandum arboris incommodum.* Vocem ἱκανὸν interpretatur ita: *hic significat aptitudinem: modo locus faveat aquarum propensioni et procursui.* Dalecampius pro πίπτειν coniecit παθεῖν. Suspicio mihi venerat in mentem, aliquando scriptum fuisse ἀεὶ τὸ προσπίπτον εἶναι: sed sensum totius loci ita nondum assequebar. Quid G. secutus sit, multo minus divinare potui.

AD CAPVT XV. (VVLGO ADHVC XXI.)

Λοιπὸν δὲ δεῖ εἰπεῖν] *Sequitur, ut — disseramus* G. Vereor, ne verbum δεῖ ortum sit e varietate aliqua scripturae: alienum certe ab hoc loco esse existimo.

καὶ εἴ τις ἄλλη — ἥ τε διὰ] Deest vocabulum, veluti φθορὰ vel simile sexus foeminei; nam παθῶν antecessit.

παραβαλλόμενα] Ita A. B. *παραλλόμενα* praeeunte Gaza correxit Scaliger, consentiente Vinar. Peius tamen *περιβαλλόμενα* statim sequitur. Deinceps *λεγομεν* Med. habet.

2. *ὅτι τῇ σκληρότητι ἀφαιρεῖται*] *quia sua duritie siccitateque alimentum partim trahendo partim arcendo auferunt* G. qui Med. scripturam *σκληρότητι καὶ ξηρότητι* reddidit. Miror, Scaligerum, cum in *σκληρότητος* effectu adhaesisset et merito, causam veram et scripturam in versione G. latentem non agnovisse. Scilicet *ξηρότητι* scribendum est. Ceterum usum putaminum fabaceorum nemo facile ad nocendum transferet appositorum radicibus vel germinibus novellis, sed experientia obiter docuit hanc eorum noxam, cum saepe putamina haec arborum sterilium, vel quibus folia aut flores defluebant, radicibus apponerent. Usum hunc commendant Geoponica 10, 83, 3. 10, 84, 6. et 10, 88. quorum in altero loco est ex auctoritate Didymi: *πᾶν δένδρον ὀνήσει ἄχυρα κυάμων ἢ τῶν ἄλλων ὀσπρίων ἢ τῶν σιτικῶν ξηρὰ τοῖς δένδροις παρατιθέμενα.* Primo loco est: *ἄχυρα κυάμινα παραβαλλόμενα τῷ στελέχει:* tertio: *περιορυγεισῶν τῶν ῥιζῶν περίβαλλε ἀχύρων κυαμίνων κεκραμένων ὕδατι.* Locus Theophrasti latuit diligentissimum Geoponicorum interpretem. Ceterum Med. *τῇδ' ἀποστέγοντα* habet.

τοῦ συμμέτρου] A. B. Med. *τῶν συμμέτρων:* quod restitui cum Atticismo.

ἢ συνεχῶς, ἢ ἰσχυροτέρα] Cum Mediceo *ἢ πλείων* interposui. *si crebrius vel effusius vel vehementius disponitur* G.

καλῶς κρατηθεῖσα] *si intemperata sit non recte, periculum idem i pendet* G. sed Basileensis habet: *si intemperata sit atque indomita. Periculum idem impendet et si calidum* et cetera. Scaligeri annotatio *κραθεῖσα* et vulgatam posuit; hanc vero interpretatur: *quae non est domita nec deposuit acrimoniam cinerum, quibus coria interpolantur.* Mihi *κραθεῖσα* placet, et additum *καλῶς* facit, ne dictio tautologa videri possit.

3. *πᾶσι κοινόν*] Retulit ad *ὕδωρ*, cum lector expectaret *κοιναί*, ad *κόπροι* referendum, ut *ἁρμόττουσαι:* nisi scriptura est vitiosa.

Ἀλλὰ τοῦτο ἐνιότε] *Quanquam ea quoque radices* G. omisso *ἐνιότε*. unde copulam inserui cum Scaligero. *πλήθει σέπον* Med. omisso verbo *διαφθείρει*.

ἐκμεθύσκον. ἐὰν δὲ νέα τύχῃ] Ita Heinsiana. *ἐὰν δὲ δὴ* A. B. Med. *inebrians putrefacit, longeque magis, si plantae novellae nec nimium aquae cupientes sint, ceu cupressus*

et reliquae siccae G. unde patet, haec iungenda esse membra, et scribendum: ἐκμεθύσκειν, ἐὰν δὴ νέα. Deinde A. B. Med. καθάπερ ἡ περίκιττος: unde praeeunte Gaza ἡ κυπάριττος scribi iam olim iusserat Scaliger, quod est in Vinar.

ἢ τούτοις — χρήσηται] A. B. τούτους correxit Scaliger. Paulo ante μᾶλλον καὶ ἐὰν δή τις Med. habet: equidem μᾶλλον δὲ ἐάν τις malim scriptum.

Αὗται μὲν ἐν τοῖς — ἀκαιρίας ἔργου] A. B. ἔργον: Margo B. ἔργου et ἔργων proposuit. Posterius cum Scaligero praetuli, et cum Med. ἀκαιρίαν scripsi. Praeterea particulam οὖν inserui.

4. ἀπὸ τῶν φυτευομένων] Sequens παραβλαστανόντων et G. *vicinitate iuxta satorum* satis firmant correctionem παραφυτευομένων. Med. δὲ post θᾶττον omisit.

καὶ ἐπισχίζοντα] *abscindere* G. posuit. Scaliger; *quae proscinderent sociam, veluti quae radices suas in alias immittunt, ut ederae.* Equidem verbum vitiosum habeo.

ἡ ἰξία] A. B. Med. ἡ ἰεζία. duce G. correxit Scaliger.

ὁ δὲ κιττὸς καὶ τὸ ἅλιμον — καὶ τῇ ἁλμυρίδι] *edera et aurio — quod plus habet salsuginis* G. Nemo interpretum vidit, κύτισος substituendum esse: de hedera enim antea iam dixit: de cytiso confirmat historia pl. 4, 18, 1. ubi vide annotata. Ceterum ἰσχυρότερόν τε vulgatum praeeunte Gaza et ex hist. pl. correxi.

5. ὀροβάγχη] A. B. Med. ὀροβάκχη. *orobancha* G. De limodoro cf. ad h. pl. 8, 8, 5. alii αἱμόδωρον vocant. Ceterum verbum φθείρει deest ad accusativos τὸν ὄροβον et βούκερας: sed ad illa, καὶ ἄλλα δι' ἄλλων, intelligendum φθείρεται, si scriptura loci sana est. Med. δ' ἄλλων habet: unde malim καὶ αλλα δὲ ἄλλο, nempe φθείρει.

συγγεννᾶται — ἀπαρίνη] Heinsiana συγγενᾶται — ἀπαρινή. Deinceps τοῦ τὰς τροφὰς A. B. Med. Postea Scaliger ἀφαιρεῖται scribi voluit: quod fieri non potest: et in h. pl. est similiter 4, 20. τῷ παραιρεῖσθαι τὰς τροφάς.

6. ὑπὸ τοῦ ἐλαίου καὶ τῆς πίττης] A. B. Med. ἡλίου — πίτυος. margo Basil. habet ἐλαίου cum Vinar. G. vertit: *oleum et pix atque pingue.* Correxit Scaliger, h. pl. 4, 20. ἡ δ' ὑπὸ τοῦ ἐλαίου προσθέσει τινὶ μᾶλλον ἢ ἀφαιρέσει· πολέμιον γὰρ δὴ καὶ τουτο πᾶσιν· ἔλαιον γὰρ ἐπιχέουσι τοῖς ὑπολείμμασι τῶν ῥιζῶν. Ἰσχύει δὲ μᾶλλον τὸ ἔλαιον ἐν τοῖς νέοις καὶ ἄρτι φυομένοις· ἀσθενέστερα γάρ· διὸ καὶ ἅπτεσθαι κωλύουσι.

τὰ νέα, καὶ οὐκ ἐῶσιν ἅπτεσθαι καὶ περιπλέκεσθαι] *quare tangi eas minime sinunt, sed tutissime circumdant viminibus* G. quo duce *διὸ* inserui, et *περιπλέκουσι* scripsi cum Mediceo. Scaliger vulgatam torquens ita ad h. l.: Ita cavent, ut illarum neque importuno contractu neque complexu strangulentur. Strangulantur autem *ταῖς αἰτίαις οὔσαις ἐν ἐκείνοις*. Heinsius *οὔσαις* A. B. Med. mutavit in *εἰσὶ*, non cogitans antecedens: *ἡ δ' ὑπὸ τοῦ ἐλαίου φθορά. causam illam habent* G. Dalecampius coniecit: *ἀλλὰ μὲν σπουδαίως ῥάβδους περιπλέκουσιν, ἐπὶ ταύταις δηλαδὴ ταῖς αἰτίαις*. G. praeterea *ἀσφαλέστατα* additum legit et vertit. *διαλύεται* Med. habet et *καὶ* ante *σκληρύνεται* omittit.

ἐπικάει τὸν φλοιὸν] Vulgatum *ἐπικαίει* e Med. correxi: sed deinceps *τοῦ δ' ἐπικάειν* A. B. Med. ubi Heinsius *ἐπικαίειν* dedit.

ἡμεροῦντες] *qui agrum silvestrem in arvorum formam traducunt* G. *ἡμεροῦν* Med. habet. Deinceps *ὑπολείματα* Ald. Bas. ut in hist. pl.

τοῦ δ' ἐπικαίειν] A. B. *ἐπικάειν*. Sequens *ἡμεροῦντες* vertit G. *qui agrum sylvestrem in arvorum formam traducunt*. Postea *ὑπολείματα* A. B. ut in h. pl. l. c.

AD CAPVT XVI. (VVLGO XXIII.)

ὥσπερ βίαιοι λεγόμεναι] *quae violentae appellantur* G. *αἵπερ* scribi iusserat Scaliger. Sufficit *αἱ βίαιοι λ.* Med. *λεγόμενοι* habet. Sequens *τοῦ ὅλου* cum Mediceo in *τὸ ὅλον* mutavi. G. *aut omnino sublatione*. Deinceps *καὶ* post *φοῖνιξ* Med. supplevit et *ἡ* ante *βλάστησις*.

η διαφθορὰ δὲ δίεισιν εἰς τὰ κάτω] A. B. Med. *καὶ διαφθειρόμενος δίεισιν. partisque superioris corruptio mox ad ima descendit* G. Rectius Scaliger scripserat: *καὶ διαφθειρομένου δίεισιν*, nempe *ἡ φθορά*.

2. *μέγα δὲ ταύτῃ*] *huic etiam pinguedo pro magno habetur* G. *huic succi quoque oleositas magnum affert momentum ad salutem* Scaliger. In graecis deesse aliquid videtur, veluti *πρὸς τὸ σώζεσθαι*. Similiter est c. 17, 7. *τὰ δὲ τῆς ἀρχῆς ὅτι μεγάλα*. Deinceps articulum *τὰ* ante *ἐκσηπόμενα* cum Med. omisi.

οὐκ ἀεὶ δαδουργοῦσιν] A. B. Med. *πεύκην γοῦν, ἐὰν δαδουργῶσιν. nam et pinum haud semper tedificare consuevere* G. unde correxit Scaliger, consentiente Vinar.

οὐκ ἔχει· διὰ τὸ μὴ πέττειν] Ita Heinsiana. *ἔχει· διὰ δὲ τὸ* A. B. Med. e versione G. correxit Heinsius, sed pravam distinctionem reliquit.

3. *τετρωσμένα καὶ κολαζόμενα*] A. B. *τετρωμένα*. Med. *τετρωμμένα*. Sequens *κολαζόμενα* desiderat *τιτρωσκόμενα*. Deinceps *ὑπομένει* Med.

σχίσιν δὲ τοῦ στελέχους] Vulgatum *τε* praeeunte G. Med. et Vinar. correxi. Deinceps *oleam et amygdalam* addit versio G. quas ipse noster sect. 4. nominabit.

ὅσα γὰρ αὖ — συμμύει πάλιν] *quae ita vulnerata fissave rursus comprimuntur et coeunt* G.

καὶ οὐχ — διεσχισμένα] *non sicut illa nihil perfissa deficiunt* G. diversam scripturam secutus. Equidem *μένει* puto excidisse propter similitudinem extremi participii.

ἀναξηραίνονται — σχίσιν, οὐδὲ ὑπὸ] A. B. Med. *ἀναξηραίνεται σχίσιν δὲ ὑπὸ*. Praeeunte Gaza correxit Heinsius.

4. *Εἰ δ' οὕτω δεῖ λαβεῖν τὴν σχίσιν, ὥστε*] *Quod si ita est, hinc ea, quae ex urbanorum genere fissionem tolerant, ceu — posse id sustinere credendum est, quod partes disiectas — coagmentantque* G. Scaliger: *quod si ita est, fissio haec recensebitur sine damno in mitibus, ficu ac vite, amygdalo et olea.* Apparet igitur, utrumque verba ita distinxisse: *εἰ δὲ οὕτω, δεῖ λαβεῖν τὴν σχίσιν*. Sed vitium aliud et gravius arguit *μὲν* post *ἀνέχεσθαι*, cui nihil respondet. Dum integrior Codex afferatur, interim conieci; *εἰ δὲ οὕτω δεῖ λαβεῖν τὴν σχίσιν, ὥστε ἀνέχεσθαι μὲν, μὴ συμφύεσθαι δὲ, μόνα δοκεῖ*. Distinguit inter *συμμύειν* et *συμφύεσθαι*.

κολλώδη τὴν ὑπόστασιν] *tenaci compage* G. quasi *σύστασιν* scriptum legisset.

τὸ τῆς ἐλαίας — καὶ πᾶν λιπαρὸν] Ita Camot. et Heinsiana: sed A. B. Med. *πᾶν τὸ λιπαρόν*. *talis enim succus ficorum et oleae pinguiusculus ille humor et quicquid pinguedinem habens* G. Igitur *πᾶν τὸ λιπαρὸν* reddidit. Mihi vocabulum aliquod post *ἐλαίας* deesse videtur, veluti *δάκρυον*. Sed quid *τοιοῦτον* significat? Vox vitiosa videtur esse.

ἢ τούτου γε μᾶλλον] Recte praeeunte G. *καὶ τούτου γε μ.* correxit iam olim Scaliger: quanquam praecedentia *τούτων* vel *ταύτης* potius flagitare videantur. Ceterum *φησὶ δὲ* Med. habet.

AD CAPVT XVII. (VVLGO XXIV.)

ἐν τοῖς κυρίοις ἐστὶ τοῦ ζῆν] Vulgatum τὸ ζῆν cum Med. correxi. *sive enim pars arborum vitalis haec sit* G.

ἀπὸ τούτων πυκνουμένων] *sive haec condensata arborem contagione depravet totam, ratione id quoque evenit* G. Scaliger contra περιαιρουμένων scribendum censuit, ad corticem referens; at ita oportebat scriptum τούτου περιαιρουμένου: intelligitur ἡ φθορά. Deinceps εὔλογον καὶ οὕτω, copula addita, ex Med. scripsi.

καὶ ταῦτ' εἴη τῶν εἰρημένων] *causam haud temere illam putaveris, quod medulla pars humidissima et vitalis praecipue sit* G. καὶ τοιαύτη τῶν εἰρημένων Dalecampius coniecit. Membrum alienum segregavi. Paulo antea ἄλογος οὐδὲ Med. omisso δὲ habet.

καὶ τὰ ἔμμητρα] A. B. ἔμμετρα. Verum omissa copula habet Med. vertit G. et restitui hic et paulo post Scal. iussit. κατεργασμένη deinceps Med. et μέχρι οὐ habet.

καὶ ἔνσχιστα — καὶ τῆς πεύκης] Articulum τῆς inseruit Heinsius. *quapropter abietis pinique materiem medio filo findunt, nec quicquam medullae relinquunt* G. Heinsiana *medio* omisit. Scaliger: *idcirco haud integras statuunt abietes operi faciundo in ipsis substructionibus, sed scissas, sectas per longum.* Mihi simplex σχιστὰ placere dixi ad h. pl. 3, 9, 2.

Ταύτης δὲ] *Itaque si haec aliquatenus detrahatur* G. Med. ταύτης δ' οὐ μέχρι — ἐξεθείσης. unde ταύτης οὖν effeci.

συμφύτου στερούμενον] Scripsi στερόμενον. Medic. στερουμένης habet.

3. *τῆς κόμης*] *detracta coma* G. Similis est usus vocis de plantis umbelliferis apud Theophrastum, Dioscoridem et Plinium. Deinceps ξηρά τε, adiecta copula τε, ex Med. dedi.

πόνον παρέχουσι καὶ εὐπαθέστερα ποιοῦσιν εἰς τὸ διϊκνεῖσθαι καὶ τὸ καῦμα καὶ τὸ ψῦχος. ἄλλως τε καὶ πανταχόθεν οὖσαι] Mihi verborum structura mollior sensusque lucidior fieri videbatur, si verba ἄλλως τε — οὖσαι statim post παρέχουσι inserantur. Haec ipsa Scaliger de circulari recisione interpretabatur, nempe cum coma detrahitur.

διϊκνεῖται] repetendum videtur τὸ καῦμα καὶ τὸ ψῦχος.

4. *καὶ ἐπὶ τὸ μονόῤῥιζα, καὶ ἐπὶ τὸ — ἐνίας ἔχειν*] *atque etiam quia radice singulari nitantur alteque descen-*

dant G. Omisit igitur ἐνίας, et ἔτι scriptum legit pro ἐπί. Equidem non dubitavi ἔνια scribere: nam genera haec ἀπαράβλαστα, quibus ἐπικοπὴ nocet, non omnia radice alta nituntur.

παραβλαστήσεως] A. B. Med. βλαστήσεως. *exurgendae prolis* G.

ὑπάρχῃ, πᾶσι — ἀναγκαίαν τὴν φορὰν — τελείαν] Scaliger iam olim monuit, praeeunte G. φθορὰν scribendum esse; atque ita Med. et Vinar. Gaza τελείαν omisit. Deinceps ἀναγκαῖον cum Med. scripsi. *corruptionem illam omnino sectari necesse est* G. Vulgo male post πᾶσι distinguebatur.

5. κολούσεις] G. *dimutilationes* hic et ubique vertit. Quod sequitur μόνον γὰρ μάλιστα, pluribus quidem locis ita scriptum legitur coniunctim, sed alibi μάλιστα ἢ μόνον, quam scripturam hic etiam restituendam censeo.

ἀμπέλου φυτὸν ἀπόλλυται] Cf. ad 2, 15, 1. et infra sect. 7. de amygdala ibidem sect. 2.

6. καὶ ἐπιβοσκήσεις] Scribo καὶ αἱ ἐπιβ. deinceps A. B. Med. συνεπικάουσιν restitui pro —καίουσιν. Quod autem in genere ἐπιβοσκήσεων nominatur mutilatio palmae et πίτυος, ideo factum suspicor, quod haec mutilatio saepe a pecore fiebat.

Ἴδια δὲ τα περὶ] Cum Mediceo, qui ἴδιον δὲ τὸν habet, scripsi ἴδιον δὲ τὸ περὶ.

τῷ πρότερον] A. B. τὸ πρότερον. ὅτε. Scaliger τῷ scribi iussit, quasi αἴτιον antecesserit. τῇ cum Vinar. dedi. ὅτι dedit Heinsius duce Gaza.

ἀφαιρεῖται τῆς — ὁ καρπός] *vires deficiunt et fructus idcirco utpote ultimus creari minime omnium potest* G. vertit, diversam scripturam secutus. Equidem καὶ ἡ δύναμις malim.

καὶ ὥσπερ ἤδη γέγονεν, ἐκεῖνο δὲ] *praeterea iam germen adest et quasi peracta res est fructus* G. Recte Scaliger ἐκεῖνον correxit, nempe τὸν καρπόν. Medic. deinceps γενέσθαι habet.

τὸ δὲ γίνεσθαι μελλήσειν τοῦ ὄντος] *quod autem est futurum, imbecillius illo est, quod peractum iam est* G. γενέσθαι καὶ μελλήσειν A. B. Med. γίνεσθαι correxit Scaliger; copulam sustulit Heinsius; sed praeterea μέλλον scribendum fuit, aut, quod est in Vinar., μελλῆσαν.

μάλιστα μόνον] *Sed his tantummodo istuc evenit* Gaza,

omisso *μάλιστα*. Equidem ἢ etiam hic interserui. Praeterea Gaza *συμβαίνει* additum legit.

κατά γε τὴν παρ' ἡμῖν φυτείαν· ἐν δὲ ταῖς οἰκείαις χώραις] Miror, *πίτυν* non solum supra palmae iunctam, sed hic etiam peregrinis arboribus adnumeratam orienti regioni adscribi. Quod si verum, *πίτυος* interpretatio falsa est, quam hucusque viri docti excogitarunt.

οὐκ ἄκαρπα — ταῦτα ἐκεῖ κολουόμενα] A. B. Med. *ἀκαρπίας — ταῦτα, ἐκεῖνο κολουόμενον*. Heinsiana *ἄκαρπα — ἐκεῖ κολούμενα* dedit. *suis enim locis steriles fortasse non fiunt — si qua parte decisa non totae deficiant* G. Scaliger scribi voluit: *ἄκαρπα — εἰ ἀκαρπεῖ ταῦτα ἐκείνου κολουομένου*. Vinar. dat *οὐκ ἀκαρπεῖ*. Med. *ἴσως δ' ἀκαρπίας*.

7. *κατέδεται γὰρ*] A. B. *κατέδεσθαι — τῶν δεινῶν*. *quippe a pecudibus praemordentur* G. Heinsianus, sed Basileensis: *quippe exesis primis germinibus nil amplius germinatur*. *κτηνῶν* dedit Heinsius non improbabili coniectura. *κατέδεται* Scaliger. Med. *καταίδεσθαι — δεινῶν οὐκέτι* habet.

βλαστήσεως ἀποῤῥοὴ] *germinandi effluxus* G. Sed scribendum *ἐπιῤῥοὴ* non dubito.

ᾧ φαίνεται] *quasi vitis excoecata et manca quodammodo fuerit* G. quasi scriptum legisset: *ὥσπερ τυφλουμένης καὶ πηρωμένης πως τῆς ἀμπέλου*. In verbis praescriptis vitium inesse suspicor.

ἐν ἅπασιν ἡ ἀρχὴ καὶ ἀσθενὲς] *principium enim et validissimum et infirmissimum est, non tamen eodem modo* G. Basil. nam Heinsianus: *principium enim omnibus validissimum est, non tamen m. eodem*. Pro *ἐν ἅπασιν* vulgo erat *καὶ ἅπασιν*. Mecum Vinar.

ἐπεὶ ὅτι βλαστητικὸν] Med. *ἐπεὶ ὅτι δὲ βλ*. Fortasse fuit olim scriptum: *ἐπεὶ ὅτι γε βλ*.

AD CAPVT XVIII. (VVLGO XXV.)

ἀποξηραινόμεναι] Vitium apertum correxi. *σπέρματα* exsiccantur. Sequens *ὥσπερ* additum fuit, quoniam proprie humor tantum *διαπνέειν* dicitur.

πᾶσαι παρὰ φύσιν] *reliqui omnes interius vel invita natura eveniunt* G. sed Basil. *exterius* habet. Scaliger tamen similiter *interius* e Gazae versione posuit. Scriptum plenius *ἔξωθεν καὶ παρὰ φύσιν* legisse Gaza videtur.

καὶ ὀστώδη — πολύχροα] A. B. πολύχροια. Med. πολύχρεια. *haec omnia diu perdurant: reliqua celeriter vitiantur: alia enim inter se fervefacta abolentur* G. Scaliger rectius πολυχρόνια scribi iusserat, quod est in Vinar. Gaza additum deinceps legit τὰ δ' ἄλλα ταχὺ ἐξίσταται, ubi vulgabatur: ταχὺ γὰρ ἐξίσταται. τὰ μὲν γὰρ ὑπ' ἀλλήλων.

2. οἷον γὰρ μυδᾷ — μυδᾷ] A. B. Med. μαδὰ — μαδᾷ. *putrescunt enim quodammodo, ut animalia gignant, quibus pereant* G. sed Basil. *glabrantur* habet. *deglubuntur* Scaliger vertit. Dalecampius Gazam scriptum legisse putabat: οἷον γὰρ μαδᾷ εἰς διαβλάστησιν, ὥστε ζωοῦσθαι καὶ φθείρεσθαι. Scaliger posuit, semen vitiatum a vermibus tamen germinandi vim retinere; igitur malebat ἑτέρᾳ δὲ φθορᾷ ζωοῦσθαι. Ulcus altius latere videtur, ita sanandum: βλάστησιν ὁρμᾷ. Τὰ δ' οὐ μυδᾷ, ζωοῦται δὲ καὶ φθείρεται· τῶν δὲ χεδρόπων τὰ τεράμονα θᾶττον· γλυκύτερα γάρ. Certe Gaza pro θάτερον scriptum legisse videtur, quod in postremo colo reddidit.

δι' ἀσθένειάν τε] A. B. εὐσθένειαν. Correxit Scaliger, praeeunte Gaza.

ἐν πέρατι] *et quia iam velut finem suum attigerint* Gaza.

3. εἴ που ἄλλοθι τοιοῦτον] *Si quis eiusmodi locus alius sit, diu servabit* G. Deinceps καὶ τὸ ὑγρὸν, inserto articulo, dedi e Vinar. Postea ξηραίνει τε καὶ, omisso γὰρ, Med.

4. ἀμυγδαλῇ] Sequior aetas fructum ἀμύγδαλον dixit, ut κάρυον, arborem καρύαν.

πυρῆσι περιέχεται] *quae nucleo continentur* G. κεγχρασμὶς Med. et καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα — ὅσα πυρῆν habet, unde fortasse πυρῆνι probes.

εἴ τι ὑλῶδες] *ligni speciem aut ossis gerit* G.; igitur rectius ξυλῶδες legit scriptum, ut est in Vinar. quanquam Scaligero vulgatum magis arriserit.

ὁ κνίκος] *semen cnici* G. Scaliger ad h. l.: *pessima associatio: cartami namque tunica pene vitreo osse est.*

ἀχώριστον καὶ ἀφανὲς — φοινίκων] Cf. dicta ad 1, 7, 2.

AD LIBRI VI. CAPVT I.

Περὶ δὲ χυμῶν] A. B. Med. *χυλῶν*, et mox *χυλὸς*, ubi Heinsius *χυμὸς* dedit. De discrimine vocabulorum dictum ad h. pl. 1, 12, 1. et 3.

ἑκατέρου τοῦ γένους] A. B. Med. *ἑκατέρα*. *generis utriusque* G. unde correxit Scaliger.

ἐν ἄλλοις] Scaliger librum de Sensibus, tum editum recens, de Odoribus alium commemoravit, supicatus, alium item de Saporibus scriptum fuisse a Theophrasto. Aristoteles de Sensu cum generatim explicasset saporem c. 4. in fine addit: *τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν ἐν τῇ φυσιολογίᾳ τῇ περὶ τῶν φυτῶν.*

κατὰ λόγον] *pro ratione* G. *ratione ac respectu quodam* Scaliger.

χυμὸς μὲν γὰρ] E versione G. *γὰρ* assumsi.

ἐναπόμιξις] A. B. Med. *ἐναπόμορξις*. G. *demistio*. Scaliger *emunctio*. Aristoteles de Sensu c. 4. *ὥσπερ οὖν οἱ ἐναποπλύνοντες ἐν τῷ ὑγρῷ τὰ χρώματα καὶ τοὺς χυμοὺς τοιοῦτον ποιοῦσιν ἔχειν τὸ ὕδωρ, οὕτω καὶ ἡ φύσις τὸ ξηρὸν καὶ τὸ γεῶδες, καὶ διὰ τοῦ ξηροῦ καὶ γεώδους διηθοῦσα καὶ κινοῦσα τῷ θερμῷ ποιόν τι τὸ ὑγρὸν παρασκευάζει, καὶ ἔστι τοῦτο χυμὸς τὸ γιγνόμενον ὑπὸ τοῦ εἰρημένου ξηροῦ πάθος ἐν τῷ ὑγρῷ, τῆς γεύσεως τῆς κατὰ δύναμιν ἀλλοιωτικὸν εἰς ἐνέργειαν.*

τῷ διαφανεῖ] *partis siccae sapidae non transparentis, hoc est translucido corpore, mistió* G. sed Basil. *indiaphanae hoc est — demistio* habet. Haesit Scaliger in A. B. Med. *ἀφανεῖ*. Aristoteles de Sensu c. 5. *ὅπερ ποιεῖ ἐν τῷ ὑγρῷ τὸ ξηρὸν, τοῦτο ποιεῖ ἐν τῷ ἄλλῳ γένει τὸ ἔγχυμον ὑγρὸν ἐν ἀέρι καὶ ὕδατι ὁμοίως· κοινὸν δὲ κατὰ τούτων νῦν μὲν λέγομεν τὸ διαφανές.* Unde patet, *ἐν τῷ διαφανεῖ* scripsisse discipulum.

τοῦτον γὰρ — ἐπὶ χυμοῦ τε] A. B. Med. *ἐστὶ χυλοῦ τε*. *id enim aeris atque aquae commune est: eadem ferme saporis et odoris affectio est* G. Scribendum igitur *τοῦτο* cum Scaligero et Med. Praeceptor de Sensu c. 4. *σχεδὸν γάρ ἐστι τὸ αὐτὸ πάθος, οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς δ' ἐστὶν ἑκά-*

τερον αὐτῶν· ἐναργέστερον δ' ἡμῖν ἐστι τὸ τῶν χυμῶν γένος ἢ τὸ τῆς ὀσμῆς. nec mutari oportebat verbum ἐστί. τοῦτο Scaliger interpretatur humiditatem.

2. *Τὰ δ' εἴδη τῶν χυλῶν*] Mirum hic relictum χυλῶν, cum de genere tribus locis χυμὸν reposuerit Heinsius. Paulo antea malim μὲν οὖν ὑποκείσθω.

ὡς μὲν ἰσάριθμον ἀποδοῦναι] *Saporum autem genera numero quidem complecti facile est* G. Haesit in voce ἰσάριθμον Scaliger; sed facilis est emendatio εἰς ἀριθμὸν, quod est in Vinar.

πότερον γὰρ] A. B. πρότερον correxit Scaliger, praeeunte G. γὰρ eodem duce delevi.

ἐξ ὧν ἕκαστοι] A. B. Med. ἑκάστοις. Cum Heinsiana Vinar.

εἰ καὶ εἴ τις ἄλλος τρόπος] *aut alio modo, si quis extra praedictos alius esse possit* G. sed Basil. habet *an alio:* unde ἢ καὶ scripsi.

3. τὸν διακριτικὸν] Scaliger συγκριτικὸν maluit. *Non enim*, inquit, *dulce dissipat, sed aut unit aut unita servat. Unire tamen dici queat mathematice, quia dissitas coniungit partes.* Similiter H. Mercurialis de Compos. medicam. I. c. 18. *docet*, inquit, *Theophrastus, saporem dulcem esse, qui cognatum linguae humorem unit atque unitum conservat, atque etiam lenit: quo in loco debetis annotare graecum et latinum contextum depravatum esse; et ubi legitur in vulgatis Codicibus, quod hic sapor discernit et dividit, legendum est, quod unit.* Deinceps τῇ ante γλώττῃ e Med. accessit.

πηκτικὸν ἠρέμα ταύτης] Nempe τῆς ἐν τῇ γλώττῃ ὑγρότητος. Paulo antea Med. λεκυτικὸν habet.

τὸν πηκτικὸν ἢ δηκτικὸν] A. B. τηκτικὸν ἢ τακτικόν. *qui coagulandi aut mordendi vim habeat* G. unde δηκτικὸν emendavit Scaliger. Med. τὸ ξηραντικὸν — ἢ τὸ κικὸν habet.

ἢ τηκτικὸν ἢ δηκτικὸν] A. B. πηκτικόν. Med. ἢ πυκτικόν. *aut liquescere facit aut mordet* G. sed Basil. *coagit* habet.

ῥυπτικὸν — ἢ τῆς ὑγρότητος] Articulum omisit Heinsiana. Med. habet ῥυπτικὸν καὶ τῆς.

4. κεχρημένας τραχύτητι] Recte Scaliger κεχρημένος scribi iusserat. Locus Platonis est in Timaeo p. 378. Bipont. ubi pro καίει est ξυνάγει τὰ φλεβία. E Med. κάει dedi: sed idem τὰ omisit.

καὶ αὐστηρὰ δὲ] Ita A. B. Med. Copulam omisit Heinsiana. In Platone est: *ἧττον δὲ τραχύνοντα, αὐστηρὰ φαίνεται· τὰ δὲ τούτων ῥυπτικὰ καὶ πᾶν τὸ περὶ τὴν γλῶτταν ἀποπλύνοντα, πέρα μὲν τοῦ μετρίου τοῦτο δρῶντα καὶ προςεπιλαμβανόμενα, ὥστε ἀποτήκειν αὐτῆς τι τῆς φύσεως — πικρὰ πάνθ᾽ οὕτως ὠνόμασται.*

ὅσα δὲ ῥύπτει, πέρα μὲν — ἀποτήκειν αὐτῆς τι τῆς] A. B. *ῥήπτει — ἀποτίκτειν τι φύσεως.* Margo B. *ἄρα μέν.* *Amara, quae extra modum detergunt, ut aliquid ipsius quoque naturae absumant, ut nitrum* G. Correxit Scaliger, consentiente Vinar. in verbo *ἀποτήκειν*, quod tamen Med. habet: deinde *οἷον οἱ — ῥίψει.*

5. *λεαινόμενα*] Plato: *λειαινόμενα ὑπ᾽ αὐτοῦ συνεκπυρούμενα καὶ πάλιν αὐτὰ ἀντικάοντα τὸ διαθερμῆναν, φερόμενά τε ὑπὸ — αἰσθήσεις, τέμνοντά τε πάνθ᾽, ὅσοις ἂν προσπίπτῃ, διὰ ταύτας τὰς δυνάμεις, δριμέα πάντα τὰ τοιαῦτα ἐλέχθη.* In Aldinis *τέμνονται* scriptum correxit Vinar. et Heinsiana. Vulgatum *ἀντικαίοντα* e Med. mutavi.

Τὰ δὲ προλελεπτυσμένα] Heinsiana *προλελεπτισμένα.* Med. *—πτυμένα* habet, et deinde *ἀνακυκοῦντα.* Plato ita: *τῶν δὲ αὐτῶν προλελεπτυσμένων μὲν ὑπὸ σηπεδόνος — ἐνδυομένων καὶ τοῖς ἐνοῦσιν αὐτόθι μέρεσι γεώδεσι καὶ ὅσα ἀέρος ξυμμετρίαν ἔχοντα, ὥστε κινήσαντα περὶ ἄλληλα ποιεῖν κυκᾶσθαι, κυκώμενα δὲ περιτίπτειν τε καὶ εἰς ἕτερα ἐνδυόμενα ἕτερα κοῖλα ἀπεργάζεσθαι, περιτεινόμενα τοῖς εἰσιοῦσιν· ἃ δὴ νοτίδος περὶ ἀέρα κοίλης περιταθείσης, τοτὲ μὲν γεώδους, τοτὲ δὲ καὶ καθαρᾶς, νοτερὰ ἀγγεῖα ἀέρος, ὕδατα κοῖλα περιφερῆ τε γενέσθαι, καὶ τὰ μὲν τῆς καθαρᾶς, διαφανεῖς περιστῆναι, κληθείσας ὄνομα πομφόλυγας, τὰ δὲ τῆς γεώδους, ὁμοῦ κινουμένης καὶ αἰρομένης, ζέσιν τε καὶ ζύμωσιν ἐπίκλην κληθῆναι· τὸ δὲ τούτων αἴτιον τῶν παθημάτων ὀξὺ προσρηθῆναι.* Quae Theophrastus contraxit; sed verba *ἕλκειν δυνάμενα* in Platone non apparent, nec, quid sibi velint, intelligo. A. B. Med. *δυνάμενα* omittunt. Scaliger *ἑλκοῦν* coniecit.

τὸ δὲ σύμπασι] Plato: *ξύμπασι δὲ τοῖς περὶ ταῦτα εἰρημένα πάθος ἐναντίον ἀπ᾽ ἐναντίας ἐστὶ προφάσεως, ὁπόταν ἡ τῶν εἰσιόντων σύστασις ἐν ὑγροῖς οἰκεία τῇ τῆς γλώττης ἕξει πεφυκυῖα λειαίνῃ μὲν ἐπαλείφουσα τὰ τραχυνθέντα, τὰ δὲ παρὰ φύσιν ξυνεστῶτα ἢ κεχυμένα τὰ μὲν ξυνάγῃ, τὰ δὲ χαλᾷ, καὶ πάνθ᾽ ὅτι μάλιστα ἱδρύῃ κατὰ φύσιν, ἡδὺ καὶ προσφιλὲς παντὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἴαμα τῶν βιαίων παθημάτων γιγνόμενον, κέκληται γλυκύ.* unde vulgatam in nostro

scripturam, ὅτι μάλιστα δριμὺ εἶναι κατὰ φύσιν, γλυκύ, correxi. Heinsius ante φύσιν duos asteriscos appinxerat. G. haec verba omisit. Denique A. B. οὗτος μὲν οὖν ὁ τρόπος. Med. οὕτω μὲν οὖν ὁ τρόπος. Heinsiana recte τοὺς τρόπους fecit, sed male οὗτος mutavit in τούτους. Gaza vertit: *Ita Plato ratione potentiae sapores determinat.* Articulum ante τραχυνθέντα addidi cum Med. qui ἐπαλείφον habet, et καθίστησι pro καθιστῇ.

6. Δημόκριτος δὲ] Diligentius haec exsequitur libellus de sensu sect. 60. et sequentibus, unde huc transferemus, quae ad sententiam Democriti illustrandam verbaque Theophrasti vitiosa emendanda faciunt.

στρογγύλον — εὐμεγέθη] Postremum Gaza *amplum* vertit. De Sensu sect. 65. τὸν δὲ γλυκὺν ἐκ περιφερῶν συγκεῖσθαι σχημάτων, οὐκ ἄγαν μικρῶν· διὸ καὶ διαχεῖν ὅλως τὸ ὄμμα καὶ οὐ βιαίως καὶ οὐ ταχὺ πάντα περαίνειν· τοὺς δ' ἄλλους ταράττειν, ὅτι διαδύνων πλανᾷ τὰ ἄλλα καὶ ὑγραίνει· ὑγραινόμενα δὲ καὶ ἐκ τῆς τάξεως κινούμενα συῤῥεῖν εἰς τὴν κοιλίαν· ταύτην γὰρ εὐπορώτατον εἶναι· διὰ τοῦτο πλεῖστον εἶναι κενόν. ubi primum ὄμμα mutandum in σῶμα: deinde post διαδύνων addendum ἕκαστος, ut sententia et structura verborum perficiatur.

στρυφνὸν δὲ τὸν μεγαλόσχημον] *Acerbum, qui figura magna perficitur. Asperum, qui multis angulis minimeque orbiculatus est* G. Disiunxit igitur, quemadmodum scriptura vulgata, quae libellus de Sensu coniungit, et uni στρυφνῷ ita tribuit sect. 66. Τὸν δὲ στρυφνὸν ἐκ μεγάλων σχημάτων καὶ πολυγωνίων καὶ περιφερὲς ἥκιστ' ἐχόντων· ταῦτα γὰρ ὅταν εἰς τὰ σώματα ἔλθῃ, ἐπιτυφλούμενα ἐμπλάττειν τε τὰ φλεβία καὶ κωλύειν συῤῥεῖν· διὸ καὶ τὰς κοιλίας ἱστάναι. Unde apparet, vulgatam τὸν πολυγώνιον καὶ ἀπεριφερῆ vitiosam esse. Vitium arguebat etiam species nova saporum antea non nominata, neque a quoquam commemorata, quam τραχὺν scriptura vulgata perhibet.

ὀξὺν δὲ — ἀπεριφερῆ] Gaza κωνοειδῆ reddidit: *qui nucis pineae speciem gerit.* De sensu sect. 65. Τὸν μὲν οὖν ὀξὺν εἶναι τῷ σώματι (editur ὄμματι) γωνοειδῆ τε καὶ πολυκαμπῆ καὶ μικρὸν καὶ λεπτόν· διὰ γὰρ τὴν δριμύτητα ταχὺ καὶ πάντῃ διαδύνεσθαι. τραχὺν δὲ ὄντα καὶ γωνιοειδῆ συνάγειν καὶ συσπᾷν· διὸ καὶ θερμαίνειν τὸ σῶμα, κενότητας ἐμποιοῦντα. ubi vocabulum δριμύτητα inepte positum locum alienum occupavit. Saporem enim δριμὺν nondum scriptor explicavit: et si explicasset, nihil eius natura facit

ad saporis acuti effectum explicandum, quem Democritus unice a figura repetiit. Igitur διὰ λεπτότητα καὶ σμικρότητα aut λεπτότητα tantum a Theophrasto scriptum fuisse videtur. In nostro vero loco vulgatum κωνοειδῆ correxi.

δριμὺν δὲ τὸν περιφερῆ — καμπύλον] De sensu sect. 67. τὸν δὲ δρ. μικρὸν καὶ περιφερῆ, γωνιοειδῆ, σκαληνὸν δὲ οὐχ ἔχειν· τὸν μὲν γὰρ δριμὺν πολυγώνιον ποιεῖν τῇ τραχύτητι· θερμαίνειν γὰρ καὶ διαχεῖν διὰ τὸ μικρὸν εἶναι καὶ περιφερῆ καὶ γωνιοειδῆ· καὶ γὰρ τὸ γωνιοειδὲς εἶναι τοιοῦτον. in quibus vitiosa convincit comparatio sect. 65. de sapore ὀξεῖ: τραχὺν δὲ ὄντα καὶ γωνιοειδῆ συνάγειν καὶ συσπᾶν· διὸ καὶ θερμαίνειν τὸ σῶμα, κενότητας ἐμποιοῦντα· μάλιστα γὰρ θερμαίνεσθαι τὸ πλεῖστον ἔχον κενόν. De dulci sequitur ibidem: τὸν δὲ γλυκὺν ἐκ περιφερῶν συγκεῖσθαι σχημάτων οὐκ ἄγαν μικρῶν· διὸ καὶ διαχεῖν ὅλως τὸ σῶμα, καὶ οὐκ βιαίως καὶ οὐ ταχὺ πάντα περαίνειν. Verba igitur τῇ τραχύτητα θερμαίνειν recte dicuntur, quatenus ὁ δριμὺς simul est γωνιοειδὴς vel πολυγώνιος: quae duo vocabula idem significantia hic coniungenda videntur, cum vulgata disiungat, et utrique diversum effectum attribuat. Videtur igitur scribendum: τὸ μὲν γὰρ πολυγώνιον ποιεῖν τῇ τραχύτητι καὶ θερμαίνειν· καὶ γὰρ τὸ γωνιοειδὲς εἶναι τοιοῦτον· διαχεῖν δὲ διὰ τὸ μικρὸν εἶναι καὶ περιφερῆ. Scaliger ἀπεριφερῆ scribi voluit: quam coniecturam comparatio alterius loci reprobat. Equidem vulgatum γωνοειδῆ hic et paulo post in salso sapore correxi. Ceterum Camotiana multo breviora haec habet: τὸν δὲ δριμὺν μικρὸν καὶ περιφερῆ, γωνιοειδῆ· καὶ γὰρ τὸ γωνιοειδὲς εἶναι τοιοῦτον.

ἁλμυρὸν δὲ — ἰσοσκελῆ] Vulgatum γωνοειδῆ — ἰσοσκελῆ duce etiam Gaza correxi, qui additum e Med. εὐμεγέθη *magnum* vertit. Hunc et sequentem mox λιπαρὸν omisit libellus de Sensibus.

πικρὸν δὲ — μικρὸν] Gaza: *levis atque distortus parva cum magnitudine*, secutus scripturam A. B. Med. λεῖον, ἔχοντα σκ. E Scaligeri annotatione, ubi est *inoffensam obliquitatem*, Heinsius λείαν sumsisse videtur. De sensu sect. 66. Τὸν δὲ πικρὸν ἐκ μικρῶν καὶ λείων καὶ περιφερῶν· ἀλλ' ἐπ' ἐνίων μὲν σκαληνῶν· διὸ οὐδὲ πολυκάμπτων. Βούλεται δὲ σκαληνὰ λέγειν, ἅπερ παράλλαξιν ἔχει πρὸς ἄλληλα, καὶ συμπλοκήν· μεγάλων μὲν, ὅτι ἡ ἁλμυρὶς ἐπιπολάζει· μικρὰ γὰρ ὄντα καὶ τυπτόμενα τοῖς περιέχουσι μίγνυται ἐν τῷ παντί· οὐ περιφερῶν δὲ, ὅτι τὸ μὲν ἁλμυρὸν τραχὺ, τὸ δὲ περι-

φερὲς. λεῖον, οὐ σκαληνὸν, τῷ μὴ περιπλάττεσθαι· διὸ ψαφαρὸν εἶναι. Quae vitiosa sunt pluribus modis. Primum enim ponitur figura elementorum *μικρῶν — καὶ περιφερῶν.* ubi vero singulorum ratio redditur, contrario sensu est *μεγάλων μὲν*, cum deberet esse *οὐ μεγάλων μέν*. Vice autem versa sequitur *οὐ περιφερῶν δὲ*, ubi sine negatione expectabas *περιφερῶν δέ*. Quod deinde est, *ἀλλ' ἐπ' ἐνίων σκαληνῶν· διὸ οὐδὲ πολυκαμπῶν·* (ita enim vulgatum *πολυκάμπτων* corrigo) idem in ratione reddenda contrario sensu iteratur: *οὐ σκαληνὸν, τῷ μὴ περιπλάττεσθαι.* ubi negatio releganda et scribendum esse videtur: *σκαληνῶν δὲ, τῷ μὴ π.* Supersunt tamen in vulgata, quae non satis intelligo; veluti postremum illud, *διὸ ψαφαρὸν εἶναι:* et superiora ista, *τυπτόμενα τοῖς περιέχουσι μίγνυται ἐν τῷ παντί:* denique verbi *περιπλάττεσθαι* sensum non perspectum habeo. Quod ad *σκαληνῶν* attinet, *τρίγωνον* ita dicitur, quod latera tria inter se inaequalia habet. Recto opponi docet hic ipse locus, ubi quod *σκαληνὸν* vocatur, in altero *σκολιότης* dicitur. Atque hoc sensu sunt *ὀχετοὶ σκαληνοειδεῖς* et *φλὲψ σκαληνὴ* apud Hippocratem: *ἀταρπὸς σκαληνὴ* in Epigrammate 63. Leonidae Tarentini.

λιπαρὸν — καὶ μικρόν] Hunc, ut *ἁλμυρὸν*, omisit libellus de sensibus.

AD CAPVT II.

καὶ οὕτως ἐκείνων χάριν εἶναι χάριν] *sed forte ratio quoque figurarum saporum vires secuta est atque illorum gratia excogitata* G. diversam, ut videtur, scripturam secutus. Respicitur locus superior c. 1. sect. 2. *εἰ μὴ ἄρα καὶ ταῦτα συνάπτει πως εἰς τὰς δυνάμεις καὶ ἐκείνων λέγεται χάριν.* unde vitiosum *οὕτως* in *ταῦτα* mutavi. Pro verbo *εἶναι* Gaza *λέγεσθαι* vel aliud simile scriptum legisse videtur.

δυνάμεων οὗτος ἀποδιδοὺς, οἴεται] *ipsarum enim virium causas hunc in modum satis assignasse existimat* G. Scaliger *οὕτως* accipit dictum pro *ταῦτα*, et interpretatur haec: *haec statuens ex ipsis facultatibus.* Heinsius *οὗτος* dedit, quod habet etiam Vinar. Equidem nihil mutans ad *οὕτως ἀποδιδοὺς* subaudio *τοὺς τρόπους* vel *τὰ σχήματα.*

καθίστησιν — ἐκκρίνει — καὶ ἄ.λό τι τοιοῦτον] *componit — excernit* G. Fortasse scriptum fuit: *καὶ ἄλλος ἄλλό τι τοιοῦτον.*

ἐπιζητήσειε — καὶ τὸ ὑποκείμενον — ποῖόν τι] Vul-

gabatur *καὶ ὑποκ.* — *ποῖόν τι.* Articulum Med. dedit. *illud tamen ab his fortasse quis exiget, ut subiectum quoque aliqua cum qualitate reddatur* G. *ἐπιζητεῖν* est desiderare omissum, et addendum postulare.

δεῖ γὰρ εἶναι — ὁμοίως φαίνεται] A. B. *φέρεται.* Margo B. *εἰδέναι* proponit pro *εἶναι* e versione Gazae: *nosse oportet: praesertim si non idem sapor percipiatur ab omnibus, ut etiam Democritus ait.* Scaliger similiter *εἰδέναι* probavit, et habet Med. equidem nihil mutandum censeo.

ὁ αὐτὸς — φησίν] nempe *χυμός.* Ad verbum intelligo *ὁ Δημόκριτος*, nisi nomen excidit. Nam antea de duobus, Platone et Democrito, est: *παρὰ τούτων ἐπιζητήσειεν ἄν τις.* Democriti locum excerpsit libellus de sensibus sect. 63. *Σημεῖον δὲ, ὡς οὐκ εἰσὶ φύσει, τὸ μὴ ταὐτὰ πᾶσι φαίνεσθαι τοῖς ζώοις, ἀλλ' ὃ ἡμῖν γλυκὺ, τοῦτ' ἄλλοις πικρὸν, καὶ ἑτέροις ὀξὺ, καὶ ἄλλοις δριμὺ, τοῖς δὲ στρυφνὸν, καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὡσαύτως.* Deinceps *οὐθὲν* Med. dedit pro *οὐδέν.*

2. *ἐπεὶ τό γε — δύνασθαι*] A. B. Med. *δύναται* correxit Scaliger: sed praeterea vulgatum *τά τε* corrigendum fuit. *quando figura saporis, cum eadem sit, non tamen idem agere in omnibus possit* G. qui scriptum brevius legisse videtur: *ἐπεὶ τό γε — ταὐτὸ οὐ ταὐτὸ δύναται πανταχοῦ ποιεῖν.* In vulgata duo sunt membra seiuncta: quorum in altero vox *πανταχοῦ* videtur abundare.

αἰτίαν ἀνομοιότητος εἶναι τῶν ὑποκειμένων] *subiectorum quoque dissimilitudinem pro causa accipere par est* G. Igitur scriptum legit: *αἰτίαν τὴν ἀνομοιότητα τῶν ὑποκειμένων δεῖ λαβεῖν.* Equidem *ὑπολαβεῖν* dedi. *ὁμοιότητος* Med. habet.

εἴ γε τἀναντία] A. B. *εἰς δὲ.* Med. et Vinar. *εἰ δὲ.* *quod contraria in alio atque alio agere potest* G.

μὴ πάντα — ἄγειν] A. B. *πάντων.* E versione G. correxit Heinsius. Deinceps *κάειν* A. B. Med. Verba *μὴ πάντα* e versione inseruit Heinsius. *sicut neque ignem omnia minus urere posse miramur* G. Postea *διατιθέναι* Med.

3. *ὅταν μὴ δύναται καίειν*] Hanc vulgatam e Med. correxi. Deinceps *μᾶλλον ἂν ἐδεῖτο καὶ πλειόνων* G. vertit *prorsus maiorem parerent quaestionem.* Supra erat *τοῦτο πλείονος λόγου δεῖται*, ubi Gaza: *explicari magis desiderat.*

Τούτοις μὲν οὖν] Gaza Basileensis: *Ergo figura auctoribus de his omnibus assignanda est.* Heinsianus: *Ita ergo de his omnibus agendum est.* Sed Gaza sine dubio

scripserat: *figurarum auctoribus — assignanda causa est. Qui autem per vires saporum rationem exponere maluere.*

ἀεὶ γὰρ εἰδέναι δεῖ καὶ] Ita Heinsiana. δεῖ deest in A. B. Med. Recte Scaliger δεῖ γὰρ εἰδέναι correxerat, quod est in Vinar.

ἐπείπερ οὐχ ὁτιοῦν μόριον αἰσθητικόν] *quandoquidem et qualiter pars corporis potestatem sentiendi obtineat* G. diversam scripturam secutus: quanquam ab eo scriptum putem *quando et qualiter.*

ἐκ πλειόνων εἴ τι γίνηται] Ita Heinsiana pro ἔν τι. Deinceps A. B. εἰ τῷ μὴ τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν. Med. εἰ τὸ μὴ — ἐκ θατέρου. *absurdum etiam illud auctoribus figurarum occurrit, ut, quae similia inter se sunt, vim diversam agendi ex magnitudine parvitateve habeant* G. Equidem vulgatum εἰς τὸ μὴ τὴν αὐτὴν mutavi in εἰ μὴ τὴν αὐτήν. Scaliger maluit: εἰ τῶν ὁμοίων — μέγεθος ᾖ, τῷ μὴ — ἔχειν δύναμιν.

οὐ γὰρ ἐπὶ * * * τῆς μορφῆς ἀλλὰ τῶν ὄγκων δυνάμεις] *viribus enim non formae sed molis violentiam et omnino plus minusve fortasse aliquis tribuet* G. multo brevius. A. B. τὸν ὄγκον. Scaliger coniecit: ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὄγκων δυνάμεις, αἳ ἴσμεν τῷ διαβιάσασθαι. *quae nobis notae sunt ob earum vim.* Voluit igitur ἃς ἴσμεν. Sententiam loci putabat esse hanc: *Haec sententia statuit in quantitate, non in forma, potestates.* Equidem in priore membro minima mutatione scripsi αἱ δυνάμεις, intellecto verbo εἰσίν. Potes etiam ποιοῦσι τὰς δυνάμεις. Deinceps vulgatum ἃς ἴσμεν mutavi in οὓς (ὄγκους) εἰς μὲν — εἰς δὲ μὴ τὸ αὐτὸ δύνασθαι, μηδὲ ποιεῖν. Heinsiana μηδὲ τὸ ποιεῖν dedit. Sed articulus fuit addendus antecedenti pronomini αὐτό. Superest vitium in verbis τις ἀποδέδωκεν, quod emendare non potui. Verbo eodem similiter utitur infra c. 5. πρὸς τὴν διάθεσιν ἄν τις καὶ τὴν κρᾶσιν τό τε πάθος ἀποδοίη καὶ τὴν ἀπάθειαν.

ταὐτὸν ἂν εἴη τὸ ὑπάρχον] *eandem habeant rationem necesse est* G. *principium* interpretatur τὸ ὑπάρχον Scaliger. ὁμοιοσχήματα Med. habet.

ὁμοίως τρισὶν ὀρθαῖς συνίσταται] *Triangulus enim pedaneus et centipedaneus aeque tres habent aequales duobus rectis, et quadratum quoque pedaneum et centipedaneum quaternis angulis rectis pariter constat* G. unde Heinsius assumsisse videtur verbum συνίσταται ab A. B. Med. quasi ita locus sanatus fuisset. Scaliger deesse monuit quae-

dam verba, et scribi voluit: ὀρθαῖς ἔχει τὰς τρεῖς γωνίας. Omisit vocabulum ἴσας, ad sensum necessarium, quod Gaza etiam reddidit. Med. ὁμοίως δὺς ὀρθὰ καὶ τὸ habet, servatis verae scripturae vestigiis.

καὶ τὸ μυριάγωνον τέτταρσιν ὀρθαῖς καὶ τὸ τετράγωνον τέτρασι] Haec mire vitiosa duce Gaza correxi; Scaliger vulgatam ita interpretatur, ut viri egregii acumen desideres. Med. ὀρθαῖς. καὶ — τέτταρσι habet: postremam formam accepi.

καὶ ταῦτα — διάφορα] Gaza omissis quibusdam ita pergit: *Quamobrem quae ex his provenirent, quantitate quidem differrent, sed forma non essent diversa. Sed enim de viribus, quas figurae habent ac formae, plura disputari possent.* Scaliger ita ad h. l.: *Post haec affert exemplum de re intelligibili, atque ait: non solum constitutiones ipsas easdem esse in quacunque magnitudine, sed etiam conditiones, quas vocant circumstantias: quae non nisi ratione comprehendi possunt. Ut, quod dimetientis lineae tractus cum latere non habeat proportionem, ratione sola percipitur, propterea quod negativa conclusio est, nullum in eam ius habet sensus. Ideo dixit λόγῳ τὰ αὐτά. Non mutabitur ratio, tametsi figura longe maxima sit.* Equidem in graecis vitium inesse video, sensum tamen nondum extricavi. Vitium demonstrat etiam μὲν post λόγῳ positum. A. B. Med. τὰ δὲ λόγῳ μὲν ὄντα habent. Scaliger τὰ αὐτὰ recte scripsit tacitus, cum articulus in libris desit. Videtur post verba haec exemplum rationis conversae excidisse, verbis fere iisdem enunciatum, in quo ἡ ἀσυμμετρία τῆς διαμέτρου conspiciebatur, et discrimen faciebat. Tentavi olim verba a Gaza omissa transponere ita: ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ μὲν ποσὸν διάφορον ἂν εἴη, τὸ δ' εἶδος ἀδιάφορον· τὸ γὰρ τρίγωνον τέτταρσι. Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ τὸ ποσὸν διάφορα, τῷ δὲ λόγῳ τὰ αὐτά. Τὰ δὲ τῷ λόγῳ μὲν ὄντα διάφορα, οἷον τῇ ἀσυμμετρίᾳ τῆς διαμέτρου, τῷ δὲ ποσῷ ἀδιάφορα. Cetera tamen non expedio.

ὥστ' ἐπεὶ — ἀδιάφορον] Scaliger ita: *quare cum saporum actiones proveniant ex figuris, quantitatis erit mutatio, non speciei. Dixit ἐκ τούτων, ex figuris, tanquam ex materia, quia sunt etiam principia quasi materialia. ἢ ἀπὸ τούτων. longe melius. sunt enim principia efficientia: nempe mucronis officium pungere; unci trahere.*

AD CAPVT III.

Ὅτι δ' ἐναπομίξει — χυμὸς] A. B. Med. χυλὸς. Heinsiana ἐν ἀπομίξει disiunctim dedit. *permistione quodammodo effici* G. Supra fuit ἐναπόμορξις: quod vocabulum aptius videtur. Statim Heinsius reliquit χυλὸν οὐδὲ ὀδμήν.

ἐὰν μὴ λάβῃ μίξιν] Aristot. de sensu c. 5. τά τε γὰρ στοιχεῖα ἄοσμα, οἷον πῦρ, ἀὴρ, ὕδωρ, γῆ; διὰ τὸ τά τε ξηρὰ αὐτῶν καὶ τὰ ὑγρὰ ἄχυμα εἶναι, εἰ μή τι μιγνύμενον ποιῇ· διὸ καὶ ἡ θάλαττα ἔχει ὀσμήν· ἔχει γὰρ χυμὸν καὶ ξηρότητα· καὶ ἅλες μᾶλλον νίτρου ὀσμώδεις. Plinius 15, 27. *Mirum tria naturae praecipua elementa sine sapore esse, sine odore, sine succo, aquas, aera, ignes.* Poterat brevius omisso succo dicere. Med. ἄχυλοι habet.

οἱ παλαιοί] Eadem plane Aristoteles de sensu cap. 4. Vulgatum τοιοῦτο e Med. correxi.

ὧν ἐνίοις — μάλιστα τῇ θαλάττῃ] A. B. Med. ἐνίους correxit Scaliger. Gaza brevius: *quo fit, ut odor praecipue mare comitetur.* In graecis δὲ inserui. Deinceps ἄχυλα A. B. Med.

2. *Καίτοι φαίνεται γῇ ταῦτα*] A. B. γε ταῦτα. *quanquam terra potius habere saporem videatur, ut, quae adusta et cinerea est, amara sentitur, ut argilla dulcis* G. unde Heinsius correxit vulgatum θαλαμώδεις, in quo explicando Scaliger ingenium frustra torsit.

ἔνιαι δοκοῦσιν εἶναι γλυκεῖαι — ἄργιλος] Ordinem e Med. mutavi. Geoponica 7, 12, 19. de argilla vino miscenda: ἐστὶ γὰρ γλυκεῖα· τὰ γοῦν τῷ χειμῶνι αὐτὴν σιτούμενα διαγίνεται. quae paulo aliter scripta vertit Burgundio Crescentii 4, 38. Alia de argilla Plutarchi Theophrastus Quaest. Conviv. 5, 3. καὶ τὴν θερμότητα τῆς γῆς Θεόφραστος αἰτιᾶται· καθόλου γὰρ ἐν ἀργιλώδεσι τόποις φύεσθαι τὴν πίτυν· εἶναι δὲ τὴν ἄργιλον θερμήν· διὸ καὶ συνεκπέττειν τὸν οἶνον, ὥσπερ καὶ τὸ ὕδωρ ἐλαφρότατον καὶ ἥδιστον ἡ ἄργιλος ἀναδίδωσιν, ἔτι δὲ καὶ καταμιγνυμένη πρὸς σῖτον ἐπίμετρον δαψιλὲς ποιεῖ, ἁδρύνουσα καὶ διογκοῦσα τῇ θερμότητι τὸν πυρόν.

ἐναπομίξει] Ita A. B. divisit Heinsiana. deinceps vulgatum χυλὸς mutavi.

μεταλλευόμενα — ἔνια] quae praeceptor enumeravit de sensu c. 5. Deinceps ἔγχυλα A. B. Med. postea λαμβάνει τινὰ χυλὸν etiam Heinsiana. Postea ἐξαλλοιωμένη Med. habet.

3. ἐν τρισὶν] Miror, deinceps cum animalibus et stirpibus artefacta nominari, metalla et lapides omitti. Corpora enim naturalia hic potissimum in censum veniunt: ars haec imitata videtur plane excludi debere, nisi sicubi causarum explicationem adiuvat. Med. deinceps φυτοῖς τε καί, omisso γάρ, habet.

κατὰ τὰς κράσεις — τῶν σηπομένων] Gaza tria priora verba omisit: postremum correxi ad ceterorum similitudinem.

κοινότερον — μᾶλλόν ἐστι] *de his omnibus disputare communius est, quam res, de qua agitur, desideret* G. cum deberet *communis est et universae doctrinae.*

πρότερ' ἄν τις τιθεῖτο] ut sect. 5. ὅθεν καὶ οἱ παλαιοὶ — ἀπείρους ἐτίθεντο τοὺς χυλούς. Quo minus τιθοῖτο scribas, impedit sequens ὡς εἶδος ἂν τιθεῖτο τοῦ γλυκέως. Med. πρότερα τις τίθεται habet.

4. λέγω οἷον ὀξεῖς γινόμενοι, δῆλον ὅτι] A. B. ὀξεῖς καὶ γινόμενοι δῆλοι ὅτι. Margo B. δῆλον ὅτι. *hi namque certissimi habentur, ceu acuti et reliqui, ob easdem quodammodo causas aut proximas, quibus in plantis, provenire, nihil dubium est* G. Igitur rectius scriptum legit: λέγω δὲ οἷον οἱ ὀξεῖς καὶ οἱ λοιποὶ γινόμενοι δῆλοι διὰ τὰς et cetera. Med. λέγω δ' οἷον ὀξεῖς καὶ γινόμενον habet. Deinceps malim: δι' ἃς καὶ οἱ ἐν τοῖς φυτοῖς.

μηδ' ὁμοίως ἔχειν] Ita A. B. ὁμοίαν duce Gaza Heinsius.

5. γίνεσθαι τούτους] A. B. Med. τόπους. *hosce* Gaza. τοιούτους maluit Scaliger. τούτους etiam Vinar. Deinceps οὕτως Med.

καὶ ἔτι δὲ κατὰ τὸ μᾶλλον] Articulum omittunt A. B. ἔτι δὴ Med. habet. Deinceps χυλοὺς ὥσπερ καὶ μικτῶν edebatur. ante τῶν μικτῶν praeter articulum, quem addidi, aliud quidpiam deesse arguit quoque versio G. *sicut et rerum mistarum numerum certum nullum putabant.* Med. λεεστῶν pro μικτῶν habet.

τοῦ ὑγροῦ ἐμφύτου] A. B. Med. ὑγροῦ φυτοῦ. *qualis enim mistura putredoque fuerit humoris, talem quoque saporem produci* G. Omisit igitur ἐμφύτου vocem, et σῆψις pro πέψις scriptum cum Med. legit. Equidem συμφύτου malim. Deinceps τοιοῦτον — καὶ τὸν χυλὸν vulgabatur.

οἱ ὁρισμένους] Hoc vulgatum correxi. ἁλμυρὸν saporem in cicere ipse Theophrastus observatum nominavit, ut monuit Scaliger.

AD CAPVT IV.

τῶν χυλῶν — καὶ ὀσμῶν] Secundam vocem correxi, quartae articulum adiunxi e Med.

τοῦτο δ' ἐὰν — τοῦ μέλανος] Aristoteles de sensu c. 4. τὸ δὲ ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν σχεδὸν τὸ αὐτό. — σχεδὸν γὰρ ἴσα καὶ τὰ τῶν χυμῶν εἴδη καὶ τὰ τῶν χρωμάτων ἐστίν· ἑπτὰ γὰρ ἀμφοτέρων εἴδη ἄν τις θείη, ὥσπερ εὐλόγως τὸ φαιὸν μέλαν τι εἶναι.

οἰνώδη δεῖν] Intellige προστίθεσθαι. *adiiciendum putant* Gaza.

ἀναποδύει] Gaza *oritur*. igitur ἀναπιδύει scripsi. Aquam fontis, uti vino mistam, inebriantem Paphlagonici memorat Vitruvius 8, 3, 20.

ἔτι δ' οὐδ' ὡς ὁ γαλακτώδης] *Ad haec lactis sapor redigendus ad dulcem minus appareat. Hic enim interdum tanquam species dulcis obiici potest. Nec vero vini saporem tribuere alicui facile est, sed sui generis esse is quoque videtur* G. Heinsianus autem habet: *ad dulcem non videatur.* Gaza ὡς ante ὁ γαλ. scriptum non legisse et sensu aberrasse videtur.

καὶ γὰρ οὐχ ὡς οὗτος — τιθεῖ τοῦτο γλυκέως] A. B. καὶ γὰρ ὢν οὗτος — τιθεῖτο τοῦ γλυκέως. Med. καὶ γὰρ οὗτος — εἶδος ἀντιτιθοῖτο τοῦ γλυκύος habet. Scaliger recte iam olim ὢν scribi iussit. Praeterea nihil fuit mutandum. Sed Heinsius pessime etiam sequens προσνεῖμαι mutavit in προσμένειν.

τὴν τῶν ἄλλων θεωρίαν] Est Scaligeri emendatio pro θεραπείαν, ducta e Gazae versione, consentiente Vinar. et Mediceo, qui deinceps καιριώτατος habet.

2. αἱ γενέσεις καὶ αἱ τροφαὶ] corporum animalium nempe et plantarum, in quibus generatio appellatur et nutricatio.

ἔοικε — εἶναι μόνοις] Haec omisit Gaza, qui praecedentia cum sequentibus ita copulavit: *an omnes esse naturales censendum putaverim, tum et generandi nutricandique rationem eosdem habere verissimum sit.* Sensus est: *si natura et sapores naturales censentur praestantia, videtur natura esse in solis dulcibus et pinguibus.*

Ἅμα δὲ καὶ — ἀληθινόν] Gazae versionem vidimus. In graecis vitium inesse non dubito; cuius argumentum habet forma inusitata vocis ἀληθινόν. deinceps στρέφεσθαι Med.

οὐδ' εἰ τὰ πλείονα εἴδη αὐτῶν, ἐκεῖνό γε] A. B. οὐδ' εἰς τὰ (Camot. τὸ) πλείονα ἰδεῖν αὐτῶν (αὐτῆς Camot.)

ἐκεῖνό γε. Med. εἰδ' εἰς τὸ πλείονα ἰδεῖν αὐτῆς ἐκεῖνό γε. *sed si plura naturae tribui quam pauciora dignius sit, ceteros prorsus magis aut certe non minus secundum naturam esse credendum, cum paucos pars illa obtineat* G. Scaliger scribi voluit: εἰ δὲ δεῖ εἰς τὰ πλείονα ἰδεῖν αὐτῶν, ἐκεῖνοί γε. Heinsius fecit temere, quae praescripta annotationi leguntur: quae habet etiam, omisso tamen οὐδὲ, Vinar. Equidem brevissima emendatione usus locum sanasse mihi videor. αὐτῆς, nempe φύσεως, non αὐτῶν, expressit Gaza. τὰ πλείονα αὐτῆς videntur ἔργα intelligi. E superiore membro, cui hoc respondet, εἰ μὲν εἰς τὸ ἄριστον δεῖ τάττειν τὴν φύσιν, repeti facile verbum δεῖ potest.

ὀλίγοι — μέρει] Hoc membrum loco alieno positum videtur pertinere ad illa superiora: οὐδὲν γὰρ οὔτε τρέφεσθαι — οὐδὲ γίνεσθαι· ὀλίγοι γὰρ — μέρει. Hoc vero in loco quam vim habeat argumentum, non intelligo, nisi verba sint vitiata.

3. πότερον — στέρησιν τἆλλα] *utrum cetera animalia secundum naturam sint, an secundum privationem* Gaza.

ἐκτρέφει τὰ ὅμοια] Gaza omisit τὰ ὅμοια; et sequentia ita vertit: *multoque validiora ceteris sint, haud quicquam secundum privationem dici debet.* Basileensis *dici haec debeat* habet: voluit dare *haec debent.* Ante γεννᾷ cum Med. καὶ addidi. deinceps ἂν εἰ ἦαν κατὰ Med.

ἔτι ἔν γε — καὶ οὐχ ἧττον — τὰ ἐν τούτῳ γένει] Ita Heinsiana. Contra A. B. Med. καὶ ἧττον — τούτῳ τῷ γένει. *simul evenit, ut non perfecte fructificetur et minus amara sint, quibus sapor iste ingenitus, ut in felle terrae — et in ceteris generis eiusdem patescit, quasi natura eo tendat, dulcedoque cruditas sit aut incoctionis defectus* G. Argumentum ducitur ab amaritudine apposita dulcedini, quae sola generandi nutriendique principium habere videtur. Contra in centaurea absinthioque cum amaritudine generandi vis minuitur.

4. ἐξομοιοῦν ἐθέλει] *suo subiecto simile alimentum reddere vult* G. sensu aberrans loci. Articulum ante φύσις Med. omisit.

ποιεῖται γὰρ — κρατῇ τὸ λαμβανόμενον] *tunc enim singulis commutare et confici alimonia solet, cum evincunt quod receperint* G. unde κρατηθῇ Scaliger fecit tacitus in annotatione. Ad verbum ποιεῖται repete vocabulum τροφή.

Εἰ δὲ δὴ — θερμαινομένοις] Homo et animalia quaedam domestica calefactis et coctis cibis aluntur. Argumentum est totum in eo, non solis dulcibus alimenta constare. C. Hoffmann διαθερμαίνουσι malebat; frustra: sed eum sequens

membrum, ὧν καὶ ἡ γένεσις ἐκ τούτων, in errorem induxisse videtur: ubi ovi incubati et uteri calor vitalis intelligitur.

οὐδ' ἂν πρώτη σύστασις] Articulum ἡ addidi. Sequentia vertit Gaza: *sed singulis per misturae rationem argumenta partiri necesse est.* Repetiit igitur nomen πίστις ad verbum μεμερισμένη: mihi φύσις magis convenire videtur, si comparo sect. 6. ὡς οὐκ ἔστιν ἁπλῶς μεμερισμένα τὰ γένη, τὸ μὲν ὥσπερ φυσικὸν, τὸ δ' ὡς ἐν στερήσει καὶ παρὰ φύσιν. Med. μεμερισμέναι habet.

5. ὁμοία τῷ σκολύμῳ] Cf. ad hist. pl. 9, 13. Med. τῷ omisit.

ἐπιθάνατοι] Antea erat θανατηφόροι: quid igitur diversum in hac voce? Scaliger: *illud ἐπὶ significat, post saporem.* Quod equidem non intelligo. Additum ὁμολογουμένως gradum altiorem facere noxae videtur, quam antecedens πλείους διδόμενοι.

6. Ἔνια — ὠφελοῦντα τῶν ἀηδῶν] Heinsiana articulum omisit. Gaza *pleraque* vertit. deinceps ὅσα δὴ Med. habet et ὀνίνης.

οἷον ἁλμυρὸς καὶ ὀξὺς] Articulum utrique vocabulo adiunxi: priori Med. addit.

τῶν ἄλλων ἔνια ζώων] *sicut etiam ex ceteris animalibus pleraque nequeunt: quamobrem illis quoque sapores ceteros admiscere solemus* G. unde patet, scriptum eum legisse τῶν ἄλλων ἔνια ζώων. Alioqui debebat esse ἄλλων ἔνια τῶν ζώων. Med. οὐ γὰρ — ἀκράτως paulo antea habet. Vulgabatur οὐδὲ γὰρ. Deinceps παραχέομεν τοὺς ἄλλους G. reddidit. sed Med. παραχέομεν τοὺς ἄλους habet. Voluit ἅλας dare, quod recepi.

οἱ ὄρνιθες ἤδη] Postremam vocem Gaza non reddidit. Similem habere videtur significationem, quae alibi addita legitur εὐθὺς, alibi αὐτίκα.

ὡς οὐκ ἔστιν ἁπλῶς μεμερισμένα τὸ μὲν ὥσπερ φυσικὸν] *quo quidem argumento constare appareat, genera saporum non ita esse distincta, ut aliud velut naturale sit, aliud innaturale privationique adscribendum* G. Legit igitur additum τὰ γένη, nempe τῶν χυμῶν.

7. ἑτέροις τρόφιμον] Vulgatum ἄλλοις correxi e Med. qui sequens membrum, τὸ δ' ἑτέροις τρόφιμον, omisit.

Ὡς γὰρ ἂν αἱ φύσεις] Heinsiana γὰρ omisit. Deinceps ἁρμόσουσιν vulgabatur. deinceps οὕτως Med.

ἄλλο φάγωσιν, ἕτερον] distinctius Gaza: *cum aliquo noxio comeso mox aliud, quod iuvet, assumunt.*

ἔχεις — σκόροδον] Viperis et omnino serpentibus allii

odorem inimicum plures testantur scriptores, sed rutae esum nemo alius. Quae causa allio agresti nomen ὀφιοσκόροδον dederit, equidem ignoro. Ceterum Med. ἡ ἔχις habet.

AD CAPVT V.

κατὰ τὰς ὀσμὰς] A. B. Med. κατὰ ταύτας: duce Gaza correxit Scaliger. deinceps γὰρ ἄλλας Med.

εἰς τὸ μὴ δεῖσθαι] *ut non indigeant neque quaerant, sed etiam ab his perimantur* G. quo duce ὥστε μὴ δ. scripsi. Deinceps αἱ γύπες Med. postea A. B. μεμερισμένοις duce Gaza correxit Scaliger.

ἀλόγοις — τὸ τὴν εὐωδίαν] A. B. Med. ἄλλοις duce Gaza, qui *bruta* vertit, Heinsius correxit, sed male τὸ μὲν εὐ. dedit.

καὶ διὰ ταύτης] *eiusque causa est* Gaza; sed Heinsius *causa*, ut graecum διά, addidit. Vitium ita non sanatum est: quis enim graece dixit ἐπιθυμία πρὸς ταύτην (τροφήν)? An fuit olim scriptum πρὸς ταύτῃ γὰρ ἦν ἡ ἐπιθυμία καὶ ταύτης? i. e. *obiter enim praeter illud* (alimentum) *sequebatur quoque hunc* (odorem gratum).

2. Εἰ δ' ἄρα καὶ τοιοῦτον] *si quid tamen etiam istiusmodi est* G. quo duce τι addidi. Similiter Scaliger: *quodsi quis aliquod esse putet animal odoris appetens.*

ὄζειν αὐτὴν] A. B. Med. δοκεῖν. *suaviter olere ceteris animalibus* G. Pronomen, tanquam e sequente membro temere huc illatum, tollendum censeo.

ὅταν καταγηράσκῃ ταύτῃ προσαγομένῃ] A. B. Med. ὅταν κατακάῃ ἡ ταύτην προσαγομένη. Med. ὅταν κατακάει ἡ ταύτην προσαγομένην ἡμῖν οὐδεμίαν. *et venari in senecta nimirum bestias alliciendo gratia sui odoris* G. unde καταγηράσκῃ correxit Scaliger. ταύτῃ non habet, quo referatur, nisi ὀδμῇ e verbo ὄζειν repetatur. Sed deinceps debet esse προσαγομένην. In Vinar. est κατακάῃ εἰς αὐτήν. Senectutis mentionem non facit Aristoteles h. a. 9, 7, 2. nec Aelianus h. a. 5, 40. Ille ita: ἀποκρύπτουσαν ἑαυτὴν θηρεύειν. προσιέναι γὰρ ἐγγὺς, καὶ λαμβάνειν οὕτω καὶ τὰς ἐλάφους. Reliquas auctoritates adscripsi ibi p. 42. consentientes omnes cum Aristotelea narratione. Diversus ab ea cur abiret Theophrastus, discipulus omnium fidelissimus, causam equidem non comminiscor. Sed scripturam Ald. Bas. aperte vitiosam qui e Gazae versione correxit Scaliger, fecit quidem, quod posset intelligi, sed discipulum discrepantem a magistri sententia induxit. Gaza

ipse potuit coniectura ductus libri sui mendosam scripturam emendasse. Equidem in vitiosis *κατακύῃ ἡ ταύτην* agnosco verum *κατακέηται*, cum decubuit.

χειρίστην] A. B. *χείριστον*. *deterrimum olfactum* G. opponitur *σαφεστέραν* animalium. Sequens *διὰ τοῦτο* Med. omisit.

3. *Ὁ δ' ἂν δόξειεν ἂν ἄτοπον*] Ald. Bas. ὁ δ' ἄν τι δόξῃ — *μηδ' ἐκκρίνειν* praeeunte Gaza correxit Heinsius. *ἀνταδόξειεν* Med. An fuit *ἄν τῳ δ.*?

ἔντομα πάντα — βαρύνεται] Heinsiana *πάντα* omisit. *βαρ.* G. vertit *infestantur*. Respirationem oleo impediri, obstructis insectorum spiraculis lateralibus, hodie constat.

ὑφ' ἑτέρας ἴσως] *sed alia fortasse alium nata sunt aspernari* G. quasi *ἴσως πέφυκε βαρύνεσθαι* scriptum legisset. In vulgata *βαρύνεται* intelligendum.

ὅτι εἶδος τοῦ γλυκέος χυμοῦ] A. B. Med. *ὁ λιπαρὸς τοῦ γλυκέως χυλός*. *Temere tamen contra positionem illam pinguis saporis evenire istud videatur, cum nulla res conveniens corrumpere possit* G. Temere Heinsius, omissis ὁ *λιπαρὸς*, dedit *χυμοῦ*. In Vinar. ὅτι pro ὁ annotatur. In graecis adhaesit Scaliger. *ὑπόθεσις* est illa positio, saporem dulcem esse *φυσικὸν*, quippe generandi nutricandique principium in classe animalium et stirpium. Deinceps *ἀλλὰ τοῦτο μὲν* Med.

ἔνια δὲ — κνίπες] Omisit haec Gaza, quae orationis seriem intempestive interpellant. Exemplum *κνιπῶν* nimis angustum videtur pro sententiae et positionis amplitudine, quae ad genus omne animalium et plantarum pertinere videtur.

4. *δριμύτητι*] Oleum Scaliger intelligit, cuius ego *δριμύτητα* non intelligo, quaenam sit. In oleo odorato vel *μύρῳ* potest inesse et intelligi.

τῷ μὴ ἁρμόττειν] A. B. Med. addunt *ἢ μὴ*, omissa a Gaza: quare cum Scaligero delevit Heinsius. Fortasse *τῷ ἁρμόττειν ἢ μὴ* fuit. Deinceps *οὐ δεῖ τοῖς πόροις — ἀποδώῃ — βαρίαις* Med.

5. *ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τοῖς κακώδεσι καὶ βαρείαις, ὧν ἔνι αἵ γε κοιναὶ πᾶσιν*] A. B. *ὧν ἔνιαί γε*. *sed potius ex foetidis atque gravibus aliqui communes omnibus inferuntur* G. qui scriptum legit: *ἐν ταῖς κακώδεσι καὶ βαρείαις ἔνιαί γε κοιναὶ πᾶσιν*, et additum verbum aliquod, quod vertit *inferuntur*. Non dubitavi *ταῖς κακώδεσι* scribere: nam infra sunt *ὀσμαὶ εὐώδεις*. Deinde si *ὧν* verum est, ante pronomen hoc exciderunt plura verba. Gaza id omisit. Fortasse *κοινῇ πᾶσιν* fuit, intellecto *βαρείαι*.

καὶ αὗται] Vulgabatur *αὐταί*. *illi quoque* G. deinceps *ὀλίγοις ἢ οὐδὲν* Med.

Ὅθεν δ' ὁ λόγος, ἐκεῖσε] *redeundum eodem est, unde nostra processit oratio* Gaza. Deest igitur verbum *ἐξέβη* vel *ἀπειράπη*, vel simile aliquod.

6. *καὶ τῶν ὀσμῶν*] Articulum cum copula omisit Heinsiana.

Οὐ μὴν ἄλλως τε] Ita A. B. *ἀλλ' ὥστε* fecit Heinsius. Deinceps vulgatum *κατ' αὐτὴν τὴν συστοιχίαν* duce Gaza cum Med. correxi, qui vertit: *et qui in eiusmodi genere consociantur*. Scaliger *κατὰ τὴν αὐτὴν* corrigebat.

τάχα δ' οὐκ ἀκόλουθον] *Sed forte non nihil repugnare videatur, quod ratione minus respondere existimes* G. male vertit. Equidem post *ἀκόλουθον* posui incisum. Dubitationem ex analogia odorum sumtam proponit. Pro *ἔσται* malim *ἐστί*. Med. *ἐναντίω μὲν δέ τι*.

οὕτω λαβεῖν οὕτω τῷ γένει λανθάνουσαν] A. B. Med. *λανθάνοντας*. *odor autem eodem modo accipi non possit* G. unde *λαμβάνοντας* scribendum erat. Ita capitis sequ. sect. 2. *καὶ ὅτι μᾶλλον, ὡς τῷ γένει λαβεῖν, πεπεμμένα τῶν ἑτέρων*. Alterum *οὕτω* abundare videtur, nisi in *ὡς* est mutandum. Med. *οὕτω δὲ τῷ γ. λ.* habet.

AD CAPVT VI. (VVLGO VI. VII. VIII.)

ἐν οἷς οἱ χυλοὶ] Ita A. B. Med. *οἱ* omisit Heinsiana. *χυμοὶ* ipse scripsi. deinceps *γλυκεῖς ἢ πικροὺς* Med.

ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τις κατ' αὐτὴν ἔχει — λόγον] *quemadmodum qui de singulis rationem propriam reddunt* G. Heinsianus: sed Basil. *quod idem volunt et qui per eam coagmentationem de singulis rationem propriam reddunt*. unde cum Scaligero *κατ' αὐτὴν τὴν σύστασιν* scripsi. Deinceps *ὡς δὲ κατὰ πέψιν* Med.

ἂν δόξειαν κωλύειν] *adversari fortasse videantur iis, quae paulo ante diximus* G. Heinsianus. *sed forte prohibere appareant, quae p. a. d.* Basileensis. *videantur haec prohibere, id est amovere a coetu veritatis ea, quae paulo ante a hobis dicta sunt* Scaliger. Vulgabatur *δόξειεν*, quod correxi. Praeterea in verbo *κωλύειν* haereo. *τάχα δ' ἂν* Med. habet.

2. *Ἀλλὰ τούτοις ὁμοίως*] *Verum ita dicendum* G. deinceps *τρόφιμοι χυλοὶ* vulgabatur. Postea *πεπεμμένα τῶν ἑτέρων* non dubito mutandum in *πεπεμμένοι*, nisi verba aliquot exciderint. Alia est ratio sequentis membri: *τὰ πεπεμ-*

μένα τῶν ἀπέπτων. ubi e vocabulo ὁμογενῶν repetendum est γένη. Med. ὀσμαὶ καὶ εὐώδεις.

δῆλοι δὲ καὶ — καὶ γὰρ χυλότερα] Ita Heinsiana. εὔχυλ. A. B. Med. γὰρ e versione Gazae, *constat hoc vel in iis — sunt enim quae excocta fuerunt saporis odorisque melioris*, addidit Heinsius.

3. ἐκεῖνο δεῖ] *Nunc illud ex ceteris primum sumere oportet* Gaza. deinceps vulgabatur τῶν χυλῶν. deinceps μετὰ τὴν πέψιν Med. postea χυλοὺς — λιπρούς.

στερητικῶν — κατ' εἶδος] *ex genere privationis ad formae habitum* G. Cicero *privantia* vocat in Topicis: *negativa* barbari. Deinceps erat ὁμόστιχος, cum supra σύστοιχος et συστοιχία fuerint. Verum Med. habet.

ὡς δὲ καθ' ἕκαστον] *At quod ad singula, proinde genera saporum sequuntur, prout natura singulis distinctionem statuerit* Gaza Heinsianus: sed Basileensis: *At quoad particulatim res exprimi possit.* Scaliger singulas saporum species, non individuorum sapores interpretatur. Oppositum est supra ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, *universaliter.* Pro διάκρισιν coniicio fuisse olim διάθεσιν scriptum.

συναυξάνουσα πρὸς τὸν στρυφνὸν] A. B. Med. συνεμφαίνουσα, τὰ δ' ἐκ τοῦ στρυφνοῦ, καθάπερ. Heinsius articulum τοῦ omisit et verbum mutavit, quod Gaza non reddidit: *alia ex acerbo in dulcem aut acutum.* Sed gradus tertius demum dulcem saporem efficit. Dalecampius χρῶμα περκνὸν συνεμφαίνουσα coniecit.

4. οὕτω λαμβάνει — οἰνώδεις οἱ χυλοί] Gaza duce οὗτος iam olim Scaliger correxit: eodem duce postremas voces transposui.

ἐξ ὀξέως] Heinsiana ὀξέω, ut sect. 10. γλυκέω fecit.

ἢ λευκὸν — ἐγγυτέρω τῆς πέψεως] A. B. Med. ὄψεως Gaza duce correxit Scaliger. Si morum albam specie a nigra distinctam voluisset atque omnino cognitam habuisset Theophrastus, tunc articulo τὸ addito opus erat. Sed gradus maturationis colorem mutant. Antea ὅτι τὸ συκάμ. Med. habet.

πλέον ἀπηρτημένη] *remotiora dulcedine* G. male vertit, cum deberet *a maturitate.* Deinceps Med. ὅταν ῃ φ ξηρότερον. In lacuna quid fuerit olim scriptum, divinare non possum, nisi φύσει fecit.

5. πρῶτον ἀνυγραίνεται] *primum siccus est, mox humescit* G. In graecis fortasse εἶτα vel simile vocabulum excidit.

διηρθρωμένου] Heinsiana διηρθρομένου dedit: Palmerius p. 608. διηθουμένου coniecit.

ξηρότατά τε δοκεῖ] Gaza duce τε mutavi in δέ. Sequentia κατὰ τὸ πάχος omisit G. Scaliger succos siccos dici monet propter consistentiam, quia crassi. Igitur verba loco suo mota post ὑγρῶν collocavi, antea post συκῆς posita.

ὑλικοί τινές εἰσι κατὰ τὰς στερήσεις] Gaza: *his igitur velut materiam quandam sapores exhibent illi, quibus privationem tribuimus.* unde patet, scribendum esse εἰσιν οἱ κατὰ τ. στ. quod est in Vinar.

οὐσία ταῦτα] *ceteris autem illis ceu pro essentia finequæ interdum cruditatis qualitas est* G. obscure vertit. Sapores intelligi monet privantes Scaliger: fortasse τὰ γένη subauditur. Praeterea τέλος malim, ut οὐσία.

πολλοὶ γὰρ καὶ ψυχροὶ] *Sunt enim fructus complures, qui et amari et acerbi et acuti suapte natura perficiuntur* G. qui vocem καρποὶ additam, et rectius πικροὶ scriptum legit.

Ἅπαντες δέ πως] A. B. Ἅπαντα, Med. ἃ πάντως. correxit Scaliger. Deinceps ἐξ ἐκείνου γνόντας A. B. Med. unde γενομένους fecit Heinsius, γε ὄντας coniecerat Scaliger et Vinar. Propter sequens ὄντες Heinsianam rationem praetuli. *cum inde suam isti trahant originem* G.

τῆς ἐκκρίσεως] *cum humoris effusio — eo purior evadat* G. qui ἐκρύσεως scriptum legisse videtur. Vulgatam Scaliger interpretatur: *quia terrestres partes separatae sunt.* Sed ita non fit ipsa ἔκκρισις purior, sed τῇ ἐκκρίσει fiunt succi puriores. Non dubito, ἐπιῤῥύσεως fuisse olim scriptum. Alia est ratio sect. 9. ἐκκρίνειν τὸν ἁπλοῦν.

τοιαύτη τις σύστασις] Articulum ἡ addidi. deinceps vulgatum ἄχυλος correxi, duce Gaza. Mox sect. 7. sequitur ἄχυλος καὶ ἀηδής.

ὧν δὲ καὶ τελείωσις] A. B. Med. τελέωσις. *quorum et perfectio statim ab ea ipsa qualitate accedit* G. Cum Med. δὴ scripsi, et sequens οὐ γὰρ in οὐδὲ γὰρ mutavi.

7. γένεσις τῶν χυμῶν] Vulgatum χυλῶν duce G. correxi, qui τὰς συγκειμένας φύσεις vertit *pro natura rei compositae.* Haesit in verbo Scaliger: equidem ὑποκειμένας scribere non dubitavi: statim enim sequitur διὰ τὴν ὑποκειμένην φύσιν. Deinceps εἰ μὲν γὰρ Med.

ἄχυλὸς καὶ ἀηδὴς] Gaza duce ἄχυμος scripsi: alterum in ἀειδὴς mutandum censui.

δεομένοις πέψεως] Ald. Bas. δεομένων.

8. ἀποδοῦναι] *Sed forsitan melius exponetur* G. *sed fortasse non per fruges et arbores partiendum, sed secundum temperamenta mutationum ineunda est ratio* Scaliger.

Ad *ἀποδοῦναι* intellige *τὴν αἰτίαν*: ut sect. 2. capitis sequentis *προσαποδοῦναι γὰρ δεῖ*.

αἱ μὲν μεταβολαὶ] Nihil respondet particulae *μέν*: igitur seclusi.

ἄλλα δέ τινα τῶν κυρσιωδῶν] Monstrum hoc iam olim procuraverat Scaliger scribendo *καρυωδῶν*. *sic et alia quaedam in eodem genere perficiuntur* G. unde eum *ὁμογενῶν* scriptum legisse suspicabatur C. Hoffmann.

9. *ἐκ μεμιγμένων — χυλῶν ἐκκρίνειν*] duce Gaza *χυμῶν* scripsi. Deinceps vulgabatur: *ἢ καὶ δόξειεν ἂν ἐναντίως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων*. *quocirca res e contrario quam in ceteris evenire videatur* G. unde apparet, scribendum esse *ἢ* et verbum *συμβαίνειν* addendum. Scaliger copulam *καὶ* deleri voluit. Sed Attici dicunt *ὁμοίως καί, ἐναντίως καὶ* et similia.

τούτου δὲ ἡ πέψις] *id autem, ut simplicius agam, praecoctio* (*concoctio* Heinsiana) *spectat* G. Videtur *γένεσις* intelligi.

ταῦτα μὲν ὡς ἄλλην] *sed haec minus sunt disputationis propositae* G. In graecis *ὡς* abundat, nisi quaedam deinceps exciderint.

10. *εἰ οἱ χυλοὶ — γλυκέος*] Vulgatum duce Gaza correxi. *γλυκέω* Heinsius dedit. *γλυκέος* Med.

αὖθ' ἕτερον] Intellige *ἄτοπον*. Deinceps *οὐ γὰρ ἀρχῶν* sine articulo legebatur.

εἰ μὴ ἄρα πλεοναχῶς — τρόπους] *multifariam principium dici potest modisque pluribus usurpetur* G. qui verbum *λέγονται* additum legit.

συστοιχίαν] *cum velut per consolationem seu coordinationem aliqua explicentur* G. qui sine dubio *consociationem* scripserat.

AD CAPVT VII. (VVLGO IX. ET X.)

ἀλλοιοῖ δὲ καὶ ποιεῖ] *alterat autem agitque calor* Gaza. Deinceps *τὸ ζῷον — μεταβολαί γε καὶ ἀλλοιώσεις* A. B. Med. Correxit prius vitium Scaliger. *γε* omisit Heinsius.

2. *ὀξέως — γλυκέως*] Ald. Bas. *ὀξέος — γλυκέος*. Deinceps *τὰ τῶν πρότερον εἴδη* Heinsiana. *ἀεί*, non *εἴδη*, A. B. Med. habent, quod restitui. *aut priorum figuras excerni* G.

τὸ γὰρ ἄτοπον ἀπαθὲς] *incorporeum* G. qui *ἀσώμα-*

τον scriptum legit, quod habet Vinar. sed recte iam olim ἄτομον scribi iussit Scaliger.

θάτερα δ' ὑπομένειν, ἢ τρίτον τὰ μὲν ἐξιέναι, τὰ δ' ἐπεισιέναι] Gaza: *reliquas autem remanere, aut tertium alias exire, alias subire necesse est.* Idem sequentia, λοιπὸν τὰ μὲν εἰσιέναι, τὰ δ' ἐξιέναι, auctiora reddidit: *restat, ut vel aliae subeant, aliae exeant, vel omnibus inhaerentibus illis, acerbo, acuto, dulci, priorum figurae excernantur, reliquae remaneant, quae singulis valeant convenire. Sed ne ista quidem fieri ratione aliqua possunt.* Vides, e priore membro repetita esse, quae omitti debent, sed tertium membrum addi, quod e Mediceo altero annotatum reperi ita: πρότερον ἀεὶ θάτερα δ' ἐξιέναι· ἢ πάντων ἐνυπαρχόντων — γλυκέος, τὰ μὲν ἐκκρίνεσθαι τὰ τῶν πρότερον ἀεὶ, τὰ δ' οἰκεῖα καθ' ἕκαστον. θάτερα δ' ὑπομένειν. ἢ τρίτον τὰ μὲν ἐξιέναι, τὰ δ' ἐπεισιέναι· ἄμφω δέ. Unde assumsi verba τὰ οἰκεῖα καθ' ἕκαστον: cetera addidi, ἢ τὰ μὲν ἐξιέναι, θάτερα δὲ ὑπομένειν.

Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο — ἴσως ὁ λόγος] *Sed enim ratio haec de pluribus fortasse petenda est* G. unde οὗτος scripsi. Deinceps οὕτω Med. habet.

ποσοῦ, ποιότητος] A. B. Med. πάθους, ποιότητος. *quantitatis, qualitatis* G.

3. Τῶν δ' ἄλλων — πέψις γινομένη] *Ceterorum autem excoctio, quae calore subministratur, alia excernit* G. Democriti ratione explosa, ceterorum philosophorum doctrinam exponit. In graecis vitii aliquid videtur inesse: fortasse fuit: Τῶν δ' ἄλλων ἡ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ γινομένη πέψις. Med. ἄλλων δ' ὑπὸ habet.

Ὅλως δὲ τοῦτο ληπτέον] *Omnino assumendum est, cunctos sapores inesse potentia immutationeque. Sed fieri atque esse nonnisi actu contingere* G. Heinsius fecit: *immutatione vero accedente fieri, atque esse non nisi actu contingere.* Igitur προσιούσης voluit scribi, non προσούσης. deinceps vulgatum τὸ γίνεσθαι mutavi in τότε γίνεσθαι. Med. προσούσῃ μεταβολῇ — τὸ δὲ γίνεσθαι — πεμφθέντων habet.

καὶ γὰρ ἀποπιεζόμενος οὗτός γε] Vulgatum οὗτός τε correxi. Heinsius omisit particulam γάρ.

χωρισμὸς ἔκ τε — οὕτως αὐτοῦ] *et quidem segregatio eius ita maxima ex parte fieri solita est* G. Equidem ἔκ γε — οὗτος scripsi, quanquam apposito γίνεται vulgatum οὕτως tolerari possit.

4. καὶ καίουσιν] A. B. Med. κἰζουσιν. Plinius 15, 29. s. 37. *quin imo oleo quoque (mirum dictu) inest quidam vini sapor simulque pinguis liquor, praecipua vi ad corrigenda vina, saccis antea perfusis. Retinet quippe faecem, nec praeter purum liquorem transire patitur, datque se comitem praecipua commendatione.* Qui locus si translatus fuit, uti videtur, ex hoc nostro, multifariam sane peccavit Plinius. Idem ibidem initio capitis: *Succorum natura praecipuam admirationem in myrto habet, quando ex una omnium olei vinique bina genera fiunt.* Ibidem sect. 37. *Cato docuit vinum fieri e nigra siccata usque in ariditatem in umbra atque ita musto indita. Si non siccentur baccae, oleum gigni.* Hodie nihil de oleo in Catone legitur; sed conficere id docet Palladius Ianuarii c. 17. qui tamen modus diversus a Theophrasteo. Potius Plinius 15. s. 7. *tunduntur baccae aspersae calida aqua, mox decoquuntur,* huc pertinet. Aliena etiam Dioscoridis narratio 1, 48. De vino myrtite et myrteo dicto dictum ad Columellam 12, 38. de sacco et colo ad eiusdem 12, 19, 4. p. 627.

χωρισθέντες τῶν περικαρπίων] *suis pulpis expressi — qui expressi diu immoti manserunt* G. ἀκρετέστεροι Med. habet.

ἀποπνοή — ὑπόστασις — δύναμις] Haec tria nomina verbum sibi commune desiderant. *diluta pars exhalatur et terrena subsidet, in totumque calor intestinus corroboratur* G.

ἐν αὐτοῖς τούτοις ἀλλοιοῦνται] nempe οἱ χυμοί. *alteratio succi totidem consequitur modis* G. a sensu verborum praescriptorum aberrans.

5. περικαρπίοις τῶν χυλῶν] Heinsius e versione G. verba duo postrema addidit, quae facile intelligi poterant.

καὶ τὰς φθοράς] Omiserat Heinsius verba εἰς τοὺς κατά. *in sapores excoctionis et corruptionis* G.

παριστάμενος καὶ ἐξιστάμενος] *quippe hoc procedens suo vigore et desinens et quasi senescens certis quibusdam saporibus immutatur* G. *instans suo vigore* παριστάμενος interpretatur Scaliger, addens: *denotat motum propinquum et primum,* ἐξιστάμενος *motum ultimum et ipsam mutationem.* παριστάμενος *evaporans. Assistens sonat graeca vox: id est commodum exiens: in vestibulo mutationis.* ἐξιστάμενος *pristinam exuens naturam.* Noster infra c. 22. ἐπεὶ καὶ ὁ οἶνος τότε μάλιστα παρίσταται καὶ ὀσμὴν λαμβάνει, ὅταν ἀποκριθῇ τὸ ὑδατῶδες αὐτοῦ. ubi G. vertit *constans*

perficitur. et c. 24. de vinis: *οἱ μὲν γὰρ γλυκεῖς καὶ ἄοσμοι καὶ οἱ μαλακοί. τῶν δ' ἄλλων οἱ λεπτοὶ μᾶλλον εὐώδεις καὶ θᾶττον τῶν πιόνων παριστάμενοι καὶ παχέων — ἡ αὐτὴ δ' αἰτία καὶ τοῦ θᾶττον παρίστασθαι τοὺς ἠθικοὺς τῶν οἴνων. λεπτότεροι γὰρ καὶ ὥσπερ εὐθὺς ἄμικτοι.* ubi Gaza vertit: *consistit atque perficitur — celerius purgetur consistatque.* C. Hoffmann *παρίστασθαι* vappescere, *ἐξίστασθαι* in acorem corrumpi interpretatur, uti feci ipse in annotatione ad Columellam p. 627. Robertus Constantinus in Lexico posuit locum Dioscoridis 5, 16. de oenomelite seu mulso: *οἰνόμελι διαφέρει τὸ ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἴνου καὶ αὐστηροῦ καὶ μέλιτος καλοῦ γινόμενον. ἧττον γὰρ πνευματοῖ καὶ ταχέως παρίσταται τὸ τοιοῦτον.* ubi Ruellius interpretatur *vigorem adipiscitur;* Marcellus *absolutum in usum venit;* Saracenus *in usum venit.* Sequitur in Dioscoride: *οἱ δὲ, ἵνα τάχιον αὐτὸ παραστήσωσι, συνεψοῦσι τὸ μέλι τῷ οἴνῳ, καὶ οὕτω καταγγίζουσι.* ubi Saracenus vertit: *quo promtius perfici exhiberique possit.* Qui postremus locus in primis docet, falsam esse interpretationem eam, quam ipse olim cum Scaligero sum secutus, Gazamque non adeo longe a vero aberrasse. De vino noster infra sect. 6. posuit verbum *παρακινήσῃ* sensu passivo. Plutarchus Quaest. Conviv. 3, 7. *ζέφυρος μάλιστα τῶν ἀνέμων ἐξίστησι καὶ κινεῖ τὸν οἶνον· καὶ ὁ τοῦτον διαφυγὼν ἤδη δοκεῖ παραμένειν βέβαιος.*

ἀλλοιωθεὶς γὰρ εἰ μὲν — ὅταν παλαιούμενος] *enimvero si ex vetustate velut secundum naturam fuerit alteratum, amarum efficitur* G. qui coniunctionem *ὅταν* non expressit, quae varietas videtur esse scripturae pro *εἰ μέν.*

ὁ ἀὴρ — καὶ τὸ περιέχον] alterum omisit Gaza. Vas figulinum significari videtur.

ὃ δ' ὥσπερ βίᾳ — φύσιν, εἰς τὸ ὀξύ] *Sed si tanquam per violentiam — mutatum sit, coacescit* G. qui rectius *εἰ δ'* scriptum legit. Praeterea verbum deest, quod e participio *ἀλλοιωθεὶς* fortasse repeti debet.

Ἔχει δὲ καὶ ἐπὶ] Heinsiana *δὲ* omisit, et perversa distinctione *ἐναντίον ἔχει καὶ* sententiam loci obscuravit.

6. *Συμβαίνει γὰρ τῷ οἴνῳ*] A. B. Med. *γὰρ* omittunt. Scaliger codicem corruptum questus alia exempla a Theophrasto subiecta fuisse putabat. *Pari modo ceteris quoque evenit, ut inde corruptio proveniat, unde naturalis generatio prodiit* G. Verba *τῷ οἴνῳ* non aliter nisi addito *ὥσπερ* tolerari posse videntur. Quare *δὲ* scripsi, non *γάρ.* Sen-

sus autem postulat, ut verba ita structa redintegrentur: συμβ. τὴν ἑκατ. φθορὰν ταύτην ποιεῖσθαι εἰς τὸ αὐτὸ, ἐξ οὗπερ γένεσις.

ἀναλλοιούμενον, μεταβάλλειν καὶ ἀποκαθίστασθαι — συμβαίνει μὲν ὡσαύτως σπανίως· καὶ δὲ μάλισθ᾽ ὅταν] Ita Heinsiana. Contra A. B. Med. puncto posito pergunt: μεταβάλλειν δὲ — καὶ μάλισθ᾽ ὅταν. *velut in materiam resolvitur. Quod cum fuerit, mutari rursus atque restitui raro evenit, et tunc forte* G. Unde patet, antiquam scripturam magis convenire: sed praeterea ὡσαύτως Gaza omisit: nec interpretari id equidem possum, nisi statim post μεταβάλλειν δὲ positum. Deinceps scribendum censeo: συμβαίνει μὲν, σπανίως δὲ, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν. Denique verbum primo loco positum duce Gaza in ἀναλύεται mutari debere olim existimavi: (Med. ἀναλλοιώμενον habet:) sed nunc video, totum locum facili mutatione ita redintegrari debere: ἀναλλοιούμενος μεταβάλλει. Ἀποκαθίστασθαι δὲ πάλιν συμβαίνει μὲν ὡσαύτως, σπανίως δὲ, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν. In solo verbo ἀναλλοιούμενος haereo, quod esse debet *reconverti, remutari*, id est in contrariam partem mutari: cuius exemplum an alibi extet, nunc non succurrit. In Stobaei Eclogis Physicis p. 1094. sunt διαφοραὶ τῶν ψυχικῶν καὶ τῶν σωματικῶν ἀναλλοιώσεων. sed ibi Codex Vatic. ἐναλλοιώσεων dat, et scriptor iste graecitatis infimae est.

ἄστρου ἐπιτολῆς] Heinsius ἐπιπολῆς dedit, nescio an e versione Gazae: *aut sideris ortu fuerit leviter per summaque immutatum.* Geoponica 7, 10. πᾶς οἶνος ὡς ἐπιπολὺ τρέπεται περὶ Πλειάδων δύσιν καὶ περὶ τροπὰς χειμερινὰς ἢ ἐξανθούσης ἤδη τῆς ἀμπέλου καὶ περὶ θερινὰς τροπὰς καὶ τὰ ὑπὸ κύνα καύματα. Plinius 14, 18. *Vina in apothecis canis ortu mutantur quaedam, posteaque restituuntur sibi.* De vitio vulgatae admonuit Palmerius pag. 608.

οὐ γίνεται σφοδρόν] Gaza: *vitium enim tum etiam simile accidit, nisi vehemens sit* G. sensu aberrans, nisi aliter scriptum locum legit. μὴ γίνεται Med. habet.

7. τεταγμένοις πάθεσι] *ceteris vitiis* in G. versione vitiose scriptum est pro *certis.* τεταμένοις Med. et deinceps διαφθορόμενον.

ἐπεὶ καὶ τὸ — ἐξυγραίνεται — ἐξοξύνεται] Gaza: *Quod enim corrumpitur, perhumescit et saepe numero coacescit.* Copulam igitur inutilem omisit. Vere dicit Theophrastus, vinum vitio humescere; quod de vappescente intellige, quod

aerem et humorem acidiusculum eructat. Hoc dum fit, dolium concalescit, et opercula sudant vel humescunt. Contra sicca sunt opercula, ubi in acetum transit vinum: tunc enim aer copiosus attrahitur. Cf. Geoponica 7, 15. et dicta ad Columellam p. 628.

ὅτι — διαφθαρέντος] *parte aliqua commota corruptaque totum perire* Gaza, qui μέρους τὸ ὅλον φθείρεται additum legisse videtur. deinceps οὕτως γὰρ καὶ ἡ Med. unde copulam assumsi.

8. καὶ τούτων ἡ μετάβασις] A. B. καὶ ὑπὸ τούτων. *nec vero minus certa mutatio in his est: in contrarium enim omnia transeunt* G. qui scriptum legit εἰς τἀναντία γὰρ πᾶσι. Pronomen τούτων abundat. Med. πᾶσι τῶν habet. Vulgabatur: μετάβασις. ἐναντία γὰρ πᾶσι τούτων.

ὥστε τοῦτο μὲν φανερὸν] *Atque hoc quidem manifestum est* G. qui καὶ τοῦτο μὲν φ. scriptum legisse videtur: certe ὥστε alienum ab hoc loco videtur esse.

ἀντιπεριϊστάμενον] A. B. ἀντιπεριστάμενον. *dum circum obsistit* G. *obsessus* Scaliger. Est calor internus a frigore externo cohibitus atque inclusus.

AD CAPVT VIII. (VVLGO XI. CVM PARTE XII.)

ἐλαίου μετ' ἀρκτοῦρον] Med. πλεῖον ἐ. τ. ἐλαιῶν ἢ μετ' ἀρ. — δύνανται τὸ ὑγρόν. Gaza verba ἢ ὅσον — τοῦ θέρους omisit.

εἰ μὲν — δεῖ καὶ τῷ συμπτώματι — ληπτέον] *si qua naturali ratione agendum, qualitati aeris ambientis causam imputare debemus, non occasu syderis, qui certe pro casu habendus est: atque utrum fortasse illorum ob eandem causam evenit* G. Heinsius *utrumque* fecit et addidit *humore concocto*. Gaza negationem ante τῷ συμπτώματι additam legit. Ceterum τῷ περιέχοντι dedit Heinsius: τῷ πυρὶ A. B. Med. unde τῷ ἀέρι feci. Ceterum ordinem verborum φυσικῷ πάθει δεῖ e Med. mutavi. Idem liber εἰ τῇ ὥρᾳ omisso δὲ etiam post τάχα habet.

τοῦ μὲν ὑγροῦ οἷον πεττομένου] Nihil respondet antecedenti μέν; alterum autem membrum de nucleo videtur fuisse. An fuit, ut infra cap. 9, 1. τοῦ μὲν ὑγροῦ ἀπογινομένου, τοῦ λιπαροῦ δὲ καὶ γεώδους πεττομένου καὶ συνισταμένου? Med. habet: τοῦτο μὲν οἷον πεττομένου πῶς δι' ἀμφισβητοῦσι τινὲς καὶ τῷ — πληθύνεσθαι. unde vulgatum πεττομένου· διαμφ. δέ πως τινὲς mutavi. Alienum

plane locum particula πως occupavit. Praeterea lacunae signa apposui.

2. τῷ εἰκότι προσάγοντες] *Sed ambigitur argumento verosimili satis, quod imbribus subsecutum nullum penitus incrementum pabulo accedit: sensu quoque experimentoque confirmatur* G. sed Heinsius fecit *subsecutis* — *accedit. Id enim sensu* et cet. In utraque versione sensus graecorum obscuratus est. μηθὲν πληθύνεσθαι refertur ad oleam: *nullum augmentum oleae fieri, non impleri succo.* Heinsius cum Gaza μηδὲν τῆς τροφῆς πληθύνεσθαι coniunxit.

καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὸν γὰρ εἶναι] Causalem particulam sua sede ne quis excidisse putet, distinctio verborum mutanda est: καὶ τῇ αἰσθήσει· nempe προσάγοντες διαμφισβητοῦσί τινες. deinceps: καὶ τῇ πείρᾳ· λευκὰς γάρ.

λευκὰς — ἐσχάτας] Sunt hae maturae et nigrae, illae immaturae, acerbae et albae.

τελείωσιν, διὰ τὸ κεχειμάσθαι] A. B. Med. τελέωσιν. Gaza verba διὰ τὸ κεχειμ. omisit, quae antecedentibus adiecta copula coniunxi.

3. φαυλίων, ὠμὸν τὸ λευκόν] Omisit Gaza ὠμὸν, quod mutata distinctione in rectum ὠμῶν converti.

οὐδὲν ἄτοπον, ἡ ὕστερον ἐκπεφθεῖσι παύεται] *nec mirum, si quam in eo, quod albis exprimitur, amaritudinem sentimus: quae postea excocto fructu aboleatur* G. A. B. ἢ εἰ ὕστερον. unde ἢ εἰ ὕστερον efficiebat Scaliger. Equidem solum εἰ retinui, et ἐκπεφθεῖσα scripsi.

συναπόλλυσί τι * * * καὶ πέριξ ὁ χυλὸς] *sed corporis ambientis qualitate succum affici aliquatenus indicat, quod quidem et vasa faciunt* G. Scaliger coniecit: συναπόλλυσί τι καὶ ὑπὸ τῶν πέριξ τοῦ χυλοῦ. Dalecampius: ἀλλ' ὅτι συμπάσχει τι ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος ποιότητος ὁ χυλὸς, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῶν ἀγγ. Longe brevior, facilior et certior emendandi ratio haec est, quam secutus sum: συναπολαύει τε καὶ τοῦ πέριξ ὁ χυμὸς, ὥσπερ κ. τ. ἀ. Certe Med. τι τοῦ πέριξ habet.

ἐξ ἧς μέλλει] Intellige γίνεσθαι vel ῥεῖν τὸ ἔλαιον.

4. ὡς βραχεῖ τινι πλέον] *si vere vel simpliciter vel aliquatenus plus esse dicatur* G. Scaliger deesse verbum αὐξάνεσθαι monuit. Praeterea ὡς molestum mihi quidem esse videtur.

τοῦτο γὰρ δεῖ] Med. τὸ γὰρ δεῖ. Suspicor fuisse τὸ μὲν γὰρ δεῖ. cui respondet τὸ δ' ἔλαιον.

ἡ δρυπρεπὴς] Ita Heinsiana. γὰρ ὑδρηπρεπεῖς A. B.

ὑδρηπρεπής Med. δρυπετεῖς Scaliger scribi iussit. ἢ δρυπεπὴς dare voluit Heinsius. *drupas enim putredine statuunt* G.

εὐθὺς ἀναπομίκτῳ] *statimque dum succus minus parti aquosae terrenaeque permistus est* G. unde apparet, eum ἀνεπιμίκτῳ scriptum legisse, quod sensus flagitat et sequens καὶ ὁ χυλὸς ἀμιγέστερος confirmat. Med. ὅσα χαλεπώτερον habet.

οὐδ' ἐν εὐσαρκίᾳ] Med. οὐκ ἐν εὐσ. — ἐκ πολλοῦ φανερόν.

οὐδὲ δὴ ἐν τοῖς — ἰσχύουσι — παρέχουσιν. διὸ] *nec vero in locis frigidis olei copiam largiuntur, sed carnis* G. Verbum παρέχουσιν Heinsius addidit. A. B. Med. ὃ dant pro διό. Scaliger ita ad h. l.: *neque in frigidis multum praestare queunt olei: ergo calore.* ἰσχύουσι *non recte valent: quasi oleae robur oleo censeatur.* Dalecampius scribi voluit: ἐλαιοῦν ἰσχύουσιν, ἀλλὰ σάρκα πολλὴν παρέχουσι. διὰ ταῦτα γοῦν ἀπορροῦσι. Equidem ἴσχουσιν scripsi, intellecto ἔλαιον, et Heinsianum παρέχουσι relegavi.

6. χειμεριωτάτοις εὔχολος] Ita Heinsiana. χυλὸν A. B. Med. ἄχυλος margo B. *sapore non caret* G. χυλὸν ἔχει Scaliger correxit, qui praeterea χειμεριωτέροις malebat, non sine causa.

τὸ δὲ θέρος οὐ καλὸν] *itaque fieri, ut vere nullum, aestate minus bonum creetur, atque autumno meliorescat: sol enim non amplius eo tempore exuperare nimirum valet* G. Eandem sententiam secutus Scaliger haesit deinceps in verbis οὐκέτι γὰρ et seqq. quae sententiae isti sunt contraria. Itaque recte Accorambonus e veteri Codice, quem uno in hoc loco laudavit, scribendum censuit: τὸ δὲ θέρος καλὸν, ἀλλ' οὐ τὸ μετόπωρον. οὐκέτι γὰρ δύναται ἐν τ. κ. ὁ ἥλιος. Ceterum particulam γὰρ post οὐκέτι e versione G. cum margine Bas. et Scaligero inseruit Heinsius.

διὰ τί τοῦ θέρους γίνεται] Sic etiam Gaza: equidem tamen malim: ὅτι τοῦ θ. γ. vel διότι τοῦ θ. γ. Deinceps τὸν ἐλαιώδη δὲ vulgatum e Med. mutavi.

7. σάρκα, πληθύνει] A. B. Med. πληθύει. Comma post ἄρδοντα erat collocandum.

τὸ δ' ἔλαιον ἄμικτον] *oleum nihil se carni permiscet, sed per se manet* G. Ita etiam Scaliger, sed male uterque. Oleum aquae pluviae misceri non potest in fructu inclusum magis, quam separatum et expressum.

ἐλαιῶν — ἀνέλαιόν ἐστι] A. B. Med. ἐλαιῶν — ἔλαιόν ἐστι. *reliquum abunde oleum fert* G. priore membro omisso.

Correxit Scaliger. Ceterum Med. πολυκάρπων. *ubertate et magnitudine fructus excellit* G.

πολλὰ γάρ εἰσιν] Ita A. B. Med. εἴδη e versione G. dedit Heinsius. Aegyptias Scaliger non peculiare genus vel singulare et vernaculum Aegypti facit, sed ita vocatas censet, quod inde in Graeciam fuerint primum translatae. Intelligi autem olivas grandiores et carnosiores quascunque, ad cibum, non ad oleum idoneas.

8. ὥσπερ αυταὶ] *opinandum, quemadmodum inter omnes convenit auctores* G. Omisit igitur αὐταὶ, quod in αὗται, nempe ἐλαῖαι, mutavi. Deinceps ἐκ πάντων A. B. Med. Scaliger id interpretatur *omnino et undecunque*. Vertit igitur *omnia conveniunt*, et refert ad naturae utriusque conditiones: eas enim esse persimiles. Vulgatum συμφωνοῖ τ' ἂν correxi. συμφωνεῖ τ' ἂν Camot. Med. ἐχόντων antecedens omisit Med.

πλὴν χρονιζόμενα, καθάπερ τὰ καρυώδη] *cum tamen diu manserunt, ceu nuces, vim certo, ut dictum est, obtinent* G. sensu aberrans; aut potius locum lacunosum, ut potuit, reddidit. Desunt verba aliquot, veluti ἔνια γὰρ οὐκ ἔχει τὸ ἔλαιον πλὴν et cetera. Deinceps ταῦτα δύναμιν omisso γὰρ Med.

ἀντιπεριιστάμενον] A. B. ita. *circumobsistens* G. ut supra cap. 7. sect. 7.

AD CAPVT IX. (VVLGO ADHVC XII. ET XIII.)

ὅσαι χυλὸν ἔχει — καὶ χυλὸν ποιεῖ] *saporem gustantibus aut manducantibus exprimunt* G. A. B. Med. καὶ omittunt. Scaliger ὅμοιον addi voluit. Vocem χυλὸν bis correxi. εὐθὺ Med. habet et postremum ποιεῖ omittit.

τέλειν τὰς ὀσμάς] *odores pro saporum ratione consistere* G. *odores esse pro saporum modo seu secundum saporum rationem* Scaliger. χυλοὺς vulgabatur.

αὐτὴ γὰρ εἰς ἐκείνην φέρει τὴν δόξαν, ὡς]. *Haec enim opinio plane illi respondet, quae cognatione aliqua coniungi istos inter se atque ex eodem quodammodo oriri significat* G. *his elicitur eorum opinio, qui eos aiunt esse congeneres* Scaliger. Gaza αὕτη scriptum legit. Equidem non dubito, fuisse scriptum: αὐτὴ γὰρ ἡ φύσις εἰς ἐκείνην φ. τ. δ. Deinceps vulgatum τοῦ αὐτοῦ e Med. mutavi.

ἃ δὴ καὶ δεῖ διελεῖν, εἰ ἑκάτερον ταὐτὸ ἢ πῶς διαφέρει] A. B. Med. εἴ τι ἑκάτερον ἢ πῶς ταὐτὸ διαφέρειν. Med.

διαφέρον. *quod quidem utrumque genus quid sit aut qua ratione, cum idem esset, differat tamen inter se, explicari certe oportet* G. Heinsius fecit: *qua ratione differat inter se, explicari c. o.* Apparet, Gazam scriptum legisse: τί ἑκάτερον, ἢ πῶς ταὐτὸ ὂν διαφέρει; Possis etiam: διὸ δεῖ καὶ διελεῖν, τί ἑκάτερον, εἰ ταὐτὸ, ἢ πῶς διαφέρει;

2. οὐ μὴν — κατά γε αὐτὰς] A. B. Med. κατά γε τὰς προσηγορίας. *appellationibus reddi fortasse possunt eisdem* G. Igitur rectius scriptum κατά γε τὰς αὐτὰς legit. Redit contemplatio ad superiorem orationem, κατὰ τοὺς χυμοὺς τελεῖν τὰς ὀσμάς.

οὐκ ἐθέλοι τις λέγειν — κατὰ τὰς ὀσμάς] A. B. οὐκ ἐθέλει λέγειν. Med. στρυφνὰν οὐκ ἂν ἐθέλῃ λέγειν. Heinsius τὰς omisit et e versione G. *nominare quispiam minus velit* τις inseruit, sed male ἐθέλοι scripsit, non addito ἄν.

ὡς οὐδὲν ἧττον — καὶ θατέρῳ θάτερον] *Nihil tamen id prohibet, quo minus haec invicem coniungantur, et utrumque alterum quodammodo consequatur* G. In particula ὡς haereo, quae structuram verborum impedit: malim ἀλλὰ scriptum. Praeterea copula καὶ ante θατέρῳ abundat.

χυλῶν ἰδέαι — γλυκέως — καὶ ὑδατώδης ἐστί] A. B. γλυκέος. Deinceps margo Bas. ὑδατώδης τοῦ γλυκέος εἴδη e versione Gazae duxit; quam scripturam probavit etiam Scaliger aut verbum ἐστὶ deleri iussit. Med. πικροῦ, τῶν ἄλλων — διαφέρουσαι. Postea ἐπὶ τῶν ἄλλων recte A. B. Med. articulum omiserat Heinsius.

3. ἧπερ μάλιστα ἔνδηλος] Temere Heinsius ὅπερ — ἔνδηλον fecit. εὔστομα reddere non ausus Gaza vertit: *quod agnomen a gratia palati accepit.* Sed idem τῶν τε omisit, quasi εὔστομα in solo genere oleraceo appellentur. A dulcedine diversam εὐστομίαν indicat h. pl. 4. de loto: οὐχ οὕτω γλυκὺ, ὡς εὔστομον.

μύριδος] Gaza *irin* posuit, quod habet Vinar. Scaliger ad h. l.: *Iris non venit in cibum, sed myrrhis: σμυρνίδα vocat alibi. Chaerophyllum fortasse est, atque eadem cum cicutaria.* Voluit sine dubio σμυρνίον dicere: sed Theophrastus eo nomine non utitur, sed ἱπποσέλινον vocat. Est potius μύῤῥις, quam Dioscorides 4, 46. ait habere ῥίζαν εὐώδη ἡδεῖαν βρωθῆναι. Idem Plinius 26. c. 11. quam scandicem odoratam Linnaei esse statuit cum aliis Sprengel Hist. rei herb. I. p. 166. qui locum Theophrasti ignoravit. Plinio 19, 12. *acuti et odorati succi saporesque apii, anethi, foeniculi.*

ἐνίων δ' οὐκ ἐχόντων ὅλως ὀσμήν] *iris et reliqua ge-*

neris eiusdem: quorum pleraque nihil penitus olent G. Videtur igitur ἐνίων τε scriptum legisse. οὐδ' cum Med. scripsi. Deinceps pro ἀόσμων Med. ἀνέμων habet. Voluit ἀνόσμων dare.

διὰ τῶν πόρων] Meatus a palato ad nares ducentes memoravit etiam Aristoteles de respiratione c. 7. αὐλῶνα τὸν περὶ τὸν γαργαρεῶνα vocans.

ἐκ διαμασωμένων χυμὸς] Vulgabatur χυλός. *saporem quoque reddunt eadem, dum manducantur* G. Verbum passiva significatione non usurpat Theophrastus: quocirca vitium loci aliquod suspicor. ἐν διαμασσομένων Med. An fuit ἐν τῇ μασήσει?

4. τούτου μὲν οὖν τὴν αἰτίαν — ἔοικε — γλυκέως — ἀρχὴν] Heinsiana articulum τὴν omisit. deinde γλυκέος A. B. τούτου γλυκέος Med. Postea ἀρχῇ scribi debebat. Denique εὔχυλα correxi. Med. εὔοσμα γὰρ omisso μὲν habet.

σχεδὸν δὲ ταῦτα καὶ ὀσμώδη] Ita quoque Gaza: equidem tamen ταὐτὰ malim.

AD CAPVT X. (VVLGO XIV.)

πικρὸς καὶ ὀξὺς] Med. πικρὸς καὶ δριμὺς καὶ ὀξὺς καὶ ἁλμυρός. οὐκέτι.

τις ἁλμυρίς] Vulgatum ἁλμυρὸς duce Gaza correxi. Deinceps ἀγένητον Heinsiana.

ὃ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις] Med. ὃ δὴ habet. *quod igitur ceteris — sit in causa* Gaza.

ἐν τοῖς περὶ τὰ ἔξω] *sunt enim quorum summam partem duntaxat — obducit* G. diversam scripturam secutus. Quidni ἐν τοῖς ἔξω aut simpliciter περὶ τὰ ἔξω dixit?

2. καθάπερ ἰχθῦς] Vulgatum ἰχθὺς Vinar. in ἰχθῦς mutat. articulum de meo addidi.

οὔτε αὐτοτελὲς οὐδέν] *quamobrem neque perfectum quicquam neque aliquid ullo pacto generari ex eo potest* G. εὐτελὲς coniecit C. Hoffmann. Mihi verbum deesse videtur, veluti τρέφεται.

καὶ τὰ τοιαῦτα δόξειεν ἂν συμφωνεῖν.] *illud etiam consentire appareat* G. qui ταῦτα scriptum legisse videtur. Hunc locum non satis intelligo.

3. ἀπερίττωτον] *nullam vim excrementorum egerendorum obtinet* G. Hodie quidam radicum fibrillis tenerrimis officium hoc dant. τὸ ante φυτὸν Med. omisit.

οὐδὲν — εἰκὸς τὸ ἄτροφον] Cum Mediceo οὐδ' ἐπι-

σπᾶσθαι scripsi. Deinceps *ἔγχρισιν* Heinsiana pro *ἔγκρισιν* dedit: ipse *ἔκκρισιν* posui cum Scaligero, praeeunte Gaza.

πανταχοῦ γὰρ πλατέα — ἐπιφέρεσθαι. ἀσύμπλεκτα δὲ] *Lata enim ubique magnaque inferri humoribus, incomplexa tamen inglutinataque Democrito placet, quod nullum adsit scalenum* G. Unde verba *φησὶ Δημόκριτος* Heinsius inseruit. Articulum *τὰ* ipse addidi. Ceterum *πλατέα* videtur Democritus dixisse *τὰ ἁλμυρὰ*, fortasse significatione vulgari vocis, qua salsa aqua *πλατὺ ὕδωρ* dicitur, in errorem inductus. Corpora autem lata aquis innatare quaedam, quae in brevius contracta merguntur, verum est: sed ad salsuginem an recte translata sit observatio, dubito. Denique A. B. Med. *σκαληνὲς* habent: quod cum Vinar. in *σκαληνοειδὲς* mutavi. Vulgo erat *σκαληνόν*. Vitiosum quoque *γωνιωειδῆ* iam olim Scaliger corrigi iusserat. Pro *πολυκαρπῆ* A. B. Med. *περιφερῆ* coniecit Scaliger, cui *σκαληνὲς* fuit quoque suspectum. Med. *τοῖς ὑδροῖς* habet.

Ταῦτα μὲν εἰ] Equidem *οὖν* additum malim. deinceps *κωλύει πρὸς τὴν* habent A. B. Med.

4. *Πρὸς δὲ τὰ — περὶ — λεχθέντα*] Gaza brevius: *De his autem, quae in universum prius exposita sunt, quaeret sane aliquis.* Videtur igitur scriptum legisse: *Πρὸς δὲ τὰ πρότερον καὶ καθόλου εἰρημένα.* quod probo. Deinceps Med. *ἄν τις τῆς τροφῆς.* unde *οἰκεία ἄν τις* scriptum fuisse suspiceris.

καὶ τοῦτο μὲν ἧττον] *et hoc quidem minus, quaerendum item* G. *minus dubitandum id, extrinsecus accedere salsuginem quibusdam* Scaliger. Equidem *τοῦτο μὲν ἧττον ἄπορον* conieci, omissa copula. Deinceps *ἐκεῖνο δ' ἂν ὁμοίως* Med.

ἑλκυσθὲν] Intellige *τὸ ἁλμυρόν*. Praecessit autem *ἁλμυρίς*. Paulo antea *τῆς* ante *ἄνω* e Med. inserui.

5. *Εἰ μὲν οὖν — ἕλκοιεν*] Contra Gaza: *Ergo si radicibus trahitur, ratio palam est.* In graecis *αἱ ῥίζαι* deest: possunt tamen intelligi plantae succi salsi: de quibus sequitur *μόνοις τούτοις*.

οἷον περὶ ἐρεβίνθων καταλαμβάνει καὶ τοῖς τοιούτοις] *at si minus, mirum, cur in cicere et reliquis huiusmodi residere tantummodo apta sit* G. qui scriptum legit: *οἷον ἐρεβίνθῳ καὶ τοῖς τοιούτοις*. Med. *ἐρεβίνθῳ* habet. Quae sint *τὰ τοιαῦτα*, statim patebit e sectione 8. ubi halimi similis succus et natura dicitur esse. Scaliger etiam vitium loci vidit.

ὅσα γὰρ ἅλμῃ νοσηματικῶς ἔχει] A. B. Med. ἅλμαι νοσηματικῷ. Margo B. ἅλμαις νοσηματικὰ, quod probavit Scaliger. *quae enim salsugine aegrotant seu rosa* G. Heinsius verbum ἔχει adiecit. Equidem verbum καταλαμβάνει e superiore loco translatum huc revocavi: ibi enim supervacaneum sensum turbabat. Ceterum hic locus apertissime docet, ἅλμην hanc plantarum morbosam plane diversam esse ab ἅλμῃ et ἁλμυρίδι naturali ciceris et halimi. Morbosam istam ἅλμην annotavit Theophrastus in h. pl. 7, 5, 4. in coriandro: κορίαννον ἁλμαίνεται, et 8, 10, 1. ἔνια δὲ καὶ ψώραις καὶ ἅλμαις νοσεῖ, καθάπερ τὸ κύμινον. In plantis quibusdam succus extra vasa effusus, vel nimio calore, vel aphidibus aliisve insectis plantarum cuticulam vulnerantibus, in speciem salinorum crystallorum concrescit, et totam caulis, magis tamen foliorum superficiem obducit. Talem helichrysi lucidi speciem ante oculos habebam, dum haec commentabar. Verum dubito, an haec morbi species conveniat plantis iis omnibus, quas ἅλμῃ laborare dixit Theophrastus, nullis tamen morbi notis editis. Erysiphen in aliis licebit accusare. Ceterum in sequenti membro vulgatum ὥσπερ ἡ ῥοδωνιὰ correxi.

ἐρεβίνθῳ καὶ οἰκεῖον] Copulam Heinsius omisit, et deinceps scripturam A. B. Med. ἀπολουθέντων (M. ἀπολυθέντων) γοῦν ὅταν ἀνθῶσιν ἐκφῦσι (ἐκφυσις M.) καὶ ἄρτι συνισταμένοις mutavit in ἀπολουθέντες γὰρ — ἀνθῶσι καὶ ἐφύσῃ ἄρτι συνισταμένοις, ἀπόλλυνται. Gaza vertit: *Si enim aqua abluantur et pluvia superveniat in flore fructuque proveniente, statim planta radicibus arefactis emoritur.* Sed Basil. habet: *Abluta enim in flore fructuque proveniente statim planta* et cet. Scaliger in annotatione posuit ἀνθῶσι καὶ φῦσι, et dativum participii φῦσι interpretatur *prodeuntibus*. Partem veri vidit Heinsius; quaedam tamen prave mutavit. Equidem scripsi: ἀπολουσθέντες γοῦν ὅταν ἀνθῶσιν ἐφύσῃ καὶ ἄρτι συνισταμένοις, ἀπόλλυνται. Vinar. dat ἐν ἐκφύσει.

ἐπάγοιτ' ἂν τὰ τοιαῦτα. συγγενῆ] *itaque constat, naturam eam qualitatem nativam esse ciceri voluisse, ut conservari possit* G. Postremum vocabulum vitiosum esse, certe a re alienum, monuit Scaliger. Praeterea in forma media verbi haereo. Sed vide annotationem, quae sequitur.

6. Φαίνονται δὲ καὶ ὅλως τινὰ ἔχειν τοιοῦτον χυλὸν] *Omnino quaedam suis in foliis ramisque talem sortiuntur saporem, qui ablutis gustatu aquae percipitur* G. Voluit scribere *gustatu tamen percipitur*. Scaliger etiam: *quod gustu*

manifesto deprehendatur in aquam transiisse, qua elota sit. Sed graviter erravit Gaza, cum orationem a cicere ad alias plantas traduceret: quem errorem numerus pluralis effecisse videtur. Verum iam antea singularem, τῷ δ' ἐρεβίνθῳ, sequitur pluralis, ἀπολουσθέντες — ἀπόλλυνται. De cicere igitur haec dicuntur: καὶ οἰκεῖον φαίνεται καὶ χρήσιμον. Pars posterior positionis statim demonstratur: ἀπολουσθέντες — ἀπόλλυνται. superest altera confirmanda, quam credo inesse his verbis: Φαίνονται — ὅλως τινὰ τοιοῦτον χυλόν, sed truncatam vocabulo, quod rem continet, et in alienum locum fuit a librariis translatum. συγγενῆ dico, cui ante συνώνυμον posuit οἰκεῖον. Igitur fuisse non dubito: ὅλως συγγενῆ τινα ἔχειν τοιοῦτον χυλόν. Per se enim et sine hac voce totus hic locus de cicere sensum non habet: non apparet enim, quem praeter istam ἁλμυρίδα succum dicat τινὰ τοιοῦτον, et quid differant ὅλως ἔχειν τινὰ τοιοῦτον χυλὸν ab ista superiore propositione, οἰκεῖον φαίνεται καὶ χρήσιμον. Coniecturam meam confirmat sectio 8. Ὅτι δὲ φαίνεται φυσικόν τι καὶ συγγενὲς de eadem ciceris salsugine. Ceterum pro ὅλως ἔνδηλος scripsi ὅμως ἔνδηλος, sensu flagitante. Ante τοῖς φύλλοις e Med. τε inserui.

αὐτῷ τῷ καρπῷ] Putabam, fructum dici siliquam cum semine incluso; sed statim sect. 7. siliquam, λοβόν, a κελύφει distinguet. ubi vide dicenda.

ἐπιθῇ οὐ διαμασησάμενος ὅλως· ἐν τῷ κελύφει γὰρ ἡ ἁλμυρίς] Negationem e versione G. et Med. recte inseruit Heins. sed male articulum ἡ omisit. Pro ἐπιθῇ Med. ἐπιθυμῇ habet.

ἥπερ καὶ πεφυκότος κελύφους] A. B. εἴπερ, omisso κελύφους, quod Med. quoque omisit. *nec secus a salsugine custodiatur, quam cum in vasculo conclusum plantae adhaereat: quasi genus istud saporis sui gratia custodiendi a natura accesserit* G. Scaliger posuit ἥνπερ, *quasi esset innatum.* Dalecampius ἐμπεφυκότος malebat. Equidem vocabulum κελύφους temere e G. versione suppletum alienam sedem occupasse existimo. Fortasse plura verba exciderunt.

7. καὶ γὰρ ἐν ἀμφοῖν ἔξω] G. diversus abit: et omisit ἐν ἀμφοῖν. Scaliger ita: *Mira orationis argutia: si non deleas ἐν, ait: in utroque est, in putamine πεφυκυῖα, in nucleo non πεφυκυῖα, idque ob conservationem.* Equidem non dubito, fuisse καὶ γὰρ ἄμφω ἔξω. Quae sint τὰ ἄμφω, dubitari non potest: sunt nempe τὸ κέλυφος et ἡ ἁλμυρὶς ἡ ἐν τῷ κελύφει. utraque natura, cum semine comparata,

ἔξω, extus esse conspicitur in cicere. Contra in vulgata scriptura salsugo ambobus extus inesse ineptissime dicitur.

καυλῷ καὶ λοβῷ, καθάπερ εἴρηται] *caulis atque siliqua munitur salsugine* G. Supra fuit ἐν αὐτῷ τῷ καρπῷ, ubi semen inclusum siliqua et putamine intelligi debere docet hic locus. In cicere virente salsugo inhaeret cauli, foliis et siliquis: arescente transit e siliquis in putamina seminum. Superest, ut nunc de ipsa ciceris propria salsugine et peculiari succo quaeramus. Si recte ἐρέβινθον Theophrasti cicer arietinum Linnaei hodie interpretantur, de quo fere non licet dubitari, quaerenda erit salsugo ista in proprio ciceris succo acido, qui per Hispaniam, Lusitaniam aliasque calidiores regiones exsudans consistit guttatim in tota plantae superficie, adhaerens pilis, quibus planta tota horrescit. Hunc meridie collectum expertus Gallus Proust proprium acidi genus fecit: alii tamen acidum hoc cicerinum cum acido tartari compararunt. Narrationem de hac planta habet Ephemeris Gallica *Journal de Physique* Tomi 30. p. 395. Tomi 31. p. 63 seqq. et Tomi 46. p. 362 seqq. quae mihi dubitationem aliquam iniecit, quod planta abluta in aqua, deinde expressa nihil huius succi acidi continuisse dicitur.

ὡς ἂν ἀλλότρια] Cum Mediceo ἂν omisi.

σικύοις ἡ ἐν τῷ χνοῖ πικρότης] *quemadmodum et amaritudo cucumerum, quam per summitatem sentimus* G. *per summam lanuginem* Scaliger. Equidem cucumerum lanuginem ignoro, quae in esu possit amaritudinem linguae gustantis imprimere. Quare χροῒ scripsi: cuticulae enim inest amaritudo cucumerum. Med. χλοῒ habet. At ecce Aristoteles Problem. 20, 25. διὰ τί τῶν περικαρπίων τὰ μὲν πικρότερα τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν ἔχει, οἷον σίκυοι, τὰ δὲ πρὸς τὸ ἄκρον τὸ ἄνω, οἷον αἱ βάλανοι· — καθάπερ ἐλαῖαι καὶ βάλανοι παλαιούμεναι πικραὶ γίνονται. quem locum de cucumere quidem non satis intelligo.

χνοῦν ἁλμώδη] A. B. Med. ἀνιώδη. *lanugine tam salsa* G. quem ἁλμώδη scriptum legisse putabat Scaliger. ἁλυκώδη vel ἁλυκὸν Heinsius substituere debebat. Equidem Scaligerum sequor. Vocabulum ἀνιώδης hinc in Lexica migravit.

τοῖς δὲ βολβοῖς — κορυφῇ] *cacumine* Gaza. *apicibus, parte summa* Scaliger. A. B. Med. δὲ omittunt. Copulam καὶ cum margine Bas. insertam voluit Scaliger, qui glandium partem intelligit, qua cuppola tegitur, ut in cucumeribus ad pediculum. deinceps σκόρδοις Med.

διήκοντι τῆς γελγίδος] *stilo spicae intestino* G. *alii*

columella media, cui haerent spicae Scaliger. Possis etiam membranam nucleos allii singulos involventem interpretari. Ceterum γελγῖδος scribendum puto, ut ἀγλῖθος.

8. ἢ τοιοῦτον] Heinsius τοιοῦτο fecit. deinceps vulgabatur: ἐπεὶ καὶ τά γ' ἐν τοῖς ἁλμώδεσι φυόμενα τῷ ἔχειν ἁλμυρίδα. *nam ea, quae locis salsis proveniunt, haud temere salsuginem ceperunt, sicut alia pleraque et aurio* G. unde patet, eum scriptum legisse: ἐπεὶ καὶ τά γε — φυόμενα ἔχειν ἁλμυρίδα — ἄλογον. Vinar. τὸ ἔχειν dat. Deinceps δὲ post ἔνια e versione G. inserui, et ἐνυπάρχουσαν cum Med. scripsi pro simplice ὑπάρχουσαν.

9. Ἅμα δὲ καὶ ἀμέριστον τινα] Ita A. B. *tum etiam fragile quoddam efficit corpus totum nimio humore sublato* G. unde Heinsius μεριστὸν duxisse videtur: μερισμὸν Scaliger, *simul digerit partes* interpretatus. Dalecampius εὐμέριστον et εὔθραυστον posuit. Prius Med. dedit, qui deinceps οἱ ἅλα — τοῦτο. καὶ ὠμῆς habet, unde copulam καὶ inserui.

πιπτούσας — ἐνίας] A. B. Med. πίπτουσα — ἔνια. *frangi enim aliquas perhibent delapsas in terram* G. Cum singularis numerus deinceps recurrat, verosimile est, πίπτουσαν ἐνίοτε fuisse.

καὶ θᾶττον πέττεσθαι καὶ] E versione G. *facillime coquitur* Heinsius verba haec inepte inseruit, cum deberet ἕψεσθαι ponere. Deinceps A. B. Med. ἤδη τοῦ χυλοῦ εἰ καὶ γλυκεῖαν καὶ ἁπαλήν. *et tenera dulcisque sentitur, scilicet ut consentaneum est* G. Heinsianum supplementum seclusi.

οἱ τὸ λίτρον — ποιεῖν] Male libri omnes τὸν habent: deinceps autem ποεῖν cum Med. mutavi.

ἐξ ὀλίγου] *verumtamen non pridem incipiunt* G. *parum, neque perpetuo* Scaliger, contra ἐκ πολλοῦ καὶ κ. μ. *plenis viribus ac paulatim.* Sed intelligitur χρόνου in utraque dictione: unde sensus patet. Deinceps ἐπέδωκεν vulgatum e Med. correxi. *reddiderat* G. τοιαύτη, ἀπεδ. Med.

περὶ ἄστρον — γίνεσθαι] Verbum e versione G. addidit Heinsius: articulum supplevit Med. qui deinceps καὶ ante κρατεῖ omisit.

ἐν ἐκείνῃ] Omisit haec G. et melius abessent: certe nemo desideraret.

10. κατ' ὀλίγον δὲ καὶ] *rationi consentaneum est* G. igitur κατὰ λόγον rectius scriptum legit, quod habet Vinar.

Male Scaliger *paucis anni diebus* interpretatur vulgatam. Plinius 20. c. 9. *et in Aegypto propter amaritudinem non estur* de brassica.

κατ' ἀμφοτέρους τρόπους] Vulgatum *τόπους* e versione G. cum margine B. iam olim correxerat Scaliger. articulum Med. supplevit.

ἀκίνητος ἀπὸ τῆς γῆς] *immobilis esse possit in terra* G. obscuriuscule. Dicere voluit, e terra extrahi et sursum distribui.

AD CAPVT XI. (VVLGO XV. XVI. ET XVII.)

ὥσπερ ὁ ὀξὺς] Articulo particulam *μὲν* adiunxi.

ὁ δὲ πικρὸς — γινομένων δὲ πάντων] *nisi forte haec pro nihilo sunt putanda, illudque melius dici possit, omnes ex utraque re hoc est humiditate siccitateque consistere* G. scripturam secutus Med. qui *τάχα δὲ οὐθὲν ἂν ταῦτα διαφέρει* dedit, ubi erat *τάχα οὐδὲν ἂν τούτων*. Deinceps *γινομένων γε* scripsi, sensu flagitante. Scaliger ad h. l.: *Recte! Nam si omnes fiant ex duobus, amarus ex alterutro fiet: non ex humido; ergo ex sicco. Videntur tamen orationis particulae coniunctivae corruptae. εἰ μὴ αὐτῶν. Quia dixit, omnes ex duobus fieri qualitatibus, addit praescriptionem, ut altera sit potius materialis* Supersunt verba *ὁ δὲ πικρὸς* a Gaza omissa, quae cum reliqua oratione sic posita non coeunt, fortasse contribuenda membro alteri: *ὁ δὲ πικρὸς καὶ ὁ δριμὺς ξηροῦ καὶ ὁ γλυκύς.* aut seorsim ita: *ὁ δὲ πικρὸς ὡσαύτως.*

2. *ἐν ξηροῖς — ἀποχωρίζομεν αὐτῶν*] *omnesque in siccitate positi sunt — sed alios succo expresso de sede sua educimus, ut uvarum et olivarum* G. Cum praecesserit *τὸ ξηρὸν* et *τὸ ὑγρὸν*, mireris subito dici *ἐν ξηροῖς*: sed magis etiam sequens *λαμβάνουσιν*, cum *λαμβάνομεν* expectares. Sequens *τοὺς βότρυας καὶ τὰς ἐλαίας* cum G. mutandum in *τοὺς τοῦ βότρυος καὶ τῆς ἐλαίας.* Superest *ἐν ξηροῖς*, ubi *καρποῖς* intelligere vix licet: igitur *ἐν ξηρῷ* malim: *in siccitate* Gaza. Denique *ἡλικὸν* Med. habet.

τοῦτο δὲ οὐ πρὸς — ὁρῶντες] Omisit haec G. *alio quam cibi usu* Scaliger. In oleo nescio quem alium usum spectari voluerit vir doctus: nisi palaestricum cibario praelatum a Theophrasto putavit. Negationem seclusi.

λαμβάνουσιν — τοὺς ἐπὶ τῶν ἀκροδρύων] *excernimus — ut nucum et ficuum* G. qui male *ἀκροδρύων nucum* ver-

tit, ut monuit Scaliger. ἐπὶ praepositionem tanquam inutilem seclusi. ἀκροδρύων Med. et ὑποστήποντας.

οἷον ὡς οἱ — ζύθος] A. B. Med. ζῆθος. Prius οἷον abundare videtur.

3. εὐχυμία] vulgatum εὐχυλία correxi. deinceps πάντων ἐν αὐτοῖς, omisso articulo τοῖς, Heinsiana.

τῶν δὲ ἐν τοῖς φύλλοις — ἄνθεσι] Cum antecesserit τοῖς μὲν ἐν, nescio, cur subito mutato casu τῶν ἐν usurparit. Verumtamen ipse malim antea ἀλλὰ τῶν μὲν scribere propter antecedens πάντων ἐν τοῖς αὐτοῖς. Postea ἐλενίου vulgabatur. ἐπεὶ δὲ τῶν εὐόσμων Med. habet et ἑρπύλλου, non ἑρπύλου.

4. ἴων καὶ τῶν ῥόδων] Ignoravit igitur rosam sulphuream simplicem foliis odoratis, flore fere inodoro. Plinius 21, 7, 18. *quorundam flos tantum iucundus, reliquae partes ignavae, ut violae et rosae.*

ἡ εὐχυμία — ἡ εὐχυμίας] Vulgabatur εὐχυλία — εὐχυλίας.

τροφὴν, ἀφ' οὗ] Gaza copulam interseruit, quae fortasse in graecis excidit. Deinde κοιλίαν sine articulo dedit Heinsius, casu quarto. καινῦν Med. habet.

5. περὶ δὲ — ἀρχῇ χρωμένους] E Mediceo δὴ scripsi, quod G. vertit. Deinceps male vulgabatur: τὸ μετὰ τοῦτο δεῖ λαβεῖν ἐπὶ — λεχθέντος πρῶτον. quae duce Gaza correxi. Ante κοιλίαι temperamentum e Med. addidi.

εἴτε καὶ τοῦτό τις θείη] G. haec omisit et statim subdidit: *quoniam cibus in his aliquatenus alteratur.* deinceps iterum omisit haec: ἀλλ' ἐκεῖνό γε φανερὸν (vel, ut A. B. Med., φανερῶς) οὐκ ἔχουσιν εἰς τὸ πέττειν. Scaliger haec neque ad rem facere, neque sublata quicquam mutilare censuit. Dalecampius coniecit: εἰ δὲ καὶ τοῦτό τις θείη διὰ τὸ — αὐταῖς, ἀλλ' ἐκεῖνό γε φανερὸν, ὅτι πέττειν ἔχουσι. Equidem εἰ δὲ scripsi et post φανερὸν inserui ὡς, sensu flagitante.

ὑγρότης εὐχυλία τις] *tamen subiacet aliquid humoris, qui grato sapori concoctionique datur* G. Verba ὑγρότης et οὖσα abundare videntur, aut vitii aliquid in reliquis inest. Ante τοιαύτης e Med. τῆς accessit.

6. καὶ ἐπὶ — ἐστιν ἃ καὶ πιότατα τυγχάνει· καθάπερ πεύκη] *quod etiam in arboribus constat, quae pinguescere admodum solitae sunt* G. unde Heinsius verba καὶ πιότατα addidit. Dalecampius malebat: ἐπὶ τ. δ. τοῦτ' ἰδεῖν ἐστιν,

ἃ πολύ γε λιπαρὰ τυγχάνει. Articulum ἡ Med. supplevit, ut καὶ ante πρότερον.

ζώων, ἔτι τὸ διαθερμαινόμενον] *quod pars alimenti, quae ferbuerit excoctaque sit, quoniam purgatissima est, assidet et collecta densataque pinguedinem reddit* G. unde Scaliger ὅτι τὸ — πιότητα correxit, ubi antea erat ποιότητα. Med. ὅτι habet. Verum πιότητα habet margo B. et Vinar. Copulam καὶ ante πεττόμενον cum Med. inserui: praeterea ἅτε καθαρώτατον malim, quod etiam G. reddidisse videtur.

Τὸ δὲ ἴδιον ἐπὶ εἰς τὰ ἄνω] *reliquum vero sursum transmissum — non per illam pinguedinem subiens* G. quasi τὸ δὲ λοιπὸν scriptum legisset. Scaliger: *quod ceteris partibus est peculiare, sursum fertur ad earum alimentum.* Equidem non dubitavi scribere: τὸ δ' ἰὸν εἰς τὰ ἄνω μ.

πιότητος — πόρους] A. B. Med. ποιότητος — τρόπους, praeeunte Gaza, correxit Scaliger. Verbum φερόμενον eodem duce cum Dalecampio addidi.

ἐπεὶ πάντων γε] Male Heinsiana ἐπὶ fecit. Deinceps ἡ αὐτὴ μὴ πολλὴ A. B. Med. equidem ἢ αὕτη malim. Ceterum mirum antecedens μὴ ἔνεστιν sequi οὐ γίνεται. Denique ἧς μὲν οὖν μὴ ἔνεστιν — et antea ξυμφράττονται pro συμφ. Med. habet.

8. *τὸ παρὰ τὴν οὐλότητα*] *quod in crispitudine lignorum efficienda animadvertimus* G. Vitiosum παρὰ correxi.

ἐν τοῖς στελέχεσι τοῖς ἄνω] *caudices crispiores quam rami: et ramorum ipsorum primae partes densissimae atque crassissimae sunt* G. ita etiam Scaliger. Itaque τῶν ἄνω Gaza scriptum legit: sed is male sequens τούτων αὐτῶν retulit ad τὰ ἄνω, id est ramos. Deinceps τὰ ἄνω Vinar. habet pro vulgato τῶν ἄνω: sed sententia flagitabat τὰ κάτω τῶν ἄνω. Dalecampius coniecit καὶ τὰ πρῶτα παχύτατα. Med. πυκνότατα καὶ παχύτατα habet.

καταλύειν καὶ συνίστασθαι] A. B. Med. ἀπολύειν καὶ ξυνίστασθαι correxit Scaliger G. secutus: *quod his in locis alimentum immoratur.* Formam Atticam ξυνίστ. restitui: praeterea tamen initio ξυμβαίνει scriptum oportuit.

δι' ὅπερ ὅλως καὶ ἡ — αὔξησις· ἡ εἰς τὸ ἄνω διϊούσης τροφῆς] Ita Heinsiana. ὅπερ — αὔξησις (Med. δὲ addit) εἰς τὸ ἄνω διϊοῦσα πρὸς τὴν βλάστησιν A. B. Med. *qua de causa et incrementum agitur in profundum: at cum ultra*

ad germen effundendum transcurrit, simplicius atque in longitudinem potius auget G. unde Dalecampius corrigebat: εἰς δὲ τὰ ἄνω διϊοῦσα πρὸς τὴν βλ. ἁπλούστερον καὶ εἰς το μῆκος αὐξάνει μᾶλλον. Equidem breviore via scripsi: εἰς δὲ τὸ ἄνω διϊούσης (nempe τῆς τροφῆς) πρὸς τ. βλ. καὶ τ. μ. ἐστίν. nempe ἡ αὔξησις. Vinar. ἡ δ' εἰς τὸ ἄνω dat, minus commoda scriptura. Med. βλάστην καὶ μῆκος habet.

ἐκείνη δὲ ἀεὶ διΐεται πρὸς τὸ πόῤῥω] *ceteris, quia ulterius assidue tendit, nihil tale evenit* G. quasi ἐκείνοις scriptum legisset. Fortasse ἐκείνως fuit.

9. Ἡ αὐτὴ δὲ καὶ σύνεγγυς] G. duas postremas voces non reddidit: equidem ἡ interserui. Deinceps Med. πέττον καὶ ῥιτείνην — ἐδιοδοῦνται.

ὑγρότητα τῆς καρπογονίας λαμβάνουσιν] *quippe postea in taedam vertuntur, atque omnino fructibus illum destinatum humorem magna parte usurpant* G. Vocem igitur ὕστερον reddidit quidem, sed τὴν ὑγρότητα tantum vertit, non τοιαύτην, quae vox cum καρπογονίας copulari non potest. Equidem vocem καρπογονίας transpositam statim post ὕστερον γὰρ collocavi. Articulum ante καρπογονίας Med. omisit.

ὡς γε κατὰ πλῆθος εἰπεῖν] A. B. Med. ὥστε γε καὶ πλῆθος εἰπεῖν. unde Heinsius ὥστε γε κατὰ πλ. εἰπεῖν fecerat.

ἔλαβε τὴν χώραν ταύτην] *hoc in loco inserere placuit* G. male Scaliger ad crispitudinem et tedam in inferiore loco consistentem retulit. deinceps ἐλαττόνω ἐστὶ Med. et πιωδῶν — ὧν αἱ μὲν γὰρ ῥίζαι.

10. κυπείρου] *graminis, gladioli* G. deinceps copulam ante τῶν ἐν ταῖς λίμναις G. legit additam. Pronomen τούτων ante φυομένων quid sibi velit, ignoro, nisi *notá ista* significat. Sed etiam sequentia, αἱ μὲν γὰρ ῥίζαι — καὶ οἱ καυλοὶ, minime quadrant ad protasin istam superiorem, ὧν αἱ μὲν ῥίζαι γλυκεῖαι, τὰ δὲ ὑπὲρ γῆς οὐχ ὅμοια. Superest emendandi loci ratio brevissima et facillima, ut mutata distinctione scribamus: τῶν δ' ἐν ταῖς λίμναις — ἐδωδίμων αἱ μὲν ῥίζαι γλυκεῖαι πολλῶν. vulgatum πολλῷ *plurimum* reddit G. Ita accessit initio δὲ, post αἱ μὲν autem γὰρ omissum est.

11. πάντων τούτων, ἐνδίδωσιν. ἡ γὰρ ὑγρότερα — τὰ ἄνω, καθάπερ] A. B. Med. ἔνδοσιν ἡ, omissis verbis τὰ ἄνω. Med. tamen ἔνδωσιν. Margo Bas. ἢ dat. *causa in his omnibus, aut quod superiora humidiora sunt atque di-*

lutiora, ut betae G. Igitur ἢ rectius scriptum vertit: ἔνδοσιν omisit, quod Dalecampius in ἐπιδίδωσιν, Heinsius ineptius in ἐνδίδωσιν vertit. Verum ἐν δυσὶν dedit Vinar. τὰ ἄνω duce Gaza addidit Heinsius. Scripturam ἐν δυσὶν firmat cap. 12, 2. ἡ δ' αἰτία ἐν δυοῖν ἐκείνοιν, ἃ εἴρηται.

καὶ οὐχὶ πέψιν μὴ ἔχοντα — ἔνδηλον εἰς ἡδονήν] A. B. Med. εἰς ἡδονήν. *et excoctione carent, cui efficere saporem datum est* G. Vinar. οὐχὶ μὲν π. ἔχ. dat. Equidem negationem inutilem seclusi. ἔχοντα δ' οὐ χυλὸν Med.

ἢ πάλιν διὰ ξηρότητα τῶν ἄνω] Med. εἰ π. habet. Grammatica ratio postulabat ἢ πάλιν ξηρότερα τὰ ἄνω. Deinceps erat: χυλὸς δὲ οὔτε ἐν ξηρότητι γίνεται.

τῆς ἀγρώστιδος καὶ τοῦ σισυριγχίου — καθάπερ ἄχυλα] Articulus τοῦ e Med. accessit. De priore Diodorus 1, 43. de victu Aegyptiorum antiquissimo: πρώτην δὲ μάλιστα προσενέγκασθαι τὴν ὀνομαζομένην ἄγρωστιν διὰ τὸ γλυκύτητι διάφορον εἶναι, καὶ τὴν τροφὴν ἀρκοῦσαν παρέχεσθαι τοῖς σώμασι τῶν ἀνθρώπων· καὶ γὰρ τοῖς κτήνεσι ταύτην θεωρεῖσθαι προσηνῆ καὶ ταχὺ τοῖς ὄγκοις αὐτῶν προσανατρέφειν. quem locum de tritico repente interpretatur Sprengel Histor. herbar. rei T. I. p. 81. Ceterum Ald. Bas. σισυριγγίου habent. Sisyrinchium cum agrostide, cypero, beta, selino, hipposelino enumeratum vides, quae omnia radices validas et esculentas habent, superiora autem arida nec vesca. Nullum genus horum bulbosum est: nec sisyrinchium bulbus est,; sed, ut est in hist. pl. 7, 13., τρόπον τινὰ βολβῶδες τὸ σισυρίγχιον. ubi vide adscripta. Denique ἐπὶ σελίνων, omisso τῶν, Heinsiana.

12. ἅπαντα δ', ὡς εἰπεῖν] auctore G. γὰρ pro δὲ scripsi. Arundo Aegyptiaca ἐν τοῖς ἕλεσι pertinere videtur ad inferiorem partem, ubi τὰ ἕλη descripta ab Heliodoro.

καὶ ἄλλως — ἐπὶ βραχὺ πάντων] *dulcis enim cetera quoque sua extrema parte sentitur, sed brevi admodum* G. *alioqui* vel *suapte natura* Scaliger. Equidem non dubitavi ὁ ἄλλος — πάντως scribere: cui opponitur ἐκεῖνος Aegyptiacus. Deinceps A. B. ἀτροφίαν, praeeunte G., Scaliger correxit: postea ἁπαλός γε, denique ἔγχυλον vulgatum correxi. Med. μέχρι οὗ habet.

13. χλωραὶ μὲν γὰρ ἢ οὐχ ὁμοίως] Cum margine B. e versione G. οὐδὲν inserit Scaliger: equidem cum Med. et Vinar. ἢ οὐκ ὄζουσι. Vitiosum χλοεραὶ repetiit Heinsiana.

κύπειρον — ὀσμῶδες ὂν καὶ ξηρὸν, ἧττον ὄζει πράσφατον]

quamvis odoratus et siccus suapte natura sit, tamen minus redoleat recens G. qui de suo *suapte natura* addidit, ut sententiae laboranti succurreret. Argumentatio enim postulat, ut scribamus: *καίπερ ὀσμῶδες ὄν, ἧττον ὄζει πρόσφατον ἢ ξηρόν.* Med. *ξηρὸν ὂν* habet.

ὥσπερ σύμφωνον] *verum hoc, ut supra dictum, consentaneum fere est* G. qui *ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον* scriptum legit. *σύμφωνον* solum per se sensum commodum non habet: quare *συμφωνεῖται* aut aliud verbum scriptum fuisse videtur.

14. *φαρμακωδῶν*] A. B. Med. *φαρμάκων* duce Gaza correxit Heinsius, ut est in Vinar.

ἀποξηραινομένων μέχρι τινὸς, εἶτ᾽ ἀκμάζουσιν. ἐπειθ᾽ ὅλον ἰσχυρότεραι ξηρανθεῖσαι] G. brevius: *Ceterum vires venenosarum perenniores sunt: in totum enim validiores ex siccitate redduntur.* Verba *εἶτ᾽ ἀκμάζουσι,* nisi sunt e varietate verbi *διαμένουσιν* orta, vitiosa et in *παρακμάζουσι* mutanda sunt: reliqua vero sine dubitatione verti in *ἐπεὶ τὸ ὅλον.* Med. *ἐπεὶ τ᾽ ὅλον* habet.

Οὕτω γὰρ οἵ τε ὀποὶ — καὶ σωματωθέντες] A. Med. *οὕτω γὰρ οἱ τόποι.* Bas. *οὕτω γὰρ καὶ οἵ τε.* unde Heinsius vulgatam fecit. Vinar. *ὀποὶ* pro *τόποι* habet. Copulam ante *σωματωθέντες* tanquam supervacaneam seclusi.

παρασκευάζουσιν αὐτοὶ] *quamobrem praeparare consueverunt alia siccantes et succum exprimentes* G. unde iam olim *αὐτοὺς* scribi iusserat Scaliger. Dioscorides 3, 9. *ὅσα μὲν οὖν ἐκ ξηρῶν τῶν ῥιζῶν ἢ τῶν βοτανῶν ἐγχυλίζεται, ἑψόμενα σκευάζεται,* scilicet *φάρμακα.* De *ὀπισμῷ* et *χυλισμῷ* vide ad hist. pl. 9, 8, 3. *ἐγχυλίζειν* est proprie *in succum vertere.* Deinceps *καὶ* ante *ἄνω καὶ ἐν τ. ῥ.* e Med. accessit.

15. *τῶν δὲ μεμερισμένων*] Participium omisit G. Significat *per partes.*

ἐπεὶ ὧν γε — ξυλώδεις οὐ κοπρίζουσιν] *his nunquam stercus disponunt* G. sed recte iam olim Scaliger *οὐκ ὀπίζουσι* scribi iusserat. *οὐ κόπτουσι* coniecit Dalecampius.

Ὁμοίως δὲ τῶν — τῆς χίνου] A. B. Med. *πίνου.* Omisit G. vertens: *Eadem ratio etiam lachrimarum est — tam spinarum quam arborum, ut amygdalae, pini, abietis, terebinthi.* Turbata verborum structura arguit vitium latens. Statim enim genitivum sequitur dativus *ἀκάνθαις τισί:* mox iterum genitivus *τῶν δένδρων* cum verbo *διαδίδωσιν,* quod, a G. omissum, non habet, quo referatur, nisi ad sequentem

nominativum ἀμυγδαλῇ (vulgatur ἀμυγδάλη), qui et ipse cum insequentibus nominibus luxatus haeret.

καὶ πεύκη ὁ ἄῤῥην] A. B. Med. πεύκη omittunt, quam inepte Heinsius inseruit, cum ὁ ἄῤῥην ἐλάτη unice verum sit. Hunc locum omisit Moldenhauer, cum in Specimine p. 63. de mascula ἐλάτῃ disputaret.

Τούτων δὲ τὰ μὲν] Inepte Heinsiana καὶ post δὲ interseruit. Vulgabatur deinceps ἄχυλα.

ἐπεὶ — κοινότερον ἀνωνύμως λεγόμενον ἢ ἡ ὑγρότης οἰκεῖα] Ita Heinsiana e correctione Scaligeri, consentiente Vinar. ὑγρότητος A. B. *humor enim, qui singulis varia excoctione convenit, communi nomine caret* G. qui nescio Medicei scripturam λεγομένων, ἢ ὑγρότης ἡ οἰκεῖα reddiderit, an scriptum legerit, quod equidem probo: λεγόμενον ὑγρότης οἰκεῖαν καθ' ἕκαστον π. ἑ. In κοινότερον et κοινότατον intellige ὄνομα repetendum e verbo καλοῦσι. Sed quomodo ὑγρότης, commune omnibus plantarum succis nomen, dici potuit ἀνωνύμως λεγόμενον? Non dubito ὁμωνύμως fuisse.

16. διὰ δὲ τὸ σωματωδεστέρας] Propter sequens membrum τὰς δὲ scripsi τὸ τὰς μὲν cum Vinar. Ante ἀγλίσχρους copulam inserui; aut pro καὶ priore εἶναι fuerit scribendum: εἶναι τὰς ἀγλίσχρας. Med. τὰς ὑδατώδεις, omisso δὲ, habet.

τῶν μὲν γίνεται πῆξις] Temere Heinsius antiquam scripturam in πῆξαι mutavit.

τοῦ πῆξαι καὶ συλλέγειν] *quo densentur atque concrescant* G. qui pro verbo postremo aliud scriptum legit, aut id plane omisit. Commodius scriberetur πρὸς τὸ συλλέγειν. Ad genitivum τοῦ intellige ἕνεκα: inepte enim διὰ τοῦ πῆξαι coniecit Dalecampius. De succo silphii narrat historia 8, 1, 7. ubi plura exempla apposui, et iterum 9, 1, 7.

AD CAPVT XII. (VVLGO XVIII. ET XIX.)

ὧν ἡ φύσις ἑκατέρων σύμμετρος] *quorum enim natura minus parte utraque modica est ad vim illam condendam* G. unde cum margine B. γὰρ inserui. Scaliger inde etiam ἀσύμμετρος scribi voluit. Equidem ἑκατέρα scripsi, ad radices et caules referens. ἑκατέρα φύσις est pars utraque, quemadmodum capitis superioris sect. 15. ὡς ἂν ἔχωσιν ἑκατέρας φύσεως. Alioqui φύσις ἑκατέρων fere idem cum οὐ-

σίᾳ significabit, certe in causa reddenda discrimen non faciet.

ἑκάτερα ῥέπει· καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς αὐξήσεως καὶ τοῦ μεγέθους τὰ μὲν ἐν τοῖς ἄνω, τὸ δ' ἐν ταῖς ῥίζαις ἔχει μᾶλλον] *atque etiam quorum substantiam plus in alterutram partem vergi natura voluerit, haec aut parte superiore aut radice potius vires continent, sicut incrementi quoque et magnitudinis ratio anceps est* G. cuius indicio verba mire transposita suum in locum reduxi. Heinsius non solum sede in aliena reliquit, sed mutilavit etiam: omisit enim postrema *τοῦτ' ἐστίν*. Praeterea copulam *καὶ* post *καὶ γὰρ* inserui: et *τὰ δὲ ἐν τ. ῥίζαις* scripsi cum Med.

καὶ κολοκύνται — ἄττα πλείων, τὰ ἄνω μείζω — ῥίζαν μεγάλας] Ita Heinsiana; partim etiam A. B. Med. nam articulum *αἱ* omnes omittunt. Deinceps *οἷον ἐνυπάρχει — κρομμύοις* (vulgabatur *κρομύοις*) — *σκόρδοις* Med. habet, unde *οἷς γὰρ ἐνυπ.* scriptum fuisse suspiceris.

2. *ὃ καὶ ἐπὶ τῶν φαρμακωδῶν*] Vulgatum *φαρμάκων* cum Vinar. correxi: quod vitium bis in capite superiore Heinsius sustulit. Med. *ὃ ἐπὶ*, omissa copula, habet.

Ἡ δ' αἰτία δυοῖν ἐκείνοιν νῦν εἴρηται, τῷ] A. B. Med. *νῦν τηρεῖται*. *causam duo illa, quae superius dicta sunt, habent, id est, quod neque praehumida neque perarida sint* G. Igitur rectius scriptum legit: *ἡ δ' αἰτία ἐν δυοῖν ἐκείνοιν, ἃ εἴρηται*. respicit enim cap. 11. sect. 11.

τὰ δ' οἷον ὕλην] *materia vacant ad coctionem suscipiendam* G. igitur repete *οὐκ ἔχει*.

3. *τοὺς χυλοὺς — δυνάμεις ἔχειν*] Verbum postremum e versione G. *e contrario — aliis super aliis subterhaberi* addidit Heinsius ineptum: potius erat *εἶναι*.

ἐν αὐτοῖς ἄνω πᾶσιν] *parte eadem omnibus habentur in summitate* G. igitur *ἐν τοῖς αὐτοῖς* scripsi cum Med. et deinceps *χυμοὶ* pro *χυλοί*.

ἤ τινων εἰσίν] *causa vero, quamobrem neque sapores — haud procul a praedictis rationibus abest* G. A. B. Med. *εἴ τινων* habent. Non dubito, fuisse *αἱ αἰτίαι εἰσίν*.

ἔχει τὴν ὁμοιότητα] *aliquid similitudinis habent* G. qui rectius *τιν' ὁμοιότητα* scriptum legit. deinceps *καὶ τὰς ὀσμὰς* Med. postea *χυλοὺς* erat, et *χυλοῖς*. A. B. *διαφέρει δὲ τὸ μᾶλλον*. Med. *κυπαρίττου*.

4. *ἔτι δὲ τῶν εἰρημένων συκῆς*] *addo etiam in fico* G. Equidem structuram fulsi additis verbis *μᾶλλον ἐπὶ τῆς*.

ἐν ταῖς ὑδαρεστέροις δὲ — ἀλλ' ἐν τούτοις καὶ διαφέρουσιν] *imo vero differentiam has suscipiunt illam* G. quasi scriptum legisset ἀλλὰ ταῦτα καὶ διαφ. Equidem copulam καὶ retraxi, et antiquum τοῖς initio restitui. Ad διαφέρουσιν intellige οἱ χυμοὶ καὶ αἱ ὀσμαί. Particulam δὲ cum Med. post ἐν collocavi.

ἔγχυλα — ἄχυλα καὶ δύσχυλα καὶ εὔοσμα, τὰ δὲ ἄοσμα] Haec vulgata correxi, et e versione G. cum Vinar. τὰ μὲν ante εὔοσμα inserui.

καὶ διαφέροντα δὲ] *nec non et odorum saporumque varietate diversa prodeunt* G. Verba graeca manca videntur esse et ab omissis pendere sequentia: καὶ ἁπλῶς δὲ πάντων — καρπῶν. Suspicor fuisse: καὶ τὰ μέρη δὲ διαφέρει ταῖς ὀσμαῖς. — τὸ φύλλον καὶ ὁ καρπός.

5. τὸ μὲν ἄπεπτον, τὸ δὲ — ἑκάτερον] Haec referuntur ad folia et fructus. Hinc vulgatum τὰ δ' ἐκ περιττωματικῆς mutavi in τὸ δ' ἐκ π. deinceps βλαστηρετέρας Med.

ἀνομοίων ὕλη οὐσῶν] *itaque cum materiae dissimiles sint* G. Heinsianus, *materie* Basileensis: unde ὕλη inseruit Heinsius. equidem non dubito, fuisse τῶν ὑλῶν. Paulo antea καὶ ὅλος ὄγκος Med.

6. πάντων πρὸς — φύσιν] *finis pro subiecta natura statutus est* G. At supra propositionem τὸ τέλος ἑκάστου πρὸς τὴν ἰδίαν φύσιν ipse postea circumscripsit: praeterea inutiliter sententia eadem repeteretur. Tandem vidi, propositionem superiorem nunc converti: itaque scribendum: καὶ ἡ ὕλη διάφορος, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντων πρὸς τ. ὑ. φ. mutata distinctione et sublata particula δέ. Vulgabatur enim: διάφορος. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν πάντων πρὸς τ. ὑ. φύσιν. Deinceps Med. χυλοὺς καὶ ἀχύλους ὀσμάς· ἡ δ' habet.

ἡ δ' ἀναφορὰ] *discrimenque ad sensum hominis redigatur* G. qui male scriptum ἡ δὲ διαφορὰ legit.

τὰ μὲν γὰρ φύλλα] nomen e versione G. inseruit Heinsius.

7. δένδρων καὶ ἐπὶ τοῦ σίτου] *terrae frugibus* G. quoque. Sed Accorambonus monuit, scribendum esse τῶν λαχάνων: itaque sequens τοῦ fuit in τῶν mutandum cum Mediceo.

τὰ δὲ σπέρματα ἄλλως ἂν ἔχει φαρμάκου λόγον] A. B. Med. τὰ δὲ ἄλλως ἂν ἐπὶ φαρμ. λ. *semina nonnisi medicaminis forte clari ratione commode possint* G. unde σπέρματα inseruit Heinsius et ἔχει dedit, cum deberet ἔχοι.

ὅπερ — ἄλλων τινῶν] Deest verbum εἶναι vel συμβαί-

νειν. G. *effici* vertit. Med. οὖν ἐστὶ τούτων οὐδὲν καὶ λύει καὶ ἐπὶ habet.

ὁ μὲν καρπὸς] E versione G. γὰρ interserui. deinceps ἐκεῖνο μὲν γὰρ vulgatum duce G. correxi: *fructus enim naturae conditionem puram continet.* Ante τῆς φύσεως articulum τὸ inserui. Med. τὸ φύλλον — γὰρ τὸ ἄκρατον habet.

κακώδης καὶ ἄλλην] G. Med. scripturam ἢ καὶ ἄλλην reddidit: *aut aliam quampiam difficultatem sortitus.*

ἅμα κρεμάμενον] Inepte *pensilis* G. vertit: recte iam olim Scaliger κεκραμένον scribi iusserat.

8. σύμμετρος γὰρ ἡ δριμύ τις γίνεται — ποιεῖ τι εὔχυλον] Ita Heinsiana. δριμύτις — τινα χυλὸν A. B. *itaque aliquam saporis gratiam generat* G. unde τινὰ εὐχυμίαν scriptum legisse apparet, quod vidit etiam Dalecampius. Med. τὴν ὑπάρχουσαν ὑγρότητα — ἡ δριμύτης — τινὰ χυλόν.

σφοδρότερον καὶ ἡ ὀσμὴ τοῦ σπέρματος διέστη μᾶλλον] *contra siccitas vehementiora omnia reddit* Gaza. A. B. Med. ὀσμὴ omittunt. ἀπὸ τοῦ σπέρματος malebat Dalecampius. Equidem σφοδροτέρα scripsi, referendum ad nomen δριμύτης, et deinceps καὶ ἡ τοῦ σπέρματος δ' ἔτι μᾶλλον. Med. ἡ τοῦ σπέρματος διέτη habet.

9. ἔχειν τινὰ χυλὸν ἡδὺν] ἡδὺν addidit Heinsius. *saporisque aliquam reddant suavitatem* G. Equidem non dubito, εὐχυμίαν scriptum fuisse.

λυομένης τῆς κράσεως ἄβρωτα] A. B. Med. βρώσεως ἄβρωτα. Recte Heinsius, monente Scaligero et praeeunte G., κράσεως fecit, sed male ἄβρωτα omisit.

καὶ αἱ τῶν ἀκρεμόνων] *ut germina vitium et stipitum* G. *ramorum* malebat Scaliger. Sed vitium est manifestum praeter nomen ἀκρεμόνων etiam in structura verborum. Nam initio scribendum: οἷον αἱ τῶν ἀμπέλων βλαστοὶ, ubi vulgabatur: καὶ γὰρ οἱ τ. ἀ. βλ. Post ἀκανθωδῶν e Med. ὄντων accessit.

κοινὸν τοῦτ' ἐπὶ πάντων, ὧν] Cum G. et Med. vulgatum ὡς correxi, ut deinceps χυλούς. Med. σχεδὸν δ' ἔτι habet, et deinceps verba a G. reddita καὶ δριμύτεροι addidit.

10. Εἰ δέ τις τῶν δένδρων] Recte A. B. Med. τι, praeeunte G., correxit Heinsius, et deinceps μικτὰ pro μικρά. Ceterum in argumentatione desidero aliquid, et suspicor, in altero membro scriptum fuisse: οὐδὲν κωλύει καὶ τούτων,

καθάπερ εἴρηται. De tiliae fructu et foliis supra dictum fuit. ἐνυλημάτων Med. habet.

καὶ ἡδύταται] A. B. ἰδιαίταται e versione G. correxit Heinsius. ἡδίαι τὰ ἀνάπαλιν Med.

11. Ἀνάπαλιν τὰ μὲν ἄλλα βρώματά τε ἔχοντα καὶ τὴν ἡδονὴν] Ita A. B. τὰ μὲν ἄλλα βρώματα καὶ ἔχοντα τὴν Med. *Sunt e contrario, quorum cetera cibo apta et suavia sunt, radices autem ingustabiles* G. unde apparet, eum scriptum legisse: Ἐστι δ' ἀνάπαλιν, ὧν τὰ μὲν ἄλλα βρωτά τε καὶ ἔχοντά τιν' ἡδονήν. Vinar. habet ἰδιαίταται· καὶ — βρωτά τε. Heinsius dedit: Ἀνάπαλιν δὲ τὰ μὲν ἄλλα (sic) βρώματα ἔχουσιν ἡδονήν. Praeterea vulgabatur: δύσχυλον — ἄχυλον, ut postea ἄχυλα — ἔγχυλα.

ἄλλοις κἀκεῖνα προσφιλῆ — τοὺς χυλοὺς] *alia tamen aliis in genere quoque illorum grata et in sapore et in dispositione animadvertimus* G. unde apparet, eum scriptum legisse: ἄλλοις δὲ κἀκείνων ἄλλα προσφιλῆ — χυμούς. Med. κἀκείνω habet. Fortasse fuit deinceps: καὶ κατὰ τὰς ἑκάστων διαθέσεις. Nam plantarum diversae διαθέσεις nihil ad discrimen pertinent.

12. χλωρῶν ὄντων] A. B. Med. et Heins. χλωρῶν. Atticismus interponendum μὲν flagitabat. De re dictum ad histor. 8, 7, 3. σίσαμον Med. habet.

οἱ δὲ καρποὶ βελτίους καὶ ἡδεῖς] In A. B. Med. βελτίους deest. *sed siccata gratiora evadunt, fructusque suaves efficiuntur* G. In annotatione Scaligeri est: *harum autem fructus non solum meliores sed etiam suaviores, sesami scilicet et erysimi.* unde Heinsius temere βελτίους assumsisse videtur. Ad μᾶλλον intellige ἅπτονται.

AD CAPVT XIII. (VVLGO XX. ET XXI.)

οὗτοι γὰρ καθαροὶ — ἐξηθημένοι] A. B. Med. ἐξηνθημένοι. *horum quippe humores — velut a natura liquati purgatique* G. qui Heinsianam emendationem cum Vinar. confirmare videtur. Vulgatum Scaliger interpretabatur: *quasi lecto naturae flore conflati.* Praeterea G. scriptum legit: τούτων γὰρ καθαροὶ οἱ χυλοὶ καὶ εἰλικρινεῖς. certe sic vulgatum interpretari oportet: inepte alioqui ipsi fructus ἐξηθημένοι vel διηθημένοι dicuntur. Paulo antea Med. περὶ δὲ δὴ τῶν καρπῶν habet.

καὶ ὅλως κατὰ τὰς δυνάμεις] *et his omnino, quae vires obtinent aliquas, videndum est deinceps* G. sensu aber-

rans, aut diversam scripturam secutus. Copula abundare videtur. Sequens ἀρχομένοις in ἀρχομένους mutatum malim, quo melius cum antecedente ϑεωρητέον coeat.

οὐδὲ δὴ τοῖς ἄνω] *nec enim superioribus omnibus ceu foliis — eadem vis inest* G. unde οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς scripsi: alioqui antecedens membrum, εὐθὺς — ἀρχομένους, luxatum pendet.

ποιεῖν ἅπερ ἄλλα] duo postrema verba e G. versione: *quae penitus nequeunt agere, quod pars reliqua potest*: adiecit Heinsius, sed scriptum τἄλλα oportuit. Deinceps τὰ σπέρματα addito articulo dedi. Deinceps αἰτίας καὶ τοῖς εἰρημένοις Med.

3. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγρίων] Copulam Heinsius addidit. deinceps malim ὧν μὲν αἱ ῥίζαι.

τοὺς καρποὺς γλυκεῖς — πεττομένους ὄντας] Participium alieno loco positum in suum reduxi.

εἰς ἔνια] *in aliis radix, in aliis pars aliqua — amplius valeat* G. Deinceps ἀέρα ἑκάστω χώρας Med. habet.

κουφότητι διὰ τῆς τροφῆς διαφορὰν διὰ τοῦτο] *sicut et frumentum et ceterae fruges pondere propter alimentorum varietatem* G. unde verba quatuor postrema addidit Heinsius. Equidem cum Mediceo διὰ τὰς τροφάς· καὶ διὰ τοῦτο scripsi. Deinceps παρνασσῷ Med. habet.

4. ὡς καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν] Pro καρπῶν videtur πυρῶν scribendum, de quibus sequentia loquuntur aperte. ὡς cum Med. omisi.

κἀκεῖ διὰ τὰς ὁμοίας αἰτίας] Haec G. omisit, et sine detrimento sensus possunt abesse.

ἔνιαι γὰρ] A. B. Med. ἔνια γάρ. Vocabulum δυνάμεις e Med. accessit. Deinceps μαλεῖαι καὶ δυνατοί τινες G. vertit *hebetes imbecillesque*. unde margo B. ἀδύνατοι rectius posuit cum Vinar. μυλεῖαι dedit Heinsius. ἀμενηναὶ καὶ ἀδύνατοι Scaliger coniecit. Propius a vitioso abest ἀμβλεῖαι vel μωλεῖαι. Deinceps φαίνεται δ᾽ οὖν vulgatum e Med. correxi.

AD CAPVT XIV. (VVLGO XXI. XXII. CVM PARTE XXIII.)

καὶ ἐν τῷ καρπῷ] Heinsius praepositionem omisit. Deinceps vulgatum τοῖς μὲν ἐν τοῖς ὑδαρέσι καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς ἀχύλοις e G. versione „*Aquosis et quasi insipidis aut acribus in flore, ut rosae, croco et reliquis generis eiusdem*, correxi: et video Scaligeri annotationi praescriptum τοῖς

μὲν ὑδαρέσι. Praeterea οὖν adiunxi. Sed ecce Plinius 21, 7, 18. *Acutus odor non omnium sine succo est, ut violae, rosae, croco: quae vero ex acutis succo carent, earum omnium odor gravis, ut in lilio utriusque generis.*

ὅσα δὲ αὐτῶν μὴ εὔχυμα] Vulgatum εὔχυλα duce G. correxi. τε praeterea malebat Scaliger, obnitente Plinio.

ἐμφαίνει γέ τινα — κρίνον — καὶ τὰ παραπλήσια] G. *lilium et lirium* vertit. Articulum τὰ Heinsiana omisit. Particula otiosa γε quid sibi velit, nescio: nec magis Med. τε convenit. equidem παρεμφαίνει malim, ne bonus odor plane excludatur.

2. ἀπὸ τοῦ χυλοῦ πως] *a sapore* G. unde χυμοῦ scripsi. deinceps ὑδαρῆ καὶ ἄχυμα, interserta e Med. copula, scripsi pro ἄχυλα, praeeunte Gaza. Medic. οὐδ' ὀσμίαν — ἔχον κατὰ τὴν ὄσφρησιν antea habet.

ἐν δυσὶ γὰρ τούτοις — τιν' ἔχειν φύσιν] Scripsi φύσει cum Med. qui praeterea τούτοιν habet: unde apparet, olim δυεῖν τούτοιν fuisse scriptum.

τὸ μὲν γὰρ ὥσπερ ἄμικτον — ἀφανίζεται] *alterum enim misceri quasi non potest, alterum — tolli necesse est* G. inepte vertit: nam non τὸ ὑδατῶδες τὸ πολὺ ἀφανίζεται, sed potius τὸ τῆς ὀδμῆς ἀφ. ἐν τῷ πολλῷ ὑδατώδει.

τοῦθ' ὥσπερ ἄμικτον] G. addidit: *quae quidem res a ratione odoris aversa penitus est. Odor enim mistione quadam consistit.* unde Dalecampius coniecit: τοῦτο δὲ τῇ ὀσμῇ ἐναντίον· ἐν μίξει γάρ.

βλοσυρωτέρα] A. B. βλοσυροτέρα. Med. βλοσσηροτέρα. cf. cap. 12, 5. G. *vehementiori* vertit.

3. πλεῖστον δ' ἐν τοῖς ἄνθεσι] *pluribus vero in flore* G. unde τῶν πλείστων scripsi.

καὶ ἧττον ἐν τοῖς ἄλλοις, ὅτι γεῶδες πλέον καὶ ἡ ὑγρότης] G. priora quinque verba omisit et pergit: *plus enim terrae humori in maioribus inest:* scriptum igitur rectius legit: ὅτι τὸ γεῶδες πλέον ἔχει ἡ ὑγρότης. In prioribus haesit etiam Scaliger, monuit tamen, intelligi ceterarum arborum flores grandiores. Deinceps articulum ante αἰτίαν addidit Heinsius.

Ἴσως μὲν οὖν καθόλου καὶ ἁπλῶς εἴρηται] *Igitur in universum atque simpliciter satis fortasse dicta haec sunt* G. Scriptum igitur legit: ἱκανῶς ταῦτα εἴρηται. Praeterea tamen malim: Ἴσως μὲν οὖν, ὥς γε καθόλου καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ταῦτα ἱκανῶς εἴρηται.

ὅτι δὲ καθ' ἕκαστον] A. B. Med. ὡς δὲ κ. ἑ. At

vero quatenus praedicta temperamenta singulatim animadvertenda sunt G. qui ἡ δὲ scriptum legisse videtur: equidem εἰ δὲ praetuli, et deinceps vulgatum δόξαιεν correxi. δόξαι habet Med.

ἄνθει τοῖς πλείστοις] *non temere plurimis odorem esse in flore appareat* G. qui additum legit εἶναι ἡ ὀσμή.

ἀποξηραινομένου θ' ἅμα τοῦ θερμοῦ — τοῦ ὑγροῦ] Heinsius verba τοῦ θερμοῦ et τοῦ ὑγροῦ addidit. G. brevius: *sive siccitas sive aliqua mutatio venerit:* unde apparet, τοῦ ὑγροῦ recte et vere addita esse; priora vero; τοῦ θερμοῦ, plane inepte, nisi voluerit Heinsius τῷ θερμῷ scribi. Locum Plutarchi apposuit Ez. Spanheim Conviv. Quaest. 1, 6. πέψει γάρ τινι τῶν ὑγρῶν ὁ Θεόφραστός φησιν ἐπιγίνεσθαι τὴν εὐωδίαν, ὅταν ἐξαιρεθῇ τὸ βλαβερὸν ὑγρὸν ὑπὸ θερμότητος. qui Heinsianae scripturae errorem plane convincit.

4. Ὅταν δ' εἰς τόνδε τὸν καρπὸν] *cum vero fructus inceptus est, odor non amplius permanet* G. unde apparet, τόνδε esse alienum. Monuit etiam Scaliger.

ἐφ' ὧν μὴ φύσει τοιοῦτος ὁ χυλὸς] *praeterquam si quae humore tali suapte natura sint, ut odorem valeant conservare* G. equidem additum malim ὁ τῶν καρπῶν χυλός.

ἡδέων τισὶ καρπῶν] A. B. Med. ἡδονῶν τισι κ. *Ex toto pene fructus, qui gustu suaves sunt, bene olent* G. Annotabis mespili fructum odoratum, ut cedri, terebinthi, abietis, πεύκης, πίτυος et lauri. Mespilum silvestre interpretatur ipse infra c. 15, 1. De odore eius etiam historia memoravit.

εὐστόμων διὰ δριμύτητά τινα] G. tria postrema omisit. διὰ δριμύτητος τινὸς Med. habet, et τε vulgo post κεδρίδος additum omittit.

ὥσπερ ὅ τε τῆς ἐλάτης] nisi ὅ τε abundare malis, τῷ τε scribendum: pendent enim haec a superioribus istis: ἐν τῷν ἡδέων τισὶ καρπῶν — καὶ τῶν εὐστόμων — καὶ τῶν λιπαρῶν. Poterat igitur brevius, ut in reliquis, dicere: λιπαρῶν, ὥσπερ τῆς ἐλάτης — δάφνης. Sed video, posse excusari ὅ τε, si ὥνπερ scribas.

5. ἅμα δὲ καὶ ταῦτ' ἔχει — τὸν χυλὸν] Haec omisit G. ἔπει dedit Heinsius. Paulo antea Med. τὰ γλυκέα. οὐδεὶς ὡς εἰπεῖν· πάντων habet.

ἄλλως τε — μεμιγμένος] *praesertim cum mistus fuerit in fructu* G. In graecis vitium video, sed sanare nondum valui. Oppositum διαπνεομένου μᾶλλον fere docet, quid desideretur. Infra c. 16, 5. ubi docetur, cur agrestes fructus

odoratiores cultis sint, inter causas haec etiam editur: *καὶ ἔτι λεπτοχυλώτερα καὶ οὐχ ὁμοίως τὸν χυλὸν ἔχοντα ἀναμεμιγμένον τῇ σαρκὶ τοῖς ἡμέροις*. unde suspicor, hoc in loco scriptum fuisse: *ἄλλως τε τῇ σαρκὶ καὶ οὐ τῷ περικαρπίῳ μεμιγμένον*. Nisi, quae ibi *σὰρξ* dicitur, hic *περικάρπιον* audit: nam in fructibus pulposis et carnosis cultis *περικάρπιον* dicere solet Theophrastus carnem et pulpam semina includentem. Med. *διαπνεομένων* habet.

λεπτοτέρου καὶ ξηροτέρου] Vix haec recte opponuntur prioribus, *παχύτερος καὶ γεωδέστερος*.

ὡς ἐπὶ κεφαλαίων, ἐν τούτοις τοῖς γένεσιν ἡ εὐοσμία τῶν δὲ φύλλων καὶ κλῶνες — ὑλημάτων. ἐν οἷς — λιπαρότης· ὧν ἅπερ ἀμέλει — καὶ ἐνίων] *Verum ut summatim agamus, odor et foliorum et ramorum et in totum arborum atque plantarum in eisdem generibus est, in quibus aliquid acredinis aut pinguedinis inest, quemadmodum certe fructus quoque supradicti se habent, et quidam etiam ex vinosis* G. Apparet, eum scriptum legisse: *ὡς ἐπὶ κεφ. εἰπεῖν, ἐν τούτοις τοῖς γένεσιν ἡ εὐοσμία τῶν τε φύλλων καὶ κλωνῶν, καὶ ὅλως τῶν δένδρων καὶ ὑλημάτων, ἐν οἷς — λιπαρότης, ὥσπερ ἀμέλει οἱ — οἰνωδῶν ἐνίων*. Equidem propter antecedentia *τῶν φύλλων καὶ κλωνῶν* malim *ὅλων τῶν δένδρων*: et in fine *καὶ τῶν οἰνωδῶν ἔνιοι*. nisi ibi quaedam acciderint. Med. habet *ἀμέλλει καὶ οἱ — οἰνωδῶν ἐνίων*. unde copulam assumsi.

ὁ γὰρ τοῦ μυῤῥίνου] A. B. Med. *μυρήνου* correxit Scaliger, praeeunte Gaza. Cf. ad hist. 1, 13, 10.

αὐτὴ καὶ εἴ τις ἄλλη] Copulam omisit Heinsius. *et ea quoque odorem aliquem reddit, et quaecunque talem acrimoniam sive pinguis — in suis fructibus habeat* G. Non apparet, quo referatur *αὐτὴ* et sequens *εἴ τις ἄλλη*. Nam ad *μύῤῥινος* non potest: dicitur enim *ὁ μύῤῥινος*, ut ad 1, 13, 10. docui. G. *αὕτη* reddidit. An *φύσις* excidit? Certe hoc nomen in altero membro supplendum: in priore autem *αὐτὴ* et antea *τῆς μυῤῥίνης* scribendum videtur. Infra cap. 19, 4. bis est *μυῤῥίνη*. sed sect. 10. de eodem frutice Aegyptiaco bis est *ὁ μύῤῥινος*. Quam scripturae inconstantiam cui causae praeter librariorum scriptorum socordiam adscribam, equidem ignoro.

7. *καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οἷον πηγάνου*] Cum G. margo B. et Scaliger *λαχάνων* praetulerunt: sed Med. *καὶ ἐπὶ λαχάνων* addit. Plinius 21, 7, 18. *Hortensiorum odoratissima*,

quae sicca, ut ruta, menta, apium, et quae in siccis nascuntur. Med. ἑρπύλλου habet, non ἑρπύλου.

τό τε ξηρὸν καὶ δριμὺ] *Siccitas enim et acritas vel acerbitas his inolescit, non in fructibus* G. Igitur τό τε γὰρ ξηρὸν plenius scriptum legit. Deinceps erat τοῖς ἄλλοις ἐχόντων sine articulo τῶν: brevius tamen poterat τοῖς ἔχουσι.

τοῖς ἄλλοις τὸ κατὰ τὸν διορισμὸν τοῖς εὐώδεσιν, ὥστε τὸ ἔγχυλον ξηρῷ ἀπομιγνύμενον ἐμφαίνειν τινὰ δύναμιν] *In omnibus vero tum in his tum ceteris odoratis redditum illud per definitionem omnino inest, ut demistum sicco, quod sapidum est, vim aliquam pariat odoris* G. Unde apparet, eum rectius scriptum legisse: καὶ τοῖς ἄλλοις εὐώδεσι· το κατὰ τὸν διορισμὸν, ὥστε — τῷ ξηρῷ ἐναπομιγνύμενον. De forma verbi ἐναπομιγνύμενον dubius adhuc haereo, ut initio huius libri.

8. καὶ ὅλα καὶ κατὰ μέρος] Copulam alteram, praeeunte G., cum Scaligero et Vinar. addidi. Pro ἡδίω Med. ἰδίω habet.

ἀποκλίνει πάντα] *et omnia odorata eo potius vergunt* G.

πεπεμμένα γὰρ δηλονότι ἔνια μᾶλλον καὶ ξηραινόμενα] Male haec confudit et perturbavit Heinsius. Recte enim A. B. Med. πεπ. γ. δ. μᾶλλον, καὶ ἔνια ξηραινόμενα ὄζει, χλωρὰ δ' οὐκ ὄζει. Deinceps A. B. Med. σχῖνος habent.

μελίλωτος· οὕτω δὲ καὶ οἰνάνθη εὐοσμότερος] A. B. οἰνοφανθεὶς habent: οἰνορά́νθης Camot. οἴνῳ ῥάνθης Med. *Sic et oenanthes odoratior est* G. unde Heinsius accepit, quod coniecerat Scaliger. In Vinar. est οἰνάνθης. Verum, οὗτος — οἴνῳ ῥανθεὶς, in scriptura vitiosa latens facile investigavi. Plinius 21, 7. *aliqua arida diutius odorem continent, ut melilotos.* De croco et meliloto est etiam in libello de odoribus, siccata tantum odorata fieri. οὕτως δὲ Med. habet.

9. τῶν μὲν γὰρ ἀσθενεῖς αἱ ὀσμαί] In hac polycolo periodo scribendum censui ὧν μὲν et deinceps ὧν δ' ἰσχυρότεραι, τοιαῦτα δέ. Vinar. primo loco ὧν habet, altero A. B. utroque vero τοιαῦται A. B. Heinsius posteriore τῶν δ' fecit, et τοιαῦται reliquit.

γεωδέστερα καὶ γεωδεστέροις οὔ τι μέμικται] Ita Heinsiana. γ. καὶ οὐ γεωδεστέροις οὐ καὶ οὐ μεθῖκται A. B. γεωδεστέροις. καὶ οὐ μεθῖκται Camot. et Med. *ut eorum, quae terrena magis et in terrenioribus posita sunt, quibusque vis quaedam aquosa permista est, qua siccata inveteratuque ad quoddam usque temporis spatium odoratiora*

redduntur G. unde scripsi: *καὶ ἐν γεωδεστέροις καὶ οἷς μέμικταί τις ὑδατώδης δύναμις, ταῦτ' ἀποξ.* Heinsianam scripturam Palmerius p. 688. mutabat in *γεωδεστέροις οὖσι μέμικται.*

μέχρι τινὸς εὐοσμότερα] Postremam vocem e versione G. adiecit Heinsius. Deinceps *ὧν καὶ* A. B. Med. Postea *τῶν τε στεφανωματικῶν* vulgabatur.

δριμείας] Plinius 21, 7, 18. *Abrotonum et amaracus acres habent odores.* In sexu *ἀμάρακον* vitium inesse putô. Alibi enim dicitur *ἀμάρακος*, et quidem duplicis generis. Deinceps *κρόκκος* hic et ubique Med.

ἀποπνεῖ τὸ ὑδατῶδες, καὶ ἡ τῆς στροφῆς ἐπιῤῥοὴ] Ita Heinsiana. *ἀποπνεῖ ταῦτα τῷ ὑδατώδει* A. B. *τά τε τῷ ὑδατῶδες* Med. *τὸ ὑδατώδη* Vinar. Priora correxit Heinsius, sed vitiosum *στροφῆς*, diu a Scaligero praeeunte G. correctum, reliquit. e Med. *ἀποπνεῖ τε τὸ ὑδατῶδες* malim.

10. *Καὶ ὥσπερ πέψιν — ἔνιά γε λαμβάνει· διὸ καὶ ἀφαιρεθέντα*] Quanquam G. haec eodem ordine verterit, equidem tamen scriptum fuisse existimo: *Καὶ — ἔνιά γε λαμβάνει, ἃ δὴ καὶ ἀφαιρεθέντα.* Vulgatum *διὸ* causam reddit falsam. Intelliguntur poma autumnalia, quae reposita in cellis maturantur. Plinius 21, 7, 18. *quaedam vetustate odoratiora, ut cotonea: eademque decerpta quam in suis radicibus.*

τῶν ποωδῶν] A. B. Med. *ὀπωρῶν.* Heinsiana *ὀποωδῶν.* Correxit Scaliger. Plinius 21, 7, 18. *Quaedam, dum virent, non olent, propter humorem nimium, ut buceros, quod est foenum graecum.*

παρίσταται] *constans perficitur* G. Scaliger: *abscedens a priore statu firmatur, sistitur: quia eatenus fuit in motu alterationis. Latine desciscit. Mutatur ab inodoro ad odorem, cum defecatur: simul enim exhalat vapor aqueus.* Deinceps articulum ante *ὑδατῶδες* addidi. Med. *τῇ ὑδατώδη* habet.

11. *τὰ ἴα μέλανα καὶ τά γε λευκὰ*] *ut violae tam nigrae quam candidae amarae maleque olidae in vetustate redduntur* G. quem secutus Heinsius vocem *μέλανα* inseruit: temere: articulo certe addito opus etiam erat. Verum vulgata scriptura bene habet, ut sequens *τά γε λευκὰ* docet. Deinceps *μέχρι οὗ* Med.

πλὴν τὰ μὲν χλωρὰ μᾶλλον καὶ πόῤῥωθεν ὄζει· ταῦτ' οὐδὲ τὸ αἴτιον] *virides tamen a longe* (Heinsiana *eminus*) *redolent: siccae non nisi proxime admotae* G. *χλωρὰ* hie

etiam, ut supra pluries, A. B. *μᾶλλον* unde arripuerit Heinsius, nescio. Deinceps A. B. Med. Heinsiana *ταῦτ᾽ οὐδὲ τὸ αἴτιον* habent. *ταὐτὸ δὲ τὸ αἴτιον* cum margine Bas. maluit Scaliger. *ratio, quod induratae quodammodo defectu proprii caloris halitum reddere nequeunt* G. Vinar. dat *ταῦτα δ᾽ οὐ· τὸ δ᾽ αἴτιον.* quod non potui accipere. Ita enim sequens causa redderetur, cur rosae eminus non redoleant: eaque esset falsa. Igitur *Τούτου δὲ τὸ αἴτιον* scripsi: causa deinceps redditur propositionis *τά γε λευκὰ πικρὰ καὶ κακώδη παλαιούμενα.*

ἐπεὶ πρός γε τὰς χρείας] Vulgatum *πρός τε*, ut antea *ἐκλελειπότος* correxi.

12. *ὃ καὶ τῶν ἀγρίων ἔνια — ὁμοίως δοκεῖ*] A. B. *ᾧ — ὅμοια. quod et inter agrestia quibusdam evenire videtur* Gaza. Vox *ὁμοίως* sive *ὅμοια* abundat, a Gaza quoque omissa. Med. *ὅμοια — ἕρπυλλος* habet.

τῷ ὑφειμένῳ] *cum remissione* G. nempe *τῆς σκληρότητος.* Alibi dixit *τὸ ἀνειμένον.* Formam *ἀγλυκεῖς*, infra iterum occurrentem, in Xenophontis Hierone 1, 21. e Suida in *ἀγλευκὴς* mutarunt Editores. In Oeconomici 8, 3. *ἀγλευκὲς* Suidas pro vulgato *ἀτερπὲς* exhibet. Med. *γλυκύτητά τινα* habet: unde malim id pronomen post *ἔχουσι* deletum.

ὥσπερ ἐν χυλοῖς καὶ ὀσμαῖς γλυκύτης] Duce G. *οὕτω καὶ ἐν ὀσμαῖς* scripsi. Med. *καὶ ἐν ὀσμαῖς* habet. et deinceps articulum *αἱ* ante *ἄλλαι* adieci.

AD CAPVT XV. (VVLGO XXIII.)

ποῖαι ξηραινομένων εὐοσμότεραι] Ita A. B. Med. *εὐοσμότερα* dedit Heinsiana, et deinceps *ἀλλ᾽ ὅσα* pro *ἀλλ᾽ ὅλα.* Med. *θεωρεῖσθαι* habet.

ἢ οὐ κατὰ λόγον] G. inepte vertit: *Annon ex ratione id quaeret?* cum deberet *nec pro ratione* vel *portione.*

ἐνδεῖ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις μὴ οὖσιν. εὐόσμοις, τούτοις μάλιστα] *nam et ceteris odore carentibus flos istius modi deest, sed in his potissimum enotatur, quia ratio naturaque odoris praecesserit* G. vulgatam secutus, quam Scaliger etiam conatus est interpretari, et deinceps *τούτοις δὲ μάλιστα* scribi voluit. Equidem non dubitavi scribere: *ἔδει γάρ, εἰ καὶ μὴ τοῖς ἄλλοις μὴ οὖσιν εὐόσμοις, τούτοις γε, μάλιστα* et cet. intellige autem: *ἔδει γὰρ τὸ ἄνθος εὔοσμον εἶναι.* Verba *διὰ τὸ — φύσιν* verte: *quia natura earum odorem ab initio nacta est.*

2. τούτων πεττομένων τῶν χυλῶν· ὅσα δὲ εὔοσμαι τούτω διὰ τὴν μεταβολὴν, λαμβάνει τινὰ τὸ ἄνθος εὐοσμίαν· ἐπείπερ ἡ πέψις ἐν μεταβολῇ, ἀναγκαῖον ἐξαλλάττειν τὴν ὀσμήν. ὀσμῶν δὲ ὄντων, ἧττον εὔοσμον] Ita A. B. *horum flos, cum humor concoquitur, odorem aliquem capit, quoniam concoctio in mutatione est: contra quae odorata sunt, horum odorem permutatione variare necesse est* G. qui scriptum legit: πεττ. τ. χυλῶν λαμβάνει τινὰ τὸ ἄνθος εὐοσμίαν, ἐπείπερ ἡ πέψις ἐν μ. ὅσα δὲ εὔοσμα, τούτων ἀναγκαῖον ἐξ. τὴν ὀσμήν. Vinar. dat: χυλῶν ὀσμὴν τινα λαμβάνει τὸ ἄνθος· ὅσα δὲ ἄοσμα, ἐπείπερ. Heinsius dedit: τ. χυλῶν. διὰ τὴν μεταβολὴν, λαμβ. τ. τὸ ἄ. εὐ. ἐπείπερ δὲ ἡ πέψις ἐν μ., ἀναγκαῖον ἐξ. τ. ὀσμήν. εὐόσμων δὲ ὄντων. Equidem quid effecerim, vides: an approbaturus sis emendationem, tuum est, lector, iudicium. Ex ὀσμῶν feci ὀσμωδῶν. Heinsius εὐόσμων. praeterea malim ὀσμωδῶν οὖν ὄντων. In Heinsiana scriptura Med. διὰ τὴν μεταβολὴν omisit, et deinceps ἐπείπερ ἡ πέψις ἐν μεταβολῇ· ὅσα δ' εὔοσμα τούτων διὰ τὴν μεταβολὴν ἀναγκαῖον habet.

αὐτὴ γὰρ ἐξαλλαγὴ] *Haec enim diversitas veluti hebetatio pristini odoris ac virium esse videtur* G. igitur αὕτη γὰρ ἡ ἐξαλλαγὴ scriptum legit, quod habet Med. Vocem ἐξάνθησις aliter scriptam legisse videtur: nec ea loco convenit, qui ἐξήθησις vel simile vocabulum desiderat.

διὸ καὶ αὐτά φασιν ὄζειν τότε] *quapropter florem tunc olere posse affirmant* G. absurde: nec magis apte vel clare Scaliger: *ideo potius quam floreant aiunt eas partes olere bene.* Equidem, cum de iis sermo sit, quae ὅλα εὔοσμα sunt, puto intelligi αὐτὰ, *ipsa tota tunc magis olere.*

3. ὥσπερ ἐπὶ τῶν χυλῶν τῶν τοιούτων καὶ τῶν ἐν τέλει] *Simile autem tum evenire videtur, ut in succis coctis atque in crudis, cum ignem sentiunt aut solem* G. qui omisit verba τῶν ἐν τέλει. Equidem ὥσπερ transposui post vocem τέλει, et ante πεπεμμένων repetii ἐπὶ τῶν.

τῶν δ' οἷον ἐξίστησι] Cum Med. et G. τοὺς δ' scripsi. Deinceps fortasse τέλει γένηται scribendum fuerit. γίνεται Med. habet.

γίνεται τοῦ ἀκράτου] Heinsiana articulum τοῦ omisit, cui e Med. τῆς substitui. Sequentia G. vertit: *Tum etiam evenit, ut succus eiusmodi, qui suapte natura siccus est, in proventu floris humescat, si secus generatio fieri non possit, atque ita sequatur remissio.* Scaliger ita: *Quare floris naturam cum oporteat siccam esse: hac enim floris*

proprium: nimirum vitiabitur: hoc est, quod aiebat ξηρὸν ὂν φύσει, *quod flore siccum esse debet.* Equidem ξηρὸν ὂν suspicor esse idem, quod antea ἄκρατον audiebat, materiam odoris.

4. ἐπὶ οὖν γενέσεως οὐκ ἄνευ τούτων] A. B. Med. ἀνθήσιν. ὧν γένεσις οὐκ ἄνευ τούτων. G. scriptum legit: εἰ vel ὡς γένεσις οὐκ ἄνευ τούτων. (τοῦ ὑγραίνεσθαι.) κἂν ταύτῃ γίνοιτό τις ἄνεσις vel καὶ ταύτῃ γίνεταί τις ἄν. Verba vitiosa agnovit etiam Scaliger.

εἰ δὲ μὴ ὑγρότης] Heinsiana negationem omisit. *Sin autem non humore sed dulcedine opus sit ad fructuum generationem* G. qui pro ἔγκειται aliud verbum legit scriptum. Deinceps γλυκέος A. B. γλυκέως Heinsiana.

οἷον ἐπιγλυκαίνουσαν] *quasi dulcescat, exempta scilicet acredine illa sincera* G. Verbum alibi nondum repertum, notione quidem passiva, miror. γλυκάζω, dulcesco, serior Graecitas novit.

AD CAPVT XVI. (VVLGO XXIV.)

ἔν τε τοῖς ἀγρίοις τὰ στρυφνότατα καὶ τοῖς ἡμέροις εὐοσμότατα] Articulum omisit Heinsiana. στρυφνώματα A. B. Med. στρυφνώτατα Vinar. Ceterum verbis καὶ τοῖς ἡμέροις transpositis duce G. cum Med. locum correxi. Initio μηλέα dat Med.

καίτοι διὰ πέπτου γινομένης] Ita A. B. *atqui cum odor per coctionem acquiratur* G. διὰ πέψιν cum Heinsio Vinar. διὰ πέψης Med.

ὡς σκληρότερα — τοῖς ἄλλοις] *agrestia duriora esse, quod in ceteris quoque rebus naturae animadvertitur* G. In graecis ὡς abundat, et in altero membro vitium aliquod inesse videtur.

ἔτι δὲ καὶ οἰκειοτέρως ἔτι δύναιντο διελθεῖν τὰς πέψεις] A. B. Med. εἴ τι δύναιντο (Med. δύαῖτο) — πέψεις τήν τε χυλοῦ — ἐν τίνι ἑκατέρα. *Sed convenientius ratio assignetur, si quis coquendi genera saporis atque odoris discernere valeat, ita ut, quo in genere vis saporis odorisve consistat, compertum sit* G. Igitur scriptum legit: Ἔστι δὲ καὶ οἰκειοτέρως τὴν αἰτίαν ἀποδιδόναι, εἴ τις δύναιτο διελεῖν — τήν τε τοῦ χυμοῦ — ἐν τίνι ἑκατέρα γίνεται. Scaliger εἴ τις δύναιτο διελθεῖν scribi iam olim iusserat. διελεῖν habet Med.

ἑτέρων ὄντων] *Sive sit unum, quod mutet, coquat, perficiat, nempe calor, sive plura.* Ita Scaliger. Obscurius

G. *sive differant inter se, sive idem sint aliqua commutatione.* In priore membro intellige τῶν μεταβαλλόντων: passiva tamen notione, non activa, ut voluit Scaliger.

2. καὶ ὅλως ἡ εὐοσμία] G. praeeunte εὐχυμία iam olim scribi iusserat Scaliger. Deinceps παχύνει τῶν χυλῶν qui habet Med. videtur παχύνει τὸν χυλὸν dare voluisse. postea ἀτελεστέρα πέττει Heinsiana.

ἄπιοι καὶ μῆλα] Med. μηλέα — καίτοι τόν τε τοῦ χυλοῦ μάλιστα πέψις habet.

καὶ ἔοικεν ἐν ταῖς προτέραις — χυλῶν· πλείους γὰρ] *Et quidem in primis succorum mutationibus videre id licet: uberius namque odores inde exultant, ceu simul et flatilis quaedam esset odoris conditio, et succus suam haberet naturam, ad quam cum venisset crassatus excoctusque, minus quidem odoris spirare, dulcedinem tamen convenientem — possit accipere* G. ubi *plures* pro *uberius* scripsisse videtur. In loco difficili parum aut nihil adiuvat nec versio nec A. B. Med. καὶ ὀπὸς τοῦ χυλοῦ dat margo B. quod probavit Scaliger. Pro vulgato ὅταν εἰς ταύτην ἐπέλθῃ G. ὅταν δὲ εἰς τ. ἀπέλθῃ rectius scriptum legit. Scaliger ita: *Mendosus codex. Sensus tamen est: agitatione succi, quae fit per spiritum naturalem opere ac tractu coctionis, excitari qualitates odorabiles.* καὶ ὀπός. *Sensus est: fructus, ubi eo pervenerunt, ut saporis nactus sit saporem, densatus et coctus minus trahit alimenti, simul adipiscitur inspissatione dulcedinem.* Equidem conieci: καὶ ἔοικεν ἡ ἐν — τῶν χυλῶν γινομένη πέψις (πλείους γὰρ γίνονται) καθάπερ ἅμα πνευματική τις οὖσα καὶ οὔπω τοῦ χυλοῦ τὴν οἰκείαν ἔχοντος φύσιν· ὅταν δ' εἰς ταύτην ἀπέλθῃ παχυνθεὶς — τὰ μὲν τῆς τροφῆς ἐλάττω — λαμβάνει. Heinsius ineptissime τὰ μὲν τῆς τροφῆς πλείω, τῆς δ' ὀσμῆς ἐλάττω· τὴν δὲ γλυκ. dedit, ubi A. B. Med. breviter τὰ μὲν τῆς τροφῆς ἐλάττω, τὴν δὲ γλ. Vinar. ὀσμῆς ἐλάττω dat, ut Gaza.

τελεούμενα] Ita A. B. Med. τελειούμενα Heinsiana. Deinceps ἀτροφοῦντα — εὐοσμίαν A. B. Med. habent. Correxit praeeunte Gaza Scaliger.

καὶ ὀλιγοτροφία καὶ ἐν εὐπνοις] Heinsius ὀλιγότροφα fecit G. secutus: *quae parvo alimento contenta degunt.* Deinceps ἀμβλύνει Heinsiana dedit: postea μάλα δὴ Med.

3. καὶ ξηρότερα τὰ ἄγρια] Articulum dedi pro copula καὶ A. B. Med. quam Heinsius omisit. Mecum G. et Vinar. Deinceps copulam ante ἔτι λεπτοχυλώτερα iterum Heins. omisit. Med. ἐγκλιῶσι habet.

γλυκεῖς ἄοσμοι] A. B. Med. εὔοσμοι correxit duce G. Scaliger. ὅλως e Med. accessit. deinceps ἀναμεμιγμένον ἔχοντα Med.

6. τρυγὶ ἧττον εὔοσμον] Optimum vinum medio dolio contineri, summum et infimum pessimum esse, auctore Hesiodo ἔργων versu 368. docet Plutarchus Quaest. Conviv. 7, 3. et Geoponica 7, 6, 9.

τοὺς διηθικοὺς τῶν οἴνων] A. B. Med. ἠθικούς. *genus vini, quod morale vocatum est* G. ridicule. Scaliger recte vina saccata, διηθουμένους, interpretatur. Sensum tenemus: sed formam vocabuli sanam non praesto. Cf. Mercurialis Var. Lect. 2, 17. Reinesii Var. Lect. 3. p. 443.

συνεπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ ἐκ τῶν — εὐχύλων] Articulum τὸ addidi et εὐχύμων scripsi.

ἔτι δὲ ὡς πολύοσμοι — ταῖς ὀσμαῖς. οὐκ ἔχουσιν δὲ τῇ γεύσει τὸ μαλακὸν, ὡς — χυλὸν εὐοσμίας καὶ πολυοσμίας καὶ ἰσχύος] *Item quod quae large olent ac valide, mollitiem in gustatione nullam prae se ferant, utpote cum simul manere nequeant odor suavis et plenus ille ac validus* G. unde scripsi: ἔτι δὲ οἱ πολύοσμοι — οὐκ ἔχουσιν ἐν τῇ γεύσει. deinde ut τῷ μαλακῷ ἐν τῇ γεύσει respondeat suum nomen, pro εὐοσμίας fuisse puto scriptum εὐχυμίας aut μαλακότητος. Vinar. ἔχουσιν ἐν γεύσει dedit. Med. ἐν τῇ γεύσει habet.

7. Ὅπερ ἐπὶ — εὐοσμωδῶν] E versione G. et Med. καὶ addidi, et monstrosam formam correxi. Plinius 21, 7, 18. *Odorato sapor raro ulli non amarus: e contrario dulcia raro odorata. Itaque et vina mustis odoratiora, et silvestria magis omnia sativis.*

δύσχυλα — καθάπερ αἱ ἀμύγδαλαι] Scripsi δύσχυμα. Med. καὶ ἀμ. habet. Amygdalae odorem bonum, et saporem amarum fructus annotabis. Deinceps οὐκ εὔχυλοι erat. Postea τούτων ante δῆλον e Med. accessit.

ὡς ἕτερον τοῦ χυλοῦ τὸ τὴν εὐοσμίαν ποιοῦν, ἦν] Heinsius τοῦ χυλοῦ adiecit. G. tamen nihil tale habet: sequentia autem vertit: *si tamen causae odoris saporisque modus adsit: quod ex ambobus provenit, suavissimum est.* Quaeritur, idemne odoris saporisque principium an diversum sit: hic ait Theophr. aliud esse, quod odoris suavitatem efficiat: requiri tamen temperaturam convenientem. Scaliger verba ἥδιστον δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν interpretatur, *suavissimum ex utroque scilicet extremo.* Conieci: τὸ τὴν εὐοσμίαν καὶ τὸ τὴν εὐχυμίαν ποιοῦν. Τὸ δ' ἥδιστον ἐξ ἀμφοῖν ἢν συμμετρίαν τινὰ λάβῃ τῆς

κράσεως ἄλλων τε καὶ ἀγρίων τινῶν, ὧν ἔφαμεν λυπεῖν τὸ δριμὺ τὸ ἄκρατον. Med. omisso ἦν habet ἥδιστον τὸ ἐξ ἀμφοῖν.

ἄλλως τε καὶ ὧν ἐν αὐταῖς ἀγρίων τινῶν ἔφαμεν λυπεῖν] Heinsiana λείπειν dedit. *praesertim cum in quibusdam agrestibus acredo atque sinceritas taedio admodum sit* G. Non solum structura verborum luxata, sed ista etiam, ἐν αὐταῖς, sensu cassa vitium loci enorme arguunt. Conieci ἥδιστον δ' ἐν αὐταῖς τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἄλλως τε καὶ ἀγρίων τινῶν, ὧν ἔφαμεν λυπεῖν τὸ δριμὺ τὸ ἄκρατον.

ὑγρότητος συμφύτου] *nativi humoris — redduntur* G. Articulum τῆς bis addidi. Sed unde pendet infinitus modus γίνεσθαι καὶ ἡδίους? Sequitur tamen μίγνυται — εὐχυμότερα (vulgo εὐχυλότερα) γίνεται, quae G. omisit. A. B. εὐχυλοτέρων γινομένων habent. Si coniecturam priorem meam sequaris, pendent haec a verbo ἔφαμεν. Med. ἑρπύλλου — συμφύτω — ἰδίους — μίγνυται. καὶ εὐχυτοτέρων γινομένων ἐὰν habet.

ἐπιζητοῦμεν τὸ ἐλλεῖπον] *quaerimus certe quod deest* G. debebat *desideramus* ponere.

ἅμα γὰρ — τῶν γευστῶν] *simul enim quodammodo in eiusmodi gustabilium genere odoris atque saporis delectatio est* G. Iunxit igitur: ἡ ἀπόλαυσις τῶν ὀσμῶν καὶ χυμῶν ἅμα ἐστὶν ἐν τοῖς τοιούτοις τῶν γευστῶν. Med. χυλοῦ habet.

8. διαιρεῖν — ἐν τῷ χυλῷ — ὀσμὴ, ποῖος] *at si in succo dulcedo sit aut aliqua genera saporis, odor autem de succo proveniat, qualisnam sit uterque* G. rectius igitur scriptum legit addita particula εἰ ἐν τῷ χυλῷ.

φαίνεται δὲ κἀκεῖνο συμβαίνειν ὥσπερ] *atque proinde evenire videatur, ut in imperfectis et privativis potius consistat odoris suavitas* G. Omisit igitur molestum κἀκεῖνο, quod dubios nos facit, novane haec sit propositio, an superior continuetur. Mihi κἀκεῖνο male repetitum e superiore oratione videtur, et eadem propositio nunc demum explicari, quae interpositis verbis ὅπερ — εὐοσμότερος conciditur. Nulla enim consecutio superioris propositionis, ἐκεῖνο — εἰρημένων, apparet, sed apodosis deest: quae demum repetito priore membro sequitur. Interim tutissimam rationem secutus φαίνεται δὴ ἐκεῖνο scripsi, et cum Gaza ὥσπερ mutavi in ὥστε.

τὰ δ' ἀσθενῆ — τὰ δ' ἄλλην ἔχοντα] A. B. τὰ δ' ἄλλα. *alia exilia — alia aliquid habeant taedii* G. In voce ἀσθενῆ haesit etiam Scaliger.

ἡ πνοὴ γάρ τις — ἀπὸ τούτων] *exit enim halitus qui-*

dam de his maiorem in modum G. unde ἀποπνοὴ scripsit quod nomen ad sequentia etiam repetendum videtur.

ὥστ' ἐὰν μὲν εὔκρατα λάβῃ] *qui si temperatus sit, modicus sensui occurrit; sin minus, difficilis gravisque est* G. quasi scriptum legisset: εὔκρατος ᾖ, σύμμετρον — ἐὰν δὲ ὑπερβάλλῃ, δυσχερῆ. Vitium in verbis εὔκρατα aut in solo verbo λάβῃ haeret.

καὶ οὐκ ἂν δόξειεν — φύσιν ἔχειν] A. B. ἔχει. *Nec in privatione genus id collocandum, sed aliquam potius naturam aliam habere videtur, si quidem nonnullam vim extremorum obtinent efficiendorum* G. ubi *nonnulla vim* scribendum videtur. Cum haec sententia superiori, ἐν τοῖς ἁπλέσι καὶ στερητικοῖς χυμοῖς μᾶλλον εἶναι τὴν εὐοσμίαν, contraria sit, videtur nunc Theophrastus dubitationem aliquam proponere velle. Igitur suspicor, fuisse ab eo scriptum: Καίτοι οὐκ ἂν δόξειεν ἐν στερήσει τοιοῦτον εἶναι γένος — εἴ γε ἔνια (αὐτῶν pro τοιούτου τοῦ γένους) ποιητικὰ τῶν ἄκρων. Argumentatio talis esse videtur. Si corpora amara et acria odorem simul habent omnium maximum et suavissimum, non videtur verum esse, quod supra posui, εὐοσμίαν inesse στερητικοῖς χυμοῖς, quorum e genere sunt sapores amari et acres. Nam τὸ στερητικὸν non potest esse simul ποιητικὸν τῶν ἄκρων.

Ἡ μὲν οὖν ἀοσμία — ἐν τοῖς γλυκέσι καὶ δυσχύλοις — ὡς δ' εἰπεῖν, τῶν ὀσμῶν. ἡ μὲν ἰσχὺς] *Igitur odor his de causis in succis minus dulcibus atque insuavibus inest. Odorum autem, ut ita dixerim, omnium potestas pro subiectas naturas ratione procul dubio est* G. Igitur hoc duce εὐοσμία, deinceps ἀγλυκέσι scripsi. Scaliger εὐχύλοις maluit, nempe ἀοσμία vulgatum tenens. Vinar. εὐοσμία διὰ τοῦτο ἐν τοῖς μὴ γλυκέσι habet. Cetera, dum codex melior fidem faciat, coniectura sic emendo: τῶν δ' ὀσμῶν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ μὲν ἰσχὺς, aut potius minore mutatione: δυσχύμοις μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν· τῶν δ' ὀσμῶν ἡ μὲν ἰσχὺς et cetera.

AD CAPVT XVII. (VVLGO XXV. ET XXVI.)

ἐξ ἀποστάσεως] A. B. Med. ὑποστάσεως. e versione G. correxit Scaliger: *distantes odoratiores.*

ὅτι συναποῤῥεῖ τινὰ — ἅπερ] A. B. Med. τι. Mihi praeterea repetitum ὅτι displicet.

ἡ σμύρνη δοκεῖ τῷ ἀμίκτῳ] A. B. Med. τῇ μυρρίνῃ. *myrrha mulso macerata melius quam sincera redolere incensa putatur* G. sed Basil. *myrtus* habet, et Scaliger μυῤῥίνῃ scribi

voluit. Gaza scriptum legit κρεῖττον τῆς ἀμίκτου θυμιᾶσθαι. Noster de Odoribus sect. 44. ἐπεὶ καὶ ἡ σμύρνα αὐτὴ πρὸς τὴν ἀναθυμίασιν βρεχθεῖσα ἐν τῷ γλυκεῖ, et sect. 67. ποιεῖ δὲ καὶ ἡ τοῦ οἴνου κατάμιξις καὶ μύρα ἔνια καὶ θυμιατὰ εὐοσμότερα, καθάπερ τὴν σμύρναν. Med. καὶ καταβραχεῖσα habet.

μαλακωτέρα γὰρ ἡ ὀσμὴ] Articulum addidi. Sequens εὐστομίαν Ez. Spanheim mutabat in εὐοσμίαν. *suavitatem* Gaza vertit. Vulgata vera est.

ἔωθεν καὶ ὀσμαὶ] *odores plurimi sincerioresque mane sentiuntur, die crescente minus, meridie minime* G. A. B. Med. ἕως ἂν καὶ ὀσμαί. Scaliger scribi iusserat ἕως μὲν αἱ ὀσμαί. Voluit sine dubio vir egregius ἕωθεν μὲν αἱ ὀσμαί: atque haec scriptura vera est. Med. post ἧττον lacunam habet: deinceps pergens μεσημβρίας δ' ἥκιστα: atque iterum post ὁμοίως et lacunam pergit τοῦ ἐνιαυτοῦ. Plinius 21, 7, 18. *omnis autem verno tempore acrior et matutinus: quicquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur. Novella quoque vetustis minus odorata: acerrimus tamen odor omnium aestate media. Rosa et crocum odoratiora, cum serenis diebus leguntur, et omnia in calidis quam in frigidis.*

3. πλὴν εἴ τινων ὀσμαὶ καὶ πεπάνσεις τοῦ ἀέρος — τὰς ὀσμάς] *praeterquam si qua suos odores maturitatesque tempore illo capere solent, aut coeli temperies aliqua ad odores conficiendos accommodata contingat* G. qui scripturam Med. auctiorem vertit: πεπάνσεις κατ' ἄλλην ὥραν, ἢ εἴ τινων αἱ κράσεις τοῦ ἀέρος. Signa lacunae ideo apposui.

ὥσπερ καί ἐστιν] A. B. Med. ὥσπερ καὶ καθ' ἡμέραν ἐστίν. Verba haec male huc transposita, καθ' ἡμέραν, desiderantur in A. B. Med. in isto loco, ubi hodie est: τῆς νυκτὸς ὄζει μᾶλλον ἢ καθ' ἡμέραν. ubi praeeunte Gaza Heinsius ἢ καθ' ἡμέραν inseruit. Verum μεθ' ἡμέραν est interdiu, καθ' ἡμέραν quotidie. Plinius 21, 7, 18. *Hesperis noctu magis olet, nomine inde invento.*

μικρόν γε παρεγκλίνοντα τὴν ἀκμὴν] *vel ubi paululum a suo vigore declinarunt* G. παγκλίνοντα A. παγκλίνονται Med. alter παγκλίνοντα. Bas. Vin. παραγκλίνοντα. Gaza ἢ μικρόν τι videtur scriptum legisse. equidem μικρόν τε cum Med. dedi. praeterea τῆς ἀκμῆς malim.

4. ἡ αὐτὴ χυλοῦ] A. B. Med. ἡ αὐτοῦ χυλοῦ. unde effeci ἡ αὐτὴ τοῦ χυμοῦ. Vinar. etiam τοῦ addit.

ἅτε πλείω τροφὴν] ἅτε ἡλίῳ τρ. A. B. Med. duce G. correxit Scaliger. Deinceps ἐλάττων γὰρ ἡ ὑγρότης Med. Vulgo ἡ deerat.

5. τοῦ ψύχους κρατοῦντος] Cum Mediceo κατακρατοῦντος scripsi, qui antea ἀμβλύτεροι habet.

διατμίζον καὶ ἐξαῖρον] *evaporando educendoque eximit* G. Equidem non dubitavi ἐξαιροῦν scribere. Inepte iunguntur verba ἐξαιρεῖται — ἐξαῖρον.

6. φθείρει τὰς δ' ἐν τοῖς καρποῖς διὰ τὸ] Postrema duo verba addidit Heinsius, *multos tamen pervertit, qui scilicet consistunt in fructibus, quia succosiores indiscretique isti sunt* G. qui scriptum legisse videtur: διαφθείρει δηλονότι τὰς ἐν τοῖς καρποῖς διὰ τό.

Τὸ δὲ ὅλον χρὴ] Heinsiana δὲ omisit, ut versio G. et Med. verbum χρή. Sequens ἐμφαίνεσθαί πως G. vertit *quodammodo innotescere.* deinceps εὐθὺ Med.

ἐν τοῖς τοιούτοις ὑετοῖς] Intermediam vocem omisit Heinsius, *quod obiter in terra quoque perspicuum est, ubi tempore aestivo solo adusto imbres accesserint. Humor enim admissus ferventique pulveri permistus odorem generat* G. Deinceps A. B. Med. τὸ θερμόν πως τὸ ὕδωρ omissa copula habent.

7. Ταῦτα δὲ ποιεῖ] *quod idem in ceteris etiam facit* G. unde scripsi ταὐτά. ἐστιν Med. habet.

ὅπου ἂν κατέχῃ] *ubicunque constiterit* G. Plinius 21, 7, 18. *Quaedam locum ipsum odoratiorem faciunt, ut iris: quin et arborem totam, cuiuscunque radices attigit.* Idem tamen rectius idem tradit 12, 24, 52. ex Aristotelis Problem. 12, 3.

ὕλη τις ᾖ νεόκαυστος] A. B. Med. νεόκαυτος. Heinsiana ἦν dedit. In loco Aristotelico similiter Codex Paris. νεόκαυτον habet. Deinceps A. B. Med. ἐφύη correxit Scaliger duce Gaza.

οὐδὲ γίνεται πλῆθος — ψεκάς] A. B. Med. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ γίνεται. *neque enim aquae multum descendit, sed magna parte guttae irrorant, ita ut caliditatis siccitatisque modus non desit* G. Versionem mutilavit Heinsius. Scaliger scribi iusserat οὐδ' εἰ γίνεται. Gaza οὐδὲ γὰρ γίνεται scriptum legisse videtur. Aristoteles l. c. οὔτε πολὺ τὸ ὕδωρ δεῖ εἶναι — τὰ δὲ μετὰ τὴν ἶριν ὕδατα οὐ πολλά, ἀλλὰ μέτρια, ὡς εἰπεῖν· καὶ ἐὰν πολλαὶ γίνωνται ἴριδες, οὐ πολὺ γίνεται, ἀλλὰ πολλάκις μέν, ὀλίγον δέ.

οὐ γὰρ ἐν πᾶσι καὶ πάντως] Conditiones supra narravit, et copiosius Aristoteles l. c.

ἐπεὶ καὶ τὰ θυμιάματα * πυρώδεις ταύτας εὐωδίας] A. B. Med. ταῦτα addunt, cui stellam substituit Heinsiana. *Num*

et incensa ex hac ratione imposita igni redolent, molli scilicet, nec rapido cuiquam et perurenti. Sic enim modus servatur odoribus: aliter corruptio sequitur G. Dalecampius coniecit: πυρώδεις ταύτας εὐωδίας ποιεῖ, μαλακῇ γε ἀνθρακιᾷ ἐμβληθέντα καὶ οὐ κατακαιούσῃ· τὸ γὰρ σύμμετρον οὕτω τηρεῖται. Heinsius ineptae A. B. scripturae κατακαιούσης addidit vocem θερμότητι. Med. κατακαιούσῃ habet. equidem φλογὶ praefero, et coniicio fuisse: θυμιάματα ταῦτα παραδοθέντα τῇ φλογὶ εὐώδη, μαλακῇ δὲ καὶ οὐ κατακαιούσῃ.

πρὸς ὀσμὴν] A. B. Med. ὁρμήν. Verum vertit G. et habet Vinar.

9. καὶ ταὐτό πως τούτῳ, καὶ ἐπὶ μὲν τῶν δένδρων] *Huic sane proxima et eadem fere causa est, quamobrem in arboribus — pardalin dixerit bellius bene olere* G. καὶ τὸ ταὐτό πως A. B. Gaza scriptum legit: τούτῳ, διὰ τί τῶν μὲν δένδρων — τοῖς θηρίοις εὖ ὄζειν. Plinius 21, 7, 18. *Animalium nullum odoratum, nisi si de pantheris quod dictum est credimus.*

ὡς λεπτοτέρα] A. B. Med. ὡς γ᾽ ὑπόπτερα καὶ καθαροτέρα. *itaque halitus eius tenuior atque purior* G. Scaliger ὡς πεπτοτέρα vel λεπτοτέρα scribi voluit. ὥστε λεπτοτέρα scribere non dubitavi. Sequens ὑλωδεστέρα eidem Scaligero debetur, ubi antea erat πλεῖον καὶ μηλωδεστέρα. equidem ἰλυωδεστέρα praetuli. Med. ἀποπνοὴ — πλεῖον καὶ μηλωδέστερα habet: unde vulgatum ἀναπνοὴ correxi.

10. χειρίστην εἶναι τὴν ὄσφρησιν] Nisi praecedens ἡμῖν repetere malis, pronomen ἡμῶν videtur inserendum.

ἢ καὶ τὰ μὲν — πάντως φαίνεται] A. B. Med. πάντα φ. *unde alia grata, alia penitus insuavia hic concurrunt* G. qui ᾗ καὶ — πάντως φ. scriptum legit. Scaliger πάντῃ maluit. Vinar. πάντος habet.

11. ὁρῶμεν δ᾽ οὖν τοῦτο — συμβαῖνον ἐν αὐταῖς — ᾧ μάλιστ᾽ — ἀνωμαλλεῖς γε οὔσας] A. B. ἐν ἑαυταῖς — τῷ μάλιστ᾽ ἄν τις. Med. ἐν ἑαυταῖς εὐθὺ — ὧν μάλιστ᾽. *in ipsis protinus alimoniis, quorum temperamenta potissimum causam habere quispiam credet, utpote quae inaequalia sint atque innormia* G. Scaliger ἐν αὐταῖς scribi iussit: equidem praeterea οἷον addendum et scribendum censui: ὁρῶμεν γοῦν — συμβαῖνον, οἷον ἐν αὐταῖς εὐθὺς ταῖς τροφαῖς. Sequens ᾧ cum Gaza et Med. in ὧν mutavi. deinceps ἀνωμαλεῖς τε Med. habet.

καὶ τὰ πάθη ἐχρῆν ποιεῖν] A. B. καὶ τὰ πάθη· καίτοι γε οὐκ ἐχρῆν ποιεῖν. Med. uterque πάθη καὶ τ..... χρῆν

habet. *Figuras enim illas Democriti affectiones mutationesque certas efficere posse arbitrandum, cum certas habeant formas, ut dictum est. Et haec quidem ita probanda sunt* G. Verbum ποιεῖ etiamsi addidissem, sensum tamen redintegratum non putassem. Heinsius locum mutilavit et G. versionem extremam corrupit. Is enim scripserat *haec ita asseruisse par est.*

12. ὅτι καὶ ἡ εὐοσμία — εὐχυλία] Articulum omisit Heinsiana: εὐχυμία ipse scripsi. deinceps ποιότητας Med.

τὸ δὲ μὴ οἰκεῖον οὐ ποιεῖ τὸ τῆς φύσεως] A. B. ποιεῖ ποιεῖν τὸ τ. φ. *fungi naturae officio nequit* G. Cum Heinsio Camotiana.

Τοῦτο δὲ μάλιστα] *Maxime autem requiritur et ut solum conveniat et calores et frigora sentiat* G. A. B. Med. ποιόν τι ποιεῖν τὸ ἔδαφος εἶναι. Ceterum τοῦτο δὲ refertur ad τὸ οἰκεῖον, non ad τὸ τῆς φύσεως.

τὰ τὰς τροφὰς καὶ τὰς πέψεις οἵας δεῖ] Articulos τὰ et alterum τὰς omisit Heinsiana: vulgatum δὴ ipse correxi.

ἑτέρα καὶ διάφορος] *pro diversis autem fructibus et succis diversa requiruntur et alia* G. quasi ἕτερα καὶ διάφορα scriptum legisset: sed vulgata est de agro, χώρᾳ, ut sequentia docent.

καὶ γὰρ ταύτην ὑπὸ τὴν αἰτίαν τὰ αὐτὴν] Ita Heinsiana. A. B. Med. ἐνταῦθ' ὑπὸ τὴν αἰτίαν τὴν αὐτήν. *Nam ea quoque sub eandem causam veniunt* G. Paulo antea τὰ βλαστητικὰ Med. habet.

τὴν ἐκ τοῦ ἀέρος κρᾶσιν] *nonnisi coeli statum ac terrae alimentum* G. Equidem ἐκ tanquam alienum seclusi.

AD CAPVT XVIII. (VVLGO XXVII. CVM PARTE XXVIII.)

2. βραχύς τις τόπος καὶ τοῦ καλάμου καὶ τοῦ σχοίνου] *pars exigua est, quae calamum ferat et schoenum* G. Vocabulum in graecis videtur excidisse, quod significet *ferax.*

ὀποβάλσαμον] A. B. ἀποβ. deinceps A. B. Med. καὶ τῶν ἄλλων habent. *Loca item, quae succum balsami ac cetera odorata pariunt, suis domesticis aptissime se accommodant, ceteris, quae alibi odorata nascuntur, minus sufficiunt* G. Dalecampius coniecit: πρὸς μὲν τὰ οἰκεῖα ἁρμόττει, πρὸς δὲ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐώδη οὐ παραπλησίαν ἢ χείρω κρᾶσιν ἔχει. Heinsius καί τινα τῶν ἄλλων — τὴν οἰκείαν * πρὸς δὲ τὴν παρὰ dedit. Equidem, si prius membrum, βραχύς τις

ιόπος — σχοίνου, sanum est, coniicio fuisse scriptum: *καὶ πάλιν ὁ τοῦ ὀποβαλσάμου καὶ τῶν ἄλλων — πρὸς μὲν τὰ οἰκεῖα ἁρμόττει, πρὸς δὲ τὰ παρὰ — οὐ παραπλησίαν — ἔχει.* Si τὴν οἰκείαν servare malueris, vox φύσιν erit addenda. Post ποιούντων Med. τε addit et deinceps πρὸς δὲ τὰς παρὰ habet.

οὐ γὰρ ἴσης — οὐδεμίας, ἀλλὰ] *non enim parem calorem desiderant omnia neque similem* G. igitur rectius οὐδ' ὁμοίας scriptum legit cum Mediceo.

3. τὰ ἄνθη καὶ τὰ στεφανώματα] Vitiosum ἄνη Heinsianae, ut deinceps καταξήραις, correxi. Plinius 21, 7, 18. *in Aegypto tamen minime odorati flores, quia nebulosus et roscidus aer est.*

ἐν ταύτῃ γὰρ ἐκπέττουσιν] *in his enim plane excoquitur* G. qui ἐκπέττεται videtur scriptum legisse. Sensus et structura flagitant αἱ τοιαῦται γὰρ ἐκπέττουσιν. Antecedens ἐν τοιαύταις χώραις — ἐν ταῖς καταξήροις non tolerat sequens ἐν ταύτῃ. Neque ἐνταῦθα licet scribere, nisi simul verbum sequens mutes.

τά τ' ἄλλα — κρόκος] Male A. B. Med. τὰ δ' ἄλλα. Praeterea κύρνην — κρόκκος Med. Deinceps καθαρῷ τε γὰρ τῷ ἀέρι καὶ ἀνύδρῳ περιέχεται vel simili verbo auctum locum vertit G. *aere tamen puro sitientique ambitur.* δὲ γὰρ τῷ Med. habet.

ἡ γὰρ χώρα] Ez. Spanheim comparavit locum Arriani in fine Indicorum de Cyrene: ποώδης τε ἐστὶ καὶ μαλθακὴ καὶ εὔυδρος καὶ ἀλσέων καὶ λειμώνων καὶ καρπῶν παντοίων καὶ κτηνέων παμφόρος ἔστε ἐπὶ τοῦ σιλφίου τὰς ἐκφύσεις· ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ ψαμμώδεα. Compara etiam de Cyrenis et vicinia earum loca Aristotelis h. a. 6, 24, 2 et 3.

αἱ τοιαῦται τροφαὶ] *quae quidem ad odorem creandum aptissima* G. qui τροφαὶ non scriptum legit aut omisit, tanquam inutile vocabulum, quod seclusi. Med. τοιαῦται τροφαὶ συμμετρῶται.

4. τὰς μυῤῥίνας] A. B. Med. μυρήνας. *myrtis* G. Vide ad Cap. 14, 5. dicta.

ὑπάρχει τῶν λοιπῶν] *neque obstat, quod siccitas caliditasque ceteraque fere, quae sensus percipit, non minus in quibusdam ex reliquis sed magis insunt* G. sed Basileensis habet: *nec quicquam iuvat, siccitatem caliditatemque ceteraque fere.* Ad λοιπῶν intellige δένδρων. Cf. ad histor. 6, 8, 5. Heinsiana deinceps vitiosum ἀνσθήσιν Camotianae repetiit.

"Ἐστι μὲν δὴ καί τι γένος ἕτερον ἴσως] *At est forsitan genus, quod translatum in alios tractus — nonnihil suarum virium servat, nihil tamen idem, sed fronde etiam redditur ampliore* G. qui οὐθὲν μὲν τὸ αὐτὸ reddidit. Unde Heinsius vocem ἕτερον duxerit, nescio. Vitium in αὐτῶν animadvertit etiam Scaliger: equidem ἄλλων conieci. Med. ἔστι μὲν δὴ καίτοι γένος ἴσως. unde suspicor, fuisse olim: ἔστι μέντοι καί τι γένος, ὅ.

λεπτὴ γὰρ ἐκείνη — πρὸς ἐκείνην] *quippe tenuis illa Aegyptia est et odore longe praestantior* G. celato vitio. Scribendum αὕτη — ἐκείνην.

5. πλεῖστον τῆς χώρας τὸ αἴτιον] A. B. Med. τῇ χώρᾳ. *Itaque loci natura illius causa potissima est* G. Deinceps ποιεῖν πρὸς A. B. Med. παρὰ τὰ ἄλλα maluit Dalecampius.

Τὸ γὰρ αὖ πάλιν μήτε μεγαλόκαρπον — ἀλλὰ μέλαιναν] Ita Heinsiana. μήτε καρπὸν — λευὴν ἀλλὰ μέλαιναν A. B. Med. μέλαινα tamen Med. *nam et quod fructu exiguo nec candido sed nigro genus, hoc est, nihil odoris rationi repugnat* G. quem μικρόκαρπον scriptum legisse censuit Scaliger: ipse coniecit: μήτε καρπὸν εἶναι μήτε λευκὸν, ἀλλὰ μέλανα. Equidem cum Vinar. et Gaza scripsi: Τὸ γὰρ αὖ πάλιν μικρόν τε τὸν καρπὸν εἶναι μήτε λευκὸν, ἀλλὰ μέλανα. Confirmat emendationem sect. 10.

ἄμφω γὰρ ξηρότης] *fit enim utrumque causa siccitatis* G. Scribo igitur ἄ. γὰρ ἡ ξηρότης ποιεῖ. nisi malis ξηρότητος, ut sect. 8. πάντα γὰρ ταῦτα ξηρότητος.

Αἰτιῶνται δὲ ὡς μικρόμυρτον διὰ] *et quidem causam fructus exiguitati assignant* G. In graecis particulam ὡς molestam in τὸ mutandam censeo. Deinceps ἐπιζητοῦντα τὸν καρπὸν A. B. Med. correxit Scaliger.

6. ᾧ συμβαίνει] A. B. ὃ συμβ. habent. Med. antea οὖν εἴ τι, omissa copula.

Ἔοικεν οὖν ὁμοίως — Κιλικίᾳ] A. B. Med. Λυκίᾳ. praeterea ὁμοίου Med. *Proximum igitur esse illud quoque videtur, quod punicis in Lycia evenit* G. sed Heinsius *Cilicia* fecit, ut in graecis Κιλικίᾳ. Deinceps vulgatum συμβαῖνον correxi.

περὶ τὸν χυλὸν, ἐνταῦθα] duce G. οὕτως ἐνταῦθα scripsi. Deinceps ὀξέως Heinsiana dedit. Postea εἴ τι διαρέων Med. habet.

7. πειρᾶσθαί γέ τινα δεῖ ἰδίαν αἰτίαν] Heinsius αἰτίαν addidit e versione G. cum Vinar. Particulam γε suspectam habeo.

εἰς ταὐτὰ πάντων — μυῤῥίνης] A. B. Med. *μυρήνης*. *si omnia componantur in unum, videlicet genus myrti commune ac proprium et folium et coelum. Planta enim ipsa* G. Igitur *εἰς ταὐτὸ* scripsi et *αὐτὸ δὲ τὸ φυτὸν* mutavi in *αὐτὸ γὰρ τὸ φυτόν*. Med. *αὐτό τε* habet.

8. *δῆλον δὲ ἡ στενοφυλλία — χρόα*] *quod frondis angustia — coloreque constat* G. Aut *δῆλον δὲ ποιεῖ* aut *δηλοῖ* aut *δῆλον δὲ τῇ στενοφυλλίᾳ — χρόᾳ* scribendum: brevissimam rationem praetuli.

αὐτὴ δ' ἀγλυκὺς — εὔχυλος] *haec neque dulcis est neque saporis gratiam ullam habet* G. qui *αὕτη* scriptum legit. De fructu intellige. Deinceps *εὔχυμος* scripsi.

9. *ταῦτα τὰ προϋπάρχοντα*] Articulum adieci. Deinceps *ἄμφω — εἰς πέψιν* desiderant verbum. G. *quae utraque cocturam plurimum augent* G.

καὶ αἱ ἐν προσήλοις] Articulum *αἱ* Med. omisit. Ut alibi, *προσείλοις* scripsi. Deinceps *τὸ πέττον πλέον* A. B. Med. *πλεῖον* Heinsiana. *meliusque, quod hauserint, coquunt* G. qui vulgatum *πέττειν* reddidit. Postea *εὐεξεῖς* Med. habet.

πάχος λαμβάνουσι] Heinsiana omisit verba *λαμβάνουσι καὶ σχίζονται μᾶλλον διὰ τὸ πολλὰς λαμβάνειν ἀρχάς*. Deinceps *μερίζονται* Med.

τὸ δὲ ἐν τοῖς παλισκίοις] Ita A. B. Heins. rectum *τῶν δὲ* margo B. dedit, deinceps *μᾶλλον* post *ῥάβδοι* e Med. accessit.

Κισσῷ] Med. *σκίσθῳ*. *circa Cisthum patescit* G. unde Scaliger *Κισθῷ* scribit. Nicander in Theriacis versu 804. *Κισσοῖο πτύχας* iunxit Cariae Pedasis.

10. *πάντων τῶν δένδρων*] Articulum omisit Heinsius.

δρόσον τὴν πρόσηλον· αὐτὴ δὲ — καθυγραίνεται] *rori causa danda est, qui abunde descendens humefacit flores largius — reliqua levius, quae sicca excretaque sunt. Quam ob rem myrtus humiditati huiusmodi valentius resistere potest* G. qui rectius scriptum legit: *καθυγραίνει — ἔλαττον καὶ ἀσθενέστερον*, cum in A. B. Med. sit *ἐλάττω καὶ ἀσθενέστερα*. Superest *τὴν πρόσηλον*, quod Scaliger interpretatur *rorem, qui post solem descendit:* quod quomodo per vim vocabuli graeci fieri possit, equidem non video. Med. *πρόσυλον· αὕτη δὴ* habet.

κρατεῖ μᾶλλον — ὁ μύῤῥινος] A. B. Med. *κρατεῖ τε μᾶλλον — ὁ δὲ μύρηνος*. Frustra in scriptura vitiosa la-

boravit Scaliger, quam duce G. correxit Heinsius. ὅδε ὁ μυῤῥηνος dat Vinar.

τὸ κατὰ κεφαλῆς ὕδωρ] Supra sect. 5. dixit τὸ οὐράνιον ὕδωρ. sed libri 4, 11. est κατὰ κεφαλὴν ὕδωρ. hoc Med. hic dedit. Deinceps iterum μυῤῥήνου A. B. Med. habent.

11. *ἐν τῇ γῇ νομιστέον*] duce G. αἰτίαν interposui. Deinceps articulum ante θερμὸν e Med. addidi. Pro εὐθὺς malim ἔξωθεν scriptum.

εἰς τὴν γῆν καὶ συνελαυνομένη] *quippe calor, qui pulsus est a frigore, circumobsistens in terra excoquit* G. Equidem copulam retractam ante εἰς τὴν γῆν collocavi.

καὶ διὰ τὴν ὑγρότητα — ἀλλὰ τοιαύτην δεῖ εἶναι, ὥστε] *humoris enim lentorisque causa non aeque calor suo fungetur officio, sed talem esse profecto exigit, ut* G. Igitur rectius scriptum legit cum Mediceo: διὰ γὰρ τὴν ὑγρότητα καὶ τὴν γλισχρότητα οὐχ. Deinceps ἀλλὰ μὴ τοιαύτην A. B. Med. ἀλλὰ μὴν τοιαύτην Vinar. dedit. Postea τοῦτο ἐν αὐτῇ θερμὸν Med.

12. *ἀπεπτοτέρως ἄλλως ἄοσμος*] Cum Med. et G. ὅλως scripsi, quod iam olim Scaliger fieri voluit.

ἀλεεινοῖς καὶ λεπτοῖς] Copulam A. B. Med. omittunt, et deinceps ἄοδμος habent.

οὐκ ἴση γὰρ ἡ ἀντιπερίστασις] *non enim ibi par fieri coarctatio ac mutua compressio potest* G. Mihi ad ἀντιπερίστασις deesse nomen videtur τοῦ ψυχροῦ, vel alius qualitatis calori nimio oppositae. An hoc membrum pertinet ad priorem positionem, inserendum post verba χειμὼν ἄτοπος?

AD CAPVT XIX. (VVLGO XXVIII. CVM PARTE XXIX.)

Τὰς δ᾽ ὀσμὰς ἤδη δὲ τὰς] G. omisit verba ἤδη δὲ, quae seclusi tanquam otiosa atque aliena. ὀδμὰς Med. habet.

ὥστε γε καὶ — δῆλον] *ita scilicet, ut aliquid certi odoris spirare possit* G. equidem ex more Th. ὥς γε scripsi.

ὥστε καὶ παραφυτεύομέν γ᾽ ἔνια — στεφανώμασι] *Quam ob rem quaedam acria iuxta serere consuevimus, ut cepas et allia* (*illa* dedit Heinsiana) *iuxta coronarias plantas* G. Vitium est manifestum in argumentatione. Cum enim affirmasset, nullam plantae partem alienum ab alia odorem accipere, tamen subiungit: *igitur* acres quaedam plantae seruntur iuxta coronarias: qua vicinia odor harum adiuvari videtur.

Nulla hic sententiarum et causarum connexio aut consecutio. Desunt igitur verba aliquot, aut vitium est in ὥστε. Fortasse fuit ὅμως καὶ παραφ. Ceterum cepas et allia iuxta rosas plantant Geoponica 11, 18, 1. ubi vide Niclasii annotata.

ἕκαστον γὰρ δὴ] Heinsiana ἕκαστος dedit. Sequens πολυτροφίαν G. vertit *edacitate*, quod cum reprehendisset Scaliger, ipse *sibi trahendo* maluit, Heinsius multo peius *alimenti copia* posuit. Paulo antea ἢ ante ὡς Med. omisit.

2. καὶ ὁ οἶνος] Articulum e Med. addidi. Deinceps additum τοῦτο post λεπτομερὲς ὂν abundare puto. οὖν post διωδὲς iterum molestum et fortasse in ὂν mutandum est. Postea ἄχυμον et ἔγχυμα scripsi pro ἄχυλον — ἔγχυλα. A. B. ἔγχυλα habent, ἔνχυλυα Heinsiana. εὔχυλα Med.

δέχεται· ὁ δὲ οἶνος] A. B. Med. δέχεται δὲ ὁ οἶνος e versione G. correctum.

ἐμβαλλομένων — ὄντων] *si res odorata non sit iniecta, sed iuxta posita* G. Med. πλησίως ὄντων· ἕλγειν τῷ habet. Deinceps τὸ ἕλκον, addito articulo, cum Scaligero scripsi.

τὸ δὲ ὕδωρ ἥκιστα ἔχει] *quod cum aqua nullatenus habet, est enim natura frigida, nihil attrahere potest* G. Scaliger maluit ἕλκει pro ἔχει scriptum, quod probo.

3. δεξόμενον — ὡς λεπτόν τι καὶ φυλακτικὸν εἶναι] A. B. Med. δεξάμενον. *non tam tenue simplexque esse quam aqua debet* G. *non adeo densum: ut etiam tenue sit certa tenuitate, qua possit etiam conservare* Scaliger, qui scribi voluit τὸ δὲ δεῖ δεξόμενον. Gaza scriptum legisse videtur: μὴ οὕτω λεπτὸν καὶ ἁπλοῦν ὡς τὸ ὕδωρ εἶναι δεῖ. Sed sequentia docent, fuisse scriptum: μὴ οὕτω λεπτὸν, ἀλλὰ στεγνὸν καὶ φυλακτικὸν δεῖ εἶναι. Quod hic est στεγνὸν, mox σωματωδέστερον et πυκνότερον dicitur. G. a vero propius abest. Med. φυλακτικόν τι εἶναι.

μὲν γὰρ δίεισιν, ὥσπερ ἠθμὸς] Scripsi διΐησιν cum Med. qui γὰρ omisit. G. mire vertit: *odor enim recepturus in eo delabitur atque effunditur, quasi fundus nullus sit, qui obsistere possit: sed callosius ac densius esse oportet.* quasi δίεισιν ὥσπερ ἠθμὸν scriptum legisset. Scaliger coniecit, eum scriptum legisse ὥσπερ οὐκ ἔχον ἰθμόν. Deinceps Med. ἰθμὸς — ὡς γεγεῖ habet.

εὐθὺς — ἐκπλύνει καὶ διΐστησι] Med. εὐθὺ habet. *quasi eluit atque discernit* G. Scaliger *transistit, transmittit*, δίεισι (voluit διΐησι) interpretatur. Seque-

batur de aere *διαπέμψαι*, quod duce G. iam olim correxerat Scaliger.

4. *ἄχυλα — χυλοὺς ἔχει*] duce G. *ἄχυμα — χυμοὺς* scripsi. Deinceps Heinsiana: * *ἐγχύλοις γὰρ αὐτὰ μᾶλλον*. A. B. Med. *ἐγχυλεῖ*. *acquirere odorem* interpretatur Scaliger. G. hoc membrum luxatum omisit. Deinceps *δεξάμενον* A. B. Med. ut supra. Dalecampius coniecit *ἐγχύλοις δ' αὖθις μᾶλλον*, vel, quod praeferebat, *ἐγχύλοις δ' αὐτὰ μᾶλλον*, nempe *ξηρὰ τὰς ὀσμὰς δέχεται*. Ipse *ἔγχυλον γὰρ αὐτὸ* scripsi.

ψεκασθέντα] *leviter irrorato solo* G. quasi *ψεκασθείσης τῆς γῆς* scriptum legisset: et sane opponitur *ξηρᾶς οὔσης*. Paulo antea *ἐν τῷ δὲ διαχεῖται* Med.

οὐδ' αὖ πηλώδους, ὥσπερ ἐφ' ὕδατι καὶ νότῳ] Med. *πηλώδης*. *nec sublimiter vagantia delitescunt, quemadmodum cum arida humus est, neque demersa in profundum abolentur, ut cum terra limosa ob imbrem vel austrum est* G. qui scriptum legisse videtur: *ἀπερείδεσθαι καὶ οὐχ ὥσπερ — ἐπιπολῆς διαλανθάνειν, οὐδ' αὖ, ὥσπερ πηλώδους, εἰς βάθος . . . . φθείρεσθαι, ὥσπερ ἐφ' ὕδατι καὶ νότῳ*. Deinceps *ἀλλὰ δὴ — κρᾶσιν ἔχειν* Med.

ἀπομάγματα τῶν δακτυλίων] *pastillorum velut strigmenta* G. absurde vertit. *δακτύλων* Scaliger scribi voluit: et sane sunt leporum vestigia *ἀπομ. τῶν δακτύλων*: sed additum *καθάπερ* significat comparationem cum materia, quae recipit expressam anulorum signatoriorum imaginem. Ita olim accepit Foesius in Oeconomia Hippocratica sub voce *ἐκμάττειν*, ubi tractat locum Hippocratis de natura muliebri s. 105. *καὶ μὴ ὑγρὸν πάνυ ποίει, ἀλλὰ ὡς ἐκμάσασθαι δακτύλιον*.

AD CAPVT XX. (VVLGO XXIX.)

καὶ γὰρ ἐνίοτε εὐοσμότερον] *nam et urbanum praecellit, ut rosa, et agreste, ut viola nigra et crocum* G. unde praescripta verba inseruit Heinsius: equidem eodem duce malim: *ἔνθα μὲν τὸ ἥμερον εὐοσμότερον*. Idem coniecisse video Scaligerum, et est in Vinar. Deinceps *ἴδιον τὸ μέλαν — ἕρπυλλος* Med.

2. *ὡς δὲ καθ' ἕκαστα, φανερὸν*] *At quod singulatim patescit, viola nigra — desiderant, et satis ex sese habent* G. Repete ex superiore oratione: *ὡς δὲ καθ' ἕκαστα εἰπεῖν, φανερὸν τὸ αἴτιον ἐπισκοποῦσι*.

καὶ ὁ κρόκος — ἱκανὴν ἔχει] Articulum ὁ Heinsius, et deinceps verbum ἔχει e versione G. inseruit. Deinceps Med. ἴον τόδε μέλαν habet et sequens ἔχει omittit.

κεφαλόῤῥιζα γάρ] *sunt enim capitata* G. Miror Scaligeri silentium, qui bene nosset, violae nigrae, nec fulvae neque albae, non esse capitatam radicem, ut croci. Verba et nomina aliquot excidisse suspicor: quod arguere videtur omissum verbum ἔχει in Mediceo.

ὥστ' ἐν τοῖς ἡμέροις ἡ πλείων ἀπεπτοτέρα] *quam ob rem genus sativum suam alimoniae copiam excoquere nequit* G.

τοῖς μὲν — τοῖς δ' ἐπιπάττουσιν] A. B. Med. τῶν (τῷ M.) μὲν — τὰ δὲ πάττουσιν. *cinerem aliis congerant, aliis respergant* G. Scaliger πατοῦσι scribens crocum conculcari ait, violis cinerem addi castigandae luxuriae et humoris causa. Sane hist. pl. 6, 6, 9. de croco: φιλεῖ δὲ καὶ πατεῖσθαι καὶ γίνεται καλλίων, κατατριβομένης πάτῳ τῆς ῥίζης· διὸ καὶ παρὰ τὰς ὁδοὺς καὶ ἐν τοῖς κροτητοῖς κάλλιστος. ἡ δὲ φυτεία ἀπὸ ῥίζης. unde transtulit Plinius 21, 6, 17. Geoponica 12, 4. βελτίων κόπρος πάντων τοῖς λαχάνοις τέφρα. Sed ea alium usum in oleribus spectant, quam humoris deminuendi et castigandae luxuriae. Noster hist. 2, 8. ex quo Plinius 17, 27, 43. *Etiam radices circumcidisse prodest vitium luxuriantium ficorumque, et circumcisis cinerem addidisse.*

οἷον τὸ ἄοσμον ἄνικμον ὄν] *itaque rosa exilis et nullo pene odore creatur, quia debito caret humore* G. ἄοδμον A. B. Med. Articulum τὸ Gaza non legit additum, sed οἷον ἄοσμον ἄνικμον ὄν. Paulo antea ἕρπυλλος Med. et deinceps ὁ ἔμπυρος ὁ ἀήρ.

3. *ἑλένιον*] Heinsiana ἔλειον dedit, deinde τριμείας γ' ἂν ἴσχῃ. ubi A. B. δριμείας — ἴσχει. Equidem δριμείας τ' ἔχει καὶ σκληρὰς scribendum censui. Med. οὐδ' ἕρπυλλος — ἑλένιον — ἄλλα καὶ τοιαῦτα — δριμείας — ἴσχῃ.

ὅτι καὶ πέψιν] A. B. Med. διότι. deinceps scribendum εὐωδῶν αἱ ὀσμαί, addito articulo. Postea πρὸς τὸ διαφύσιν Med. habet.

4. *ὡς ἀρτίως ἐμνήσθημεν*] Male Heinsiana ἐμνήσθη μέν. Praeterea ὧν malim scriptum. Pro ὡς Med. καὶ habet.

ὑγρὰ, θέρους δ' οὒ, ξηρανθέντα] Verba θέρους δ' οὒ omisit Heinsiana. *aestate sicca immodice sunt* G. Ad negationem intellige εὔοσμα. Vitium vidit Palmerius p. 610.

ὀσμαὶ παρενοχλοῦσιν] Med. παροχλοῦσι habet. *vere florum odores perturbant atque impediunt imbres* G. sed Heinsiana *imbres* omisit. ἀνθέων, ut supra pluries, etiam hic scribendum videtur.

πρὸς ἅπαντα τὴν κρᾶσιν] A. B. ὄρασιν repetiit Heinsiana, quod iam olim duce G. correxerat cum margine B. Scaliger.

ὀσμῶν καὶ χυλῶν] Correxi χυμῶν. Deinceps Med. καὶ τὰς δυνάμεις καθ᾽ αὐτὰ λεκτέον. Quae sequuntur, docent, librum de odoribus postea scriptum fuisse. Liber de saporibus temporum iniuria intercidit, ubi de οἰνοποιΐᾳ et ζυθοποιΐᾳ disputatum fuisse licet existimare.

ANNOTATIONES

AD

THEOPHRASTI

OPVSCVLA ET FRAGMENTA.

I.

AD THEOPHRASTI LIBRVM DE SENSV ET SENSILI.

Libri huius Fragmentum hoc satis luculentum vulgo habetur editum ab H. Stephano anno 1557. cum titulo περὶ αἰσθήσεως. Sed ipsa disputatio de sensu et rebus sensui subiectis docet, ab auctore additum fuisse καὶ περὶ αἰσθητῶν, quae verba adiunxi. Eodem cum titulo idem argumentum tractat liber Aristotelis, sed minus accurate antiquiorum philosophorum opiniones enarrat. Trincavellus anno 1536. hunc libellum edidisse dicitur a Fabricio Bibl. gr. II. p. 243. quam editionem in Catalogo Bibliothecae regiae Berolinensis annotatam frustra ibi quaesivi. Iterum eundem anno 1552. prodidit Camotiana operum Aristotelis editio, cuius varietatem lectionis excerptam apposui, ut Codicis Vossiani in Bibliotheca Leidensi repositi. Codicem Monacensem descripsit Hard. in Aretini Symbolis Vol. II. Part. V. p. 6.

Initio statim Camotiana δὲ omisit, deinceps τῷ ἐναντίον, postea Ἡράκλητον dedit. Vossianus liber δὲ addit, deinceps τῷ ἐναντίον et Ἡράκλειτον habet. Inscriptio Camotianae αἰσθήσεων, Voss. verum αἰσθήσεως praefert.

2. τούτῳ προσέθεσαν τὴν γνώμην] Vulgo προστίθεσθαί τινι assentiri dicitur, intellecto τὴν γνώμην vel ψῆφον. Nondum alibi activam formam adhibitam reperire memini.

ἀλλοιώσει γίνεσθαι] Camot. deinceps male repetit verba τῇ ἀποῤῥοίᾳ — πρὸς τὸ ὅμοιον, tum pergit: ἅπαντες ὑπὸ τοῦ — ὁμοίου. Ita etiam Voss. sed hic pergit: καὶ τὸ μὲν ὅμοιον. ἅπαντα ὑπὸ τοῦ ὁμοίου.

ἐπιμαρτυροῦν [δ'] οἴονται] Commissurae causa δὲ adieci. Deinceps vulgabatur ψυχρὸν ποιεῖ. sed aliena opinio refertur. Praeterea παραδέδονται Steph. et Voss. in παραδίδονται Cam. mutavit.

3. Παρμενίδης] Camotiana Παρμενίδου, praeterea adiungit praecedenti sectioni.

δυοῖν — τὸ ὑπερβάλλον] Camot. δυαῖν habet. Hinc pendet sensus verborum τὸ γὰρ πλέον ἐστὶ νόημα. quae

Fülleborn in Fragmentis Parmenidis p. 95. male interpretatur: *Alles ist erfüllt mit Denkkraft.* quem errorem transcripsit Tennemann hist. philos. I. p. 180. qui inde Pantheismi suspicionem duxit. Ceterum Aristoteles Metaphys. 1, 5. ubi eadem Parmenidis principia memorat: δύο τὰς αἰτίας καὶ δύο τὰς ἀρχὰς τίθησι πάλιν, θερμὸν καὶ ψυχρὸν, οἷον πῦρ καὶ γῆν λέγων. In verbis Parmenidis Camot. habet ἔχειν κρᾶσιν — πολυπλατὼς νόος. deinde καὶ τὸν λῆθον.

4. Ἂν δ' ἰσάζωσι] Camot. δὲ omisit; eadem τὸν νεκρὸν pro τὸ νεκρὸν dedit, sed male φωνῇ.

τὸν νεκρὸν φωτὸς] Plutarchus Pl. Philos. 4, 4. Δημόκριτος πάντα μετέχειν φησὶ ψυχῆς ποιᾶς, καὶ τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων, διότι ἀεὶ διαφανῶς τινος θερμοῦ καὶ αἰσθητικοῦ μετέχει, τοῦ πλείονος διαπνεομένου. ubi Beckius interpretatur νεκρα corpora vita carentia, non cadavera. Cicero Tuscul. 1, 34. num igitur aliquis — omnino post mortem sensus in corpore est? nemo id quidem dicit: etsi Democritum insimulat Epicurus, Democritici negant.

ἀποτέμνεσθαι τῇ φάσει] Sextus, ubi retulit Parmenidis initium carminis de natura, addit: ἀλλ' οὗτος μὲν καὶ αὐτὸς τὸν ἐπιστημονικὸν λόγον κανόνα τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας ἀναγορεύσας ἀπέστη τῆς τῶν αἰσθήσεων ἐπιστάσεως.

5. φλόγα εἶναι ἀπὸ] Camot. φλόγα τὴν ἀπό.

μέσον τιθεὶς] Camot. τιθεῖς. rectum Voss. habet.

6. παρὰ ταύτας ἄλλαι] Camot. περὶ ταύτας ἄλλα τίνες.

7. τῷ ἐναρμόττειν] Nempe τὰ αἰσθητά. Ad sequens κρίνειν intellige τὰς αἰσθήσεις. Deinceps Camot. ἑκάστους habet: postea πρὸς τῶν δὲ στενώτεροι — τὸ δὲ ὑπὲρ αὐτὸ γῆν καὶ ἀέρα.

διὸν λεπτὸν ὂν — φῶς] Manca haec esse, apparet.

ἑκατέροις ἑκάτερα] Vulgabatur ἑκατέραις.

8. Συγκεῖσθαι — ὁμοίως, τὰς δ' ἐκ] Etiam haec manca sunt. Vulgo continue haec legebantur: ἀποῤῥοήν, συγκεῖσθαι δ' οὐχ. Prius membrum huiusmodi fere fuisse videtur: οὐχ ὁμοίως τὰς ὄψεις, ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκ τῶν αὐτῶν, τὰς δ' ἐκ τῶν ἀντικειμένων. In Camot. est: ἀποῤῥοήν. συγκεῖσθαι — καὶ ταῖς μὲν ἐν μέσῳ — τὰ μὲν ἡμέραι τὰ δὲ νύκτων μᾶλλον ὀξυωπτεῖν. ὅσα καὶ πυρὸς ἔλαττων. Vossianus verum μὲν ἐν habet, deinde ἐξυωπεῖν.

ἐπανισοῦσθαι γὰρ αὐτῷ] Ita vulgabatur, cum sequens καὶ τούτοις demonstret scribendum αὐτοῖς, quod posui.

ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις ἑκάτερον] Intellige verbum γίνε-

σθαι: utrumque, τὸ ὀξυωπεῖν et ἀμβλυωπεῖν, fieri per contraria.

ἐπαυξηθὲν [γὰρ] ἔτι] Vulgo prave distinctum locum adiuvi inserta particula caûsali. Camotiana habet ἐπι...ώπτειν καὶ καταλαμβάνειν. Vossianus επι άπτειν. Deinceps ὢν δὲ τὸ ὕδωρ vulgabatur; vitium demonstrabat antecedens καὶ οἷς ὑπερέχει τὸ πῦρ. In Camot. sequitur: ταὐτὸ τοῦτο γίνεσθαι * * * καταλαμβάνεσθαι γὰρ et cet. Postea habet κεκρῆσθαι — συγκειμένων. Voss. κεκρᾶσθαι.

9. ἠχῇ ἐντός] Deesse videtur alterum membrum, nisi fuit scriptum κινηθὲν ἠχεῖν τὸ ἐντός. Sed infra sect. 21. de eadem est opinione: ὅταν ἀποδῷ τοῖς ἔσωθεν γίνεσθαι ψόφοις, ἄτοπον τὸ οἴεσθαι δῆλον εἶναί πως ἀκούουσιν ἔνδον ποιήσαντα ψόφον ὥσπερ κώδωνας. Unde suspicor, scriptum fuisse: οὐκ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν γίνεσθαι ψόφων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔσωθεν, ὅταν ὑπὸ τῆς φωνῆς κινηθὲν ἠχῇ τὸ ἔνδον ὥσπερ γὰρ εἶναι κώδωνα τῶν ἔσω ἤχων τὴν ἀκοήν. Camot. habet ἠχεῖ.

καθ' ἑτέραν] Haud scio, an potius ἑκατέραν scribi debeat: quod sequens pluralis γίνονται flagitare videtur.

10. ταὐτὸν ἢ παραπλήσιον ὂν — τὴν φρόνησιν] Expectabam τὸ φρονεῖν, neutro genere. Camotiana τὸ αἰσθήσει habet, verum τῇ Voss.

ᾄδονται καὶ ἀνιῶνται] Fragmento hoc augeri potest Farrago edita a Sturzio. Pertinet ad librum tertium Physicorum, et coniunctum fuit cum versibus, qui leguntur in Collectione Sturziana p. 527. vers. 315 — 320.

11. ὀξεῖς καὶ φερομένους] Excidit ante φερομένους adverbium aliquod, veluti ταχέως.

τοὺς μὲν — τεχνίτας] Intellige verbum φύεσθαι vel γίγνεσθαι.

12. πρὸς τὸ αἰσθάνεσθαι] Vulgatum τῷ correxi. Paulo antea ἀπορήσειας δ' ἂν ἐξ ὧν Steph. dedit: sequor Camotianam.

καὶ περὶ ὅσων] Excidit unum vel alterum verbum; nam omisso περὶ sententia emendari non posse videtur. Deinde παρ' ᾧ γὰρ ποιεῖ Camot.

13. μὴ δύναται] Negationem omisit Camotiana. Sed eadem πάντως pro Stephani παντὸς dedit. Deinceps ἐπισιὸν Cam. ἐπιδιὸν Voss.

διαφωνεῖν ἑαυτῷ] pronomen in lacuna Camot. iacet. Deinceps πλήρης omisso ἂν Voss. postea Καί τι κἂν habet, καίτοι Voss.

14. *μεγέθη γίνεσθαι*] Vulgabatur *γενέσθαι*.

Ἄλλως τε γὰρ συμβαίνει] Salebrosam orationem explanare atque redintegrare ita conabar: *ἄλλως τε καὶ ἐὰν συμβαίνῃ*. Sed fortasse plura exciderunt ante particulam *γάρ*. Pro *φασὶ* scripsi *φησί*. Camot. magis manca est: *ἄλλως τε καὶ συμβαίνει — ὧν ἡ σύμμετρος, ὁτὲ μὲν ὑπὸ* et cet.

τῶν μὲν συγγενῶν] Vereor ut locus sanus sit; nihil enim particulae *μέν* respondet. Deinceps *ἔχειν δυσκολίαν* Camot.

15. *ἐναρμόττοι*] Camot. *ἐναρμόττει*. — *εἴη αἴσθησις*.

Ὅλως τε] Suspicor scriptum fuisse: *ὅλως δὲ — ἀναιρεῖται καὶ τὸ ὅμοιον, ἀλλὰ ἡ συμμετρία μόνη ἱκανή*. Camot. *αἰσθάνεται φησὶν* habet.

ὁμοίῳ ἡ αἴσθησις] Vulgabatur: *ἣ αἴσθησις — οὗ κρίνουσιν, ἁπάσας ἀνάγκη*. Equidem post *κρίνουσιν* excidisse suspicor *ἀλλά*.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ] Camot. *οὐδὲν* habet.

16. *εἴδεσιν ἐκμακτοῖσιν*] Camot. *ἄδεσιν* habet. Deinceps *αἰσθήσεις γάρ τινες*. Fragmentum Empedocleum e Simplicio ad Aristotelis Physica I. fol. 34. a. b. plenius posuit Sturz p. 518. versu 132. ubi legebatur: *ἔχθρα πλεῖστον ἐπ' ἀλλήλων διέχουσι μάλιστα γέννῃ τε κράσει τε καὶ εἴδεσιν ἐκμ.* Sturz *ἔχθει* dedit, sed sensum loci non vidit, cum locum Theophrasti ignoraret, in quo *ἐχθρὰ γὰρ εἶναι* malim, quod habet Voss. Vulgatum *γένει τε* correxi e Simplicio. Postea Camot. *αἰσθήσει γάρ τινες* habet, verum Voss.

ὥστε οὐχ ἅπασι γίνεται τοῖς ὁμοίως] Fortasse fuit scriptum *ἅπασα*.

17. *Ἀναξαγόρας — μετὰ λύπης*] Vulgabatur *λυποῦ*. Verum est in Voss. Sequentia verba *Ἔτι — μεγέθεσιν* manca sunt. Cf. sect. 29. Deinceps *ἄλλοις ποιεῖ κοινοὺς* Camot. habet.

18. *Ἀτόπως δὲ καὶ ὅτι*] Nisi *λέγει* intelligatur, malim *ἄτοπον*. Deinceps *νύκτωρ ὁρᾷ* Steph. quod dedi, habet Camot. Post verba *πρὸς τὸ καθαρὸν* deesse videtur *πῦρ*. In Camot. est *ὅλον*. verum in Voss.

19. *πλέον τὸ φῶς — νύκτωρ· νῦν δὲ*] Camot. *πλεῖον — νύκτωρ ἢ δὲ — συνάξεσθαι*.

εἰ πλεονάζον] Vulgabatur *πλεονάζων*. verum habet Voss. Deinceps *κρίνομεν* Camot. eadem postea *ἐνόντος* omisit, et *χειλῶν ἐν χάσει* habet. *χιλὸν* Voss.

20. *ἢ πῶς ἐναρμόττειν — λεῖον*] Haec quomodo ad

effluvia pertineant, non video. Paulo antea κρίνομεν Camot. postea vero μόνου καὶ δοκεῖ. Voss. μόνον γὰρ habet.

ἐχρῆν φθείρειν] Sententia φθείρεσθαι vel φθίνειν postulare videtur.

ἐπὶ τῆς φιλίας] Vitium est manifestum, aut lacuna statuenda. Si coniicias φθίσεως, sequentia coniecturae obstant. De Empedoclea φιλίᾳ, quae omnes rerum naturas componere, ut τὸ νεῖκος disiungere et perdere dicebatur a philosopho, sermo non magis esse videtur.

21. ὥσπερ κώδωνας] Deest in vulgata scriptura nomen ad ποιήσαντα ψόφον, nisi κώδωνα scribas, quo referri videtur sequens τοῦ ψοφοῦντος: In Camot. est εἶναι, πῶς ἀκούουσιν.

δι' ἐκεῖνα] Cum sequatur ἐκείνου δὲ ψοφοῦντος διὰ τί, scribendum videtur ἐκεῖνον. Vossianus ἐκεῖνο habet.

ἀναπνέει] Formam ionicam in Atticam ἀναπνεῖ mutandam censeo, quae deinceps sequitur saepius. Deinceps Camot. ὑγιαινούσει. ἢ μή.

ἀνεγνωσμένης] Suspicor ἀνεωγμένης scriptum fuisse.

ὀσμῶνται] Sententia postulat: *debebunt odorari*, ex opinione Empedoclis. Camot. ὀσμῶεν τὸν πλεῖστον — τοῦ δὲ συμβαίνει.

πνοιῆς τε λελόγχασιν] Camot. πρὸς τὸ λελ. habet. Accedat hoc fragmentum collectis a Sturzio.

Οὐκ ἀληθὲς δὲ οὐδὲ] Inserui δέ. Praeterea deest ἡμᾶς vel simile nomen. Camot. οὐκ ἀληθέσιν. οὐδὲ τὰ μ.

ἀλλὰ δεῖ καὶ ὀσμὴν] Vulgatum δὴ correxi. Camot. ἀλλὰ δὲ καὶ — ἐν ὑπ.

23. εἰ γὰρ τῶν αὐτῶν ποιεῖ] Vitium apertum! Suspicor fuisse ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν.

αἰσθάνοιτ' ἄν. ἐπεὶ οὖν] Ita vulgo distinguebatur; ego vero membrum alterum cum priore copulavi.

ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι] Ita vulgabatur, cum τὸ λυπεῖσθαι καὶ τὸ ἀγνοεῖν copulanda alterum propositionis membrum efficiant. Igitur τὸ inserui. Pro ταὐτὸ Camot. τοῦτο habet.

24. ἀλλ' οὐκ ὀργάνου — ἔχοντα] Nisi plura ante haec verba exciderunt, quod factum suspicor, ἔχουσαν scribendum, et ad αἰτίαν verbum οὖσαν intelligendum videtur. Camotiana ὡς ἢ τὴν γλῶτταν — ἔχονται habet.

ἢ χωρὶς] Vulgabatur ἃ, quod vitiosum censui et correxi. Deinceps ἐκ πολλοῦ pro ἐν πολλοῖς Camot. dedit.

25. De Alcmaeone, qui senem Pythagoram audiisse dicitur ab Aristotele Metaphys. 1, 5., compara Diogenem Laert.

8, 83. eiusque interpretes, et Meiners *Geschichte der Wissenschaften in Griechenland* T. I. p. 736. sed hi omnes locum hunc egregium Theophrasti vel ignorarunt vel omiserunt. In Camot. est αἰσθάνεσθαι. οὐ καθάπερ.

26. καὶ ὅσῳ ἂν] Vulgabatur ὅσον ἂν. Paulo antea malim δεδέχθαι δὲ καὶ διαδιδόναι, vel potius δέχεσθαι δὲ καὶ διαδιδόναι.

27. διαπειρᾶται διαριθμεῖν] Utrumque verbum suspectum habeo, magis tamen prius, in quo praepositio abundat.

διοξυωπεῖν δὲ] Verbum ὀξυωπεῖν agnosco; sed plura excidisse videntur. Nam τὸ ἀλλόχρουν simpliciter causa non potest dici τοῦ ὀξυωπεῖν. Fortasse fuit διὸ ὀξυωπεῖν τότε.

εἰς τὴν ἑτέραν ἐμφαίνεσθαι. εἰς τὸν αὐτὸν] Ita vulgabatur; sed aut delenda praepositio extrema, aut exciderunt plura. Rem tradit sect. 37. φησὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἐμφαίνεσθαι μὲν εἰς ἄλληλα, μᾶλλον δὲ τὸ ἰσχυρὸν εἰς τὸ ἀσθενές. Camotiana pro ὁμόχρων habet ὁμόχρουν.

28. πλησιάζοντα — δὴ τὸ γλυκὺ] Camot. πλασιάζοντα — δεῖ τὸ γλυκύ.

29. ἁπτόμενον πόνον] Camot. εἰχόμενον πόνον habet.

τοῦ ὕπνου πλήθει] Argumentum hoc equidem non intelligo. In voce ὕπνου mendum esse videtur: quod clarum fit e sectione 32. unde χρόνου scribendum erat.

κατὰ τὸ μέγεθος] Sect. 34. rectius additur τῶν αἰσθητηρίων. Deinceps Camot. multa omisit, librario similitudine clausulae decepto. Habet enim πόῤῥωθεν ἀκούειν, mediis ὁρᾶν· ὅσα δὲ — καὶ τῶν πόῤῥωθεν omissis.

30. τῆς λεπτῆς ἀέρος] Exciderunt aliquot verba; nam ὀσμῆς quominus substituamus, vetant superiora ista, ὄζειν μὲν γὰρ μᾶλλον τὸν λεπτὸν ἀέρα.

31. πίστεως. ἡ ἀλλοίωσις, ἡ αἴσθησις] Ita vulgabatur sine sensu. Camotiana: πίστεως ἡ ἀλλοίωσις καὶ αἴσθ. Deinceps pro κρίσεως Camot. habet χρήσεως, quod rectius videtur.

τὰ μὲν [γὰρ] μεθ' ἡδονῆς] Inserui particulam γάρ. Deinceps φαίνεται καὶ συμβαῖνον Camot.

32. καθάπερ ἡ ἐπιστήμη] Etiam haec cur adiecta sint, non intelligo. Seclusi igitur, et Voss. plane omisit.

αἱ τῶν αἰσθητῶν ὑπερβολαὶ] Camot. αἱ τῶν αἰσθάνεσθαι. τὸν αὐτὸν γὰρ ἔχει λόγον πλῆθος. οὐδὲ et cet. Verbum ἐστὶν post λύπης eadem omisit. Voss. αὐτῶν αἰσθάνεσθαι habet, addito etiam verbo ἐστίν. Pro διόπερ ἴσως Voss. διόσως habet.

33. διά γε τοῦτο] Camot. διά τε τοῦτο.

34. Δόξειε γὰρ] Camot. δόξει γὰρ ἂν.

μὴ λανθάνειν. καὶ ἅμα] Structura verborum laborans et sententia turbata vitium gravius demonstrant seu lacunam. E sectione 30. suspicor fuisse olim: εἶναι τὸ τὰ μικρὰ μὴ λανθάνειν· καὶ ἅμα τὸ τὰ ἐλάττω δυνάμενον καὶ τὰ μείζω κρίνειν, οὐκ ἄλογον. Nempe in Steph. erat καὶ ἅμα τὰ ἐλάττω. in Camot. καὶ ἅμα τὸ τῷ ἐλάττω — περὶ ἔνια αἰσθήσεις. unde τὸ inserui.

35. Τοῦτο — ἐλέχθη — εἰ ἄρα] Voss. Τοῦτο omisso ἄρης habet. ἐλέγχθη Camot.

36. ὑπολαμβάνουσι.] Camot. ὑπολαμβάνουσι τὰ ὁρώμενα, mediis omissis. Eadem deinceps: ἐπεὶ δὲ κίνησις καὶ διάστημα.

οὐδὲν φαίνεται] Sensus postulat ἐμφαίνεται. Deinceps Camot. ὁρῶμεν — ἀνάκλουσις. Denique Φησὶ καὶ αὐτός.

37. εἰς ἄλληλα τὰ χρώματα] Vocabulum χρώματα e Camot., articulum de meo inserui.

τὸ ἰσχυρὸν] Vulgabatur τοῖς. Deinceps malim, bis addito articulo: τὸ μέλαν — τὸ ἀσθενέστερον.

πυρὸς, [καὶ] ταύτης τῆς [φύσεως τὰς] χρόας] Vulgabatur: πυρὸς ταύτης τῆς χρόας.

διότι τὸ μὲν αἰσθανόμενόν ἐστι] Sensum horum et sequentium verborum non satis assequor. Videtur tamen intelligere doctrinam, quae docet, visum fieri per τὰ ἐναντία, non per τὰ ὅμοια. Hanc partem doctrinae exsecutus fuerat Anaxagoras, sed τὰ σωματικὰ πάθη καὶ αἴτια omiserat. Cf. sect. 27. Malim igitur διὰ τί.

38. ἐφελκομένους] Vulgabatur ἐφελκόμενος. Camotiana initio sectionis habet διαφανὴς ταῖς ἀκοαῖς. Deinceps Voss. διὰ τί ὠμφὴν.

39. Διογένης — τὸ ζῆν καὶ τὸ φρονεῖν] Diogenes Apolloniates, Cretensis secundum Stephanum Bryzantinum, Smyrnensis, auctore Diogene Laertio 9, 57. cuius paucas opiniones retulit Diogenes et Pseudo-Plutarchus: fragmenta aliquot ex opere de natura excerpta retulit Simplicius in commentariis ad Physica Aristotelis f. 6. a. et f. 32. b. unde collecta posuit Meiners *Geschichte der Wissenschaften in Griechenland* T. I. p. 740 seqq. accuratius eadem explicuit Schleiermacher in *Abhandlungen (deutsche) der philosoph. Klasse der Berliner Akademie der Wissenschaften aus den Jahren* 1804 — 11. p. 81 seqq. Neuter tamen Theophrasti hunc locum comparavit. Dubitavit etiam posterior scriptor de aetate Dio-

genis, quem quidam recentiores Anaxagorae discipulum fuisse volunt, Simplicius autem Anaxagora posteriorem et Ionicae scholae philosophorum recentissimum scriptorem facit, et Nicolaum quendam cum Porphyrio tradere scribit, ex Anaxagorae scriptis Diogenem profecisse. Certe Anaxagorae postponit Diogenem Theophrastus, quod facit etiam Aristoteles, ubi simul utrumque philosophum nominat; idque eos temporum ordinem secutos fecisse equidem non dubito. Quod attinet ad rem, quomodo principio aeris *νόησιν* incluserit Diogenes, docet fragmentum ipsis philosophi verbis excerptum a Simplicio: *Ἐφεξῆς δὲ δείξας, ὅτι ἐστὶν ἐν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ νόησις πολλή, οὐ γὰρ ἄν φησιν οὕτω δεδάσθαι οἷόν τε ἦν ἄνευ νοήσιος, ὥστε πάντων μέτρα ἔχειν, χειμῶνός τε καὶ θέρους καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ ὑετῶν καὶ ἀνέμων καὶ εὐδιῶν, καὶ τὰ ἄλλα εἴ τις βούλεται ἐννοεῖσθαι, εὑρίσκοι ἂν οὕτω διακείμενα ὡς ἀνυστὸν κάλλιστα, ἐπάγει, ὅτι καὶ ἄνθρωπος καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἐκ τῆς ἀρχῆς ταύτης, ἥτις ἐστὶν ἀήρ, καὶ ζῇ καὶ ψυχὴν ἔχει καὶ νόησιν λέγων οὕτως· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις καὶ τάδε μεγάλα σημεῖα· ἄνθρωπος γὰρ καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἀναπνέοντα ζώει τῷ ἀέρι, καὶ τοῦτο αὐτοῖς καὶ ψυχή ἐστι καὶ νόησις, ὡς δεδήλωται ἐν τῇδε τῇ συγγραφῇ ἐμφανῶς· καὶ ἐὰν τοῦτο ἀπαλλαχθῇ, ἀποθνήσκει, καὶ ἡ νόησις ἀπολείπει. — καί μοι δοκεῖ τὸ τὴν νόησιν ἔχον εἶναι ὁ ἀὴρ καλούμενος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑπὸ τούτου πάντα; καὶ κυβερνᾶσθαι καὶ πάντων κρατεῖν· ἀπὸ γάρ μοι τούτου δοκεῖ ἔθος εἶναι, καὶ ἐπὶ πᾶν ἀφῖχθαι, καὶ πάντα διατιθέναι καὶ ἐν παντὶ ἐνεῖναι· καί ἐστι μηδὲ ἕν, ὃ μὴ μετέχει τούτου· μετέχει δὲ οὐδὲ ἓν ὁμοίως τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ἀλλὰ πολλοὶ τρόποι αὐτοῦ τοῦ ἀέρος καὶ τῆς νοήσιός εἰσιν· ἔστι γὰρ πολύτροπος καὶ θερμότερος καὶ ψυχρότερος καὶ ξηρότερος καὶ ὑγρότερος καὶ στασιμώτερος, καὶ ὀξυτέρην κίνησιν ἔχων, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἑτεροιώσιες ἔνεισι καὶ ἡδονῆς καὶ χροιῆς ἄπειροι. Καὶ πάντων τῶν ζώων δὴ ἡ ψυχὴ τὸ αὐτό ἐστιν, ἀὴρ θερμότερος μὲν τοῦ ἔξω, ἐν ᾧ ἐσμὲν, τοῦ μέντοι παρὰ τῷ ἡλίῳ πολλὸν ψυχρότερος. Ὅμοιον δὲ τοῦτο τὸ θερμὸν οὐδενὸς τῶν ζώων ἐστίν· ἐπεὶ οὐδὲ τῶν ἀνθρώπων ἀλλήλοις. ἀλλὰ διαφέρει μέγα μὲν οὐκ, ἀλλ' ὥστε παραπλήσια εἶναι. οὐ μέντοι ἀτρεκέως γε ὅμοιον ὂν οὐδὲν (δ') οἷόν τε γενέσθαι τῶν ἑτεροιουμένων ἕτερον ἑτέρῳ, πρὶν τὸ αὐτὸ γένηται.*

διὸ καὶ δόξειεν — εἰ μὴ πάντα ἦν ἐξ ἑνός] Haec breviter dicta sunt: plenius debebat esse: *διὸ καὶ δόξειεν ἂν τῷ ὁμοίῳ ποιεῖν τὴν αἴσθησιν.* ut est sect. 25. *τῶν μὲν μὴ τῷ ὁμοίῳ ποιούντων τὴν αἴσθησιν Ἀλκμαίων φησί.* Verba ipsa praescripta quid significent, docebit Aristoteles de generat. et cor-

ruptione 1, 6. *Καὶ τοῦτο ὀρθῶς λέγει Διογένης, ὅτι, εἰ μὴ ἦν ἐξ ἑνὸς ἅπαντα, οὐκ ἂν ἦν τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων, οἷον τὸ θερμὸν ψύχεσθαι, καὶ τοῦτο θερμαίνεσθαι πάλιν· οὐ γὰρ ἡ θερμότης μεταβάλλει καὶ ἡ ψυχρότης εἰς ἄλληλα, ἀλλὰ δῆλον ὅτι τὸ ὑποκείμενον.* Ipse Diogenes haec eadem, teste Simplicio, his verbis tradiderat statim ab initio libri: *Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, τὸ μὲν ξύμπαν εἰπεῖν, πάντα τὰ ὄντα ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἑτεροιοῦσθαι καὶ τὸ αὐτὸ εἶναι. καὶ τοῦτο εὔδηλον. εἰ γὰρ τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ἐόντα νῦν γῆ καὶ ὕδωρ καὶ τἄλλα ὅσα φαίνεται ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ἐόντα, εἰ τούτων τε ἦν τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἕτερον ὂν τῇ ἰδίᾳ φύσει, καὶ μὴ τὸ αὐτὸ ἐὸν μετέπιπτε πολλαχῶς καὶ ἠτεροιοῦτο, οὐδαμῇ οὐδὲ μίσγεσθαι ἀλλήλοις ἠδύνατο, οὔτε ὠφέλησις τῷ ἑτέρῳ οὔτε βλάβη* (*ἀπὸ τοῦ ἑτέρου γίνεσθαι* deesse videntur), *οὐδ' ἂν οὔτε φυτὸν ἐκ τῆς γῆς φῦναι, οὔτε ζῶον, οὔτε ἄλλο γενέσθαι οὐδὲν, εἰ μὴ οὕτω συνίστατο, ὥστε ταὐτὸ εἶναι· ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἑτεροιούμενα ἄλλοτε ἀλλοῖα γίνεται, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ ἀναχωρεῖ.* ubi fortasse scriptum fuit: *εἰ τούτων τι ἦν ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ἕτερον ὂν τῇ ἰδίᾳ φύσει, καὶ μὴ* et cetera.

ἀκοῇ τὸν ἐγκέφαλον] Camot. *τὸν γὰρ ἐγκέφαλον αὐτὸν μόνον καὶ φλεβία λεπτότατον. ἐν οἷς δὲ ἡ θέσις.* Sententia de sensu odoris obscura vide an explicari possit ex eo, quod de Anaxagora traditur sect. 30. *ὄζειν γὰρ μᾶλλον τὸν λεπτὸν ἀέρα· θερμαινόμενον μὲν γὰρ καὶ μανούμενον ὄζειν. ἀναπνέον δὲ τὸ μὲν μέγα ζῶον ἅμα τῷ μανῷ καὶ τὸ πυκνὸν ἕλκειν, τὸ δὲ μικρὸν αὐτὸ τὸ μανόν· διὸ καὶ τὰ μεγάλα μᾶλλον αἰσθάνεσθαι· καὶ γὰρ τὴν ὀσμὴν ἐγγὺς εἶναι μᾶλλον ἢ πόῤῥω, διὰ τὸ πυκνοτέραν εἶναι, σκεδαννυμένην δὲ ἀσθενῆ. Σχεδὸν δὲ, ὡς εἰπεῖν, οὐκ αἰσθάνεσθαι τὰ μὲν μεγάλα τῆς λεπτῆς ἀέρος, τὰ δὲ μικρὰ τῆς πυκνῆς.* Suspicor fuisse scriptum: *σύμμετρον τῇ ὀσμῇ· τὸν γὰρ ἐγκέφαλον αὐτὸν μόνον καὶ τὰ φλεβία, ἐν οἷς δὴ ἡ θέσις, λεπτότατον ἔχειν καὶ ἀσύμμετρον καὶ οὐ μίγνυσθαι ταῖς ὀσμαῖς.* Certe vox *ἀκοῇ* videtur aliena esse: de auditu enim sequitur sermo. Quod attinet ad mentionem venarum, quae deinceps repetita legitur, pertinet huc notitia Simplicii de Diogene: *καὶ ἐφεξῆς δείκνυσιν, ὅτι καὶ τὸ σπέρμα τῶν ζώων πνευματῶδές ἐστι, καὶ νοήσεις γίνονται τοῦ ἀέρος σὺν τῷ αἵματι τὸ ὅλον σῶμα καταλαμβάνοντος διὰ τῶν φλεβῶν, ἐν οἷς καὶ ἀνατομὴν ἀκριβῆ τῶν φλεβῶν παραδίδωσιν.* Hunc de venis locum excerptum integrum posuit Aristoteles histor. animal. 3, 2. ubi ipsa Diogenis verba de semine animalium spumoso repetita leguntur.

40. οὐ μίγνυσι, τῷ ἐντὸς οὐχ ὁρᾶν, ὁμοίως] Camot. ὁμοίου. Voss. τῷ ἐν τῷ — ὁμοίως. Suspicor fuisse: οὐ μίγνυται τῷ ἐντὸς, οὐχ ὁρᾶν, ὁμοίως — οὔσης: i. e. quanquam ἔμφασι; ipsa similiter fiat, ut antea. Singulariter autem ipsa ὄψις dicitur ἐμφαίνεσθαι εἰς τὴν κόρην, ubi simulacrum rei dici videtur. Paulo antea διαδίδωσι habet Camot.

41. ὀξυτάτην, ἧς] Posui οἷς. Deinceps Camot. κρίνασθαι dat. Suspicor fuisse κίρνασθαι, id est μίγνυσθαι.

καθάπερ τῇ αἰσθήσει — τέτρηται βραχὺ] Vulgabatur τέτρηται, βραχύ. In vitioso καθάπερ latere videtur καὶ τὸ τρῆμα vel simile nomen apertum foramen auris significans. Deinceps scribo: πρὸς τούτοις, ὅσα τὸ οὖς ὀρθὸν ἔχει. Camot. καθάπερ αἰσθήσει — ἰθοὺ — τὸ οἷς· * ὁρῶν ἔχει. In Voss. est ἰθὺ et nulla lacuna.

εὐρυτέρα ἡ] Quid? an ἀκοὴ, auris? an potius εὐρύτεραι, scilicet αἱ φλέβες, ὥσιν? Deinceps malim καὶ ψόφον ἄναρθρον. Postea ὁρᾶν δ' ὀξύτατον Camot.

42. ἐπὶ τῶν ἄλλων] intelligo αἰσθήσεων: et ad sequentia repeto verbum ἔχει. Vulgatum τῶν ὀφθαλμῶν correxit Vossianus.

καὶ τὰ λαμπρὰ] Camot. articulum omisit.

μικρὸν ὂν μόριον τοῦ θυ.. σημεῖον εἶναι· διὸ] Ita vulgabatur. Camot. θεοῦ σημεῖον εἶναι· διὰ — κουφίζει. In Voss. est διὸ. Nec θείου, multo minus θυμοῦ satisfacit. Similis dubitatio de loco Diogenis a Simplicio posito, qui de re eadem esse videtur: Καί μοι δοκεῖ τὸ τὴν νόησιν ἔχον εἶναι ὁ ἀὴρ καλούμενος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑπὸ τούτου δοκεῖ ἔθος εἶναι, καὶ ἐπὶ πᾶν ἀφῖχθαι καὶ πάντα διατιθέναι, καὶ ἐν παντὶ ἐνεῖναι· καί ἐστι μηδὲ ἕν, ὃ μὴ μετέχει τούτου· μετέχει δὲ οὐδὲ ἓν ὁμοίως τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ἀλλὰ πολλοὶ τρόποι καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀέρος καὶ τῆς νοήσιός εἰσιν· ἔστι γὰρ πολύτροπος, καὶ θερμότερος καὶ ψυχρότερος καὶ ξηρότερος καὶ ὑγρότερος καὶ στασιμώτερος, καὶ ὀξυτέρην κίνησιν ἔχων, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἑτεροιώσιες ἔνεισι καὶ ἡδονῆς καὶ χροιῆς ἄπειροι. Καὶ πάντων τῶν ζώων δὴ ἡ ψυχὴ τὸ αὐτό ἐστιν, ἀὴρ θερμότερος μὲν τοῦ ἔξω, ἐν ᾧ ἐσμέν, τοῦ μέντοι παρὰ τῷ ἡλίῳ πολλὸν ψυχρότερος. Ὅμοιον δὲ τοῦτο τὸ θερμὸν οὐδενὸς τῶν ζώων ἐστίν, ἐπεὶ οὐδὲ τῶν ἀνθρώπων ἀλλήλοις, ἀλλὰ διαφέρει μέγα μὲν οὔ, ἀλλ' ὥστε παραπλήσιον εἶναι, οὐ μέντοι ἀτρεκέως γε ὅμοιον ὄν. Οὐδὲν δὲ οἷόν τε γενέσθαι τῶν ἑτεροιουμένων ἕτερον ἑτέρῳ, πρὶν τὸ αὐτὸ γένηται. Ἅτε οὖν πολυτρόπου ἐνούσης τῆς ἑτερώσιος πολύτροπα καὶ τὰ ζῶα καὶ πολλὰ, καὶ οὔτε ἰδέαν ἐοικότα ἀλλήλοις οὔτε δίαιταν οὔτε

νόησιν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἑτερωσίων· ὅμως δὲ πάντα τῷ αὐτῷ καὶ ζῇ καὶ ὁρᾷ καὶ ἀκούει καὶ τὴν ἄλλην νόησιν ἔχει ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πάντα. Pergit Simplicius: καὶ ἐφεξῆς δείκνυσιν, ὅτι καὶ τὸ σπέρμα τῶν ζώων πνευματῶδές ἐστι, καὶ νοήσεις γίνονται τοῦ ἀέρος σὺν τῷ αἵματι τὸ ὅλον σῶμα καταλαμβάνοντος διὰ τῶν φλεβῶν· ἐν οἷς καὶ ἀνατομὴν ἀκριβῆ τῶν φλεβῶν παραδίδωσιν. Denique miratur Simplicius, cum ex hoc elemento Diogenes omnia confieri statuat per ἑτεροίωσιν, idem tamen dixisse: μέγα καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀΐδιόν τε καὶ ἀθάνατον καὶ πολλὰ εἰδός ἐστι. Ex his fragmentis acutiores fortasse veram vocem indagabunt.

43. συνισάζοντος τοῦ αἵματος] Vitioso verbo substitui, quod possit intelligi.

διὸ σημεῖα — ἐπ' αὐτῆς] Camot. διὰ ση. — ἐπ' αὐτοῖς.

ὁπόσα — τοσαῦτα ἐμφαίνεσθαι] Notam coloris pilorum et lanae linguae pecudum venis impressam memoravit etiam Aristoteles aliique. Vide annotata ad Columellam. Plutarchus de Plac. 4, 18. Διογένης τῇ ἀραιότητι τῆς γλώττης καὶ τῇ μαλακότητι καὶ διὰ τὸ συνάπτειν τὰς ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν φλέβας, διαχεῖσθαι τοὺς χυλοὺς ἑλκομένους ἐπὶ τὴν αἴσθησιν καὶ τὸ ἡγεμονικὸν καθάπερ ἀπὸ σπογγιᾶς.

44. Ἔτι δὲ ἡ ὑγρότης ἀφαιρεῖται τὸν νοῦν. σημεῖον δ' ὅτι] Ita Stephanus et Camot. ediderat; sed apparet, haec male divulsa esse; igitur scripsi: Ὅτι δὲ — νοῦν, σημεῖον, ὅτι τὰ et cet.

διαπνεῖν τε γὰρ] Non dubito fuisse scriptum ἀναπνεῖν.

ἱστάναι περὶ τὴν κοιλίαν] Puto fuisse ἑστάναι. Ex ipso Diogenis libro excerpta sunt haec apud Plutarchum Pl. Ph. 5, 20, 4. Διογένης, μετέχειν μὲν τὰ ζῶα τοῦ νοητικοῦ ἀέρος, διὰ δὲ τὸ τὰ μὲν πυκνότητι, τὰ δὲ πλεονασμῷ τῆς ὑγρασίας (κωλύεσθαι addo) μήτε διανοεῖσθαι μήτε αἰσθάνεσθαι· προςφερῶς δὲ αὐτὰ διακεῖσθαι τοῖς μεμηνόσι, παραπεπτωκότος τοῦ ἡγεμονικοῦ. ubi vulgo male scriptum legitur νοητοῦ καὶ ἀέρος. Deinde πυκνότητα intellige τῆς σαρκός. Est enim quam noster dicit σάρκα στρυφνάν. cf. sect. 45.

συνιέναι ἀλλήλων] Vulgabatur συνεῖναι hic et sect. 45. Deinceps vitiosum ἀναιρεῖσθαι τὸ φρονεῖν mutandum censeo in ἀφῃρῆσθαι τὸ φρονεῖν. Postea Camot. πολὺ γὰρ ἔχει habet.

45. ὥστε μὴ — διϊέναι τοῦ σώματος] Supra de avibus erat: καὶ τὸ πνεῦμα οὐ διϊέναι διὰ παντὸς, ἀλλὰ ἑστάναι περὶ τὴν κοιλίαν. Plutarchus Pl. Phil. 5, 24, 3. Διογένης, εἰ ἐπὶ πᾶν τὸ αἷμα διαχεόμενον πληρώσει μὲν τὰς φλέβας, τὸν δὲ ἐν αὐταῖς περιεχόμενον ἀέρα ὤσει εἰς τὰ στέρνα καὶ τὴν ὑποκειμένην γαστέρα, ὕπνον γεγενῆσθαι, καὶ θερμότερον ὑπάρ-

χειν τὸν θώρακα· ἐὰν δὲ ἅπαν τὸ ἀερῶδες ἐκ τῶν φλεβῶν ἐκλίπῃ, θάνατον συντυγχάνειν. Suspicor igitur, hoc nostro in loco excidisse vocem τὸν ἀέρα vel τὸ πνεῦμα.

46. ἀπολείπεται πρὸς πίστιν] Sect. 48. extrema est: πολλὰ διαμαρτάνει τῶν εὐλόγων.

ποιεῖ τῶν ὄψεων] Postrema vox vitiata esse videtur. Sensus videtur postulare μελέων vel αἰσθητηρίων. Camot. ἰδιοποιεῖ.

ἐν αὐταῖς — αἰσθήσεσιν] repete: ἀέρα τοιοῦτον καὶ κρᾶσιν καὶ συμμετρίαν ἐνδέχεται ὑπάρχειν. Camot. ὥστε καὶ τὸ περὶ τὸν θώρακα.

47. καὶ τὸ περὶ τὴν ὄψιν] Vulgabatur: τὰ περὶ τ. ὄ. Sed Camot. εὐήθη δὲ καὶ τὰ habet, deinceps ἐλέγχομέν πως τοῖς τὴν.

ἔτι δὲ ἀναπνοῇ] Post ἔτι δὲ exciderunt quaedam, veluti τὴν ὑγίειαν καὶ τὸ θράσος, vel simile aliquod membrum.

καὶ δεῖ — μικροῦ γὰρ ἕνεκα] Lacunam signavit Stephanus, quam interpolare sine Codice non licet meliore. Sensus pendet e dictis sect. 45. Camot. dedit μορίων τινῶν μικροῦ γὰρ sine nota lacunae. unde scribo: καὶ εἰ μὴ δεῖ διὰ — ἀναπνοὴν, ἀλλὰ μορίων τινῶν, — οὐθὲν ἂν κωλύοι. Verba interposita μικροῦ — ἐστὶν non assequor.

48. ἐμφρονεστέρους εἶναι] Vulgabatur ἐμφανεστέρους. Paulo antea Camot. τὸ καθαρότερον — τὸ φρονεῖν. Articulum ἡ ante τοῦ ἀέρος eadem omisit.

Ἔτι δὲ τὰ φυτὰ] Repetendum videtur εὐηθες τό.

49. εἰ μὲν γὰρ ἀλλοιοῦσθαι ποιεῖ] Camot. ἐν μὲν γὰρ τῷ ἀλλοιοῦσθαι ποιεῖ. Voss. τῷ omisit.

Πάλιν δὲ — πάσχειν] Vitiosa haec esse apparet; inde Theophrastus arguebat, Democritum videri etiam posse statuere, τὸ αἰσθάνεσθαι fieri τοῖς ὁμοίοις. Unde suspicor, scriptum fuisse: καὶ ἁπλῶς τὸ ἀλλοιοῦσθαι λέγει πάσχειν· (vel: γίνεσθαι τῷ πάσχειν·) ἀδύνατον δέ φησι τὸ μὴ ταὐτὰ ὄντα πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ὄντα ποιεῖν οὐχ ἕτερα. ἀλλὰ ταὐτό τι πάσχειν τοῖς ὁμοίοις. Camot. habet ταὐτόν τι πάσχει — ὑπολαβεῖν. deinceps περὶ omisit Voss.

50. καὶ μὴ εὐσχημονεῖν] Post verba καὶ μὴ plura verba excidisse videntur.

51. οἷον εἰ ἐκμάξειας, εἰ σκληρὸν, ἔπειτα] Ita vulgabatur. Coniecturam meam posui.

προσῆκε μᾶλλον, ὅλως — μορφῆς· ὥσπερ — εἰδῶν· τί δὴ — ποιεῖ] Ita haec distincta et scripta vulgabantur. Primum post μᾶλλον intellige ὁρᾶσθαι. Reliqua satis certa coniectura emendasse mihi videor.

αὐτῷ γὰρ ἐμφαίνει τῷ τὰ εἴδωλα] Ita scripta coniectura ductus mutavi.

52. *ὠθούμενος καὶ πυκνούμενος*] Ita fere apparet, qua ratione Democritus voluerit aera *τυποῦσθαι συστελλόμενον ὑπὸ τοῦ ὁρωμένου καὶ τοῦ ὁρῶντος*. Sed nondum constat, quid sit illud, *τὸ συστέλλον καὶ ὠθοῦν*, egressum sive ex oculis sive a re visa. Ab hac quidem apparet emanare *τὰ εἴδωλα τῆς μορφῆς*: ab oculo fere an statuit Democritus egredi *τὸ φῶς* vel *τὰς ἀκτῖνας*, an quid aliud? Post *ποία ἡ ἔμφασις* Steph. sine *τις* habet. Deinceps *ἄλλως γίνεται — αὐτὸν τρόπον* Voss.

ἐπὶ προσώπου] *adversus faciei rei visae*. Camot. deinceps *καθάπερ αὐτοῖς ἄλλοις*. Postea *ἀνὰ πρόσωπον ὄντας*. Verum *ἀντιπρ. ὄντα* in Voss.

53. *οἱ τύποι, καίτοι γε αὐτῶν*] Ita scriptum vulgo ferri. Praeterea *ἐμφαίνοιτ᾽ ἂν* Camot. eadem *εὐθὺς* sequens omisit, et pro *πάθος* habent *πάντως*. Duo posteriora loca bene habent in Voss.

54. *ἐπεὶ τό γε τὸν * ὅτι*] Asteriscum apposuit Stephanus. Suspicor fuisse scriptum: *τό γε τὸν ὀφθαλμὸν (ποιεῖν τὴν ἔμφασιν) ἀπωθοῦντα ἀφ᾽ ἑαυτοῦ* et cet. Sed sequens *διακρίνειν* arguere potius videtur *τὸ πῦρ τοῦ ὀφθαλμοῦ*, cum quo tamen participia *ἀπωθοῦντα*, multo minus *ἀποπλαττόμενον*, congruunt. Camot. dedit: *ἐπεὶ τό γε τὸν ἀπαθοῦντα*.

ἔμφασιν ποιεῖν· τοῖς δ᾽ ἀλλόχρωσιν] Non dubito scriptum fuisse: *ποιεῖν ἐν τοῖς ἀλλόχρωσιν*. Deinceps vulgabatur *ὁμοίως*. Verum est in Voss.

λέγειν πως ἀποδίδωσιν] Suspicor ante postremum verbum negationem excidisse.

55. *ἰδίως ἔνια*] Voss. *ἰδίως* omisit.

πλὴν ὅτι — διαμίμνει] Camot. *πλὴν μὲν ὅτι — διαμένει*. Postremum probo.

ποιεῖ τῇ ἁφῇ] Quid tactus huc faciat, non intelligo; nec magis vocem capio, si ad auditum referri voluit Philosophus.

56. *εὔτρητα κατά τε — ἔτι δὲ τὰ ὀστᾶ*] Vulgabatur: *εὔτρητα. κατὰ δὲ — ἔτι δὲ ὀστᾶ*. Deinceps Camot. *ἀθρόον γὰρ οὕτως*.

57. *Ἄτοπον δὲ καὶ δι᾽ ὧν — εἰσέλθῃ, διὰ τῆς ἀκοῆς*] Ita vulgabatur. Distinctionem mutavi; sed quid faciam otioso illo *δι᾽ ὧν*, nondum reperi.

εἰ γὰρ καὶ — διὰ τοῦτο καὶ αἰσθάνεσθαι] Ita vulgabatur. Negatio deerat. Deinceps *ὁμοίως ποιεῖ* Camot. quae verba *τι τῇ* post *συμπάσχει* omisit.

58. σῶμα ποιοῦντι τὴν ψυχὴν] Plutarchus de Pl. Phil. 4, 2. Δημόκριτος πυρῶδες σύγκριμα ἐκ τῶν λόγῳ θεωρητῶν, σφαιρικὰς μὲν ἐχόντων τὰς ἰδέας, πυρίνην δὲ τὴν δύναμιν, ὅπερ σῶμα εἶναι.

59. καὶ ἔτι ταῖς ἄνω] Vulgabatur καὶ ἐπὶ.

60. ἑκάτερος ἥπται] Nempe τοῦ ἀληθοῦς. Paulo antea οἱ ἡμμένοι Camotiana habet.

τάξει καὶ θέσει] Democriti verba fuerunt ταγῇ καὶ θήκῃ.

61. καθ' αὑτὰ διορίζει τὴν φύσιν] Vulgo incidebatur post αὐτά. deinceps legebatur αὐτό.

διαφέροι, [διαφέρει] σταθμὸν] Seclusi verbum, quod e varia scriptura ortum videtur, et sensum perturbat. Voss. etiam omisit. Corpora primum simplicia, deinde composita pensitat Philosophus.

62. μᾶλλόν τε] Camot. μᾶλλον δὲ.

κατὰ μεγάλα πεπυκνῶσθαι καὶ κατὰ ἔνια] Haec quid significent, assequi non possum, nisi sunt vitiosa.

63. εἰς μικρὰ — Σημεῖον — τὸ μὴ] Vulgabatur: μακρὰ — τῷ μὴ. Camotiana: ἀθροῦν ᾗ τοῦ ἐνισχύειν — τῷ μὴ ταῦτα. Deinde στυφνὸν cum Voss. in cuius margine στρυφνὸν.

64. τῇ κράσει] Camot. τῇ κρίσει.

65. ὀξὺν εἶναι τῷ ὄμματι, γωνοειδῆ] Ita distinguebantur haec vulgo. Sed etiam in nostra distinctione succo tribuitur figura, quae propria erat elementorum, quibus succus componitur ex opinione Democriti.

διαχεῖν ὅλως τὸ ὄμμα] Postremum vocabulum vitiosum mutandum videtur in στόμα vel potius in σῶμα.

τοὺς ἄλλους ταράττειν — ὑγραίνει] Horum sensum et vim nondum assequor: fortasse etiam vitio non carent. Interim δὲ inserui.

66. ἐπιτυφλούμενα ἐμπλάττειν τε]. Vulgo comma erat positum post participium. Camot. ἐπὶ τῇ φλούμενα ἐμπλάττουσα τὰ φλ. Eadem verba Τὸν δὲ πικρὸν in lacuna omisit. Vossianus ἐπιτυφλούμενα ἐμπλάττοντα cum minore lacuna habet.

ἀλλ' ἐπ' ἐνίων μὲν σκαληνῶν] Haec verba et reliqua tota sectio mihi vitiis laborare videtur. Statim enim a verbis inde μεγάλων μὲν redire videtur ad succum στρυφνὸν, non ad πικρὸν, cui tamen subiiciuntur. Pro ἁλμυρὶς Voss. ἁλμυρὸς habet.

οὐ σκαληνὸν — περιπλάττεσθαι] Haec verba, si ad eundem succum στρυφνὸν referuntur, iungenda ceteris videntur, interiecta particula δέ. At in στρυφνῷ mentio nulla

erat τῶν σκαληνῶν, sed in πικρῷ, ubi tamen affirmatio adest: ἀλλ' ἐπ' ἐνίων μὲν σκαληνῶν. Camot. τὸ μὴ περιπλάττεσθαι et verba sect. 67. σκαληνὸν δὲ οὐκ — περιφερῆ καὶ γωνιοειδῆ omisit.

67. πολυγώνιον ποιεῖν τῇ τραχύτητι θερμαίνειν] Ita distincta vulgo leguntur; comma post τραχύτητι posui, et particulam γὰρ inserui. Sed antea mentio τοῦ πολυγωνίου facta non erat. Supra erat de ὀξεῖ: τραχὺν δ' ὄντα καὶ γωνιοειδῆ συνάγειν καὶ συσπᾶν· διὸ καὶ θερμαίνειν τὸ σῶμα. Separatim autem de dulci erat: ἐκ περιφερῶν οὐκ ἄγαν μικρῶν· διὸ καὶ διαχεῖν.

καὶ τὸν αὐτὸν ἔχειν λείου] Haec item turbata a librariis videntur. Ut enim antecedens πολλοὺς εἶναι ad figuras referri non possunt, sed ad succos referri videntur, ita etiam haec, τὸν αὐτὸν, ut sensus sit, nullum succum una aliqua figura certa et definita semper gaudere, sed unicuique plures simul inesse figuras. Ita vero scribendum fuerit: ἑκάστῳ χυλῷ πολλὰ ἐνεῖναι, καὶ τὸν αὐτὸν ἔχειν.

ᾧ δ' ἂν ἐνῇ πλεῖστον] Ita vulgabatur; sensus tamen ὃ postulabat. Camot. ὧδ' ἂν ἔνι habet. Deinceps vulgabatur καὶ τοῦτο διὰ τὸ αὐτὸ, τἀναντία, sensu perturbato.

68. ἀλλὰ δριμὺ — τοῖς σχήμασιν] Deesse videtur verbum διορίζειν.

θερμῶν δὲ — πρὸς τὴν αἴσθησιν] Genitivus non habet, unde pendeat. Nam ad superiora illa, βαρέος — καθ' αὑτὰ ποιεῖν φύσεις, referri non possunt; θερμῶν enim et ψυχρῶν negabat esse φύσιν Democritus, potius esse πάθη τῆς αἰσθήσεως affirmabat.

τοῦ χυμοῦ τὸ σχῆμα σφαιροειδές] Videtur igitur Democritus χυλῶν σχήματα, et simul χυμοῦ diversa fecisse. Quod supra tamen non fuit commemoratum; nec verum esse puto. Verum si χυλοῦ scribas, τὸ σφαιροειδὲς exempli tantum causa memoratum esse videri debet.

69. τοῖς δ' ἄλλοις οἷον. οὔτε] Lacunosa haec cum sequentibus. Suspicor fuisse scriptum: ἄλλοις ἄλλο· οὔτε γὰρ οἷόν τε τὸ σχῆμα — τοῖς δ' ἄλλοις ἄλλο. Camotiana: τοῖς δ' ἀλλήλοις. οἷον οὔτε — τοῖς δὲ ἄλλοις, ἀνάγκη δ' εἴπερ ἴσως εἶπε τοῖς μὲν γλυκύ.

τούτοις ἀνομοίως — καὶ πάλιν τὸ] Haec mihi sana esse non videntur. Praeterea deest vocabulum, velut ἄτοπον, unde pendeat infinitus modus ἀξιοῦν — ἐλέγχειν. Camot. ἀνομοίοις — τῷ μηθὲν μᾶλλον. In Vossiano est ἀξιοῦν lacuna ταὐτὸ φέρεσθαι.

70. Εἰκὸς γὰρ] Deesse verbum διαφέρειν videtur.

Καίτοι εἰ μὴ καὶ] Frequentius dicitur εἰ καὶ μή. Camot. ὁμοδοξοῦσι καὶ ποιεῖ μὴ καὶ * * * αὐτῶν γίνεται. πᾶσι τὸ γλυκὺ et cet. Deinceps vulgabatur: ὅτι ἂν τὸ ἡμῖν πικρὸν, ἄλλοις ἦν γλυκύ. Exciderat negatio, quam inserui. In Camot. est lacuna post ἐπιμαρτυρεῖν. deinceps legitur: ἂν τὸ, ἡμὶν πικρόν.

71. ἰδίως δ' ἐπὶ μικροῦ — συνέσεως] Haec non intelligo. Si πικροῦ scriptum fuit, sensum aliquem videre mihi videor.

Ὥστε διὰ τί τούτων] Vulgo est διά τι. Sed utroque modo scripta haec verba abundant, et sensum importune interpellant. Deinceps Camot. αὐτῆς τε ὑπ. — ἄλλα· νοῦ δὲ σκληροῦ.

ὅπερ οὐχ ἧττον] Non dubito fuisse ἅπερ.

72. καὶ οἱ ποιηταὶ καὶ σοφοὶ] Videtur articulus abundare. Deinceps Camot. περὶ φρονεῖν pro τὸ φρ. dedit.

ἀποδιδόασι πρὸς — ἀφομοιοῦν] Ita vulgabatur vitio manifesto gemino. Camot. ἀφομοιοῦνται τοῖς ἐκ. Verum ἀφομοιῶν est in Voss. Praeterea suspicor scribendum: τὴν ἐν τοῖς πάθεσιν. Deinceps Camot. πρότερον ἐξ ὁμοίων ἢ ἀμφοῖν ἐστι· καὶ πῶς τῶν αἰσθήσεων.

τὸ κάτω κείμενον] Hoc non intelligo; sed res postulat τὸ ὑποκείμενον, nempe ipsa αἰσθητήρια.

Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν ἤτοι] Haec et sequentia videntur esse vitiosa. Primum huic μὲν nihil respondet. Deinde priori huic ἤτοι debebat consequens reddi ἤ; sed sequitur: εἰ καὶ παρεῖται, quod mutandum videtur in ἢ καὶ παρεῖται. Camot. διελθεῖν ἢ καὶ παρεῖται habet.

73. σκληρὰ τῶν λευκῶν] E comparatione interioris faciei conchyliorum, quae colore margaritaceo resplendet, notio vocabuli σκληρὰ apparet. Cf. sect. 79. Deinceps vulgatum ἀποσκιάζῃ e sequentibus correxi. cf. sect. 79.

εὐθύπορα εἶναι τὰ ψαθυρὰ καὶ] Ita vulgabatur: comparata sectione 79. correxi et distinxi.

ἄλληλα· καὶ τὰς δύο συζεύξεις] Etiam haec vitiosa esse puto. Suspicor fuisse scriptum: ἄλληλα, καὶ τὰς δύο συζεύξεις, τήν τ' ὅλην. Vulgabatur enim τὴν δ' ὅλην. Sunt vero hae duae συζεύξεις, quae fiunt e figuris corporum περιφερῶν et λοξῶν. Deinceps Camot. τοιαύτην δ' ὄντα ψαθυρά.

λευκότερα δ' ἀλλήλοις] Quid sibi vult illud ἀλλήλοις? E sectione 79. apparet, plura hic excidisse.

74. οὕτω γὰρ ὂν] Puto fuisse ἂν scriptum, non ὄν; idque postea reperi in Camot.

τέλεια καὶ πλατέα] E Camotiana dedi λεῖα καὶ πλατέα.

75. συνεστάναι μεγάλων ἐξ ἀμφοῖν] Haec vitiosa esse non dubito. Igitur post συνεστάναι interpungendum censeo; deinde scribendum: ἐκ μεγάλων δ' ἀμφοῖν τῇ θέσει — τὴν χρόαν, nempe συνεστάναι. Initio sectionis Camot. οἵων περὶ τὸ θερμὸν habet.

αὔων] Camot. αὔ cum stellula habet; deinceps ἐρυθρότερα θερμὸν γὰρ habet, mediis inter duo ἐρυθρότερα omissis. Denique τῇ θέσει δὲ καὶ τάξει habet.

76. λαμπρὸν ἔχειν] Vulgabatur ἔχει, ut deinceps δεῖ δὲ μικράς. Postea Camot. habet: μεγάλα γὰρ — διαφοραῖς δὲ ἔσεσθαι — μέσον δὲ τοῦ λευκοῦ.

77. Τὴν δ' ἰσάτιν] Herbam huius nominis novimus; colorem inde paratum solus et antiquissimus scriptor graecus Democritus nominavit. Camot. ἰσάστιν habet: verum Vossianus.

πλείω δὲ μοῖραν ἔχειν] Antea in simili loco fuit: ἔχοντος τοῦ μέλανος.

78. ἐὰν δὲ χλωρὸν μιχθῇ] Puto πλέον excidisse. Deinceps διεχεῖσθαι pro διαχ. habet Camot.

Καὶ πλήθει μὲν τοσοῦτον ἐπιμέμικται — εἶναι καὶ τοὺς χυλοὺς κατὰ] Ita vulgavit haec Stephanus, vitiosa sine dubio. Equidem suspicor fuisse scriptum: τοσούτων ἐπιμέμνηται — εἶναι (φησὶ) καὶ τοὺς χυλοὺς, κατὰ τὰς μίξεις. Camot. dedit προστεθῇ.

ἔλαττον μίσγειν] Structura et sensus postulat μίσγῃ. Deinceps θατέρου mutatum malim in θατέρῳ. Camot. plane omisit.

79. οἱ γὰρ — καὶ τὸ μέλαν] Intellige ἀπέδοσαν. Deinceps ἁπλῶς habet Steph. sola. Postea Camot. ἔπειτα τὸ μὲν πᾶσι habet.

ἀλλὰ μᾶλλον ἡ θέσις] Equidem τὴν θέσιν malim; pendent enim etiam haec ab antecedenti οὐ γὰρ εἰκός.

συνδέσεις — προκρόσσας] Haec supra sect. 73. commemorata non sunt. προκόσσας habet Camot.

ὥσπερ — τειχῶν] Haec non intelligo, nec sana esse puto.

80. καὶ μὴ ἀπαλλάττειν τοὺς πόρους] Ita vulgabatur; verbum correxi.

ἐπὶ πόσα δὲ λευκά, τοῦ διαφανοῦς] Haec sensu carent et manifeste vitiosa sunt. Ex antecedente membro repetitum

videtur τοῦ διαφανοῦς. Deinde λευκὰ in sequente membro deest, atque illuc transferendum videtur.' ἐπὶ — δὲ ortum videtur e sequenti Ἔτι δέ. Igitur totum locum ita refingo: Ἔτι δὲ τὸ μὲν εὐθεῖς κεκτῆσθαι τοὺς πόρους, ὅσα λευκά, τῶν δὲ μελάνων ἐπαλλάττειν, ὡς εἰσιούσης τῆς φύσεως, ὑπολαμβάνειν φησὶ διὰ et cetera. Voss. ἔμφασιν τὴν ὄψιν.

Οἱ δὲ τὴν — υπολαβεῖν] Haec plane obscura et, ni fallor, vitiosa in superioribus non habent, unde emendari possint. Negatio ante ῥᾴδιον deesse videtur, et primum οἱ in πῶς mutandum. Praeterea verbum λέγει vel ποιεῖ deest.

αἰτιᾶται πρὸς τὸ] Vulgatum αἰτιᾶσθαι correxi.

81. ἐπιπρόσθησις] Camot. ἐπιπρόσθεσις habet, deinde pro πότερον, ut alibi, πρότερον.

ἢ καὶ ἄλλως ποίῳ, ἢ μέλανι] Suspicor fuisse: ἄλλῳ γίνοιτ' ἄν, καὶ ποίῳ, ἢ μέλανι. Camot. habet: ποίον, μέλαν, οὐ — χλωρὸν μη ἀποδιδοῦναι.

82. κοινὰ πάντα] Ita Steph. πάντων e Camot. dedi, quae deinceps habet ὀξοποιῶν ἔσται σχημάτων. Vossianus κενὰ — ἐξοποιῶν.

εἰ μὲν ἐναντίον] Vulgatum ἐναντίῳ ita mutavi propter sequens εἰ δ' ἢ μὴ ἐναντίον. quanquam χλωρῶν antecessit; itaque debebat utrobique esse ἐναντία, aut χλωροῦ scribendum fuit. Praeterea εἰ δ' εἴη μὴ ἐναντίον malim.

ἀρχὰς οὐκ ἐναντία ποιεῖ] Ita vulgabatur; una litera addita correxi. deinceps legebatur: ἐν πᾶσιν. οὕτως μάλιστα δ' ἐχρῆν. Camot. dedit: ἐν πᾶσιν, οὕτως. μάλιστα δ' ἐχρῆν.

εἴρηκέ γε] Vitiosa haec sunt, et sensus παρῆκε vel simile verbum flagitare videtur. Camot. habet: ἂν ὧδε λέγει — προσαφορίζειν εἴρηκε, πλὴν — ὅπως ἔνια παραλείπει.

83. διακρῖνον ὀξύτατα τῶν γωνιῶν] Haec vitiosa convincit locus Platonis in Timaeo p. 370. Bipont. ὅτι μάλιστα ἐκείνη καὶ οὐκ ἄλλη φύσις διακρίνουσα ἡμῶν κατὰ σμικρά τε τὰ σώματα κερματίζουσα, τοῦτο ὃ νῦν θερμὸν λέγομεν, εἰκότως τὸ πάθημα καὶ τοὔνομα παρέσχε. Igitur σωμάτων scripsi. Camot. habet: διακρῖνον δι' ὀξύτητα τῶν γωνιῶν.

ὅταν δι' ὑγρότητα ἐκκρίνοντα] Ita vulgabatur. Camot. ἐκκρίνον τὰ — μείζω κύκλα. Plato l. c. τὰ γὰρ δὴ τῶν περὶ τὸ σῶμα ὑγρῶν μεγαλομερέστερα εἰσιόντα τὰ σμικρότερα ἐξωθοῦντα, εἰς τὰς ἐκείνων οὐ δυνάμενα ἕδρας ἐνδῦναι, ξυνωθοῦντα ἡμῶν τὸ νοτερὸν, ἐξ ἀνωμάλου κεκινημένου τε ἀκίνητον δι' ὁμαλότητα καὶ τὴν ξύνωσιν ἀπεργαζόμενα, πήγνυσι· τὸ δὲ παρὰ φύσιν ξυναγόμενον μάχεται κατὰ φύσιν αὐτὸ αὐτῷ εἰς τοὐναντίον ἀπωθοῦν· τῇ δὴ μάχῃ καὶ

τῷ σεισμῷ τούτῳ τρόμος καὶ ῥῖγος ἐτέθη, ψυχρόν τε τὸ πάθος ἅπαν τοῦτο καὶ τὸ δρῶν αὐτὸ, ἔσχεν ὄνομα. Quae, si scriptura vulgaris loci nostri non fallit ubique, non satis accurate excerpsit Theophrastus. Initio vero apertum est vitium in istis, δι' ὑγρότητα. Scribendum: ὅταν τὰ ὑγρὰ τοῦ σώματος τὰ μείζω, ἐκκρίνοντα — εἰσιέναι, κύκλῳ περιωθῇ. — καὶ τῷ πάθει ῥῖγος εἶναι. Vulgabatur nempe πάχει pro πάθει. Camot. habet πάχει ῥῆγος.

ὄνομα, σκληρὸν, ᾧ] Plato p. 371. σκληρὸν δὲ, ὅσοις ἂν ἡμῶν ἡ σὰρξ ὑπείκῃ· μαλακὸν δὲ, ὅσα ἂν τῇ σαρκὶ, πρὸς ἄλληλά τε οὕτως· ·ὑπείκει δὲ, ὅσον ἐπὶ σμικροῦ βαίνει. Unde δὲ inserui et post ὄνομα punctum posui. In Platone οὕτως pro ὁμοίως positum displicet, sed rectius videtur ὅσοις et ὅσα propter sequens πρὸς ἄλληλα.

οὐ γὰρ εἶναι τοιούτων φύσιν] Vitiosa haec videntur. Plato negabat, in mundo sphaerico recte supra et infra, sursum et deorsum usurpari.

84. Ἡδὺ δὲ καὶ αὐστηρὸν] Camot. ἡδὲ καὶ αὐστηρόν. Videtur ἀλγεινὸν scriptum fuisse. Plato p. 367. τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βίαιον γιγνόμενον ἀθρόον παρ' ἡμῖν πάθος, ἀλγεινόν· τὸ δ' εἰς φύσιν ἀπιὸν πάλιν ἀθρόον, ἡδύ· τὸ δ' ἠρέμα κατὰ σμικρὸν, ἀναίσθητον. — οἷον τὰ περὶ τὴν ὄψιν αὐτὴν παθήματα — βία γὰρ τὸ πάμπαν οὐκ ἔνι τῇ διακρίσει τε αὐτῆς καὶ συγκρίσει. Unde apparet, plura hic esse vitiosa, non sine codicis auctoritate emendanda.

γεώδη χυμὸν, καὶ διὰ ταῦτα — αὐστηρά] Haec vitiose scripta vulgo legebantur: δ. ταῦτα συνάγοντα τοὺς χυμοὺς καὶ συγκρίνοντα, τὰ μὲν τραχύτερα, στρυφνὰ εἶναι, τὰ δὲ ἧττον αὐστηρά. Plato p. 378. γήϊνα κατατηκόμενα ξυνάγει τὰ φλέβια καὶ ἀποξηραίνει· τραχύτερα μὲν ὄντα στρυφνὰ, ἧττον δὲ τραχύνοντα, αὐστηρὰ φαίνεται. Difficile est verba sine Codicis ope melioris restituere vera pro vitiosis.

ὥστε καὶ ἐκτήκειν] Plato et noster libro 6. c. pl. 1. ubi locum plenius excerpsit, ita: ὥστε καὶ ἀποτήκειν αὐτῆς τι τῆς φύσεως.

καὶ διακρίνοντα δριμέα] Haec paulo obscuriora propter brevitatem explanabit inspectus Plato.

κυκῶντα] Iterum nimis breviter describit. Rectius libro 6. c. pl. excerpsit ἀνακυκῶντα καὶ ἀναζυμοῦντα. Camot. habet οὐκ ὄντα, ὀξέα. verum Voss. et Steph.

συστατικὰ εἰς τὴν φύσιν] Plato: καὶ πάνθ' ὅτι μάλιστα ἱδρύῃ κατὰ φύσιν, ἡδύ.

85. ὅταν ἐπιφράξαντες] Plato p. 380. δηλοῦνται δὲ, ὁπόταν τινὸς ἀντιφραχθέντος περὶ τὴν ἀναπνοὴν ἄγῃ τις

βίᾳ τὸ πνεῦμα εἰς αὐτόν· τότε γὰρ ὀσμὴ μὲν οὐδεμία συνδιηθεῖται, τὸ δὲ πνεῦμα τῶν ὀσμῶν ἐρημωθὲν αὐτὸ μόνον ἕπεται. Neuter locus satis integer hodie scriptus legitur, Camot. habet h. l. ὁμίχλην δὲ τὸ ἐξ ἀέρος. Voss. ἀνασπεῖσιν, omissa voce ἀόρατον.

μέχρι ψυχῆς· ὀξεῖαν δὲ καὶ βαρεῖαν] Haec manca esse docet Platonis locus: μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδιδομένην· τὴν δὲ ὑπ᾽ αὐτῆς κίνησιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μὲν ἀρχομένην, τελευτῶσαν δὲ περὶ τὴν τοῦ ἥπατος ἕδραν, ἀκοήν· ὅση δ᾽ αὐτῆς ταχεῖα, ὀξεῖαν, ὅση δὲ βραδυτέρα, βαρυτέραν. Camot, habet ὁμοία καὶ τῇ τελευτῇ. Voss. ὁμοία ἢ τῇ τ.

86. ἀνάλογον δὲ] Haec Plato habet p. 382.

ἐν οἷς δὲ λόγοις] Plato p. 383. τὸ δ᾽ ὅσον μέτρον ὅσοις, οὐδ᾽ εἴ τις εἰδείη, νοῦν ἔχοι τὸ λέγειν᾽ ὧν μήτε τινὰ ἀνάγκην μήτε τὸν εἰκότα λόγον καὶ μετρίως ἄν τις εἰπεῖν εἴη δυνατός. unde correxi vulgatam huius loci scripturam: οὐδέ τις εἰδείη, χρῆναι λέγειν φησίν, ὧν οὐκ ἔχομεν εἰ κατὰ λόγον ἢ ἀναγκαῖον. Camot. praeterea πειρωμένῳ habet.

87. Ἄτοπον δὲ καὶ τούτου] Post haec verba Camot. asteriscum posuit. Deinceps habet: σχήματα, τὸ δὲ ψυχρὸν ῥὺχ. In Voss. nulla lacuna.

ἐπεί τι μαλακὸν τὸ ὑπείκειν] Haec ita vulgo scripta e suspicione mea seu mutavi seu correxi.

88. Ἔστι δὲ τὸ βαρὺ] Ita vulgabatur, vitio facile sanando. deinceps Camot. ἐπεὶ τῶν γεωδῶν.

θᾶττον αἰσθήσεται] Vulgatum errorem correxi, mutata una litera; recte scriptum verbum postea in Camot. reperi, quae superius habet διάπερ.

89. συμπεραίνει] Camot. συμπαραίει, Voss. συμπαραίνει.

συνάγειν καὶ τοὺς πόρους] Copulam abundare puto.

90. ἀνάπνευσις —·ὁμολογοῦσιν] Camot. ἀναπνευστὴ — ὁμολογεῖται. Voss. verum habet, sed ὡμολόγηται.

ταῦτα δὲ λέγειν, οὐκ ἀληθές] Deesse videtur vocabulum ὅμοια. Hoc itaque addito, sequens membrum, οὐδὲ γὰρ — ποιεῖν, statim dilucidatur; repetendum enim est ὅμοια. Deinceps scribendum τὸν μὲν γάρ. Respicit enim nomen καπνός. Postea Camot. καίτοι δοκεῖν ἀνάπαλιν — διὸ καὶ πάνατατ.

91. Ἐνδεεστέρως [δὲ] καὶ] Inserui δὲ, quo melius membra orationis committerentur. Deinceps vulgatum κοινῶς correxi.

μίξιν τὸ ἀφαιρεῖν — ταῖς αἰτίαις] Equidem fuisse puto scriptum: τῷ ἀφαιρεῖν — τὰς αἰτίας. Camotiana supra φραγείη habet pro φανείη, et superius τῷ τοῖς πόροις ἐναρμόττειν.

II.

AD EXCERPTA LIBRI DE LAPIDIBVS.

Libellum hunc ab antiquioribus criticis fere neglectum primus Hadr. Turnebus versione latina dignatus est, in qua plurima insunt ingenii sagacitatisque criticae Galli doctissimi specimina. Editionem Lutetiae ex officina Frid. Morelli anno 1577. forma quarta procuratam cum versione latina comparavi. Diligenter is Plinii loca ex hoc libello traducta paene omnia comparaverat, et multa editionis Basileensis vitia inde feliciter emendaverat. Quarum emendationum minimam partem commemoravit successor ingenio impar Furlanus, Cretensis, plurimis tamen in textu graeco emendando abusus Turnebum raro nominavit, nisi ut simul reprehenderet: quod plerumque haud iure fieri animadverti. Ipse Furlanus uti scientia rei medicae Turnebum fortasse superavit, ita peritia linguae graecae et latinae multo inferior laudes Galli nusquam aequare potuit. Verba graeca non solum coniecturis multis falsis et ineptis refersit, sed vitiis etiam operarum maculata plurimis reliquit, quae Heinsiana fideliter repetiit.

De tempore scripti libelli disputabitur infra ad sect. 59.

Post Turnebum, Furlanum et Heinsium Io. Laet iterum edidit libellum adiectis praeter codicis Palatini varietatem scripturae (falsam et ineptam) annotationibus paucis: quibus deinde usi sunt interpretes, Britannicus, *Io. Hill*, et nostras, *Schmieder*, quorum opera in lapidum natura investiganda, quam in scriptura graecorum verborum restituenda, magis fuit occupata. Optime de interpretatione libelli mereri coeperat *Schwarze*, editis aliquot commentationibus Theophrasteis, cuius operam subito mors immatura abrupit. Hinc excerptas posui observationes virorum doctorum, quas equidem ad rem pertinere existimabam.

Antequam ipsorum verborum et rerum singularum interpretationem aggrediamur, operae erit comparare Theophrasti doctrinam de ortu et discrimine *τῶν μετάλλων* et *τῶν λίθων* vel, ut alihi distinguitur, *τῶν μεταλλευομένων* seu *μεταλλευτῶν* et *τῶν ὀρυκτῶν* cum disciplina praeceptoris Aristotelis tradita in libris Meteorologicorum. Hic igitur in libro tertio extremo, postquam de meteoris, id est iis quae super terra in aere fiunt atque apparent, docuisset, ita pergit:

Ὅσα μὲν οὖν ἔργα συμβαίνει παρέχεσθαι τὴν ἔκκρισιν ἐν τοῖς τόποις τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν, σχεδόν ἐστι τοσαῦτα καὶ

τοιαῦτα· ὅσα δ' ἐν αὐτῇ τῇ γῇ, ἐγκατακλειομένης τοῖς τῆς γῆς μέρεσιν ἀπεργάζεται, λεκτέον. Ποιεῖ γὰρ δύο διαφορὰς σωμάτων, διὰ τὸ διπλῆ πεφυκέναι καὶ αὐτὴ, καθάπερ καὶ ἐν τῷ μετεώρῳ. Δύο μὲν γὰρ αἱ ἀναθυμιάσεις, ἡ μὲν ἀτμιδώδης, ἡ δὲ καπνώδης, ὥς φαμεν, εἰσί. Δύο δὲ καὶ τὰ εἴδη τῶν ἐν τῇ γῇ γινομένων, τὰ μὲν ὀρυκτὰ, τὰ δὲ μεταλλευτά. Ἡ μὲν οὖν ξηρὰ ἀναθυμίασις ἐκπυροῦσα ποιεῖ τὰ ὀρυκτὰ πάντα, οἷον λίθων τε γένη τὰ ἄτηκτα καὶ σανδαράκην καὶ ὤχραν καὶ μίλτον καὶ θεῖον καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα. Τὰ δὲ πλεῖστα τῶν ὀρυκτῶν ἐστι τὰ μὲν κονία κεχρωματισμένη, τὰ δὲ λίθος ἐκ τοιαύτης γεγονὼς συστάσεως, οἷον κιννάβαρι. Τῆς δ' ἀναθυμιάσεως τῆς ἀτμιδώδους ὅσα μεταλλεύεται καὶ ἐστὶν ἢ χυτὰ ἢ ἐλατὰ, οἷον σίδηρος, χρυσὸς, χαλκός. Ποιεῖ δὲ ταῦτα πάντα ἡ ἀναθυμίασις ἡ ἀτμιδώδης ἐγκατακλειομένη καὶ μάλιστα ἐν τοῖς λίθοις, διὰ ξηρότητα εἰς ἓν συνθλιβομένη καὶ πηγνυμένη, οἷον δρόσος ἢ πάχνη, ὅταν ἀποκριθῇ. Ἐνταῦθα δὲ πρὶν ἀποκριθῆναι γεννᾶται ταῦτα. Διὸ ταῦτα ἔστι μὲν ὡς ὕδωρ, ἔστι δὲ ὡς οὔ· δυνάμει μὲν γὰρ ἡ ὕλη ὕδατος ἦν, ἔστι δ' οὐκέτι, οὐδ' ἐξ ὕδατος γινομένου διά τι πάθος, ὥσπερ οἱ χυμοί. Οὐ γὰρ οὕτω γίνεται τὸ μὲν χαλκὸς, τὸ δὲ χρυσὸς, ἀλλὰ πρὶν γενέσθαι παγείσης τῆς ἀναθυμιάσεως, ἕκαστα τούτων ἐστί· διὸ καὶ πυροῦται πάντα καὶ γῆν ἔχει· ξηρὰν γὰρ ἔχει ἀναθυμίασιν· ὁ δὲ χρυσὸς μόνος οὐ πυροῦται. Κοινῇ μὲν οὖν εἴρηται περὶ πάντων αὐτῶν· ἰδίᾳ δ' ἐπισκεπτέον προχειριζομένοις περὶ ἕκαστον γένος.

Deinde initio libri quarti ponit quatuor causas elementorum, frigus et calorem, quae quidem vim habeant efficiendi, deinde siccitatem et humiditatem, quae patiendi; unde quatuor elementa ipsa varia coniugatione earum existant. Atque hae eaedem causae in corporibus naturalibus operantur cum ortum et mutationem tum interitum. Simplex autem et naturalis ortus fit ab his facultatibus, cum proportionem iustam habuerint mutatione subiectae cuique naturae materiae. Atque haec sunt et dicuntur facultates passivae, δυνάμεις παθητικαί. Calor autem et frigus generant superando materiam: cum autem vincitur a materia, partim fit ἡ μόλυνσις καὶ ἀπεψία. Generationi vero contraria est maxime ἡ σῆψις, putredo. Omnis autem interitus fit, cum id, quod terminare solet corpus, a terminato corpore vincitur, adiuvante eo, quod corpus ambit. Capite 2. e calore derivat πέψιν, πέπανσιν, ἕψησιν, ὄπτησιν, e frigore ἀπεψίαν, ὠμότητα, μόλυνσιν, στάτευσιν. Post explicatam et definitam harum rerum omnium naturam capite 4. ita pergit: Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἀρχαὶ τῶν σωμάτων αἱ

παθητικαὶ, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, τὰ δ' ἄλλα μικτὰ μὲν ἐκ τούτων, ὁποτέρου δὲ μᾶλλον, τούτου μᾶλλον τὴν φύσιν ἐστὶν, οἷον τὰ μὲν ξηροῦ μᾶλλον, τὰ δ' ὑγροῦ. Cap. 5. natura τοῦ πήγνυσθαι καὶ ξηραίνεσθαι definitur, ibique ponit haec: τιθέμεθα δὲ ὑγροῦ σῶμα ὕδωρ, ξηροῦ δὲ γῆν. i. e. cum humidum et siccum dicere volumus, aquam et terram nominamus, in quibus eae qualitates velut in corpus aliquod coierunt. Cap. 6. Ὅσα μὲν οὖν ἐστιν ὕδατος, οὐ πήγνυται ὑπὸ πυρός· λύεται γὰρ ὑπὸ πυρός. — Ὅσα δὲ κοινὰ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς πήγνυται καὶ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ; παχύνεται δὲ ὑπ' ἀμφοῖν, ἔστι μὲν ὡς τὸν αὐτὸν τρόπον, ἔστι δ' ὡς ἄλλως· ὑπὸ μὲν θερμοῦ τὸ ὑγρὸν ἐξάγοντος· ἐξατμίζοντος γὰρ τοῦ ὑγροῦ, παχύνεται τὸ ξηρὸν καὶ συνίσταται· ὑπὸ δὲ τοῦ ψυχροῦ τὸ θερμὸν ἐκθλίβοντος, μεθ' οὗ τὸ ὑγρὸν συναπέρχεται συνεξατμίζον. Ὅσα μὲν οὖν μαλακὰ, ἀλλὰ μὴ ὑγρὰ, οὐ παχύνεται, ἀλλὰ πήγνυται, ἐξιόντος τοῦ ὑγροῦ, οἷον ὁ ὀπτώμενος κέραμος· ὅσα δὲ ὑγρὰ τῶν μικτῶν, καὶ παχύνεται, οἷον γάλα. Πολλὰ δὲ καὶ ὑγραίνεται πρῶτον, ὅσα ἢ παχέα ἢ σκληρὰ ὑπὸ ψυχροῦ προϋπῆρχεν ὄντα, ὥσπερ καὶ ὁ κέραμος τὸ πρῶτον ὀπτώμενος ἀτμίζει καὶ μαλακώτερος γίνεται· διὸ καὶ διαστρέφεται ἐν ταῖς καμίνοις. Ὅσα μὲν οὖν ὑπὸ ψυχροῦ πήγνυται τῶν κοινῶν γῆς καὶ ὕδατος, πλεῖον δ' ἐχόντων γῆς, τὰ μὲν τῷ τὸ θερμὸν ἐξεληλυθέναι πηγνύμενα, ταῦτα τήκεται θερμῷ, εἰσιόντος πάλιν τοῦ θερμοῦ, οἷον ὁ πηλὸς, ὅταν παγῇ· ὅσα δὲ διὰ ψῦξιν καὶ τοῦ θερμοῦ συνεξατμίσαντος ἅπαντος, ταῦτα δὴ ἄλυτα μὴ ὑπερβαλλούσῃ θερμότητι, ἀλλὰ μαλάττεται, οἷον σίδηρος καὶ κέρας. Τήκεται δὲ καὶ ὁ εἰργασμένος σίδηρος, ὥστε ὑγρὸς γίγνεσθαι καὶ πάλιν πήγνυσθαι· καὶ τὰ στομώματα ποιοῦσιν οὕτως· ὑφίσταται γὰρ καὶ ἀποκαθαίρεται κάτω ἡ σκωρία· ὅταν δὲ πολλάκις πάθῃ, καὶ καθαρὸς γένηται, τοῦτο στόμωμα γίνεται. — Τήκεται δὲ καὶ ὁ λίθος ὁ πυρίμαχος, ὥστε στάζειν καὶ ῥεῖν· τὸ δὲ πηγνύμενον ὅταν ῥυῇ, πάλιν γίγνεται σκληρόν. (Accorambonus corrigit ῥέον, ὅταν πηχθῇ. recte!) Καὶ αἱ μύλαι τήκονται, ὥστε ῥεῖν· τὸ δὲ ῥέον πηγνύμενον τὸ μὲν χρῶμα μέλαν, ὅμοιον δὲ γίνεται τῇ τιτάνῳ. Τήκεται δὲ καὶ ὁ πηλὸς καὶ ἡ γῆ. Ὅσα δὲ ὑπὸ θερμοῦ ξηροῦ πήγνυται, τὰ μὲν ἄλυτα, τὰ δὲ λύεται ὑγρῷ. Κέραμος μὲν οὖν καὶ λίθων ἐνίων γένη, ὅσοι ὑπὸ πυρὸς τῆς γῆς συγκαυθείσης γίγνονται, οἷον οἱ μυλίαι, ἄλυτοι· νίτρον δὲ καὶ ἅλες λυτὰ ὑγρῷ, οὐ παντὶ δὲ, ἀλλὰ ψυχρῷ. Διὸ ὕδατι καὶ ὅσα ὕδατος εἴδη τήκονται, ἐλαίῳ δ' οὐ τήκεται· τῷ γὰρ ξηρῷ θερμῷ ἐναντίον ψυχρὸν ὑγρόν. Εἰ οὖν ἔπηξε θάτερον, θά-

τερον λύσει· οὕτω γὰρ τὰ ἐναντία ἔσται αἴτια τῶν ἐναντίων. Παχύνεται μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ πυρὸς μόνον ὅσα ὕδατος πλεῖον ἔχει ἢ γῆς· πήγνυται δὲ, ὅσα γῆς. Διὸ καὶ τὸ νίτρον καὶ οἱ ἅλες γῆς εἰσι μᾶλλον καὶ λίθος καὶ κέραμος. Postea cap. 6. 7. olei naturam considerat, quod nec frigore coit, nec igne densatur, propter aeris inclusi copiam. Pergit: Ὅσα δὲ μικτὰ ὕδατος καὶ γῆς, κατὰ τὸ πλῆθος ἑκατέρου ἄξιον λέγεσθαι. — Ὅσα μὲν οὖν μὴ παχύνεται ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, ἀλλὰ πήγνυται, ὕδατός ἐστι μᾶλλον, οἷον οἶνος καὶ οὖρον καὶ ὄξος καὶ κονία καὶ ὀῤῥός· ὅσα δὲ παχύνεται μὴ ἐξατμίζοντα ὑπὸ πυρὸς, τὰ μὲν γῆς, τὰ δὲ κοινὰ ὕδατος καὶ ἀέρος, μέλι μὲν γῆς, ἔλαιον δὲ ἀέρος καὶ ὕδατος. Capite 8. de corporibus naturalibus ita tradit: Ἐκ μὲν οὖν ὕδατος καὶ γῆς τὰ ὁμοιομερῆ σώματα συνίσταται καὶ ἐν φυτοῖς καὶ ἐν ζώοις, καὶ τὰ μεταλλευόμενα, οἷον χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἔξ αὐτῶν τε καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἑκατέρου ἐγκατακλειομένης, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἄλλοις. Ταῦτα δὲ διαφέρει ἀλλήλων τοῖς τε πρὸς τὰς αἰσθήσεις ἰδίοις ἅπαντα, καὶ τῷ ποιεῖν τι δύνασθαι· λευκὸν γὰρ καὶ εὐῶδες καὶ ψοφητικὸν καὶ γλυκὺ καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν τῷ ποιεῖν τι δύνασθαι τὴν αἴσθησιν ἐστι· καὶ ἄλλοις οἰκειοτέροις πάθεσιν, ὅσα τῷ πάσχειν λέγονται· λέγω δὲ οἷον τὸ τηκτὸν καὶ τὸ πηκτὸν καὶ καμπτὸν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα παθητικὰ, ὥσπερ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρόν. Τούτοις δ' ἤδη διαφέρει ὀστοῦν καὶ σὰρξ καὶ νεῦρον καὶ ξύλον καὶ φλοιὸς καὶ λίθος καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν μὲν, φυσικῶν δὲ σωμάτων. Εἴπωμεν δὲ πρῶτον τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, ὅσα κατὰ δύναμιν καὶ ἀδυναμίαν λέγεται. Ἔστι δὲ ταῦτα· πηκτὸν, ἄπηκτον, τηκτὸν, ἄτηκτον, μαλακτὸν — τεγκτὸν — καμπτὸν — κατακτὸν — θραυστὸν — θλαστὸν — πλαστὸν — πιεστὸν — ἑλκτὸν — ἐλατὸν — σχιστὸν — τμητὸν — γλίσχρον, ψαθυρὸν, πιλητὸν — καυστὸν — θυμιατὸν, ἀθυμίατον. E capite nono pertinet ad Theophrasti librum locus hic: Καυστὰ δὲ δοκεῖ εἶναι, ὅσα εἰς τέφραν διαλύεται τῶν σωμάτων· πάσχει δὲ τοῦτο πάντα, ὅσα πήγνυται ἢ ὑπὸ θερμοῦ ἢ ὑπ' ἀμφοῖν, ψυχροῦ καὶ θερμοῦ· ταῦτα γὰρ φαίνεται κρατούμενα ὑπὸ τοῦ πυρός. Ἥκιστα δὲ τῶν λίθων ἡ σφραγὶς, ὁ καλούμενος ἄνθραξ. Capite decimo haec insunt ad Theophrastum transferenda: Καὶ τὰ μὲν ἄτηκτα καὶ ἀμάλακτα, οἷον τὸ ἤλεκτρον ἢ λίθοι ἔνιοι, ὥσπερ οἱ πῶροι οἱ ἐν τοῖς σπηλαίοις· καὶ γὰρ οὗτοι ὁμοίως γίγνονται τούτοις, καὶ οὐχ ὡς ὑπὸ πυρὸς, ἀλλ' ὡς ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, διεξιόντος τοῦ θερμοῦ, συνεξέρχεται τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ ἐξ

αὐτοῦ ἐξιόντος θερμοῦ. Denique extremo capite haec: *Χρυσὸς μὲν δὴ καὶ ἄργυρος καὶ χαλκὸς καὶ καττίτερος καὶ μόλυβδος καὶ ὕελος καὶ λίθοι πολλοὶ ἀνώνυμοι ὕδατος· πάντα γὰρ ταῦτα τήκεται θερμῷ· ἔτι οἶνον ἔνιοι καὶ οὖρον καὶ ὄξος καὶ κονία καὶ ὀῤῥὸς καὶ ἰχὼρ ὕδατος· πάντα γὰρ πήγνυται ψυχρῷ. Σίδηρος δὲ καὶ κέρας καὶ ὄνυξ καὶ ὀστοῦν καὶ νεῦρον καὶ ξύλον καὶ τρίχες καὶ φύλλα καὶ φλοιὸς γῆς μᾶλλον· ἔτι ἤλεκτρον, σμύρνα, λίβανος καὶ πάντα τὰ δάκρυα λεγόμενα, καὶ πῶρος καὶ οἱ καρποὶ, οἷον τὰ χέδροπα καὶ σῖτος· — ἔτι νίτρον, ἅλες, λίθων γένη, ὅσα μήτε ψύξει, μήτε τηκτά.*

Haec eadem fuit doctrina Platonis, verbis paulo abstrusioribus proposita in Timaeo p. 60. Steph. seu p. 364. seqq. edit. Bipontinae, unde tantum haec transferre lubet: *Τυγχάνει δὲ ταῦτα ὄντα τὰ μὲν ἔλαττον ἔχοντα ὕδατος ἢ γῆς, τό,τε περὶ τὴν ὕαλον γένος ἅπαν, ὅσα τε λίθων χυτὰ εἴδη καλεῖται· τὰ δὲ πλέον ὕδατος αὖ, πάντα ὅσα κηροειδῆ καὶ θυμιατικὰ σώματα ξυμπήγνυται.*

Per omnes libri partes Theophrastei eadem doctrina est particulatim disseminata; cuius particulas omnes qui collectas unum in locum sub oculi animique conspectum posuerit, et cum locis Aristotelicis comparaverit, is ubique cum praeceptore sentire discipulum videbit, quanquam in locis nonnullis verbis discrepare videatur. Atque hunc consensum Furlanus initio annotationum ad hunc librum scriptarum bene demonstravit, quem excerpendis pluribus Aristotelis locis imitari conatus sum.

1. *ἐν ἄλλοις τεθεώρηται*] Praecessit igitur hunc liber *περὶ μετάλλων*, quem alii, ut e Polluce 7. s. 99. cognoscimus, Aristoteli adscripserunt. Theophrastum *ἐν τῷ Μεταλλικῷ* ter laudavit Hesychius Grammaticus sub voce *Προσφανῆ*, *Σύζωσμα* et *Σκαρφῶν*: uno in loco Pollux 10. s. 149.

Ipsum hunc librum de lapidibus olim integriorem legit et locum de margaritis sect. 36. inde excerptum posuit Athenaeus 3. p. 93. (363. Schw.), unde editionem hanc auctiorem feci.

ὅσα λίθων εἴδη] In Furlani et Heinsii editione vox *εἴδη* excidit. Furlanus *genera* vertit: sed cum vocabulo *λίθων* ea non est copulanda cum Furlano, sed per se interpretanda: *λίθων* enim a comparativo pendet. Vocem *εἴδη* e Codice Veneto supplevit Morellius in Biblioth. Manuscr. gr. et lat. T. II. p. 147.

ἢ χρώμασι] Codex Vossianus No. 25. in 4. bibliothecae Lugdun. ἢ χρώμενα habet.

2. διά τινος γινομένης] Praepositionem inutilem seclusi, praeeunte Furlani versione. Praeterea συῤῥοῆς scribendum esse apparet e sectione 50. καὶ γὰρ ἡ γένεσις τούτων, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς εἴπομεν, ἤτοι συῤῥοῆς τινος ἢ διηθήσεως γινομένης. Ceterum initio sectionis Ἅπαντα ἂν habet Codex Palatinus apud Ioannem de Laet.

καὶ κατ' ἄλλον — ἐκκεκριμένης] Exhalationem interpretatur Furlanus. Voss. antea habet εἴτε ἀνωτέρως· εἴρηται.

τὰ δ' ἄλλως] Verbum γίνεσθαι vel συνίστασθαι videtur deesse.

ὅσῳ ἂν ὁμαλέστερον] Comparavit locum Platonis Furlanus in Timaeo p. 367. Bipont. ξυνωσθεῖσα δὲ ὑπὸ ἀέρος ἀλύτως ὕδατι γῆ ξυνίσταται πέτρα· καλλίων μὲν ἡ τῶν ἴσων καὶ ὁμαλῶν διαφανὴς μερῶν, αἰσχίων δὲ ἡ ἐναντία.

ἀκριβείας ἔχῃ] Basil. Voss. ἔχῃ τε habent, unde ἔχῃ δὴ restitui texto. Deinceps ἢ πῆξις male Furl. et Heins. editio.

3. ἐπεὶ τά τε τῆς γῆς] Furl. vertit: *quandoquidem terrena omnia ab igne videri possunt conflari, quod liquatio et concretio a contrariis fiat.* Rectius Turnebus: *alioqui quae terrae sunt, ab igne videntur omnia coagmentari, cum praesertim cuiusque concretio et liquefactio in contrariis cernatur.* Vulgatum τά τε in τά γε cum Turnebo mutavi. Sequebatur vulgo ἐπείπερ ἂν τοῖς ἐναντίοις. ubi abundantem particulam ἂν retraxi et cum verbo δόξειεν copulavi, ubi desiderabatur. Turnebus ἐν τοῖς ἐναντίοις et antea δόξειεν ἂν dedit. Deinceps cum eodem ἐν μὲν γὰρ τῇ γῇ scripsi. μὲν vulgo deest. Postea vulgatum χρώμασι eodem auctore correxi.

αἱ πολλαὶ διαφοραὶ] Basil. Voss. αἱ πνοαὶ διάφοροι. Furlanus mutavit in ῥοαὶ διάφοροι ineptissime, quanquam verum a Turnebo excogitatum non ignoraret. Eum tamen secutus est Laet.

4. αὗταί τε καὶ πρὸς ταύταις] Basil. Voss. ἅπτεται καὶ πρὸς ταῖς ἑαυταῖς — δυνάμεις οὔτε ποιεῖν. Correxit cum Turnebo Furlanus. Deinceps vulgatum τηκτοὶ γὰρ, οἱ δ' ἄτηκτοι cum Turnebo correxi. Idem deinceps dedit καὶ οἱ μὲν καυστοί.

λέγονται δυνάμενοι] Basil. truncatum verbum ται cum asterisco habet. ἐξομοιοῦνται δυνάμενοι Voss. φαίνονται δ. Turn. dedit.

ἀπολιθοῦν — ἑαυτοὺς] Aliena comparavit Furlanus de

Asio lapide et de Pergamenis metallis ex Aristotelis *θαυμασ.* c. 53. Deinceps verba *χρυσὸν καὶ τὸν* Heins. omisit.

ὁλκήν τινα ποιεῖν — ὥσπερ ἥτε καλουμένη λίθος Ἡράκλεια καὶ ἡ Λυδή] Turnebus vertit: *alii quodam tractu eliciunt. — ut qui index lapisque Herculanus et Lydius vocatur.* Similiter Furlanus: *aliis attrahendi vim esse, aliis auri et argenti experiundi, qualis Herculeus seu Lydius lapis est.* Uterque male, sed in errorem inductus a Plinio, qui ex hoc loco, ubi de coticula tradit, retulit haec libro 33. c. 8. s. 43. *auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inveniri nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theophrastus, nunc vero passim: quem alii Heraclium alii Lydium vocant.* Falsitur autem Plinius: verba enim Theophrasti *ὥσπερ ἥ τε καλουμένη λίθος Ἡράκλεια* pertinent ad prius membrum: *ἕτεροι δὲ ὁλκήν τινα ποιεῖν:* sequentia autem *καὶ ἡ Λυδὴ* ad alterum: *οἱ δὲ βασανίζειν τὸν χρυσὸν καὶ τ. ἄργ.* ubi verba *τὸν χρυσὸν καὶ* in editione Furlani, Heinsiana et Laetiana exciderunt. Auri enim explorandi vim lapidi Lydio praecipue tribuit ipse Theophrastus infra sect. 45. seqq. Errorem Plinii docte demonstravit Salmasius Exercit. p. 776. quem ipsum tamen, ut Plinium tueretur, erroris arguere ausus est Harduinus eumque secutus Hillius, Britannus, in annotatione ad hunc locum, quem errantem in viam reduxit Schwarze in Commentatione Theophrastea VII. p. 7. cf. Buttmann in Comment. de Magnete p. 32. seqq.

In vocabulo *Ἡράκλεια* dubitatum iam olim fuit, ab Hercule an ab Heraclea oppido ductum fuerit. Testis scriptor in Etymol. Magno sub voce *Μαγνῆτις. ὅτι ἡ τὸν σίδηρον ἕλκουσα λίθος καλεῖται σιδηρῖτις καὶ Ἡράκλεια καὶ Μαγνῆτις καὶ Λυδία — Ἡράκλεια δὲ ἢ διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ κρατερὸν τῆς ὁλκῆς, ἢ μᾶλλον διότι περὶ Ἡράκλειαν τὸ πρῶτον ἐφάνη· οἱ μὲν περὶ τὴν ἐν Πόντῳ φασίν, οἱ δὲ περὶ τὴν ἐν Σαμοθράκῃ.* Vides alium errorem, quo *μαγνῆτις λίθος* cum magnete vel Heracleo lapide confusus esse reperitur iam ab ipso Platone, cuius est locus in Ione p. 185. Bip. *ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν Μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡρακλείαν· καὶ γὰρ αὕτη ἡ λίθος οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς δακτυλίους ἄγει τοὺς σιδηροῦς, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ἐντίθησι τοῖς δακτυλίοις, ὥστε δύνασθαι ταὐτὸν τοῦτο ποιεῖν, ὥσπερ ἡ λίθος, ἄλλους ἄγειν δακτυλίους.* Sed idem p. 190. non *Ἡρακλείαν λίθον*, sed clare *Ἡρακλεώτιδα* appellat, ita, ut originem lapidis duxisse ab oppido Heraclea videatur.

Errorem Platonis iam olim Critici notarunt, ut apparet e glossa Hesychii et Suidae sub Ἡράκλειαν λίθον. Hic enim verba ex Euripidis Oeneo posuit haec:

τοὺς βροτῶν
γνώμας σκοπῶν, ὥστε Μαγνῆτις λίθος,
τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίστησι πάλιν.

quem locum aperte vitiosum metro varie tentarunt viri docti, nuper etiam amicissimus Buttmann in libro: *Museum der Alterthumswissenschaft* Fascic. III. et ante eum Schwarze in Commentatione VII. p. 7. Meum non est, de causa Platonis meum interponere iudicium; nec vacat nunc disputationi isti immorari. Idem Plato in Timaeo p. 410. iterum Ἡράκλειαν λίθον vocavit, ubi est: *καὶ τὰ θαυμαζόμενα ἠλέκτρων πέρι τῆς ἕλξεως καὶ τῶν Ἡρακλείων λίθων.* Hoc mihi nunc certum esse videtur, magnetis virtutem ante Theophrastum iam diu cognitam Graecis fuisse: nomen tamen antiquius fuisse videtur λίθος Ἡράκλεια, recentius μάγνης. Plane diversa fuit ἡ μαγνῆτις λίθος, de qua Theophrastus infra sect. 41. quam Platonis exemplo inducti quidam cum magnete ferrum ducente confudisse reperiuntur. Tum vero etiam nomen Lydii lapidis cum magnete fuit communicatum: quod quo tempore factum sit, liceret explorare aliquatenus, si constaret de auctore versus laudati ab Hesychio in voce *Λυδικὴ λίθος, σίδηρον τηλόθεν προσηγάγου.*

Brevior autem est notitia Theophrastea Heraclii lapidis, quam ut sit vero simile, eum hac notitia in tanto lapidis miraculo defunctum fuisse. Contra probabilis est Furlani suspicio, Theophrastum sect. 28. et 29. ubi de simili vi trahendi, electro et lyncurio peculiari, loquitur, magnetem non praeteriisse. Sed violenta est mutatio Furlani verborum vitiosorum, et aperte falsa coniectura, qua vocabulum Μαγνῆτις inserere ibi voluit.

παρὰ ταύτας διαφοραὶ] Heins. κατὰ τ. Turnebus παρὰ ταύτας * * *.

5. ἡ τῶν τηκτῶν] Versio Turnebi: *Sed enim vis illa liquabilium — et admiranda* et cet. Furlani: *facultas est liquabilium lapidum.* Vitium est manifestum: de facultate enim liquescendi in igne lapidum quorundam non potuit Theophrastus nec dubitare nec mirari. Laetus e Codice Palatino τίκτων scripsit, sed τικτῶν voluisse dare, quod est in Voss., apparet ex annotatione, ubi comparat locum Plinii 36. c. 18. quem ad hunc nostrum referri censet: *Idem Theophrastus et Mucianus esse aliquos lapides, qui pariant, credunt.*

Verum hic ipse locus docere poterat Laetum, *τικτόντων* fuisse scriptum a Theophrasto, quod verbum contractum latet in Palatina scriptura *τίκτων*, et recte Laet vertit *eorum qui pariunt*. Non dubitavi vulgatam corrigere. Ceterum aetitem lapidem intelligi suspicor, cuius quatuor genera recenset Plinius 36. c. 21.

γνωριμωτέρα δὲ τῶν — ἐργασίας] Turnebus vertit: *quae ex opere manuque sumitur*. Furlanus: *sed ea notior est et pluribus inest, quae in opificiis cernitur*: inepte! Abundans *τῶν* interim seclusi, donec e Codice integriore vera scriptura extiterit. Deinceps *ἡ κατὰ τὰς ἐργασίας* malim scriptum: postea vero *τὸ σιδήριον*.

κατὰ ταύτας διαφοραὶ] Furlani versio ad *ταύτας* supplevit *δυνάμεις*, *facultates*: sed refertur pronomen ad *ἐργασίας*: igitur *διαφοραὶ* tantum verum est, nec *δυνάμεις* intelligitur. Turnebus: *aliae plures eiusdem generis differentiae*. Laet malebat *κατὰ ταύτας ἰδιότητας διαφοραὶ*, quae vertit: *secundum illas proprietates differentiae*.

6. *κατὰ τὰ χρώματα*] Articulum cum Turn. addidi.

τοιαῦτα διὰ τὸ] Basil. *τοιαῦτα· διὸ τὸ*. *propter praestantiam pluribus insunt* Furlanus vertit. Turnebus post *τοιαῦτα* sententiam concludit, et deinceps scriptum vertit *διὸ τὸ περιττὸν πλείοσιν ὑπάρχει*. Mihi neutra ratio placet; sed verba *διὰ τὸ περιττὸν* ab hoc loco plane aliena censeo, aut e lacuna reliqua.

Παντελικῶν] Ad hunc et reliquos genitivos *λίθων* intellige. Deinceps Furlanus: *quemadmodum est et Thebis alabastrites*. Turnebus: *qualis etiam in Aegypto — visitur*. Particula *ὡς* plane inutilis et tollenda videtur. *Θηραϊκῶν* Voss. habet. De alabastrite vide ad Fragm. de Odoribus s. 40.

μέγας τέμνεται] Cf. Plinius 36. s. 12. 37. s. 54. Varietatem scripturae *μέλας* nescio unde ductam apposuit Laet.

ἐλέφαντι ὅμοιος] Basil. Voss. *μόνος* habet. Sequens *πυέλῳ* vulgato *πέπλῳ* substitui auctore Salmasio Exercit. p. 1204. et Reinesio Epistol. p. 308. qui comparavit Plinium 36. s. 28. *Mitior est servandis corporibus nec absumendis Chernites ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt. Parioque similis candore et duritia, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur*.

καὶ ὁ πόρος — μόνον ἔχων τοῦ πόρου] Geminus igitur lapis nomine *πόρου* appellatus fuit communi. Vulgaris

levitate corporis insignis fuit: color tacetur. Alter levitatem cum densitate et candore marmoris Parii coniunctam habuit. De hoc Herodotus 5, 62. Alcmaeonidae ab Amphictyonum concilio templum Apollinis Delphici exstruendum conduxerant, πωρίνου λίθου ποιεῖν τὸν νηὸν, lapide poro, sed ipsi Pario lapide frontem templi (τὰ ἔμπροσθεν) construxerant. Ad quem locum Wesseling laudavit interpretes Pollucis 7. s. 123. et Taylori Lect. Lysiac. p. 619. Pausanias 5, 10. templum Iovis Olympici ait exstructum fuisse ex lapide istius regionis, τοῦ ἐπιχωρίου πώρου. Idem 6, 19. in luco Alti thesauros rationum graecarum ait structos esse super basi ex eodem lapide: ἐστὶ δὲ λίθου πωρίνου κρηπίς. Plinius 36. s. 9. arenam Thebaicam et quae fit e poro lapide aut e pumice polituris marmorum accommodatam habet. Aristoteles Meteorol. 4, 10. stalactites calcareos antrorum vocat πόρους τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις. Geoponica 7, 12, 10. λίθον τὸν καλούμενον πόρινον ustum vino indunt, ne acescat. Ammonius ἄγαλμα dici censet τὸ πώρινον ἢ ἔκ τινος ἑτέρου λίθου κατεσκευασμένον. Πώρινον Σειληνὸν Pseudoplutarchus in vita Andocidis oratoris nominavit, de quo Salmasius Exercit. p. 174. b. B. Scripturam variant libri scripti et editi. In Suida est πῶρος et πώρινος λίθος, sed idem alibi habet: Λίθων ποτίμων· μήποτε τῶν πόρων λέγει, οἳ πίνοντες τὸ ὕδωρ ἰσχυρότεροι γίνονται· ἢ τῶν τὴν σάρκα τῶν ἐντιθεμένων καταναλισκόντων σωμάτων. Posterior interpretatio pertinet ad lapidem Assium vel sarcophagum vocatum. Ceterum hodieque Graeci in locis vicinis vetustae Olympiae habitantes lapidem porum appellant ποῦρος, uti testatur Gallus *Fauvel* in annotatione ad versionem gallicam Itinerarii Chandleri. Is scilicet reperisse sibi visus est vestigia et reliquias veteris templi Olympiaei Iovis, cellamque eius cum pluribus columnarum truncis lapide poro factis vidit. Sed is tanquam e Pausania mentioni pori lapidis adiunxit, porum conchyliis marinis esse repletum, quod in Pausania nusquam legitur scriptum: sed si verum est id argumentum lapidis a Gallo ipso visi, adiuvat sane nos ad naturam eius investigandam.

σπουδαζομένοις] Vulgatae scripturae σπαδαζομένοις hanc cum margine Basil. substituit Furlanus vertens: *quo fit, ut in operosioribus aedificiis diazomatis loco ponatur ab Aegyptiis.* In annotatione *coronas* e Plinio interpretatur. Turnebus: *itaque magnificas aedes eius cingulis Aegyptii distinguunt.* Georg. Agricola σπωμένοις vel σπαζομένοις

legens interpretabatur; *idcirco illum in aedificiis divulsis tanquam septum quoddam ponunt:* quem refellit Furlanus.

μέλας αὐτόθι] Basil. defectum supplevi, praeeunte Turnebi versione: *Est et niger illic pellucidus — et apud alios alii plures.* quam sequitur Furlanus, Laet. εὑρίσκεται καὶ supplevi voluit, comparato loco Plinii 36. s. 28. *Theophrastus auctor est, et translucidi lapidis in Aegypto, quem Chio simillimum ait: quod fortassis tunc fuerit, quoniam et ii desinunt et novi reperiuntur.* ubi ante Harduinum erat: *et translucidos lapides in Aegypto inveniri, quos ophitae similes ait.* Harduinus e Codicum *Phio* fecit *Chio.* Mihi vetus lectio, *translucidos lapides in Aegypto inveniri, quos Chio similes ait,* restituenda videtur esse. Pluralem enim numerum desiderant sequentia *et ii desinunt:* nec omitti debuit verbum *inveniri.* — Deinceps Basil. ἕτεροι πλεῖ cum asterisco. Deesse etiam verbum εἰσὶ vel simile videtur. De Chio marmore nigro dicetur ad sect. 33. Vulgatum denique ὁμοίως praeeunte Plinio et Laeti versione correxi.

οὐκέτι τοῖς ὅλοις] Furlanus: *non item et totis insunt.* Equidem τόποις ὅλοις scriptum malim. Turnebus: *haudquaquam perpetuis totisque insunt aut lapidum continuationibus aut magnitudinibus.*

8. καὶ σχεδὸν * λόγον] Furlanus vertit: *et omnino quicunque ad sigilla scalpuntur.* Turnebus: *ac fere omnes, qui in anulorum sigilla scalpuntur.* Equidem suspicor fuisse: καὶ σχεδὸν ὅσοι καταλέγονται εἰς τὰ σφραγίδια τῶν γλυπτῶν. i. e. *et fere omnes, quicunque scalpi possunt et ad sigilla adhibentur.* Praeeunte Salmasio Exercit. p. 98. Laet. locum ita supplevit: σχεδὸν λόγῳ τῶν εἰς τ. σφ. γλυπτῶν: quae vertit: *et fortassis omnes, qui scalpuntur in gemmas:* ineptissime! Debebat: σχεδὸν πάντες, ἐξ ὧν τὰ σφραγίδια γλύφεται.

οἱ περὶ τὴν πύρωσιν] Turnebus: *qui autem uruntur et deflagrant, pauci sunt.* Furlanus: *pauci autem sunt, qui incendi et comburi possunt.* Laet.: *pauci etiam sunt, qui uri possunt.* Graeca vitiosa sunt.

9. οἱ μεταλλευτοί] *qui in metallis eruuntur: conflatur enim et fluit cum aere, argento, ferro suus lapis, sive ob humorem eorum, quas complectuntur, sive suopte ingenio* Turnebi versio.

λίθος ἡ ἐκ τούτων] Furlanus: *et lapis, qui ex iis est, seu propter humiditatem eorum, quae in illo sunt, seu*

etiam suapte natura. Vulgatum εἰ τοίνυν τῶν ὑπαρχόντων praeeunte Turnebo correxi. Sequens δι' αὐτάς mutavi in αὐτούς.

οἱ καίοντες] *liquantur super ea, quibus, qui comburunt, imposuerint* Furlanus vertit. Turnebus: *pyromachi et molares fluunt et conflantur, ut ea, quae flatores superponunt.* Voluit igitur scriptum ὥσπερ οἷς ἐπιτιθέασιν οἱ καίοντες. Laet. vertens *cum iis, quibus superponunt urentes*, scriptum videtur voluisse σὺν οἷς ἐπιτιθέασι: quam equidem scripturam omnium maxime probarem. Basil. μυλίαι habet. De utroque lapide extat testimonium Aristotelis Meteorol. 4, 5. τήκεται δὲ καὶ ὁ λίθος ὁ πυρίμαχος, ὥστε στάζειν καὶ ῥεῖν· τὸ δὲ πηγνύμενον, ὅταν ῥυῇ πάλιν, γίνεται σκληρόν. καὶ αἱ μύλαι τήκονται, ὥστε ῥεῖν· τὸ δὲ ῥέον πηγνύμενον τὸ μὲν χρῶμα μέλαν, ὅμοιον δὲ γίνεται τῇ τιτάνῳ. Deinde eodem capite sequitur: ὅσα δὲ ὑπὸ θερμοῦ ξηροῦ πήγνυται, τὰ μὲν ἄλυτα, τὰ δὲ λύεται ὑγρῷ. κέρας μὲν οὖν καὶ λίθων ἐνίων γένη, ὅσοι ὑπὸ πυρὸς τῆς γῆς συγκαυθείσης γίγνονται, οἷον οἱ μυλίαι, ἄλυτοι· νίτρον δὲ καὶ ἅλες λυτὰ ὑγρῷ, οὐ παντὶ δέ, ἀλλὰ ψυχρῷ. In quo loco primum Accorambonus vitium verborum de pyrimacho solus vidit et correxit: τὸ δὲ ῥέον ὅταν παγῇ, πάλιν γίγνεται σκληρόν. Deinde αἱ μύλαι dicuntur colliquefactae fluere, postea vero cogi in massam nigram colore, similem calci ustae, hoc est, ut recte admonuit Olympiodorus, non duram, ut pyrimachus, sed mollem instar saxi calcarei usti. Altera annotatio pertinet ad discrimen, quod scriptura vulgaris facit inter lapides qui αἱ μυλίαι, et eos qui οἱ μυλίαι dicuntur: quos nominis vel potius scripturae diversitate decepti diversos faciunt interpretes Vicomercatus et Furlanus. Verum nullum est inter eos nisi scripturae discrimen a vitio profectum vel errore librarii. Utrobique οἱ μυλίαι intelliguntur, qui nomen ex usu habuerunt, cum ad molendinas adhiberentur. Ortum illi habent ab igne subterraneo, quo colliquefacti fluunt, atque in massam nigram molliorem coeunt, quae quidem duritiae pyromachi colliquefacti atque coagulati comparari non possit. Haec talis materia molaris lapidis aqua dissolvi minime potest, non magis quam cornu. Vides, nihil esse in loco altero Aristotelis, quod sententiae alterius contrarium sit, uti vulgo censent. Agnovit igitur Aristoteles, lapidis μυλίου originem ex igne subterraneo, quo colliquefactus fluit; refrigeratus vero coit in massam nigram, duritie similem saxo calcareo usto, sed minus duram, quam pyrimachus; qui post

liquationem refrigeratus coit in naturam et massam duram. Uterque igitur lapis igni subterraneo ortum debere videtur: quanquam dubitationem facit usus eius ad liquandas metallorum glebas, quem Theophrastei loci scriptura vulgaris, οἷς ἐπιτιθέασιν οἱ καίοντες, commemorare videtur.

Plinius 36. s. 30. *Molarem quidam pyriten vocant.* ubi ante Harduinum quidam *Curalium* legebant. Sed ex illo loco nihil argui potest; neque alibi pyrimachi Plinius meminit. *Molas,* i. e. lapides molares, ibidem ait esse quasdam molliores, quae et cote laevigentur, ut procul intuentibus ophitae videri possint. Molarem altero loco Plinius memorat his verbis 36. s. 53. *Utilior calx e molari, quia est quaedam pinguior natura eius.* Quae quidem nota convenire μυλίᾳ, molari Aristotelis, videtur. Concinit etiam auctor Aetnae versu 392 seqq. *Pars oculis manifesta iacet, quae corpore duro est, ac lapis in pingui fervent incendia succo. Quin etiam vario quaedam sub nomine saxa toto monte liquant: illis custodia flammae vera tenaxque data est: sed maxima causa molaris illius incendi lapis: is sibi vindicat Aetnam. Quem si forte manu teneas et robora cernas, nec servare putes ignem nec spargere posse. Sed simulac ferro quaeres, respondet, et ictu scintillat calor. Hunc multis circumdato flammis (et potes extorquere animos atque exue robur), fundetur ferro citius: nam mobilis illi et metuens natura mali, ubi cogitur igni Sed simulatque hausit flammas, non tutior haustis ulla domus, servans aciem duransque tenaci septa fide: tanta est illi patientia victo. Vix unquam redit in vires atque evomit ignem. Totus enim denso stipatus robore tarda, per tenues admissa vias, incendia nutrit, cunctanterque eadem pigreque accepta remittit.* Plura ibi sequuntur, sed verbis partim vitiosis partim obscuris tam implicita et difficilia, ut iis immorari non libeat. Potius audiamus Strabonem 6. p. 260. Sieb. de Aetnae incendio: τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτ' ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν πηλός ἐστι μέλας, ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς, εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας, τὴν αὐτὴν φυλάττων χρόαν, ἣν ῥέων εἶχε. Habes igitur molarem lapidem nigrum, colliquefacto Aetnae incendio saxo concretum et natum. Hinc Galenus Hippocratis περὶ ἀφόρων p. 680. λίθον μέλανα interpretatur τὸν μυλίτην κόχλακα, molarem lapidem vel silicem: de quo ipse θεραπευτικῶν libro 14. p. 186. Basil. ὄξει δριμυτάτῳ

σβέννυμι λίθον διάπυρον. εἰ μὲν οὖν οἷόν τε, τὸν πυρίτην λίθον καλούμενον, ὅς οὐδ' αὐτός ἐστι σπάνιος ἐν ταῖς μεγάλαις πόλεσι· μὴ παρόντος δὲ τούτου, τὸν μυλίτην· ὀνομάζουσι δὲ οὕτως, ἐξ οὗ τὰς μύλας, ἐφ' ὧν ἀλοῦσι, κατασκευάζουσι. Eundem molarem lapidem candentem ad suffumigationem, ut Hippocrates et Galenus, adhibet Vegetius Mulomed. 3, 28. 5. 5, 48, 2. Huc pertinet etiam locus Ovidii de medicamine faciei versu 72. ubi *molas nigras* nominat lapides molares. Idem Fastorum 6, 318. *et quae pumiceas versat asella molas.* Ex eiusmodi lapide pumicoso montis Vesuvii molae in Pompeianis ruinis repertae sunt. Vide Annot. ad Caton p. 620.

Pyrimachi meminit auctor θαυμασίων c. 49. ubi ortum ferri Chalybici et Amiseni tradit: συμφύεται γὰρ ἐκ τῆς ἄμμου τῆς καταφερομένης ἐκ τῶν ποταμῶν. Ταύτην δὲ οἱ μὲν ἁπλῶς φασι πλύναντας καμινεύειν, οἱ δὲ τὴν ὑπόστασιν τὴν γενομένην ἐκ τῆς πλύσεως πολλάκις πλυθεῖσαν συγκαίειν· παρεμβάλλειν δὲ τὸν πυρίμαχον καλούμενον λίθον· εἶναι δὲ ἐν τῇ χώρᾳ πολύν. Ad quem locum Beckmannus pyrimachi genus et nomen hodiernum definire non est ausus: sed in volumine tertio Historiae inventorum p. 552. eo inclinare videtur, ut fluorem ab Agricola vocatum sive spatum fluviatile intelligi censeat. Obiter ὄνους ἀλέτας Xenophon Anabas. 1, 5, 5. memorat circa Euphraten in regione sterili effossos, Babylonem translatos ab incolis vendi aut potius frumento permutari. Grammatici Photius, Suidas et Hesychius μύλην Atticis aiunt dici molae lapidem inferiorem, ὄνον ἀλέταν contra superiorem. Unde simul apparet, ab Aristotele molares lapides recte et μύλας et μυλίας vocari potuisse. De significatione ὄνου, metae et catini vide dicta ad Catonem p. 613. et 620.

κονίαν — γίνεσθαι] male Furlanus *et cinerem ex hoc fieri*, cum recte Turnebus dedisset *hoc uri calcemque fieri.*

10. ἐπὶ πλεῖν] *verum ita ultra modum affirmari plane videtur* Turnebus.

ὡς οὐ μαχόμενοι] Turnebus: *cum praesertim multi vapore frangantur et dissiliant, uri contumaciter aspernantes, ut tegula, nec istud abs re.* Furlanus: *multi enim sunt, qui franguntur et saliunt, tanquam repugnantes combustioni, ut figulinus.* reddidit coniecturam a se receptam μαχόμενοι κατὰ τὴν πύρωσιν. Verum ita tollenda erat negatio utraque, ante μαχόμενοι, et sequens ante ὁ κέρα-

μος. Equidem ἀπομαχόμενοι scripsi, altera negatione seclusa. Voss. μαχομένου τὴν π. dat. deinde ἐξηγο. ασμένοι.

ἔνικμον εἶναι δεῖ] Vulgatum εἶναι καὶ correxi, praeeunte Turnebo: *nam liquabilia humida sint oportet omnia.* deinceps etiam vulgatum ἔχει mutare opus fuit.

11. καταβρεχθέντας] Basil. Voss. καταῤῥηχθέντας — συνεκμασθέντας. Ad sequens ἐξαιρεῖται intelligitur ὁ ἥλιος. Male Laet. ἐξαιρεῖσθαι dedit, *extrahi* vertens. Turnebus vitiosum καταῤῥηχθέντας vertit *nisi frangantur et humefiant.*

ἡ σύμφυσις τοιαύτη] Basil. Voss. ὡς ἡ σύμφ. *quarumque huiuscemodi coagmentatio est* Turnebus. ἂν ἡ φύσις dedit Furlanus, Heinsius et Laet.; tamen versio Furlani *compactio* habet.

ἀνθρακοῦται τῇ θραύσει] Recte coniecisse Laetum καύσει credo. Quomodo enim, inquit, fractura aut fissura carbones fierent? Adde, quod tota haec pars tractationis est de viribus ignis in naturam lapidum.

διαμένουσι πλείω χρόνον] *et diutius permanent* cum Turnebo Furlanus, qui lapidem Thracium interpretatur, de quo θαυμασίων auctor c. 125. ubi fluvius Thraciae Pontus appellatur, qui lapides defert. Eiusdem sententiae subscriptor Io. Beckmann ad eum locum non vidit, plane contraria narrare Theophrastum. Dictionem ambiguam, οὓς καταφέρει ὁ ποταμὸς, non magis certa interpretatione licet definire, quam alteram, ἐν ᾧ καταφέρεσθαι, quanquam posterior locutio magis dilucide devectionem a fluvio factam significare videtur, ita ut fluenti vi derasi carbones fuisse videantur, non deportati, veluti ratis. Similis ambiguitas in eadem re est in loco Apollodori bibliothecae 3, 12, 6. Ζεὺς δὲ Ἀσωπὸν μὲν κεραυνώσας διώκοντα πάλιν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπέπεμψε ῥεῖθρα. Διὰ τοῦτο μέχρι καὶ νῦν ἐκ τῶν τούτου ῥείθρων ἄνθρακες φέρονται. ubi cum Heynio affirmare non ausim olim scriptum fuisse ἐπὶ τῶν τούτου ῥείθρων. Carbonum enim naturam fluentis Asopi propriam fuisse aliquam, narratio ipsa docet.

χρείας φυσᾷ τις] Salmasii emendationem χρείας ἐὰν φυσᾷ τις probans Laet. vertit: *et eousque usus eius est, quo inflat aliquis.* At ita scriptum oportuit: μέχρι τούτου ἡ χρεία, ἕως φυσᾷ τις. Nam τούτου ad lapidem referri non potest, cum pluralis numerus praecesserit, sed ad χρόνου omissum refertur. Turnebi emendationem certiorem dedi.

13. Ὃν [δὲ] καλοῦσι σπῖνον, ὃς ἦν ἐν] Turnebus: *Quem autem spinum vocant in metallis Thraciae repertum, ille diffissus et sibi accumulatus in struem sub sole accenditur, eoque magis, si vel irroretur vel aspergatur:* quem sequitur Furlanus, qui scribi voluit Ὁ δὲ λίθος, ὃν καλοῦσι. Breviore emendatione, praeeunte Turnebo, Ὃν δὲ scripsi, et sic est in Voss. Idem Turnebus pro τοιοῦτος διακοπεὶς scribi voluit, quod feci. Ceterum dubitari potest, quid significent ista, ὃς ἦν ἐν τοῖς μετάλλοις. Quaenam sunt metalla ista? an eadem Thraciae circa Binas, an alia? Deinde cur dicitur ἦν? quasi desierit reperiri in metallis istis. Rem eandem narrat auctor θαυμασίων c. 41. his verbis: Φασὶ δὲ, τὸν ἐν τῇ Θρᾴκῃ λίθον, τὸν καλούμενον σπῖνον, διακοπέντα καὶ συντεθέντα πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ τὴν σμαρίλην, οὕτως κἀκεῖνον εἰς ἑαυτὸν τεθέντα καὶ ἐπιῤῥαινόμενον ὕδατι καίεσθαι. Τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖν καὶ τὸν μαριθάν. Est igitur de Thraciae metallis sermo iisdem, de quibus antea, sed fortasse diversa regione sitis. Sed ecce ibidem cap. 194. aliunde excerpta legitur narratio haec: καὶ ἐν Βιθυνίᾳ δὲ τῆς Θρᾴκης ἐν τοῖς μετάλλοις γίνεται ὁ καλούμενος σπῖνος, ἐξ οὗ φασι πῦρ ἀνάπτεσθαι. Reperi etiam in Codice Aeliani de natura animalium Rhedingerano, ab Apostolio scripto, caput nondum editum, quod hic ponam: Ἐν Περίνκῳ λίθοι εὑρίσκονται ὀρυσσομένης τῆς γῆς, οὓς ἐπειδὰν διαθερμάνῃ ὁ ἥλιος, ἐξανθρακοῦνται, ὡς καὶ κρέα ἕψειν καὶ ἀλλ' ἅττα τοὺς ἐκεῖ χύτρας ἐπιτιθέντας. Quae num alibi tradita legantur, equidem nunc non recordor. Ceterum Περινκῷ videtur scribendum a Πέρνῃ, πόλις Θρᾴκης ἀντικρὺ Θάσου, apud Stephanum Byz. Hesychius lapidem μαριθὰν memoravit ita: Μαριθεὺς λίθος τις, ὃς ἐπισταζομένου ὕδατος καίεται. Schistum aluminarem intelligi, qui soli pluviisque et aeri expositus in acervo exardescere soleat, monuit in annotatio ne Io. Beckmann. Similem lapidem designat Antigonus c. 134. τὸν παρὰ τοῖς Βοττιαίοις ἐν Θρᾴκῃ γινόμενον ὅταν ὁ ἥλιος προσβάλλῃ, πῦρ ἐξ αὐτοῦ ἐκθυμιᾶσθαι· ἐκείνοις δ' οὖν παρέχειν τοὺς μὲν τὴν τῶν ἀνθράκων χρείαν διαμένοντας ἀφθάρτους· κἂν σβέσῃ τις, πάλιν ἐπικεχειρηκόσι τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν συντελεῖν. quae vulgo vitiosissime scripta leguntur. Plinius 4. s. 18. Bonas cum Bottiaeis Hebrum Thraciae fluvium accolere narrat obiter: ad quem locum Harduinus e Stephano Byz. oppidum Βένα, et e Ptolemaeo στρατηγίαν Βεννικὴν commemoravit.

14. Λιπαραῖος ἐκφοροῦται] *urendo inanitur* Turnebus,

ustus exinanitur Furlanus vertit. Salmasio assentitur Laet. hic et paulo post scribenti ἐκπωροῦται, i. e. *in pori naturam vertitur*. Sane facilis erat corruptela, si librarius ἐκποροῦται scripserat.

κυθρισμῷ] Vulgatum hanc antea cum Turnebo Furlanus mutavit in κυτταρείῳ: annotatio κυτταρίῳ et κυττάρῳ proponit: postremum praetuli. Furlanus vertit: *variis partibus veluti loculis quibusdam disclusus*. Liparaeus a Lipara insula nominatus a Furlano comparatur cum Plinii obsidiano libri 36. s. 67. quem, in vicinia Vesuvii et Aetnae nondum repertum, in insula Lipara copiosum descripsit Gallus *Dolomieu* (*Reise nach den Lipar. Inseln* p. 51. 52. 73.), deinde *Spallanzani* (*Reisen in beyde Sicilien* T. II. p. 217.), quos laudavit *Chr. Aug. Schwarze* in Commentatione Theophrastea I. ubi lapis ipse accurate describitur et Furlani opinio confirmatur.

κισσηροειδὴς] Basileensis κισηροειδὴς propter sequens κισσήρει et κίσσηριν correxi. Verba ὥσπερ ἀντιπεπονθὼς male vertit Furlanus *veluti rependit et resarcit*. Turnebus non melius, quem is sequitur: *atque hic veluti talio quaedam et compensatio accidit*. Est potius: *naturae et qualitatis contrariae*. Voss. καὶ εἰ μεν τούτω habet pro καὶ ἐκεῖνος μὲν τούτῳ. Turnebi editio καὶ ἐν μὲν τούτῳ ὥσπερ.

15. Τετράδι — κατὰ Λιπάραν] *Siciliae locus est ad Liparam* Turnebus. *qui locus e regione Liparae est* rectius Furlanus. Locum in Cluverii Sicilia antiqua frustra quaesivi. Τεταρίδι e Codice Palatino apposuit Laet.

Ἐρινεάδι] A portu Erineo in ora Achaiae non longe a Patris dictum promontorium interpretatur Furlanus e Pausaniae 7, 22. Thucyd. 7, 34. Est tamen etiam in Sicilia fluvius Erineos a Thucydide bis memoratus 7, 80. et 81. a quo potuit promontorium aliquod appellari.

ὁμοίως [τῷ ἐν] ταῖς Βίναις] Vulgatum κίναις correxit Turnebus. Furlani versio correctionem nostram τῷ ἐν reddidit. τοῖς ἐν βίναις Turn. edidit.

κατακαύσεως — γῇ κεκαυμένῃ] Basil. Voss. κατακλίσεως — τῇ. correxit versio Turnebi.

16. καλοῦσιν εὐθὺς] Posterius vocabulum omisit Turnebus et Furlanus: neque equidem usum eius et significationem aptam loco excogitare potui. Suspicor, εὐθὺς ἄνθρακας fuisse olim unum aliquod nomen singulare lapidis: sequitur enim καθάπερ οἱ ἄνθρακες. Similis dubitatio h. pl. 9, 13. de glycyrrhiza: καὶ ἔνιοι καλοῦσιν αὐτὴν εὐθὺ γλυκεῖαν.

Hesychius: Εὐθυδήμονα, ἁπλοῦν δημότην, Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. quae glossa si vera est, (de quo tamen dubito: potius εὐθύδημον aut εὐθὺ δῆμον fuisse suspicor) fortasse εὐθὺς licet interpretari in utroque loco per ἁπλῶς, simpliciter, vel peculiariter. Deinceps διὰ τὴν χρόαν e Codice Palatino memoravit Laet.

Ὀλυμπίαζε τὴν δι᾽ ὄρους] *qua per montem Olympiam iter est* Turnebi versio. Suspicor, montem Pholoen Olympiae proximum intelligi, de quo Xenophon Anab. 5, 3, 10. et Strabo 8. p. 145. Sieb. Ceterum Ἤλιδι Turnebus edidit.

17. [τοῖς] Σκαπτησύλης] Basil. ποτε * ἐγκαπτῆς ὕλης μετάλλοις λίθος] Voss. ποτε . . . ειμαπτῆς ὕλης μ. λίθος. Sequens ἐπιχέοιτο vitiosum censeo pro ἐπιχέοι. Deinceps verbum ἐκκαυθείη recte ad oleum affusum retulit Turnebus. Sed pro καίεται Voss. ἐκκαίεται habet. postea ἀπαθὴν ἦν, ut Turnebi editio. Cetera vitia versio Turnebi correxit. Lapidem ipsum ad amianthum Plinii 35. s. 31. et Dioscoridis 5, 150. retulit Schwarze Commentat. IV. p. 6. qui locum hunc Theophrasti omnium antiquissimam mentionem eius amianti continere monet, nomine peculiari nondum reperto aut usitato.

18. ὅλως, ἄνθραξ] Turnebi editio ὡς ὁ ἄνθραξ, quod praefero vulgato: eadem deinceps μικρὸν ὢν habet.

τετταράκοντα χρυσῶν] *aestimatur* addit versio Furlani, *permutatur* Turnebi. De carbunculo Aristoteles Meteorol. 4, 9. ἥκιστα δὲ (καυστὸς) τῶν λίθων ἡ σφραγὶς, ὁ καλούμενος ἄνθραξ. Diodorus 2, 52. τὰς δὲ τῶν ἀνθράκων φύσεις φωτὸς δύναμιν ἐμπιληθεῖσαν τῇ πήξει φασὶν ἀποτελεῖν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον τὰς ἐν αὐτοῖς διαφόρους. ubi vulgo αὐτῇ διαφορὰς legitur. Codices optimi αὐτοῖς dant. L. Rhodomannus vertit: *In carbunculorum ortu a vi lucis in concretione, prout maior est aut minor, intrinsecus coacta, diversitates illorum effici.* Scilicet scriptoris, quem Diodorus exscripsit, aliam doctrinam de ortu lapidum pretiosorum expromsit, quos nomine κρυστάλλων comprehendit. De his ita ibidem tradit: τοὺς γὰρ κρυστάλλους λίθους ἔχειν τὴν σύστασιν ἐξ ὕδατος καθαροῦ παγέντος, οὐχ ὑπὸ ψύχους, ἀλλ᾽ ὑπὸ θείου πυρὸς δυνάμεως, δι᾽ ἣν ἀσήπτους μὲν αὐτοὺς διαμένειν, βαφῆναι δὲ πολυμόρφως ἀναθυμιάσει πνεύματος. Postremum πνεύματος ἀναθυμιάσει equidem non intelligo, quid ad tincturam gemmarum faciat.

19. Οὐ καίεται δὲ [καὶ] ὁ] Copulam praeeunte Turnebi versione inserui, nisi malis οὐδ᾽ ὁ scribere. Furlanus

interpretatur Plinii lychnin, de qua is 37. s. 29. *Ex eodem genere ardentium lychnis appellata a lucernarum accensu — probatissima in Indis, quam quidam remissiorem carbunculum esse dixerunt.* Contra Laet. intelligi putabat carbunculos Alabandicos Plinii 37. s. 26. *in Orthosia caute nascentes, sed qui perficiantur Alabandis — ceteris nigriores scabrosque.* Diversus est Alabandicus, qui etiam Mileti nascebatur: sed is igne liquari dicitur Plinio 36. s. 13.

ἐν ᾧπερ καὶ τὰ ἑξάγωνα] Turnebus vertit: *visuntur in eo et sexangula.* Figuram sexangularem veteres crystallo veluti propriam fecerunt: itaque irin et genus aliquod adamentis sexangulare Plinius ad genus aut similitudinem crystalli retulit. In lapide Milesio, ad carbunculi genus relato, dubitari potest, num forma sexangularis constans fuerit, an species aliqua potius peculiarem eam sibi habuerit. Facit enim dubitationem, quod lapis is primum γωνοειδὴς dicitur, quasi forma angularis sit in eo frequentissima: deinde additur, *etiam sexangularem ei inesse.* Sed licet etiam per verba ἐν ᾧπερ καὶ τὰ ἑξ. formam sexangularem ad partem lapidis referre. Schmieder putabat, intelligi granatum sexangularem lapidem. Potest etiam referri, ut me monuit, dum in vivis erat, Schwarzius, ad lapidem granatiten olim, nunc staurolithum vocatum, ad quarzum crystallisatum rubrum et ad genus illud, quod *rothen Eisenkiesel* vocant.

τὸ τοῦ ἀδάμαντος] Turnebus: *simile quippe quodammodo etiam est, quod adamanti accidit. Non enim, ut in pumice et cinere, humoris inopia id fieri videtur.* Furlanus: *Similis est et in adamante ratio: non enim quemadmodum pumex ac cinis ideo non uruntur, quod humore careant.* Hic igitur γὰρ post ὅμοιον omisit, et reliqua, ut potuit, reddidit, de verbis vitiosis non admonito lectore. Post ἀδάμαντος vocabulum γένος vel πάθος deesse videtur, ut post δόξειεν ἂν repetendum μὴ καίεσθαι. Vulgatum κίττηρις correxi. Praeterea malim οὐδ' οὗτος ὥσπερ, nisi malis: οὐ γὰρ δόξειεν ἂν διὰ — ὑγρὸν, (μὴ καίεσθαι) οὐδ' ὥσπερ ἡ κίσσηρις καὶ τέφρα. In Voss. est δόξειε δ' ἄν.

πλὴν τῆς ἐκ τοῦ ἀφροῦ] Forte respicit genus illud, de quo suspicor loqui sectionem 22. ἐκ τῆς θαλάττης τῆς αὐτοῦ.

20. γινομένων] Vulgatum γενομένων correxi. Deinceps Basil. φλογουμένης οὐ κισσηροῦται. ἢ κισσ. Turnebi Editio. Diabares lapis quis sit, ignoratur. Levis enim est suspicio Laeti, Arabum Plinii intelligi, de quo ille 36. c. 21. *Arabus lapis ebori similis, dentifriciis accommodatur crematus.*

ἐν ταῖς μάλιστα] Turnebus: *cum in ardentibus potissimum proveniant. Verumtamen nonnulli fortasse isto modo, et alia alio generantur, variaque iis nascendi conditio.* quem secutus est Furlanus. Voluit igitur *τοῖς καιομένοις μάλιστα* scribi, quod dedi. Fortasse alius coniiciet *ἐν ταῖς Αἰολίαις νήσοις* propter Plinii locum 36. s. 42. *laudatissimi sunt pumices, in Melo, Nisyro et Aeoliis insulis.* Salmasius *καὶ γὰρ ἐν Αἴτνῃ* maluit scriptum.

21. *αἱ δὲ ἄλλως*] Intellige *γίγνονται*. Sequentia, *διαθρύπτονται — ὥσπερ εἰς ἄμμον*, reddidisse videtur Plinius 36. s. 42. *Probatio pumicum in candore minimoque pondere, et ut quam maxime spongiosi aridique sint ac teri faciles, nec arenosi in fricando.* Est enim *fricari* graecum *διαθρύπτεσθαι ἐν ταῖς χερσίν*.

χειροπληθεῖς] Hoc Basileensi et Voss. *χειροπληστίας* substituit Furlanus secutus Turnebi editionem: *multos autem passim reperiunt pusillos, plerosque circiter manuales aut paulo maiores, egesta summa terra.* Graeca multis modis vitiosa Furlanus mutavit in *ἀπαμείρονται*. Basil. Voss. *ἀπαμείβωνται* habet. *απαμῶνται* Turnebi editio. *κατὰ μικρὰ* Turnebus in *μικρὰς* mutatum voluit: deinceps *ὅσον* ante *χειροπληθεῖς* poni debebat. Forte fuit: *ἀθρόας μικράς, καὶ πολλὰς ὅσον χειροπληθεῖς ἤ*.

Ἡ δ' αὖ καὶ ἐν Μήλῳ] Turnebus: *sed et omnes quoque in Melo insula. Nonnulli etiam in alio lapide gignuntur, ut supra dixi.* Furlanus: *Omnis autem in Melo levis: nonnulli pumices in alio lapide fiunt.* Copulam *καὶ* idem secluserat. Laet. corrigebat: *ἐλαφρὰ δὲ σφόδρα καὶ ἀμμώδης ἐν Μήλῳ πᾶσα μέν.* Mihi post *πᾶσα μὲν* deesse quaedam videntur: priora autem pertinent ad Nisyraeum pumicem arenosum, cuius tamen arena levis ipsa est. De Melio alio lapide incluso dictum supra sect. 14. ubi tamen nulla est exceptio, quam verba hic indicare videntur, *ἔνια δ' αὖ ἐν λίθῳ;* quae mihi vitiosa videntur. Fortasse fuit olim: *πᾶσα μὲν εὔθραυστος*, (teri facilis) *ἐν λίθῳ δέ τινι ἑτέρῳ γίγνεται.* Voss. *ἑτέρῳ* pro *ἑτέρᾳ* dedit.

22. *Σικελία, πυκνότητί τε καὶ βάρει· αὕτη τε καὶ μαλώδης*] Antiquam restitui scripturam variis coniecturis tentatam, quarum nulla satisfaciebat. Turnebus edidit: *πυκνότητι δὲ καὶ βάρει, αὐτή τε καὶ ἁλμώδης.* Scaliger ad Aetnam poema: *πυκνός τε καὶ βαρεῖα αὐτή τε καὶ μυλώδης.* quam posteriorem coniecturam quanquam soloecam recepit Furlanus et vertit: *gravis autem praeterea duriusque et mo-*

laris ille est. Equidem suspicor, fuisse olim: πυκνότητι δὲ καὶ βάρει αὕτη τε καὶ ἡ Μηλία. Tum deinceps scribendum fortasse fuerit καὶ ταύτῃ, i. e. ibi in Melo, pro καὶ τοιαύτη. Deinceps scribendum ἣ καὶ βάρος ἔχει — πολυτιμοτέρα, praeeunte Turnebi versione: vertit autem: *qualis Siculus e spiraculo. Nam et talis nascitur pumex, qui pondere et densitate censetur.*

ἐκ τοῦ ῥύακος] Basil. Voss. ῥικὸς μᾶλλον τῆς κορυφῆς καὶ λευκῆς. Turnebus: *detergit etiam efficacius e spiraculo quam leves atque candicantes: sed ex illius tractus mari omnium vel maxime.* Videtur igitur scriptum voluisse: σμηκτικωτάτη δὲ ἡ ἐκ τῆς θαλάττης τῆς αὐτοῦ. Furlanus Turnebum ubique secutus vertit: *ex mari, quod prope alluit.* Laet. e Palatino libro αὐτῆς scripsit. In prioribus verbis Furlanus Turnebi coniecturam κούφης καὶ λευκῆς edidit. Nescio quid sit, quod Fred. Morellus Annot. ad Strabonem Lutetiae 1620. pag. 276. scribit de h. l. *E schedis Turnebi eiusdem legendum:* σμηκτικὴ δὲ καὶ ἡ ἐκ τοῦ ῥύακος μᾶλλον τῆς ἐκ τῆς κορυφῆς. quae vertit: *detergit etiam efficacius pumex e spiraculo quam is qui e vertice seu faucibus sumitur et candicat.* Ῥύακα et κρατῆρας saepius Theophrastus, etiam κρατῆρας et κορυφὴν in Aetna distinxit. Crateres interiores partes spiraculi, summam cum ipso flumine igneo κορυφὴ significare et ῥύαξ videtur. Editio Turnebi μᾶλλον τῆς κορυφῆς κ. λ. habet.

23. ἄλλαι, ἐξ ὧν] Turnebus: *aliae porro differentiae lapidum eorum quoque sunt, ex quibus sigilla scalpuntur.* Voluit igitur scribi: ἄλλαι διαφοραὶ καὶ ἐξ ὧν. ipse edidit διαφοραὶ ἐξ ὧν. Furlanus διαφοραὶ inseruit, et coniecturam Turnebi versione reddidit. Laet. malebat: κατὰ τὰς ἰδιότητας διαφοραί. Remedium hoc respuunt sequentia verba: αἱ μὲν τῇ ὄψει μόνον, οἷον τὸ σάρδιον. Verum comparatio sectionis 30. docebit, nullo hic quidem opus esse supplemento. Ibi est: ἐξ ὧν δὲ τὰ σφραγίδια ποιεῖται καὶ ἄλλαι πλείους εἰσὶν, οἷον ἥ θ' ὑαλοειδής. Igitur orationem Theophrasteam purgavi, eiecto vocabulo inepto. Sed superest gravius vitium in verbis: αἱ μὲν τῇ ὄψει μόνον, οἷον τὸ σάρδιον et cet. Turnebus supplevit lacunam vertendo: *speciei tantum dote censentur.* Furlanus: *specie tantum commendantur.* Cui quidem sententiae non satis commode vel opponi vel subiungi videtur in altero membro: ἡ δὲ σμάραγδος καὶ δυνάμεις τινὰς ἔχει. Sed argumentum vitii gravius habeo, unde simul indicium et spem medelae lucramur. Scilicet ubi est

sect. 30. *Καὶ ἄλλαι δὲ, ὡς προείρηται πρότερον, διαφορὰς ἔχουσαι καὶ συνώνυμοι πρὸς ἀλλήλας*, exemplum subditur sardii, lyncurii cyanique, quae quidem gemmae in magno colorum et faciei discrimine commune tamen nomen habent. Sed velim mihi monstrari locum in superiore scriptura, ubi Theophrastus hanc gemmarum notationem posuerit. Nisi vero dixeris, locum istum cum aliis intercidisse omissum ab excerptore, nullus, ut equidem existimo, alius in toto libello extat praeter hunc nostrum aperte vitiosum et lacunosum, in quo tamen antiquae scripturae vestigia et reliquiae supersunt, quas hoc modo instaurandas censeo: *αἱ μὲν τῇ ὄψει* [*διαφέρουσαι*], *ὁμώνυμοι* [*δὲ πρὸς ἀλλήλας*], *οἷον τὸ σάρδιον*. Quam emendationem si probaverit lector, agnoscet in Theophrasto plura sapphirorum et iaspidum nomine communi vocata sed facie et colore diversa genera. Plinius etiam 37. s. 39. habet sapphirum aureis punctis collucentem: habet coeruleas et cum purpura raras: habet mares cyanei coloris. At Harduinus locum istum plane pervertit ita e Codd., ut ait, rescriptum: *In sapphiris enim aurum punctis collucet coeruleis. Sapphirorum quae cum purpura, optimae apud Medos: nusquam tamen pellucidae. – Quae sunt ex iis cyanei coloris, mares existimantur.* Antea vero fuerat scriptum et editum: *Sapphirus enim et aureis punctis collucet. Coeruleae et sapphiri, raroque cum purpura. Optimae* et cet. quam scripturam male cum Harduino deseruit Brotier, reclamante hoc Theophrasti loco et Epiphanio, quem citavit Harduinus.\ Is sapphirum regiam vocat *χρυσοστιγῆ*: purpuream totam raram ait esse, et pluris aestimari. Plinium tuetur etiam Isidorus Origin. 16. c. 9. Vitium loci Theophrastei vidit, sed aliena ratione corrigi voluit Dalecampius ad Plinium scribendo: *αἱ μὲν τῇ ὄψει μόνον ἡδεῖαι, οἷον — σάπφειρος καὶ κύανος· αὕτη δὲ* et cet. — Iaspidis varios colores enumerat Plinius 37. s. 37. Sapphirum autem esse eam gemmam, quam hodie peregrino nomine Lazurium appellamus, post alios docuit Io. Beckmann in Histor. Inventorum III. p. 182. seqq.

χρυσόπαστος] *tanquam auro distincta* Furlanus vertit, et sequentia: *paucam quidem, qui mediocri sit magnitudine, totam maximus, deterrimus illam tantum, quae prope sit:* secutus Turnebum, qui recte vidit, vulgatum *πάντας* mutandum esse in *παντὸς*, quod probavit etiam Laet. Verba τοῦ *καθ᾽ αὑτὴν μόνον* etiam Turnebus *vicinam* vertit. Ceterum miror, Plinium nihil de aqua memorare; sed de aëre is ita 37. c. 5. *inficientes circa se repercussum aëra.*

24. ἔνιοι γάρ φασι] Basil. Voss. * νους in ἔνιοι mutavit Furlanus, in ἐκείνοις versum reddidit Turnebus. Plinius 37. s. 19. *Theophrastus tradit, in Aegyptiorum commentariis reperiri, regi eorum a rege Babylonio missum smaragdum munere IV cubitorum longitudine et trium latitudine. Et fuisse apud eos in Iovis delubro obeliscum e quatuor smaragdis XL cubitorum longitudine, lati udine vero in parte quatuor, in parte duorum. Se autem scribente esse in Tyro Herculis templo stantem pilam e smaragdo, nisi potius pseudosmaragdus sit. Nam et hoc genus reperiri, et in Cypro inventum e dimidia parte smaragdum, ex dimidia iaspidem, nondum humore in totum transfigurato.* Unde apparet, neutri emendationi patrocinium e Plinio paratum esse. Salmasius, referente Laeto, scribi voluit: μὲν γάρ φασι — ὀβελίσκους σμαράγδου. Ipse autem Laet. coniecit e loco Plinii: ὀβελίσκον ἐκ σμαράγδων τεττάρων. Equidem, cum in Vossiano libro sit ὀβελίσκους, non dubitavi Salmasii emendationem a Plinio firmatam recipere.

25. Βακτριανῶν καλουμένων] Basil. Voss. τῶν δὲ * * ανῶν καλουμένων. quae Turnebus mutavit in Τανῶν καλουμ. e Plinio l. c. *Inseritur smaragdis et quae vocatur tanos, e Persis veniens gemma, ingrate viridis, atque intus sordida. Item chalcosmaragdus e Cypro, turbida aereis venis. Theophrastus* et cet. Furlani emendationem repetii, qui Plinium sequebatur sect. 17. ubi est: *Proximam laudem habent sicut et sedem Bactriani, quos in commissuris saxorum colligere dicuntur etesiis flantibus. — Sed hos minores multo Scythicis esse tradunt.* Neutrius tamen emendationis cognitor et testis Plinius appellari potest. Difficultas etiam alia inest verbis ταῦτα — γραφήν, quae Furlanus omisit, Turnebus vertit: *Horum igitur fides penes eorum commentarios sit.* Equidem sensum eorum ignoro.

ψευδὴς σμάραγδος] Hunc eundem censet Schwarze in Commentat. Theophrastea III. cum eo, quem Plinius chalcosmaragdum vocat in loco supra posito. Utrumque genus comparat cum malachite vel molochite vocato a recentioribus, qui solida aerugine constet: igitur chrysocollae vices gerere potest. Idem Plinii Chalcedonios smaragdos, de quibus ille: *Chalcedonii nescio an in totum exoleverint, postquam metalla aeris ibi defecerunt: et semper tamen viles fuere minimique: iidem fragiles, sed colore incerti, et virentium in caudis pavonum columbarumque collo plumis similes, ad inclinationem magis aut minus lucidi, vinosi

quidem squamosique: interpretatur genus illud malachitarum, quod sericeum vocant periti, germanico sermone *fasrigen Malachit*, vulgo *Atlaserz.*

Quod vero addit vir doctus p. 7. *Obiter hoc unum adspergere liceat, Theophrastum, cum sect. 46. memoriae tradat, in insulae Chalcedoni propinquae scrobibus etiam smaragdos proprie dictos ac genuinos reperiri, haud dubie loqui de quarzi crystallis viridioribus et cupri propinquitate infectis, ut sic berylli similitudinem haberent, quem etiam smaragdis annumerasse veteres, viri doctissimi a me in altera Commentatione laudati uno velut ore defendunt, et argumentis firmant satis probabilibus:* videtur id duxisse e loco isto: καὶ ἰδιωτέρους εὑρίσκουσιν ἐν ταύτῃ. quae tamen verba mihi pertinere videntur potius ad falsos smaragdos vel chalcosmaragdos Plinii: atque ita cum Turnebo Furlanus locum interpretari videntur. Contra Theophrastus verum smaragdum e Cypri metallis deinceps memoravit, quem ex iaspide ortum dimidiaque tantum parte mutatum smaragdi naturam assumsisse tradit. De hoc iterum infra sect. 34. καὶ ἐν Κύπρῳ ἥ τε σμάραγδος καὶ ἡ ἴασπις. ubi Heinsiana dedit ἡ καὶ ἴασπις, qua scriptura deceptus facile quis existimet, hunc Cyprium smaragdum semper fuisse repertum ex dimidia parte suae naturae, partim iaspin. Verum totus ille locus cum sect. 35. de sua sede deiectus alienam occupavit, uti recte iam olim animadvertit Furlanus. Plinius 37. s. 37. *Viret et saepe translucet iaspis — smaragdo similem ferunt Indi: Cypros duram glaucoque pingui — Chalcedon turbidam — Nec diversae, quas sphragidas vocant, publico gemmarum dominio iis tantum dato, quoniam optime signent.*

τοῖς ἐν ἐφικτῷ] *nec ita longinquis* Turnebus, *qui magis in promtu sunt* Furlanus vertit. χαλκωρυχείοις Turnebi Editio hic et postea.

τῇ ἐπικειμένῃ] Margo Basil. vulgatum ἐπικουμένῃ mutat in ἐπικαλουμένῃ, in ἐπικειμένῃ Furlanus. *quae Carthagini accolitur* Turnebus. Comparavit Furlanus locum Plinii 37. s. 18. *Calchedonii nescio an in totum exoleverint, postquam metalla aeris ibi defecerunt: et semper tamen viles fuere minimique: iidem fragiles, sed colore incerti et virentium in caudis pavonum columbarumque collo plumis similes. — Mons iuxta Calchedonem, in quo legebantur, smaragdites vocatus est.* ubi vulgo *Carchedonii* scriptum editur, sed cum aliis Harduinus e librorum scriptorum fide correxit Plinium, obiterque in Theophrasto etiam Καλχηδόνι scribi

iussit. Equidem non dubitavi Χαλκηδόνι scribere cum Salmasio in Exercit. p. 195. qui praeterea pro τῇ νήσῳ scribi voluit Δημονήσῳ p. 717. Intelligitur scilicet insula Demonesus contra Chalcedonem sita, de qua copiose docuit Io. Beckmann ad Aristotelis θαυμάσια c. 59. p. 121. seqq. ubi aeris metalla et cyani et chrysocollae fuerunt.

ἰδιωτέρους ταύτῃ] Turnebus: *in qua et peculiari quadam ratione reperiunt: nam ut alia, sic quoque ista lapidis natura eruitur.* Voluit igitur scribi: ἰδιωτέρως — καὶ αὕτη ἡ φύσις: et editio eius ἰδιωτέρως habet. Furlanus vertit: *in qua et praestantiores inveniunt. Nam et huius, quemadmodum et metallorum, fodinae sunt.* Partem igitur emendationis tacitus adoptavit.

καὶ ῥάβδους] Ante Furlanum erat κατὰ ῥάβδους. Turnebus: *in Cypro inventas virgatim in seriem ipsas per se multas digerunt;* obscure et falso. Contra Furlanus, reprehenso Turnebo: *et in Cypro in venis pluribus ipsam per se ipsam eruunt.* Comparavit is locum de causis pl. 4, 13. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις ῥάβδους, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἐργασίμοις ὑπολαβεῖν χρὴ διατετάσθαι τὴν μὲν τοίαν, τὴν δὲ τοίαν παραλλήλας. Sed graeca emendare omisit. Equidem suspicor, olim fuisse scriptum: καὶ ἡ φύσις κατὰ ῥάβδους ἐποίησεν ἐν Κύπρῳ αὐτὴν — πολλάς. Ceterum huc pertinere videtur locus poetae comici Achaei in Ἄθλοις apud Athenaeum 15. p. 689. ἰσάργυρόν τ' ἐς χεῖρα Κυπρίου λίθου δώσουσι κόσμον, χριμάτων τ' Αἰγυπτίων. ubi nuperus Editor ex h. l. smaragdum Cyprium interpretatur. Est apud Hesychium glossa haec: Νησαία λίθος, ἔνιοι τὴν σάρδιον· διὰ τὸ ἐν Σαρδόνι γίγνεσθαι, οἱ δὲ σμάραγδον. Distinctius Photius p. 218. οἱ μὲν τὸ σαρδόνιον ἀπὸ τῆς νήσου, οἱ δὲ σμάραγδον· ἐν Κύπρῳ γὰρ μεταλλεύεται. Diodorus 2, 52. σμαράγδους γὰρ καὶ τὰ καλούμενα βηρύλλια κατὰ τὰς ἐν τοῖς χαλκουργείοις μεταλλείας γινόμενα διὰ τὴν ἀπὸ τῶν θείων βαφὴν καὶ σύνδεσιν συγχρώζεσθαι.

παρόμοιαι] Vulgatum παρόμοια correxi. Deinceps vulgatum περὶ τοὺς τόπους, praeeunte Turnebo, in στόβους mutavit Heinsius: versio tamen habet *et in iis locis, quae circa fodinas sunt.* Sed Turnebus *ut Stobis in secturis.* Stobos Pelagoniae litterarum numero et ductu similes temere is arripuisse videtur. Vulgatam Laet. interpretatur *sicut et in locis, qui circa illa sunt:* nec Turnebi coniecturam omnino memoravit.

27. πρὸς τὸ λαμπρὸν] Furlanus vertit: *Ad hunc po-*

liendum aliqua opera opus est: nam initio minus nitet. Antea Turnebus: *Eius porro quaedam est ad nitorem expolitio, cum initio minime niteat.* Basileense ἀρχῇ Furlanus inepte in ἀργῇ mutavit, atque ita sententiam magis obscuravit. Verum ἀργὴ restituere non dubitavi.

Αὐτή τε δὴ] Turnebus: *Atque haec quidem gemma potestate mirifica est, ut et Lyncurium.* Furlanus: *Hic igitur facultate praestat et simul lyncurium.* Voluit igitur Turnebus scribi αὕτη τε δή. Mihi non dubium est, verba in hoc loco aliquot transposita sensum obscurasse. Igitur coniicio, olim fuisse scriptum: ἀργὴ γὰρ οὖσα οὐ λαμπρά ἐστι, καὶ στερεωτάτη, καθάπερ λίθος· καὶ γὰρ ἐκ ταύτης γλύφεται τὰ σφραγίδια. Αὕτη τε δὴ περιττὴ τῇ δυνάμει, ὥσπερ καὶ τὸ λυγγούριον· ἕλκει γὰρ et cet.

ἐὰν ᾖ λεπτὸς] Turnebus auctore Plinio: *in bracteas tenuata.* Furlanus: *si tenuia sint.* equidem malim *comminuta.*

Ἔστι δὲ διαφανῆ τε σφόδρα καὶ ψυχρὰ] Basileense ἔτι διαφανῆ cum Turnebo mutavi: et Voss. δὲ διαφανῆ habet. Furlanus Ἔτι δὲ διαφανὴς — πυῤῥὰ dedit, vertens: *ad haec lyncuria sunt valde pellucida ac ignea.* In annotatione corrigebat: ἔστι δὲ διαφανῆ — πυῤῥά· βελτίονα δὲ — ὅθεν ὑγρότερον. Equidem numerum pluralem ubique mutavi in singularem: igitur deinceps τὸ τῶν ἀγρίων ἢ τὸ — καὶ τὸ τῶν ἀῤῥένων ἢ τὸ scripsi, ubi vulgabatur τά.

τὸ δ' ὑγρότερον] Ante haec Furlanus suppleverat ista, καὶ τῆς τοῦ σώματος ὅλως φύσεως, ἢ τὸ μὲν ξηρότερον: quorum loco signum lacunae apposui, quanquam eadem, tanquam e Codice Palatino assumta, receperit Laet. Sed cur uncis appositis cohibuit? Desunt eadem in Voss. Errorem in nomine Codicis accidisse puto. Eadem est dubitatio in sectione 42. Turnebus vertit: *laborque et segnities, qua humidior evadit.* Plinius de succino tractans 37. s. 11. *Demonstratus lyncurion id vocat, et fieri ex urina lyncum bestiarum, e maribus fulvum et igneum, e feminis languidius atque candidum.* Idem sect. 13. *quippe etiamsi non electrum id esset, lyncurium tamen gemmam esse contendunt. Fieri autem ex urina quidem lyncis, sed egestum terra, protinus bestia operiente eam, quoniam invideat hominum usui. Esse autem qualem in igneis succinis colorem scalpique. Nec folia tantum aut stramenta ad se rapere, sed aeris etiam ac ferri laminas, quod Diocles qui-*

dem et Theophrastus credit. ubi Salmasius scribi voluit: *quod Diocli Theophrastus credidit.*

κατακρύπτεται — οὐρήσῃ] Basileensæ et Voss. εὑρήσῃ cum Turnebo correxit Furlanus: praeterea κατακρύπτει malim, qua forma utitur Theophrastus eadem de re tractans in libello de animalibus, quae dicuntur invidere homini.

κατεργασία τις αὐτοῦ πλείων] Basil. πλεῖον — λίθος· τὸ γὰρ ὀρυκτὸν, ὃ περὶ Λυγγεστὴν — ἀκολουθείη, μάλιστα δ' ὅτι δῆλον, καὶ φανερωτάτη — ἄγουσι. Voss. τὸ γὰρ ὀρυκτὸν τὸ περὶ Λυγγιστὴν — ἀκολουθείη — δῆλον — ἄγουσι. Turnebus vertit: *Est et eius operosior quaedam tractatio et expolitio. Quando autem et succinum lapis est, cum praesertim fossile sit in Liguria, ei etiam trahendi facultas attributa erit, maxime quod perspicuum sit, ab eo ferrum quoque allici — consimilem ita habere dotem connumeretur.* Is Furlano videtur ita voluisse scribi: μάλιστα δὲ ὅτι δῆλον καὶ φανερὸν, ὅτι τὸν σίδηρον ἄγει. Editio Turnebi habet: τὸ γὰρ ὀρυκτὸν ὁ περὶ λυγγιστήν. καὶ τούτῳ — ἀκολουθείη. — δῆλον — ἄγουσι. Furlanus ipse vertit: *Ponitur in hoc expoliendo multum operae. Cum autem et succinum lapis sit: est enim fossile, quod in Liguria est: hunc etiam trahendi vis consequatur necesse est. De magnete enim clarum est: manifestissime enim ferrum ducit. Fit lapis ipse rarus et paucis locis, et hic ponatur quidem in eodem censu, tanquam similem habeat facultatem.* Scripsit autem: ἐπεὶ δὲ — λίθος· καὶ γὰρ ὀρυκτὸν τὸ περὶ Λυγιστήν. καὶ τούτῳ — ἀκολουθοίη. Μαγνῆτις δὲ ὅτι ἕλκει, δῆλον· καὶ γὰρ φανερωτάτη τὸν σίδηρον ἄγει. de qua coniectura vide dicta ad sect. 4. Itaque sequentia γίνεται δὲ καὶ αὕτη — ὁμοίαν ἔχειν tradit ad magnetem, non ad electrum. Laet. cum Salmasio Λιγυστικὴν bene scripsit; deinceps autem τούτων pro τούτῳ. Aliter Buttmann; de quo mox dicetur. Plinius 37. s. 11. no. 1. *Theophrastus in Liguria effodi* (electrum) *dixit.* Illustris Veltheim censuit, lyncurium esse genus electri pellucidum et rufum, contra electrum flavum genus et opacum. Deinde verba praescripta interpretatur: *operosior est eius tractatio in caelando, quia facile insectum dissilit et rumpitur.* (*Sammlung einiger Aufsätze Tom. II. p. 44.*)

29. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ἤλεκτρον] Varias virorum doctorum interpretationes et coniecturas antea vidimus. Equidem olim tentaveram: Ἔπειτα καὶ τὸ ἤλ. λίθος τὸ ὀρυκτὸν, ὃ γίνεται περὶ τὴν Λιγυστικήν· καὶ τούτῳ ἂν et cet. Ita enim

putabam sententiam magis cum natura congruere: cum vulgata videatur affirmare, omni lapidum naturae attributam esse vim trahendi: sed postea vidi, in hac etiam scriptura membri sequentis sententiam non recte procedere: *καὶ τούτῳ ἂν — ἀκολουθοίη*. Videtur enim haec etiam oratio facere vim trahendi quasi pendentem e natura lapidum. Quare aliam rationem emendandi loci mihi quaerendam atque ineundam esse vidi. Interim amicissimi Buttmanni disputatio de magnete lapide prodiit in Volumine II. Parte I. Musei, ubi p. 33. hunc etiam locum tractavit, atque ita scribendum censuit: *ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ἤλεκτρον λίθος, (καὶ γὰρ τὸ ὀρυκτὸν τὸ περὶ Λιγυστικὴν,) καὶ τούτῳ ἂν ἡ τοῦ ἕλκειν δύναμις ἀκολουθοίη· μάλιστα δὲ δηλονότι καὶ φανερωτάτη τῇ τὸν σίδηρον ἀγούσῃ· γίνεται δὲ* et cet. Scilicet etiam Buttmannus cum Furlano sensit, mentionem magnetis lapidis hic desiderari, ubi de vi tractoria lapidum plurium sermo est. Plinius etiam, ubi de electro tradit: *trahunt, inquit, in se paleas ac folia arida, quae levia sunt, ac, ut magnes lapis, ferri ramenta quoque.* Qui locus Furlanum refellit negantem, a quopiam veterum scriptorum vim ferri trahendi electro fuisse attributam. Emendatio igitur Furlani alia erat ratione conformanda, et in comparationem mutanda, hoc fere modo: *καθάπερ τῇ μαγνήτιδι, ᾗ μάλιστα δήλη*. Verum ista ratio nullo modo potest admitti, quoniam *μαγνῆτις* Theophrasti plane est diversa a lapide magnete, quem supra sect. 4. *λίθον Ἡρακλείαν* nominaverat, ut ad eum locum demonstravi. Propius a vero abest ratio Buttmanni, *φανερωτάτη τῇ τὸν σίδηρον ἀγούσῃ*, ita ut simpliciter *ἡ λίθος ἡ τὸν σίδηρον ἄγουσα* magnes appelletur. Gratus inde accipio partem emendationis, eamque cum priore mea ita coniungo: *Ἔπειτα καὶ τὸ ἤλεκτρον λίθος τὸ ὀρυκτὸν, ὃ γίνεται περὶ τὴν Λιγυστικήν· καὶ τούτῳ αὖ ἡ τοῦ ἕλκειν δύναμις ἀκολουθεῖ, ᾗ μάλιστα δηλονότι καὶ φανερωτάτη τῇ τὸν σίδηρον ἀγούσῃ.* Scrupulum tamen iniicit locus Plinii, quem ex hoc nostro ductum suspicari licet, ubi electro vim ferri trahendi tribuit: quanquam fieri potuit, ut Plinius falsa vel scriptura vel distinctione verborum in fraudem induceretur. Accedit etiam alia dubitatio. Si Buttmanni sequimur emendationem, tum sequentia *Γίνεται δὲ καὶ αὕτη σπανία καὶ ὀλιγαχοῦ* commode non possunt nisi ad magnetem lapidem referri. Verum et reliqua pars sectionis, *Καὶ αὕτη μὲν δὴ — ἔχειν*, ad eundem magnetem referri debere videtur; cum tamen series sententiarum et particula *δὴ* flagitare videantur, ut electrum intelligatur: de quo loqui instituerat

Theophrastus, et cum quo comparatur magnes lapis a viribus ferri trahendi atque omnino vi tractoria. In his tot tamque magnis difficultatibus loci nihil mutavi praeter vulgatum ἐπεὶ δὲ, atque verbum γίνεται cum articulo τὴν inserui.

30. ἔμφασιν — διάφασιν] Turnebus: *imaginemque reddit et pellucet.* ita etiam Furlanus, qui putabat, aut iridem intelligi aut asteriam aut aliam ex candidarum gemmarum genere. Laet. de adamante suspicatur. Dalecampius comparavit locum Plinii 37. s. 44. *sunt et vitreis similes, veluti croco refulgentes.*

ὄμφαξ] Alibi nondum nominatum reperi lapidem, qui fortasse a colore uvae acerbae nomen traxit.

διακοπτομένων τῶν πετρῶν] Plinium comparavit Furlanus 37. s. 31. *Sarda — laudatissima circa Babyloniam, cum lapicidinae quaedam aperirentur, haerens in saxo cordis modo. — Et in his autem mares excitatius fulgent, feminae pigriores sunt et crassius nitent.*

συνώνυμοι] Turnebus: *aliae sunt etiam illae quidem cognomines, verumtamen, ut supra dictum est, dissimiles et dispares.* Furlanus: *et aliae, quae, ut prius diximus, differunt quidem licet cognomines.* De h. l. dictum supra ad sect. 23. Addo locum Plinii 37. s. 24. *nec sardae natura differenda est dividuae ex eodem nomine.*

καλεῖται θῆλυ] Furlanus temere καὶ interseruit propter sequens καὶ, quod potius erat delendum.

31. ὁ μὲν ἄῤῥην, ὁ δὲ θῆλυς — ὁ ἄῤῥην] Vulgatam ἄῤῥεν — θῆλυ — ἄῤῥεν correxi. Plinius 37. s. 38. *dividitur haec* (cyanos) *in mares feminasque.*

μικτὴ λευκῷ] Turnebus: *onychium fusco candidoque alternis distinguitur.* In Plinio 37. s. 24. nihil est simile, quanquam Furlanus putet Arabicos intelligi, de quibus Socatus: *Arabicos onychas nigros inveniri candidis zonis.* Graeca vix sana sunt, etiamsi ad μικτὴ intelligas λίθος.

ἀμέθυσον] *amethystus vini colore cernitur* Turnebus. Plinius 38. s. 40. *Alius ex hoc ordo purpureis dabitur et ab illis descendentibus. Principatum amethysti Indicae tenent — Causam nominis afferunt, quod usque ad vini colorem non accedunt: priusquam enim degustent, in violam desinit fulgor. Aliqua siquidem in illis purpura, non ex toto in igneum, sed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, sculpturis faciles — Quartum genus colorem vini habet.* Bacchum in amethysto scalptum memoret epigramma Analector. I. p. 175. Μέθην

aliud I. p. 218. utrobique ἐν ἀμεθύσῳ est, ut apud Dionysium Perieg. 1122. quanquam metrum ἀμεθύστῳ flagitare videatur. Genere neutro τὸ ἀμέθυσον an alibi gemma vocetur, ignoro.

Ἀχάτης] Plinius 37. s. 54. *Achates in magna fuit auctoritate, nunc in nulla: reperta primum in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis.* Qui hodie ad eundem fluvium, *Drillo* nunc vocatum, reperitur, in fundo translucente maculas habet flavas, carneas et lacteas mistas, teste auctore libri *Lythographie Sicilienne* Naples 1777. p. 16.

32. ἀνενεχθείσης] Deinceps Basil. et Voss. πρὸς στιρὰν habent. Turnebus edidit: πρὸς τίραν σφ. γλυφθὲν Ἀλεξάνδρῳ ἐπέμφθη βασιλεῖ. unde vulgatum γλυφερὸν correxi. Idem vertit: *quae Tirae allata sigillo scalpto Alexandro regi ob eximiam speciem missa est.* Furlanus, versionem hanc et nomen Alexandri additum qui mirabatur, quam longe ab eruditione Galli abfuerit, vel hinc apparet. Ecce enim Plinius 37. s. 74. *Gemmae nascuntur et repente novae ac sine nomine, ut Lampsaci in metallis aurariis una inventa, quae propter pulcritudinem Alexandro regi missa fuit, ut auctor est Theophrastus.* Ad quem locum Harduinus textum Furlani apposuit, sed γλαφυρὸν scripsit pro γλυφερὸν forma inusitata. Furlanus πρὸς σφύραν dedit et vertit: *ex qua cum ad malleum relata esset, sigillum sculptile regi missum est propter praestantiam.* Vossius libro suo στίλαν adscripsit; quod quid sit, ignoro. Equidem πρὸς Ἄστυρα scriptum fuisse suspicor, cuius urbis, (postea dirutae ager Abydenis fuit attributus,) auraria metalla memoravit Strabo 13. p. 884. iterum 14. p. 998. Astyris habitasse credo satrapam vel praefectum regium, ad quem gemma nova fuit missa. Laet. Τύραν scribi voluit, urbem Moesiae inferioris ad Euxinum. Is de Alexandro rege nihil suspicatus fuit, nec omnino Turnebi versionem inspexisse unquam videtur.

33. Ὀρχομενοῦ] Basil. Voss. ἐξερχόμενον — καθὸ (καθοὶ Voss.) ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσι. Utrumque vitium Turnebi editio correxit, ubi est κάτοπτρα ἐξ αὐτοῦ, omisso δὲ, quod invidiose dissimulavit Furlanus, quem vocabulum χλωροειδέστερον vertentem *nisi quod viridior est* recte reprehendit Laet. comparato loco Plinii 37. s. 25. *Theophrastus auctor est, et in Orchomeno Arcadiae inveniri et in Chio, illos nigriores, e quibus et specula fieri. Esse et Troezenios varios, intervenientibus maculis albis: item Corinthios et pallidiores et candidos. Massilia quoque importari, Boc-*

chus et Olisipone scripsit. ubi postrema *Massilia — importari* Codicibus scriptis auctoribus omisit Harduinus, contra recte restituit Brotier. E Plinio vulgatum πλὴν τὸ χλωροειδέστερον correxi: fortasse etiam λευκότεροι καὶ addendum fuerat. Ceterum post Britannum *Cary* aliumque virum doctum Italum Beckmannus in Historia Inventorum III. p. 298. notavit errorem Plinii ad carbunculos trahentis, quos hodie rubinos vocant, quae Theophrastus de marmore nigro Chio tradiderit. Video equidem, nostrum supra sect. 7. manifesto de marmore Chio nigro pellucente loqui: at hoc in loco haud scio an crimen Plinio falsum impactum aut potius Theophrasto commune sit censendum. Nam medias inter gemmas nominat ἀνθράκιον Orchomenium: tum subito, mutato genere, ἔστι δὲ οὗτος — Χίου. ubi Plinius intelligi putabat ἄνθρακα, et sequentia omnia ad carbunculos retulit. Theophrastus autem fortasse voluit intelligi λίθος, quod vocabulum marmori et gemmae commune fuit. Potest tamen esse haec omnia culpa Excerptoris. Deinceps σπάνιοι ἐξ Voss. Ἐρχομενὸν ex antiquissima inscriptione Boeotia nuper detecta; qui volet, defendet.

34. ἐκ τῶν Καταδούπων] Basil. Voss. καὶ τοὺς κατάδου τόπους καὶ συήνῃ. Turnebus edidit: καὶ τῶν καταδούπων, καὶ συήνης, et vertit: *ad Catadupa, Syenae ad Elephantinen.* Furlanus καὶ ἐκ τῶν Καταδούπων, καὶ Συήνῃ πρὸς dedit. Equidem Turnebum sequor.

Ψεφὼ] Furlanus e Strabonis 17. p. 1176. λίμνην Ψεβώαν dictam, supra Meroen sitam, et e Stephano Byz. Aristagorae Ψεβὼ comparavit, quam hic dixit regionem ab Aethiopia quinque dierum itinere distare. Salmasius ad Solinum p. 782. in libro de mundo, Aristoteli vulgo adscripto, ubi insula κατὰ τὸν Ἀραβικὸν κειμένη κόλπον memoratur, ἡ Φεβὸλ vocata, e Theophrasto correxit Ψεφὼ, et Wesseling ad Diodori 3, 40: ἄκρας Ψεβαίας in extremo sinu Arabico hinc vocatas fuisse censet. Vossius libro suo Ψεβὼ adscripsit et supra Μασσουλίαν pro Μασσαλίαν.

35. Καὶ ἐν Κύπρῳ] Furlano haec sectio tota loco suo mota et alieno posita esse merito visa est: sententia autem haec: Smaragdum et iaspin praestantissimos in Cypro nasci: eos autem, quibus ad monilia pretiosiora utantur, Bactrianos esse, omnium smaragdorum sine dubio, Scythicis exceptis, nobilissimos. Deinde comparat locum Plinii 37. s. 17. de smaragdis: *Proximam laudem habent, sicut et sedem, Bactriani, quos in commissuris saxorum colligere dicuntur*

etesiis flantibus. Tunc enim tellure internitent; quia iis ventis maxime arenae moventur. Sed hos minores multo Scythicis esse tradunt. — Reliqua genera in metallis aerariis inveniuntur. Quapropter principatum ex iis Cyprii obtinent. ubi Plinii errorem animadvertit iam olim Dalecampius, Nihil enim de commissuris satorum Theophrastus: nisi fortasse in Plinio simul et Theophrasto quaedam exciderunt, aut ab excerptore Theophrasti omissa fuerunt.

λιθοκόλλητα] Vulgato λιθόκολλα hoc substituere Turnebum secutus voluit Furlanus; deinde articulum τοὺς inseruit. Heinsius Ἐτεσίους dedit. Turnebus: *quibus vero ad conserta textu gemmarum monilia utuntur, e Bactrianis sunt, quos egressi equites circa solitudines colligunt, etesiis flantibus: nam tum motis arenis venti magnitudine internitentes visuntur; pusilli sunt, nec ulli magni.* Furlanus: *quibus vero utuntur ad monilia, e Bactrianis desertis feruntur* et cet. Λιθοκόλλητα latius patent, uti docet vel locus Strabonis 16. p. 1125. καὶ γὰρ θυρώματα καὶ τοῖχοι καὶ ὀροφαὶ δι' ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λιθοκολλήτου τυγχάνει διαπεποικιλμένα. Peculiariter φιάλαι λιθοκόλλητοι Athenaeo, χλιδὼν λιθ. Diodoro, περιτραχήλιον σιδηροῦν λιθοκ. Plutarcho in Alexandro dicitur. Ceterum ἔρημος videtur intelligi illa, de qua Strabo 11. p. 779. ubi de Scythis: μεταξὺ δ' αὐτῶν καὶ τῆς Τοχαρίας καὶ τῆς Παρθυαίας μέχρι Ἀρίων ἔρημος πρόκειται πολλὴ καὶ ἄνυδρος. — Codex Palatinus pro κινουμένης male κενουμένης habet.

36. πλὴν ἐλάττονι — εὐμεγέθης] Haec ex Athenaeo 3. p. 93. inserui, qui locum integriorem olim excerpsit. Sed idem θαυμαζομένων habet pro σπουδαζομένων, deinde ἥλικον, cui ἡλίκος substitui e Clementis Alex. Paedag. 2. p. 152. Heins. qui locum eundem sive ex Athenaeo sive e Theophrasto excerpsit. Denique ὀστρέῳ Athenaeus, ὀστρίῳ Clemens scriptum exhibet. Negationem ante διαφανὴς addi voluit Salmasius Exercit. p. 1114. emendatione sane probabili.

σχεδὸν ἐν ταύταις] Vulgatum αὐταῖς praeeunte versione Turnebi correxi. Voss. σχεδὸν omisit.

37. ὀρυκτὸς — καὶ λευκῷ] Basileense et Voss. ὀρεκτὸς Turnebus correxit: verba καὶ λευκῷ inseruit Furlanus e Plinio 36. s. 29.: „Theophrastus auctor est, ebur fossile candido et nigro colore inveniri, et ossa e terra nasci, invenirique lapides osseos" Sed in ebore etiam fossili color albus per se intelligitur: igitur omiseram verba inutiliter addita a Furlano, qui

Turnebi diligentiam vincere voluit: postea vero in Vossiano libro addita reperi et restitui.

σάπφειρον — κυάνου] Plinius 37. s. 39. *quae sunt ex iis cyanei coloris, mares existimantur:* ad quae tacuit Harduinus. Vide dicta supra ad sect. 23.

πρασίτις] Plinius 37. s. 34. viridantium e genere et vilioris turbae prasius dicitur.

αὐχμώδης] Turnebus: *spissus etiam haematites est et squalet et nomini respondens, sicco tanquam cruore concretus constat. Et alius est nomine Xanthus, non fulvus tamen, sed potius exalbidus, quem Dores colorem xanthum appellant.* Male contra Furlanus: *Frequens etiam haematites, squalidus, iuxta nomen tanquam e sicco sanguine concreto. Est et alius appellatus Xanthus, non ille quidem flavus, sed e flavo candidus, quem colorem Dores xanthum nuncupant.* Ineptius repetiit scripturam Basileensem: ἄλλη δὴ καλουμένη, οὐ ξανθὴ μὲν τὴν χρόαν, ἔκλευκος δ', ὃ μᾶλλον καλοῦσι χρῶμα οἱ Δ. ξ. quod fecit etiam Laet. Recte enim Turnebus viderat scribendum: αὐχμώδης καὶ κατὰ τοὔνομα — ἄλλη δὲ καλουμένη Ξανθὴ, οὐ ξανθὴ μὲν τὴν χρόαν, ἔκλευκος δὲ μᾶλλον, ὃ καλοῦσι χρῶμα οἱ Δ. ξανθόν. Plinius 26. s. 25. *Invenitur in Aethiopia zimiri et haematites magnes sanguinei coloris, sanguinemque reddens, si teratur, sed et crocum.* Idem 37. s. 60. *Haematites in Aethiopia quidem principialis, sed et in Arabia et Africa invenitur sanguineo colore. — Est et alia eiusdem generis, quae vocatur Menui ab Indis, xanthos appellata Graecis, e fulvo candicans.* Huc refert Harduinus locum 37. s. 45. *In eadem India et xanthi, plebeia ibi gemma:* ubi antea legebatur *eadem et xystion parit.*

38. Ἰνδικὸς κάλαμος] Nisi fortasse genus sacchari in nodis calami Indici concreti intelligitur, quid sit, nescio.

39. τῶν μεταλλευομένων] Turnebus: *et eorum etiam, quae terra effodiuntur.* Furlanus: *lapidum porro multa alia genera sunt et eorum, qui cum metallis eruuntur.* Rectius puto, nisi quod copulam καὶ abesse malim, ut soli lapides μεταλλευόμενοι intelligantur.

κύανος αὐτοφυὴς] De Armenio interpretatur Laet., de quo Plinius 35. c. 6. *Armenia mittit, quod eius nomine appellatur. Lapis est hic quoque chrysocollae modo infectus.*

βάρος δ' ἔχουσα] Turnebus: *qui utrique ponderosi sunt.* Similiter Furlanus: *graves hi sunt ac ponderosi.* Equidem haec verba suspicor non referenda ad utrumque genus, sed ad

posterius tantum, quod interpretor mineram argenti vivi, quam ἄνθρακα vocatam testatur Vitruvius 7, 8, 1. ubi de metallis Ephesiis: *Foditur enim gleba, quae anthrax dicitur — vena uti ferri, magis subrufo colore, habens circa se rubrum pulverem.* In hanc vero glebam ponderis nota praecipue convenit. Sed ibi Codices a me atque aliis comparati vocabulum *anthrax* non habent additum. Deinde dubium est, Theophrastus carbones ligneos an carbunculos lapides comparaverit.

40. Τὸ δὲ ὅλον] Furlanus δὲ inseruit, sed male post ὅλον collocavit. Sequens κονίας Turnebus interpretatur *calcem*, Furlanus *cinerem*, Georg. Agricola libro 3. Fossilium *pulverem.* Furlanus nititur praecipue loco Theophrasti sequente, ubi est: καὶ ἔνιά γε δὴ φαίνεται πεπυρωμένα καὶ οἷον κατακεκαυμένα, οἷον ἡ σανδαράκη καὶ τὸ ἀῤῥενικόν: fatetur tamen ipse, posse etiam utramque materiam cum calce usta comparari, quae graece κονία dicatur.

41. οἱ μὲν γὰρ πριστοὶ] Basil. Voss. διαφορά· πριστοὶ γάρ. Furlanus dedit ἄλλοι πριστοὶ γάρ.

ἡ Μαγνῆτις — ἡ καὶ ὄψει περιττὸν] De meo τῇ ὄψει τὸ περιττὸν scripsi ex lege sermonis. Genus Talci intelligi iam olim monuit Georg. Agricola, cuius opinionem cum Karstenio sequitur Buttmann in Dissert. de Magnete inserta Ephemeridi *Museum der Alterthumswissenschaft* Vol. II. P. I. p. 21 seqq. Platonem, qui Euripidis locum in Oeneo (servatum a Suida in voce Ἡρακλεία λίθος) ad magnetem lapidem trahebat, ab aliis Lydium et Heracleoten vocatum, taxarunt Critici veteres, qui locum Euripidis de metallo argento persimili interpretabantur. Locus Platonis est in Ione p. 180. Bip. ad quem pertinet glossa Hesychii sub voce Ἡρακλεία λίθος et Μαγνῆτις λίθος, item Suidae locus antea memoratus, et Scholion Ruhnkenianum p. 138. Totum hoc argumentum doctissime exsecutus est Buttmannus meus l. c.

ὥς γε δή τινες] Turnebus: *insigni ipsi specie, quodque in admirationem quidam rapiunt citra cognationem argenti similitudine.* Furlanus: *qui et insigni specie est, et, quod nonnulli mirantur, argenti similitudinem habet, cum eodem genere non sit.* Equidem scriptum malim: καὶ ἣν γε δή τινες — διὰ τὴν ὁμοίωσιν. vel: ἧς γε δή τινες θ. τὴν ὁμοίωσιν — οὔσης συγγενοῦς. Contra Buttmannus l. c. coniecit: καὶ, ὥς γε δή τινες θαυμάζουσι τὴν ὁμοίωσιν τῷ ἀργύρῳ, μηδαμῶς οὖσα συγγενής.

42. ὀρυκτὸς, ὅς τρία στάδια] Basil. Voss. ὀρυκτὸς ὡς

τοῖα — καὶ βόλασος — μαλακὸν, ὅταν πυρωθῇ τῷ ἐλαίῳ. Turnebus: *Nam et talis in Siphno effoditur tribus circiter stadiis a mari, rotundus instarque glebae, qui et torno rasilis est et caelo sculptilis ob mollitiem. Verum oleo idem excalefactus mirum in modum nigrescit durescitque. Ex eo escaria vasa mensis parant.* Furlanus non solum Turnebi emendationem βωλώδης sibi tribuit, sed verba etiam καὶ ἀποβαφῇ post πυρωθῇ inseruit. Ipse comparavit locum Plinii 36. s. 44. *In Siphno lapis est, qui cavatur tornaturque in vasa coquendis cibis utilia vel ad esculentorum usus. — Sed in Siphno singulare, quod excalfactus oleo nigrescit durescitque natura mollissimus.* Miror Laeti annotationem: *Observandum autem καὶ ἀποβαφῇ additum e Msto.* ex quo enim, dicere omisit. Sunt vero in libro Vossiano. Idem ὅταν δὲ habet. Σίφνιον ποτήριον habet Stephanus Byz. in hac voce. Ceterum male Furlanus ὀρυκτός. ὡς τρία στάδια. peius Heinsiana ὀρυκτός. ὃς τρία στάδια dedit.

43. Οἱ μὲν [οὖν] τοιοῦτοι] Praeeunte Turnebi versione οὖν inserui. In verbis λίθοις ἄλλοις smyridem intelligi, monuit Furlanus. Plinius 36. s. 10. *Signis e marmore poliendis gemmisque etiam scalpendis atque limandis Naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in Cypro insula genitae. Vicere postea ex Armenia vectae.* Voss. cum Turnebi editione προσδέχονται dedit pro ὑποδέχονται.

οἱ δὲ σιδήροις μὲν] Basil. et Voss. μενυμ * δὲ καὶ εἰσὶν * παραπλησίως δὲ κάτω τὰ * μὴ τέμνεσθαι * σιδήρῳ· καίτοι καὶ στερεὸν ἔτι * ἰσχυρότερα τέμνει. Turnebus edidit ἀμβλυτέροις δὲ — κάτω τὰ δὲ μὴ τέμνεσθαι * σιδήρῳ, καίτοι καὶ στερεώτερα καὶ ἰσχυρότερα τέμνει σίδηρος. Idem vertit: *Alii ferro illi quidem, obtusiore tamen hebetioreque scalpuntur. Itidem aliorum ima ferro vulnerantur, aliorum non vulnerantur: tametsi ferrum rigidiora alia et contumaciora secet, lapide praesertim durius.* Contra Furlanus edidit: σιδήροις μὲν, ἀμβλέσι δέ. καὶ εἰσὶν * παραπλησίως δὲ κατὰ τὸ μὴ τέμνεσθαι σιδήρῳ· καίτοι καὶ στερεώτερα καὶ ἰσχυρότερα τέμνει καὶ σίδηρος λίθου σκληρότερος ὤν. quae vertit: *quaedam ferro quidem, sed hebeti: quod perinde est atque si ferro non secarentur. Quanquam ferrum et solidiora secat et duriora, quippe lapide durius.* Non potuit ineptius! Plinius 37. s. 76. *tantaque differentia est, ut aliae ferro scalpi non possint, aliae non nisi retuso, verum omnes adamante. Plurimum vero in his terebrarum proficit fervor.* Qui si totum istum locum excerpsit ex hoc nostro, plana est parataque inde medi-

cine. Verum equidem de fide Plinii interpretis dubito: miscere enim is omnia solet, aliena suis, cognata diversis. Interim scripturam antiquam restitui a verbis inde ἀμβλυτέροις δὲ, quae certa coniectura persanata mihi esse videntur. Praeterea λίθους vulgatum in λίθου mutavi.

44. ταύτην μὲν δύναται διαιρεῖν] Hinc intelligis miraculum ab Atta Navio coram Tarquinio Prisco factum, cum cotem in comitium allatam novacula discinderet, narrante Cicerone de Divinatione 1, 12. aliisque. Ceterum ἀκόνην Ναξίαν χαλκοδάμαν nominavit Pindarus Isthm. 6, 107. sed quam idem habet Olymp. 6, 141. ἀκόναν λιγυρὰν, ea ex certissima Pavi coniectura in ἀκοὰ mutanda erat.

ἐξ ἧς δὲ αἱ σφραγῖδες, οὔ] *tamen in gemmam poliri non posse* Turnebus vertit, quo reprehenso Furlanus: *et ferrum potest illam dividere et expolire: illum vero lapidem, ex quo sigilla fiunt, minime. Argumentationem ait ita fieri: Lapis, quo scalpuntur gemmae, cos est. Cos secatur ferro: igitur et lapis, quo scalpuntur gemmae. Haec conclusio videtur necessaria. Atqui cum contraria vera sit, hoc est, lapidem, quo scalpuntur gemmae, ferro non caedi, videatur absurdum esse et admirabile, ut a veris principiis falsa ducatur responsio.* Nititur Furlani ratio versione hac: *et tamen lapis, quo sigilla scalpunt, ex eodem est lapide, ex quo etiam cotes, aut non absimili.* Verum καὶ πάλιν non est *et tamen:* deinde λίθος, ᾧ γλύφουσι τὰς σφραγῖδας, non est idem cum illa ἀκόνη, ἐξ ἧς αἱ σφραγῖδες. Nam ex hac coticula sigilla fieri, illo contra lapide scalpi sigilla dicuntur. Postea graeca sana non videntur esse, ubi ὁ λίθος — ἐκ τούτου ἐστὶν, ἐξ οὗπερ αἱ ἀκόναι, ἢ ἐξ ὁμοίου τούτῳ: quae Furlanus ineptissime vertit: *lapis, quo — ex eodem est lapide — aut non absimili.* Forte ἐκ ταὐτοῦ scriptum fuit, i. e. *ex eadem materia.* Plinii locum de cotibus ex Armenia allatis ad scalpendas et limandas gemmas supra posui ad sect. 43. unde h. l. malim ἡ ἀρίστη auctius scribere. Articulus ἡ alioqui abundat. Adde locum Plinii 37. s. 32. de topazio: *eadem sola nobilium limam sentit, ceterae Naxio et cotibus poliuntur.* Furlanus locum Stephani Byz. posuit de Armeniis: παρέχονται δὲ λίθον τὴν γλύφουσαν τὰς σφραγῖδας. Equidem nullam ἀκόνην memoratam vidi, ex qua sigilla scalperentur: igitur excidisse puto vocabulum τὴν λίθον, ut statim sequerentur haec: ἐξ ἧς δὲ αἱ σφραγῖδες, οὔ. Herodotus 7, 69. Aethiopes narrat sagittis praefixum gerere λίθον ὀξὺν πεποιημένον, τῷ καὶ τὰς σφραγῖδας γλύφουσι: quae verba de amy-

ride interpretatur Larcherus, Gallicus interpres. Verbum γλύφουσι refero ad Graecos artifices.

45. τὴν αὐτὴν — τῷ πυρὶ] Vulgatum τὴν τοιαύτην praeeunte versione Turnebi correxi, qui *coticulam* dixit hunc lapidem. Deinceps vitiosum δύνασθαι Furlani repetiit Heinsius. Βάσανον dici lapidem hunc a Pindaro, Theognide, Sophocle et aliis monuit Furlanus; de quo deinceps videbimus. Sequens οἰκείως ἀπορoῦντες *nec admodum scite* (*quaestionem movent*) Turnebus vertit: *non adeo opportune dubitant* Furlanus. In historia pl. saepius legitur οἰκείως θεωρεῖν et οἰκεία θεωρία.

ἀξιοῦν — ἐκλαμβάνειν τὴν ἑκάστου φύσιν] Turnebus: *ignis enim probat coloris mutatione et interpolatione, lapis attritu: is enim est, qui possit, ut videtur, cuiusque naturam excipere.* Furlanus prius verbum interpretari omisit, (cuius loco Turnebus *interpolationem* inseruit). Alterum vertit: *potest enim, ut videtur, uniuscuiusque naturam excipere.* Laet. *et aestimando* posuit pro ἀξιοῦν: equidem Turnebi ἀλλοιοῦν probavi. Scaligeri de Subtilit. Exercit. 128. p. 462. interpretationem, *indicare aestimationem, aut demonstrare, aut addere dignitatem ad hominum opinionem*, probans *Schwarze* ipse vertit *verum auri indicans pretium.* Copulam καὶ interpretatur *et sic, et hoc modo:* verba autem sequentia de particulis corporum metallicorum diversis pro natura eorum diversa, quae attritu adhaeserunt coticulae. Contra, quae non adhaerescunt nec excipiuntur, praesertim in humida lapidis superficie, eae ἀπολισθαίνειν deinceps dicuntur. Plinius hinc *velut lima rapere experimentum* duxisse videri possit.

46. νῦν — τῆς πρότερον] Antiquae coticulae natales nusquam traditos reperi; recentioris deinceps ipse Theophrastus fluvium Tmolum refert. Nomen tamen veteris et recentioris idem fuisse videtur, βάσανος nempe. Pindarus Pyth. 10, 106. πειρῶντι καὶ χρυσὸς ἐν βασάνῳ πρέπει καὶ νόος ὀρθός, ubi scholia Λυδίαν λίθον interpretantur, usa verbo ἀκονᾶν pro vulgatiore παρατρίβειν, ita: πρὸς ἣν ὁ χρυσὸς ἀκονώμενος διαπρέπει. Sed aequalis Pindaro Bacchylidis locus extat apud Stobaeum Sermone XI. Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν. unde cognoscimus, etiam antiquam coticulam Lydiam habuisse patriam. Λυδίαν πέτραν dixit Theocritus 12, 36. Hesychius: Χρυσῖτις λίθος, ἡ λεγομένη βάσανος ἢ Λυδία. Idem: Λυδεία λίθος, ἡ βασανίζουσα τὸν χρυσόν. Photius: Λυδία λίθος καὶ βάσανος, ἡ τὸν χρυσὸν ἐξετάζουσα. Ἡ δὲ μαγνῆτις

τὸν σίδηρον προσάγεται, ἣν καὶ Ἡρακλεῶτιν ὀνομάζουσι. Denique Hesychius: *Βασανιστὴς, λίθος οὕτω λέγεται, Λυδικοῦ λίθου γένος· καὶ λίθος βάσανος, ᾧ παρατρίβοντες τὸ χρυσίον ἐδοκίμαζον.*

– τὸν ἐκ καθάρσεως] Aurum purgatum et purum. Turnebus *purum putum.* Deinceps Basil. χαλκὸν κατὰ χρυσὸν καὶ ἄργυρον γνωρίζειν. Furlanus χαλκὸν κατάχρυσον dedit et vertit: *verum etiam aes, argentum et aurum, et quantum horum ad lancem cum auro mixtum sit.* Turnebus: *verum etiam aes aurosum argentumque ad obrussam indicat, quantumque in statere sit mixtum.* Non aliter potuit κατάχρυσον χαλκὸν interpretari. Verum auro puro (ἐκ καθάρσεως) sive purgato non est contrarium aes auro permixtum et argentum, sed potius aurum aere permixtum et argentum item aere permixtum. Igitur non dubitavi vulgatam scripturam mutare et corrigere, in qua verba τὸν ἐκ τῆς καθάρσεως manifesto flagitant χρυσὸν, de quo erat sermo, non χαλκόν. Confirmat emendationem Plinius 33, s. 43. *Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitum inveniri nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theophrastus: nunc vero passim: quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis binasque latitudinis non excedentes. Quod a sole fuit in his, melius quam quod a terra. His coticulis periti cum e vena ut lima rapuerunt experimentum, protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti vel aeris scripulari differentia, mirabili ratione, non fallente.* Vides, *coticulum* appellari Plinio, plane ut Theophrastus facere videtur, qui coticulae subiunxit his verbis: θαυμαστὴ δὲ φύσις καὶ τῆς βασανιζούσης τὸν χρυσόν, nisi potius λίθου intelligi debet. Sed videtur errasse Plinius, cum ad venam mixtam auro argentoque et aere transtulit, quae Theophrastus de auro et argento facto vel de numis aureis argenteisque, argento vel aere mixtis, retulit. Scilicet κατάχαλκος χρυσὸς est aurum aere adulteratum vel permixtum, quod alias ὑπόχαλκος dici solet. In vulgata similiter κατάχρυσος est pro ὑπόχρυσος. Apud Pollucem 7. s. 97. γῆ κατάχρυσος est de terra aurifera. Verumtamen fieri potest, ut Plinius verum sit interpretatus, si verba τὸν ἐκ τῆς καθάρσεως interpretemur aurum vena sua excoctum et depuratum, eique opponi dicamus aurum in vena argento aereque permixtum. Tum vero difficultas incidit ea, ut ad verba τὸν ἐκ τῆς καθ. vocabulum χρυσὸν sit inserendum; sequentia autem minime tentanda erant, si κατάχρυσον ad χαλκὸν simul et

ἄργυρον referas, et venam aeris et argenti auriferam intelligas. Itaque tum excusatione opus audaciae emendationis meae.

στατῆρα] *lancem* Furlanus interpretatur. Laetus: *quantum in staterem admixtum sit*, ut stater ponderis sit nomen, non monetae. Nam significationem posuit Pollux 9. s. 57. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς στατῆρα ὀνομάζουσι. Idem 4. s. 173. στατῆρα οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ τὴν λίτραν λέγουσι. Ita nostri artifices examen referunt ad marcam. Tamen Schwarze Furlandi rationem praefert cum Hillio, ut stater sit positus pro σταθμῷ seu libra et statera: quam significationem posuit Suidas et Pollux 4. s. 171.

σημεῖα δ' ἐστὶν αὐτοῖς] Turnebus: *indicia capiunt a minimo*. Furlanus: *a minimo pondere signum his est*. Schwarze σημεῖα interpretatur vel signa quaedam in lapide ipso attritu orta et inscripta in superficie, particulis metalli adhaerentibus, vel, quod malebat, virgulas e diversis metallis certo temperamento compositas, quibus nunc quoque in Lydio lapide scribitur, deinde iuxta aurum argentumve ita atteritur, ut similiter vestigia in lapide inscripta relinquantur: quo facto utrumque comparant accurate, qui oculos usu rerum harum tritos habent, et sic de temperamento utriusque metalli diversisque eius gradibus certum pronunciant iudicium. Virgulas istas vocant nostrates *Probiernadeln*; *Probierstifte*. Ceterum idem αὐτοῖς refert ad omissum ἀνθρώποις, ad ἐλαχίστου vero intelligit μέρους. Equidem rationem experiendi auri designatam reperi in loco Herodot. 7, 10. ὥσπερ τὸν χρυσὸν τὸν ἀκήρατον αὐτὸν μὲν ἐπ' ἑωϋτοῦ οὐ διαγινώσκομεν, ἐπεὰν δὲ παρατρίψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, διαγινώσκομεν τὸν ἀμείνω. ubi Wesselingium dubitantem confirmare poterat locus Theognidis versu 586. Brunckianae collectionis: ἐς βάσανον δ' ἐλθὼν παρατριβόμενός τε μολίβδῳ χρυσὸς ἄπεφθος ἐὼν καλὸς ἅπασιν ἔσῃ. cuius distichi pars maior alieno loco translata legitur versu 409: ἐς βάσανον δ' ἐλθὼν παρατρίβομαι, ὥςτε μολίβδῳ χρυσός. Cum quo comparari debet locus Simonidis apud Plutarchum de discrimine adulatoris p. 210. Hutten. ἀλλὰ παρὰ χρυσὸν ἑφθὸν, ὥς φησι Σιμωνίδης, ἀκήρατον οὐδὲ μόλιβδον ἔχων; ubi Ursinus ἔχοντα scriptum edidit in Fragmentis Lyricorum. Uterque locus docet, auro plumbum admisceri solitum, vel in vena a natura admistum, exploratum fuisse a lapide Lydio. Atqui Plinius 33. s. 19. *aurum cum plumbo coqui*

ait, *ut purgetur.* Sed hoc fit alia ratione in vena mixta excoquenda et purganda.

ἐλάχιστον — ἡμιόβολος] Ald. Basil. Voss. κριθὴν εἶτα κόλυμβον — ἢ ἡμιόλιον ὀβολόν. Voss. praeterea τεταρτημένος. Turnebus edidit: εἶτα κόλλυμβος — ἡ ἡμιοβόλιον. Furlanus ἢ ἡμιόβολος dedit, sed in annotatione scripsit: εἶτα κόλλυβον, εἶτα τεταρτημόριον, εἶτα ἡμιόβολος. Comparavit idem Aristophanis e Pace versum 1200. οὐδ' εἷς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου. Vocem κριθὴ comparavit cum medicorum graecorum σιτάριον, quod granum significat, ut κεράτιον: siliqua quatuor grana pendere dicitur. Turnebus locum vertit: *minimum est hordeum, deinde collybus, mox quadrans vel semiobolus vel obolus, quibus verum probumque intelligunt.* Furlanus: *minimum autem pondus hordei granum est, deinde collybum, mox quarta oboli pars aut semiobolus aut obolus, ex quibus agnoscunt quod rectum est.* Monuit Leet. Salmasium scribi voluisse: εἶτα ἡμιοβόλιον, εἶτα ὀβολόν. Schwarze unice hanc rationem, quam Turnebus praeivit, probat: εἶτα ἡμιόβολος, ita tamen, ut omnia haec verba ab interpretatione grammatici profecta esse censeat, qui vocabulum ἐλαχίστου explicare voluerit. Causas suspicionis edidit has. Primum ait, vocabulum κριθὴ de pondere usurpatum minimo non reperiri a scriptore ullo Theophrasto aequali, neque adeo a scriptoribus antiquis aut recentioribus de Graecorum ponderibus et mensuris. Deinde putat, vix credibile esse, vel minutissimarum particularum admixtionem lapide Lydio aut exploratam unquam fuisse, aut adeo explorari potuisse. Postea negat, constare ullo scriptoris testimonio idoneo, κόλλυβον non de minuto tantum numi genere, sed etiam de pondere exiguo aliquo fuisse usurpatum: quanquam fatetur, in universum eadem fere apud graecos ponderum numismatumque nomina fuisse. Denique non recte procedere censet seriem ponderum, si scribatur εἶτα τεταρτημόριον ἢ ἡμιόβολος: nam illud duos chalcos, hoc quatuor chalcos significare. Itaque omnino cum Salmasio (quin cum Turnebo) scribendum fuisse censet εἶτα ἡμιόβολος. Verum his verbis sublatis omnia bene procedere: posse tamen hactenus ea servari, ut scribamus ἐλάχιστον δὲ τεταρτημόριον ἢ ἡμιοβόλιον: quae verba tum in varietate lectionis, tum in loco Plinii hinc translato, tum in re ipsa habere putat, quo defendi possint. Ad hanc viri docti dubitationem una est responsio, nullum ex antiquitate graeca, Theophrasto aequali, pervenisse ad nos librum vel

fragmentum libri de ponderibus argentariorum et metallurgorum conscriptum: igitur e silentio scriptorum antiquiorum argumentum non satis tuto duci. At recentiores σιτάριον nominarunt et κεράτια: latini *siliquas*, *lentes*, *speltas* et *lupinos* in scripulo definiendo adhibuerunt. Vide Rhemnii Fannii vel Prisciani carmen de ponderibus versu 10—12.

τὸ καθῆκον] *verum probumque* Turnebus: *quod rectum est* Furlanus: equidem *quod attinet*.

47. ψηφοειδὴς] Calculum fluviatilem plerumque rotundum et laevem intelligit: hinc adiicit πλατεῖα, οὐ στρογγύλη. Ceterum lapidem ipsum Theophrasteum Werner et cum eo Schwarze agnoverunt in silicis schistosi specie, quae hodieque passim in fluviis rivisque reperitur, et quam G. Agricola *Kieselschiefer* vocavit.

τὰ πρὸς τὸν ἥλιον] Articulum τὰ addidi. Sequens τοῦτο δέον Turnebus: *non abs re, cum sicciora sint.* Furlanus: *id quod ratione fit, quod illae sicciores sunt.* Equidem graeca vitiosa esse puto. Structuram verborum διαφέρει τὰ ἄνω ἢ τὰ κάτω comparat Schwarze cum loco Xenophonteo de reditibus 4. s. 24. νῦν οὐδὲν διαφέρει τὰ ἀργύρια ἢ ἃ οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὄντα ἐμνημόνευον αὐτά.

τὸ δοκιμάζειν χεῖρον] Basil. Voss. τοῦ δοκιμάζειν. Turnebus: *quippe cum per aestum non alia de causa deterius explorent, quam quod ex se ipsis madorem aliquem remittunt, lubrico ob eum lapsu.* Furlanus: *siquidem et in aestibus non bonum fit experimentum: mittit enim ex se coticula madorem aliquem, quo humida fit.* Equidem cum Turnebi Ed. δοκιμάζει omisso articulo scripsi.

ὑπολαμβάνουσιν ἴδιον [τὸ] τοῦ εἴδους] Vulgatum ὑπολαμβάνει ὡς ἴδιον praeeunte Turnebo correxi, qui vertit: *quod quidem signum arbitrantur proprium huius generis.* ipse tamen edidit: ὑπολαμβάνουσιν ὡς ἴδιον τὸ τοῦ εἴδους. Furlanus: *quod signum est, proprium hoc esse lapidum generis.* Schwarze: *recipit, admittit etiam hoc signum (ceterum cum aliis illi commune), ut huic lapidum formae proprium.* Quam sententiam in graecis frustra quaero. Ad rem quod attinet, comparavit Furlanus locum de c. pl. 5, 4. ubi de ligneis statuis eandem causam edit: ὁπότε ἡ ἐνυπάρχουσα ὑγρότης συῤῥυεῖσα καὶ ἡ ἔξωθεν προσπίπτουσα συνεπάγει καὶ ἐποίησεν οἷον σφαιροειδές. In mentem mihi venit suspicari, olim scriptum fuisse: σημεῖον ὑπολαμβάνουσιν ἴδιον οἱ μάντεις. Nam inter ostenta saepe sudorem statuarum historici graeci commemorarunt.

48. ἰδιώτερα] *peculiares magis* Turnebus, *magis propriae* Furlanus. Sequens γὰρ post τὸ μὲν omisit cum Furlano Heinsius.

τήκεσθαι καὶ ἀλλοιοῦσθαι] Cum Turnebo μαλάττεσθαι scripsi.

μαλάττεται δὲ] Deinceps Basil. Voss. λίθους τε ποιοῦσιν. Turnebus edidit: λίθους τε ποιοῦσιν· ὧν τάς τε ποικιλίας καὶ τὰς ἄλλας τὰς συνθέσεις ἁπάσας πυροῦντες καὶ μαλάττοντες ποιοῦσι. Idem vertit: *rursus mollitur factitios lapides parantibus, quorum varietatem reliquamque compositionem coquendo molliendoque consequuntur.* Furlanus edidit: πλίνθους τε ποιοῦσιν, ὧν τάς τε ποικίλας καὶ τὰς ἄλλας τὰς συντιθεμένας. ἁπάσας γὰρ πυροῦντες καὶ μαλάττοντες, ποιοῦσιν. In annotatione πλίνθους γὰρ ποιοῦσιν posuit, et vertit: *mollitur etiam, et ex ea massas faciunt, ex quibus et quae compositae sunt et variae: omnes enim urentes et mollientes componunt.* Simul docere conatur, esse has terrarum metallicarum affectiones. Cum enim illae, inquit, aut auri aut argenti aut aeris aut aliorum metallorum mistionem habeant, coquuntur seligendi metalli causa, formandique lateres ac massas, quae aut fullonibus aut pictoribus aut aliis artificibus usui sint. ποικίλας καὶ συντιθεμένας vocat, quae propter metalli fossilisve alicuius aut unius aut plurium admistionem varietatem habent aut compositionem aliquam. Equidem miror hominis perspicacitatem, qui talia comminisci potuit; quae nemo alius facile intelligat, ut graeca vitiosa interpretaretur. Equidem totum locum et transpositione verborum et scripturae vitiis laborare censeo. Primum illa, τὸ μὲν γὰρ — συμβαίνει, bene habent: sed statim quae sequuntur, τήκεται μὲν γὰρ τοῖς χυτοῖς καὶ ὀρυκτοῖς, ὥσπερ καὶ ὁ λίθος, sensu plane carent omni. Turnebus quidem vertit: *liquatur enim fusilibus et fossilibus, ut lapis.* Furlanus contra: *liquescit enim cum fossilibus, quae liquantur, quemadmodum et lapis:* ubi Heinsiana verba *quae liquantur* omisit. At ita scriptum oportuit: τήκεται μὲν γὰρ τοῖς ὀρυκτοῖς καὶ χυτοῖς. Equidem, in his tenebris et rerum et verborum si quid tentare licet, coniicio scriptum fuisse: τήκεται μὲν γὰρ ὁμοίως τοῖς ὀρυκτοῖς (i. e. μεταλλευομένοις) καὶ χυτοῖς, ὥσπερ καὶ ὁ λίθος. Cetera satis bene Turnebus emendasse mihi videtur, cuius interim rationem secutus sum. Rem eandem iterum sect. 61. tractare videtur, sed et iste locus lacunosus pariter et obscurus est.

49. ὑελίτιδος] Vulgatum ὑελίδος correxi. Strabo 16. p. 1099. ἄμμον ὑαλῖτιν vocat. Turnebus: *Quodsi vitrum — ex hyelide, quam vitreaginem vel vitream terram dicere possis, conficitur, eius certe administratio et confectio densatione constabit.* Furlanus: *quod si et vitrum e terra vitraria fit — et ipsum densatione fit.* Voluerunt igitur verba καὶ αὕτη referri ad vitrum: at vero ὁ ὕελος antecessit. Solemne tamen Atticis ἡ ὕελος dicere. Pro ὥς τινες Voss. ὅν τινας habet.

πρὸς γὰρ τῷ τήκεσθαι] Vulgatum τὸ correxi cum Ed. Turnebi, quem secutus est Furlanus. Cadmiam intelligit Theophrastus, sed nomen terrae non edit. Pertinet huc locus θαυμασ. ἀκουσμάτων c. 63. de albo Mossynoecorum aere: οὐ παραμιγνυμένου αὐτῷ κασσιτέρου, ἀλλὰ γῆς τινος αὐτοῦ γινομένης καὶ συνεψομένης αὐτῷ. Λέγουσι δὲ τὸν εὑρόντα τὴν κρᾶσιν μηδένα διδάξαι. ubi Beckmannus p. 133. comparavit locum Strabonis 13. p. 390. Sieb. et Stephani Byz. in voce Ἄνδειρα, qui Strabonem exscripsit. Pseudargyrum is vocat zincum metallum, argento simile, quod e terra cadmia confit, et aeri admistum aes album reddebat. Ita ψευδάργυρον iam olim interpretatus est Gallus *Savot* in Thesauro Antiq. roman. T. XI. pag. 1197. Locum Theophrasti ignorabat tum Beckmannus. Laet hunc locum ita interpretatur: *et ipsum ustione generatur: praestantissimum autem aere admixto.* Addidit coniecturam ineptissimam ἡ τῷ χάλιξι μιγνυμένη, ubi χάλιξι vertit *calculis.*

ἀλείφουσι τὰς ἀμπέλους] In hac nota agnovit Furlanus terram ἀμπελῖτιν dictam et φαρμακῖτιν, de qua Posidonius Strabonis 7. pag. 426. Sieb. καὶ τὴν ἀμπελῖτιν γῆν ἀσφαλτώδη τὴν ἐν Σελευκίᾳ τῇ Πιερίᾳ μεταλλευομένην ἄκος τῆς φθειριώσης ἀμπέλου· χρισθεῖσαν γὰρ μετ' ἐλαίου φθείρειν τὸ θηρίον, πρὶν ἐπὶ τοὺς βλαστοὺς τῆς ῥίζης ἀναβῆναι. Τοιαύτην δὲ εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ῥόδῳ πρυτανεύοντος αὐτοῦ, πλείονος δ' ἐλαίου δεῖσθαι. ubi miror vitium a Xylandro sublatum in nupera editione mansisse. Scribendum enim ἀπὸ τῆς ῥίζης. Dioscorides 5, 181. eundem usum describit. Galenus de fac. medic. simpl. 9. p. 120. vermes σκνῖπας vocari in Asia tradit, de quibus vide annotationem Niclasii ad Geoponica p. 386. Cf. etiam Plinius 35. c. 16. Coctionem solus memorat Theophrastus, omissa olei mentione.

50. Εἴη — ὅσαι] Basil. Voss. ἡ. Vitiosum ὅσοι Furlani repetiit Heinsius. Sequentia ita vertit Turnebus: *nam*

et quae locorum succos inter se dissimiles reddunt, suam quandam naturam habent, ut et quae stirpium. Furlanus: *quandoquidem quaecunque succos edunt inter se diversos, aliquam habent certam naturam, quemadmodum et quae succos mittunt ad plantarum nutritionem.* Dum imitari voluit Turnebum, sententiam plane corrupit. Is vero reddidit haec: *αἵ γε τοὺς τῶν τόπων ποιοῦσαι χυμοὺς διαφόρους ἀλλήλων ἰδίαν τιν' ἔχουσι φύσιν, ὥσπερ — φυτῶν.* quam scripturam amplector, dum vera e Codicibus eruatur. Editio Turnebi ἔχουσι habet, Furl. et Heins. ἔχουσαι. Ceterum Furlanus admonuit, intelligi genus terrae, e quo pulvis is, quem Romani Puteolanum vocarunt. Plinius 35. s. 47. postquam de hoc tradiderat: *Eadem est terrae natura et in Cyzicena regione, sed ibi non pulvis, verum ipsa terra qualibet magnitudine excisa et demersa in mare lapidea extrahitur.* Quae ex hoc loco nostro olim integriore ducta videntur, ab aliis non memorata.

ἄν τις αὐτὰς τοῖς — διαριθμήσειεν, οἷς] Basil. Voss. ἄν τις τὰς — διαριθμήσεις. Turnebus: *sed notabiles colorum discriminibus — potius enumerare contulerit.* Furlanus: *verum commodius numerabit aliquis eas, quae colore praestant, quibus et pictores utuntur.* Pessime hic, et vulgatum τὰς in τοὺς mutavit; equidem Turnebi versionem secutus in αὐτὰς converti.

συῤῥοῆς] Hinc emendandus est locus sect. 2. ut ibi monui.

51. Εὑρίσκεται δὴ] Turnebi versio δὲ reddidit, neutrum Furlani. Sequentia ἐλάχιστος — ἐλάχιστα Turnebus vertit: *paucum hoc quidem et minutatim reperitur.* Furlanus male: *hoc tamen minimum et rarissime.* Pro ἔνια Voss. ἤια habet.

ῥάβδοι] *tanquam virgae* Turnebus. *nonnullorum venae sunt in fodinis* Furlanus. Annotatio angustos longosque tractus interpretatur.

πως φασὶν εἶναι] Basil. Voss. πως φαντασίαν εἶναι. praeeunte Turnebo correxit Furlanus. Sequens παντοδαπὴν Turnebus vertit: *rubricam autem cuiusque modi, adeo ut infectores ad ea quae andreicela vocantur, et ochra pro auripigmento utantur, quod nulla videatur coloris distinctio.* Furlanus: *rubricam omnifariam, ut illa ad mixturam colorum pictores utantur. Et ochra auripigmenti loco: eo quod nihil colore differant, quanquam differre videantur.* Annotatio παντοδαπὴν interpretatur *multifariam*

at cuiusque modi: deinde verbis Vitruvii: *rubricae multis locis eximuntur.* Rectius Turnebus.

τοὺς γραφεῖς] Basil. Voss. βαφεῖς correxit Furlanus, qui tamen ἀνδρείκελα non recte interpretatus est. Xenophon Oecon. 10, 5. εἴ σοι μίλτῳ ἀλειφόμενος καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπαλειφόμενος ἀνδρεικέλῳ ἐπιδεικνύοιμί τε ἐμαυτόν. Manifestior est locus Platonis Cratyli p. 136. ed. Heind. ὥσπερ οἱ ζωγράφοι βουλόμενοι ἀφομοιοῦν, ἐνίοτε μὲν ὄστρεον (purpurissum) μόνον ἐπήνεγκαν, ἐνίοτε δὲ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν φαρμάκων· ἔστι δὲ ὅτε πολλὰ συγκεράσαντες, οἷον ὅταν ἀνδρείκελον σκευάζωσιν ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ὡς ἂν οἶμαι δοκεῖ ἑκάστη ἡ εἰκὼν δεῖσθαι ἑκάστου φαρμάκου. Colorem e pluribus pigmentis mixtum indicat etiam locus de republ. 6. c. 13. quem annotavit Furlanus una cum Aristotelico de generat. animal. 1, 17. Codex Palat. nostro loco ἀνδρίκελα habet.

καὶ ὤχραν ἀντ' ἀῤῥενικοῦ] Turnebum καὶ ὤχρα legi voluisse docet versio: editio ὤχρα habet. Furlanus quem sensum his verbis inesse voluerit, non apparet. Sequentia ita scribi voluit Turnebus: διαφέρειν δοκεῖν, deleto δὲ, quam particulam etiam Salmasius sublatam voluit. Sed deinceps obscuram facit eius emendationem versio: *ac nonnullis etiam in locis rubricariae ochrariaeque simul inveniuntur, ut in Cappadocia.* Basil. habet cum Voss. διαφέρειν· δοκεῖν δὲ τἄλλα μίλτου μέταλλα· καὶ κατὰ ταῦτα, καθάπερ. Apparet, Turnebum καὶ κατὰ ταὐτὰ scriptum voluisse. Editio tamen habet: δοκεῖν δὲ τἄλλα μίλτου τε καὶ ὤχρας ἐστὶν ἐνιαχοῦ μέταλλα. Furlanus: διαφέρειν, δοκεῖν δέ· ἀλλὰ μίλτου — μέταλλα. καὶ κατὰ ταῦτα. quae vertit: *verum rubricae et ochrae sunt fodinae aliquot in locis, in quibus, quemadmodum in Cappadocia, multa effoditur.* Laet ita: *aliquot in locis fodinae, atque ita, quemadmodum in Cappadocia, fodiuntur magna copia.* Idem scripturam codicis Palatini ἐνιοχοῦ — ἤκεία annotavit. Voss. ἐνισχοῦ habet.

52. τοῖς μετάλλοις] Turnebus μεταλλεῦσι edidit et vertit: *sed gravissimam fossoribus esse venam hanc dicunt ob suffocationis periculum.* quod probavi. Furlanus: *periculum suffocationis esse ferunt in metallis his, citoque id fieri.* Fortasse fuit: χαλεπὴν — τῷ πνίγεσθαι.

βελτίστη δὲ δοκεῖ] Basil. ποιεῖ, quod praeeunte Turnebo correxit Furlanus. Deinceps vulgatum σιδήρια mutavi.

ἡ μὲν οὖν — μίλτον] Turnebus: *quando plerunque factitia est, duntaxat earum, quae exuruntur, cum etiam*

in ferrariis metallis reperiatur: item Lemnia et quam Sinopicam vocant. Basil. habet λημνία ἣν καλοῦσιν ὠπτικήν. ὠπτικὴν Voss. Turnebus igitur scriptum voluit: γίνονται γὰρ πλείους αἱ μὲν ἐκ τῶν μετάλλων — λημνία καὶ ἣν καλοῦσι Σινωπικήν. Editio habet λιμνία, ἣν καλοῦσι συνωπικήν. Furlanus postremam emendationis partem nominatim sibi vindicavit, ceterum locum vertit ita: *plures enim fiunt, illa inquam, quae e fodinis eruitur, quando et in ferri metallis invenitur. Sed et Lemnia et quae vocatur Sinopica.* Cum de Sinopica terra diversa a Lemnia res sit indubitata, copulam cum Furlano inserui. Cum Plinii locum 35. s. 15. *nascitur autem* (rubrica, μίλτος) *et in ferrariis metallis. Ex ea fit ochra, exusta rubrica in ollis novis luto circumlitis. Quo magis arsit in caminis, hoc melior:* considerassem, non dubitavi Furlani rationem praeferre.

53. ἐν δὲ τῷ μικρῷ] Turnebus: *in parva fodina per se sola effoditur.* Furlanus vitium vidit et ἐν δὲ τῇ Λήμνῳ scribi voluit, itaque vertit. Cum locum Plinii 35. s. 13. a Furlano etiam comparatum considero hunc: *Sinopis inventa est primum in Ponto — Nascitur et in Aegypto, Balearibus, Africa, sed optima in Lemno et in Cappadocia effossa e speluncis. — Species Sinopidis tres, rubra et minus rubra et inter has media — Rubricae genus in ea voluere intelligi quidam secundae auctoritatis: palmam enim Lemniae dabant.* video, Theophrastum esse ex eorum numero, qui Sinopin seu Sinopicam rubricae genus faciunt, et Ceae quidem e ferrariis metallis obiter erutae primum locum tribuunt: Lemniae et Sinopicae, quae per se effodiebantur, alterum et tertium. Ceterum e loco Plinii certa Theophrasti emendatio peti posse non videtur: is enim Sinopidi tribuit, quae a Theophrasto simpliciter sine nomine loci nativi commemoratur. Animus tamen facile inclinatur in sententiam Furlani. Interim antiquam scripturam reliqui.

τὰς δὲ ἑτέρας μιγνύουσι] Basil. μεθοῦσι, praeeunte editione et versione Turnebi, quam sequitur Furlanus, correxi. Deinceps copulam καὶ inserui iisdem auctoribus. Plinii errorem de ochra ex rubrica usta iam a pluribus notatum nunc omitto.

Γίνεται δὲ ἐκ τῆς ὤχρας] Voss. γίνεται τ' ἐκ τῆς χώρας. Turnebi Ed. γίνεται τ' ἐς τῆς ὤχρας.

Κυδίου — πανδοχείου] Suspicor, pictorem Cydiam intelligi, quem Euphranori aequalem dixit Plinius 35, 11. *Παντολίου* Voss. habet. παντοπωλίου Turnebus edidit.

54. καινὰς] Basileense et Voss. λευὰς in κενὰς mutavit Furlanus, et πολὺν in πηλῷ; hoc quidem recte, sed praeeunte Plinio et Turnebi editione, quae καινὰς habet. κενὰς e Codice Palatino annotavit Laet. ὀπτῶσαι Vossiani libri fortasse fuit ὀπτῶνται, ut ipsae ollae coqui primum dicantur.

Μαρτυρεῖ δὲ ἡ γένεσις αὐτή· δόξειε γὰρ ἂν ὑπὸ] Vulgatum μαρτυρεῖ δ' ἂν ἡ γένεσις αὐτό· δόξειε γὰρ τὸ ὑπὸ praeeunte Turnebo correxi, qui αὐτό· δόξειε γὰρ ἂν ὑπὸ edidit, sed vertit: *cuius rei vel ortus ipse locuples testis fuerit: ista quippe omnia ignis ope mutari videntur.* Contra Furlanus: *Porro hoc ipsum attestatur generatio: videri enim possint ab igne haec omnia commutari.* Denique μεταβάλλειν mutavi in aoristum tempus.

τῇ φυσικῇ γενέσει] Inserui vocabulum ad sensum necessarium. Turnebus: *siquidem similis haec aut affinis nativae censenda est* (rubrica). Furlanus: *siquidem hanc nativae similem aut proximam censere oportet.* Sed nativa μίλτος non potest dici φυσικὴ, sed est quae αὐτοφυὴς appellatur.

55. ἄκρατα λειώματα] Turnebus: *ad meraciora saturatioraque trita vel lomenta, Scythicum ad dilutiora.* Salmasius Exercit. p. 202. negabat recte λειώματα verti *lomenta*; et ait esse potius politiones, inductiones e pictura in parietibus. Furlanus comparavit locum Plinii 33. s. 57. *Coeruleum arena est. Huius genera tria fuere antiquitus, Aegyptium, quod maxime probatur, Scythicum; hoc diluitur facile, cumque teritur, in quatuor colores mutatur, candidiorem, nigrioremve. Praefertur huic etiamnum Cyprium — Ex coeruleo fit quod vocatur lomentum: perficitur id lavando terendove: hoc est coeruleo candidius. — Est et vilissimum genus lomenti, quidam tritum vocant, quinis assibus aestimatum.* ubi ante Harduinum post *nigrioremve* addita legebantur verba *crassiorem tenuioremve*, quae codicum auctoritate delevit Harduinus. Praeterea moneo, Plinium Theophrasti verba de Scythico εἰς τὰ ὑδαρέστερα male reddidisse videri *hoc diluitur facile*: et quae Theophrastus de omni coeruleo tradiderat, Scythico peculiaria facere: *cumque teritur, in quatuor colores mutatur.* Vitruvius 7, 11. *coerulei temperationes Alexandriae primum sunt inventae.*

χυτὸν κύανον] Hanc Basil. et Voss. scripturam Furlani et Heinsii τεχνητὸν praetuli. Turnebus vertit; *ecquis regum primus coeruleum arte adulterarit simulatione nativi.* Furlanus *factitium* vertit. Sed ipsum vocabulum χυτὸν signi-

ficat coeruleum, quod deinde *πεπυρωμένον* dicitur, cuius confectionem docuit Vitruvius l. c. Contra *ἄπυρον* est nativum, seu, ut Turnebus vertit, vivum: quem Furlanus imitatus tamen male *τὸν ἄπυρον* interpretatur e verbis Plinii: *tingitur omne et in sua coquitur herba, bibitque succum: reliqua confectura eadem quae chrysocollae.* Laet *χυτρινὸν* coniecit, quod massam in urceo fictili componi scripsit Vitruvius 7, 2.

56. *ψιμύθιον*] Basil. *ψιμίθιον*. Deinceps vulgato *λῆθος* Turnebi editio *πλίνθος* substituit: *laterculus* vertit. Furlanus contra: *quando crassamentum acceperit lamina:* nec quicquam annotavit. Verba *ἡλίκον πλίνθος* vulgo post *λάβῃ πάχος* posita suum in locum reduxi; cuius emendationis auctorem deinceps dabo Plinium cum Dioscoride.

εὐρῶτά τινα] Basil. *εὐρῶτι*. *ceu situm quendam et canitiem* Turnebus: inepte Furlanus *veluti cariem:* sed in annotatione *situm ac veluti sordes* interpretatur. Plinius 34, s. 54. de cerussa: *Fit et alio modo, addito in urceos aceti plumbo, obturatos per dies decem, derasoque ceu situ, ac rursus reiecto, donec deficiat materia.* Clarius Dioscorides 5, 103. *εἰς πιθάκνην πλατύστομον ἢ εἰς κεραμέον γάστραν ἐγχέας δριμύτατον ὄξος ἀπέρεισον μολιβδίνην πλίνθον ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ κεραμίου, προϋποκειμένου καλαμίνου ψιαθίου· ἄνωθέν τε αὐτῆς ἐπίῤῥιψον σκεπάσματα πρὸς τὸ μὴ διαπνεῖσθαι τὸ ὄξος, ὡς ἂν διαλυθῇ καὶ συγκαταῤῥυεῖσα διαπέσῃ. Καὶ τὸ μὲν ἐπαιωρούμενον καὶ καθαρὸν ὑγρὸν ἀπηθεῖ, τὸ δὲ γλοιῶδες* (Codex alter *ὑλῶδες*, voluit *ἰλυῶδες* eodem sensu) *εἰς ἀγγεῖον ἐγχυτέον, καὶ ξηραντέον ἐν ἡλίῳ. — ἐναλλάξ τε τὰ αὐτὰ καὶ τρίτον καὶ τέταρτον ποιητέον.* Vitruvius 7, 12. *plumbeas massas* dixit, et *post certum tempus* dolia aperiri narravit.

καὶ πάλιν τιθέασιν] Cum Turnebo *τιθέασιν* inserui. Furlanus *τιθέασι καὶ πάλιν* dedit, quem secutus Laet, vulgatum etiam *ἐφθοῦσιν* repetiit: annotavit tamen e Codice Palatino *ἀψιθοῦσιν*, quod est in Vossiano: unde verum *ἀφηθοῦσι* restitui. Uti enim Attici *ἠθμὸς* pronunciabant, ita *ἀφηθέω* dixisse testatur Schol. Apollonii.

57. *χαλκὸς ἐρυθρὸς*] *rutilum aes* Turnebo, *rubrum* Furlano. Est aes purum, albo (*λευκῷ*), i. e. misto, oppositum. Solus Plinius aes candidum adhibet.

οὕτω ἐπιφαίνεται τιθέμενος] *sic positum aeruginosum fit* Turnebus vertit. inepte Furlanus: *sic enim apparet, quod ponitur.* Equidem *οὕτω δὲ ἐπιφαίνεται ὁ ἰὸς τιθεμένου· καὶ*

ἀποξύεται τὸ ἐπιγινόμενον scribendum censeo. Praeterea aliud est, quod lectorem intelligentem morari possit. ὑπὲρ τρυγὸς Turnebus *super faecem* vertit: Furlanus, ut plus sapere Turnebo videretur, *super amurca* ineptissime posuit. Intelliguntur *vinacea*, *στέμφυλα*, recentioribus Graecis *βρύτια*, quae graece etiam *τρύγα* dici monuit Galenus de alim. facult. 2, 9. Hinc vinum etiam secundarium seu loram graece *τρύγα* vocari addit idem l. c. *τὸ γάρ τοι τῶν βρυτίων ἀπόβρεγμα τρύγα καλοῦσι.* Pollux 6, 18. *τρυγηφάνιον* vocatum ait. Geoponica 6, 13, 2. *ἡ γὰρ ἐκ στεμφύλων τρὺξ, ἣν ἐπιχωρίοις καλοῦσι θάμναν, οὐκ ἀηδὲς πόμα.* Iam olim Hippocrates *τρύγας στεμφυλίτιδας* de diaeta 2, 6. loram dixit. Dioscorides autem 5, 91. parat *τὸν ξυστὸν εἰς στέμφυλα μὴ πρόσφατα ὄντα ὀξίζοντα ἐγχρύψας.* Plinius 34. s. 24. *alii vinaceis contegunt, totidemque post dies radunt.* Verum vidit etiam Io. Beckmann Histor. Invent. II. p. 71.

58. *τὸ κιννάβαρι*] Nomen antiquius Atticum fuisse videtur *Τιγγάβαρι*. Hesychius: *Τίγγα, Διοκλῆς ἐν Μελίτταις. Ἡρακλέων δὲ οὐ διελὼν, ὅτι βαρὺ τὸ κιννάβαρι λέγει.* quam obscurissimam glossam Sopingius partim illustravit apposito loco Eustathii ad Il. 2. p. 234. ubi e Lexico rhetorico citantur haec: *Τιγγάβαρι τὸ κιννάβαρι· Ἀττικοὶ, Διοκλῆς.* Emendationem Sopingii *Μελίσσαις* in *ἡ μίλτος* mutantis recte quidem improbarunt viri docti, sed locum ipsum non explicarunt. Alberti addidit quidem locum Photii in Lexico p. 435. *Τιγγάβαρι καὶ κιννάβαρι, τὸ μὲν αὐτοφυὲς περὶ Ἰβηρίαν καὶ Κόλχους, τὸ δὲ ἐξ ἄμμου λαμπυριζούσης καθάπερ ὁ κόκκος, ὡς Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ λίθων.* sed omisit alterum eiusdem locum, ubi est: *Τιαγγάβαρι τὸ κιννάβαρι, Διοκλῆς.* unde tamen nihil lucis his tenebris affulget. Suspicari licet, Dioclem, comicum Atticum, vocabulum *Τίγγα βάρι* divisum posuisse in fabula, quam interpretatus Heracleo grammaticus monuit esse, quod vulgo *κιννάβαρι* Graeci vocent.

ἐπὶ κρημνῶν] Praepositionem addidi. Turnebus: *praeruptam autem rupem esse ferunt, e qua sagittis decutiunt.* Furlanus *ἐν κρημνῷ* coniecit, confisus auctoritate Plinii 33. s. 37.: „Theophrastus XC annis ante Praxibulum Atheniensem magistratum (quod tempus exit in urbis nostrae CCXLIX annum) tradit inventum minium a Callia Atheniensi, initio sperante, aurum posse excoqui arena rubente in metallis argenti: hanc fuisse originem eius. Reperiri autem iam tum in Hispania, sed durum et arenosum: item apud Colchos in rupe quadam inaccessa, ex qua iaculantes decuterent: id esse

adulterum. Optimum vero supra Ephesum Cilbianis agris. Arenam cocci colorem habere: hanc teri, dein lavari farinam, et quod subsidat, iterum lavari. Differentiam artis esse, quod alii minium faciunt prima lotura: apud alios id esse dilutius, sequentis autem loturae optimum." De quo loco sigillatim postea tractabimus. In nostro hoc loco Furlanum secutus Heinsius κρημνῶν. ὃν καταβάλλουσι dedit.

ἐξ ἑνὸς τόπου μόνον] Vulgabatur: τόπου· μόνον δ' ἐστὶν ἄμμος. quod vertit Furlanus. Rectius Turnebus: *supra Ephesum paulum, duntaxat uno e loco*. Scriptura Voss. μίνον fortasse indicat Μινύον, quod Hesychius κιννάβαρι interpretatur. Unde μινύανθες et latinum *minium*. Quod addidit Plinius *Cilbianis agris*, (e nostro loco, ut videtur, petitum, quem totum vertit) id latere videtur in verbis vitiosis μικρὸν ἐν καλοῖς, quae Furlanus divisit ita, ut μικρὸν prioribus adiungeret, reliqua ἐν καλοῖς vero deleret, tanquam a librario a superioribus repetita et depravata e scriptura ἐν χαλκοῖς. Mihi contra repetitum μικρὸν indicio esse videtur, pertinere haec ad locum ὑπὲρ Ἐφέσου μικρὸν et fuisse olim ibi scriptum μικρὸν, ἐν ἀγροῖς Κιλβιανοῖς. Turnebus vertit: *in ahenis paulum lavant, quodque subsidit, repetitum iterum lavant.* quem secutus Furlanus: *atque in lapideis vasis levissime tritam lavant paulum in vasis aereis. Quod vero subsidet, sumunt iterum et terunt et lavant.*

τρίψαντες ὅλως] Vocabulum ὅλως omisit cum Turnebo Furlanus. Quid in eo lateat, nondum excogitavi. De verbis seclusis μικρὸν ἐν καλοῖς antea dixi.

οἱ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἴσου] Basil. οἱ μὲν καὶ ἐκ τοῦ ἴσου. Turnebus: *Nam alii ex pari materia multum reficiunt, alii paulum aut quidem nihil, sed lotura summa utuntur sigillatim inter se velut allinentes.* Furlanus: *et alii quidem ex pari materia multum conficiunt, alii minus aut nihil, sed lotura summa utuntur singillatim illinentes.* Fateor, me verba ἓν πρὸς ἓν ἀλείφοντες non intelligere. Ceterum post πλύσματι articulum τῷ inserui. Plinius sensum loci vertendo plane pervertit, aut librarii ignorantia fuit in eius loco corrumpendo grassata, quod iam ab aliis monitum video.

59. ἔχειν χρυσίον] Hinc lux narrationi Harpocrationis in verbo χρυσοχοεῖν. "Ἐπεσέ τις φήμη ποτὲ εἰς τὸ πλῆθος τῶν Ἀθηναίων, ὡς ἐν τῷ Ὑμηττῷ χρύσου ψῆγμα πολὺ φανείη, καὶ φυλάττοιτο ὑπὸ τῶν μαχίμων μυρμήκων. Οἱ δ' ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα ἐξῆλθον ἐπ' αὐτούς· ἄπρακτοι δ' ὑπο-

στρέψαντες καὶ μάτην κακοπαθήσαντες ἔσκωπτον ἀλλήλους λέγοντες· σὺ δ' ᾤου χρυσοχοήσειν. Subiunxit locum Eubuli comici:

> Ἡμεῖς ποτ' ἄνδρας Κεκροπίδας ἐπείσαμεν
> Λαβόντας εἰς Ὑμηττὸν ἐξελθεῖν ὅπλα.

quae repetiit Suidas. Calliae filium Hipponicum argenti fodinas Atticas exercentem nominat Xenophon de Reditibus 4, 15. Tempus, ad quod res pertinet, facile definietur ex annotatione sequenti. Nempe inventi tempus incidit in Olympiadis 87. annum quartum aut 88. primum, et belli Peloponnesiaci quartum aut tertium. Poetae comici tum Athenis floruerunt Eupolis, Hermippus, Cratinus, Ameipsias, Pherecrates et Aristophanes.

ἐνενήκοντα εἰς ἄρχοντα] Turnebus: *sed annis circiter XC ante Praxibuli magistratum Athenis.* ita etiam Furlanus vertit. Sed graeca locutio significat simul tempus, quo librum hunc scripserat Theophrastus, nempe archonte Praxibulo, id est, Olympiadis 116. anno 2. Mercurialis Variar. Lect. 2, 14. ubi de nomine ἄργυρος χυτὸς tanquam antiquissimo argenti vivi nativi et ὑδράργυρος seriore factitii disputat, vertit: *sed circa nonaginta annos tantum, imperante Athenis Praxibulo.* In Plinio scripturam olim vulgatam *CCXL annum* praeclare olim Casaubonus in praefatione ad Theophrasti Characteres falsam demonstravit, et substituit veram CCCCXXXIX *annum.* Nihilo tamen secius Harduinus dedit CCXLIX *annum:* contra Gallus alter, Brotier, Hermolai emendationem CCCXLIX iterum recepit. Rationes Casaubonus ita iniit. Ponit locum Plinii libro 3. s. 9. *Theophrastus, qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit, Circeorum insulae et mensuram posuit stadia LXXX in eo volumine, quod scripsit Nicodoro Atheniensium magistratu, qui fuit urbis nostrae CCCCXL annus.* ubi ante Casaubonum erat *magistratui*, quam scripturam tamen reliquit Harduinus; contra numerum verum restituit, quem editiones falsum habebant CCCCLX, a Casaubono correctum. Locus Theophrasti extat hodieque in historia plantarum 5, 9. Eundem Nicodorum nominavit de caus. pl. 1, 23. καὶ τὸ τελευταῖον ἤδη ἐπ' ἄρχοντος Νικοδώρου. Alter locus Plinii a Casaubono comparatus est libri 13. c. 16. *Theophrastus, qui primus a magni Alexandri aetate scribit, quae circa urbis Romae quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum.* ubi nihil tentavit Harduinus, nisi quod inepte putabat, ὑπομνήματα ἱστορικὰ Theophrasti

respici; cum locus, quem Plinius dicit, extet in historiae pl. 5, 5. quod vel ipse Harduinus annotavit.

Accedat tertius a Casaubono omissus libri 15. initio: *Oleam Theophrastus e celeberrimis Graecorum auctoribus urbis Romae anno circiter CCCCXL negavit nisi intra XL millia passuum a mari nasci.* ubi librorum omnium scriptorum constantem scripturam testatur Harduinus, et Theophrasti locum hist. pl. 4, 8. annotavit. Igitur temeritatem hominis mirari satis non possum, qui in primo loco numerum verum a Casaubono restitutum non receperit, sed viro egregio, nullis plane argumentis appositis contrariis, oblocutus sit. Tenemus igitur tempus scriptae historiae plantarum, quam hic de lapidibus liber antecessit. Nam h. pl. 6, 3. Cyrenas ait conditas fuisse annis fere trecentis ante archontem Simonidem, qui fuit Olympiadis 117. anno 2. Expeditio Ophellae contra Carthaginem h. pl. 4, 2, 2. memorata incidit in Olymp. 118. annum 1. Archippum archontem nominat h. pl. 9, 17. qui fuit Olymp. 115. anno 3. Cum Casaubono sentit Palmerius Exercit. p. 611.

60. φανερὸν δ' ἐκ τούτων] Vitiosum δ' καὶ τούτων Furlani repetiit Heinsius. Deinceps copulam καὶ inserui. Postea φαντασίαν vitiosum Furlani repetiit Heinsius. Verba τὰ μὲν cum Mercuriali addidi.

τὰς ἄλπεις] Vitio natum ἀλειπεῖς e Furlaniana repetiit Heinsius. Furlani tamen versio *macilentas* reddit: annotatio coniecturam τὰς κάλπας, *equestria certamina*, cum dubitatione proponit. Quid in voce vitiosa lateat, alii excogitabunt. Salmasii τά τ' ἀλοιφεῖα, quae is *tectoria opera* esse voluit, nihil habent probabile.

τις χρεία] Basil. Voss. χρόα correxit cum Mercuriali Furlanus, qui ἄργυρον χυτὸν ab Aristotele libro 1. de anima et meteorol. quarto nominatum annotavit. Multo accuratius de eo Mercurialis disputavit. Plinius 33. s. 41. de hydrargyro: *Ex secundario invenit vita et hydrargyrum in vicem argenti vivi. Fit autem duobus modis: aereis mortariis pistillisque trito minio ex aceto.* Unde non dubitavi vocem κιννάβαρι cum Turnebo et Furlano addere: sed vulgatum τι mutavi in τὸ, quod fieri voluit etiam Furlanus, ut docet annotatio, utrumque fecerat Mercurialis l. c. Modum hodie artificibus nostris ignotum ita explicat *H. C. Roloff* in commentatione metallurgica ad Strabonis librum III. de metallis Hispaniae Goettingae 1808. edita p. 52. *Modus is notatu dignus est, cum hydrargyrum frigide provocatum esse vi-*

deatur. — *Sulphur hoc modo per cuprum secernatur ab hydrargyro necesse est.*

61. ἐν τοῖς γεωφανέσι] Turnebus: *Ex his autem, quae eruuntur effodiunturque, reliqua sunt genera earum fodinarum, quae terrae speciem prae se ferunt, quorum origo, ut initio dictum est, e colluvie quadam et excretione sinceriore aequabilioreque quam alia constat.* Furlanus: *Mox ex fossilibus restant adhuc insignes terrae, quarum generatio, ut initio diximus, ex affluxu aliquo et percolatione fit puriori et aequabiliori, quam alias.* Annotatio eius primum monet recte μεταλλευτὰ hic sensu diverso poni, quam initio libri et ab ipso Aristotele, qui τὰ μεταλλευόμενα et μεταλλευτὰ ipsa metalla vocat, a lapidibus et terris segregans, quas ὀρυκτῶν nomine comprehendere solet. Deinde de vocabulo γεωφανέσι posuit locum Harpocrationis et Suidae: *Γεωφάνιον χωρίον, ἐν ᾧ μέταλλον.* Accuratius Etymolog. M. *Γεωφανεῖον χωρίον ἐστὶν, ἐν ᾧ γῆς μέταλλον. ἡ δὲ γῆ ἦν ξανθοτέρα, πεποιημένα τοῖς ζωγράφοις εἰς τὰς γραφάς. Τάχα δὲ ἡ μίλτος ἐστί· ἢ μέταλλον γῆς κεραμίτιδος ἤ τινος ἄλλης ἐργασίας.* Eadem repetit Grammaticus in Anecdotis Bekkeri I. p. 227. Hesychius: *Γεωφάνιον, μέταλλον τῆς κεραμίτιδος ἢ ἄλλης ἐργασίας.* Ephorus Suidae in *Ἐπὶ τὰ Μανδροβούλου* narrat, Mandrobulum τὸ ἐν *Σάμῳ γεωφάνιον εὑρεῖν*, eamque ob causam Iunoni Samiae sacrificium obtulisse. De iisdem Sami metallis posuit e Dinarcho vocabulum Pollux 7, 99. In loco nostro haud scio an similiter γεωφανίοις scribendum sit.

[περὶ] ὧν ἡ γένεσις] Praepositionem praeeunte Turnebo seclusi. Rem ipsam tractavit sect. 2. et 50.

τῶν ὑποκειμένων] Turnebus: *Multiplices autem ducunt colores et ex materiae et ex efficientis conditione: ex quibus partim molliendo, partim liquando et terendo lapides istos, qui ex Asia afferuntur, conficiunt.* Ita etiam Furlanus vertit, sed hic, cum signum lacunae post ὑποκειμένων reliquisset, statim alteram lacunam interpolare ausus inserto verbo ποιούντων tamen vitiosum μελαντῶντες iterum reliquit, quod praeeunte Turnebo correxi. Idem pro λίθους superius sect. 48. fuisse πλίνθους annotavit, scilicet ex emendatione sua. Pro ποιούντων equidem διηθούντων scriptum fuisse suspicor, et totum locum ita corrigendum: ὑποκειμένων καὶ διὰ τὴν τῶν διηθούντων διαφορὰν· ἐξ ὧν. In Voss. ut in Basil. ὑποκειμένων ... διὰ τὴν τῶν .. ουντων.

62. ἥ τε Μηλιὰς] Basil. Voss. Μιλιὰς — στυμφαϊκὴ — περὶ ταύτας ἡ γύψος. Turnebus: *Melia, Cimolia, Sa-*

mia, praetereaque quarta Tymphaica aut gypsum. Contra Furlanus: *Samia et Tymphaica vel gypsum praeter has quarto loco.* Annotatio memorat Mercurialis emendationem παρὰ pro περὶ scribentis Var. Lect. 3, 21. de Turnebo tacet, cui laus loci emendati debetur, cuiusque emendationem in textu orationis ponere sum ausus, ut ipse Turnebus. In loco Mercurialis reperio emendatum: Τυμφαϊκὴ καὶ ἡ τετάρτη τούτων ἐστὶ γύψος — τῇ Κιμωλίᾳ δ' οὔ — Τὸ γὰρ ἀραιὸν καὶ τραχῶδες καὶ ἀλιπὲς — τῷ φάριδι. Postrema verba in versione omisit. Deinde posuit verba: καλοῦσι δὲ γύψον οἱ περὶ Τύμφετόν τε καί. denique annotavit Plinii errorem 36. c. 24. ubi scripsit, Tymphaicum gypsum e summa tellure peti: quod uni Cyprio tribuit Theophrastus. — Vulgatum Μηλία cum Salmasio correxit Laet. reliquam eius emendationem, quam Turnebus iam proposuerat, non recepit.

τῇ Μηλιάδι μόνον] Basil. Voss. τῇ μιλία διὰ μόνον τῆς μιᾶς δ' οὔ· καίπερ — λῖπος ἔχειν. Heinsianum Μηλίᾳ δὴ recte in Μηλιάδι mutavit Laet. Etiam Hippocrates Μηλιάδα appellat terram, non Μηλίαν. Turnebus vertit: *Melino pictores utuntur solo, non etiam Samia terra ob pinguedinem, densitatem, levorem.* Sequebatur is in emendando loco auctoritatem Plinii 35. s. 19. *Melinum candidum et ipsum est, optimum in Melo insula. In Samo quoque nascitur, sed eo non utuntur pictores propter nimiam pinguedinem. Accubantes effodiunt ibi inter saxa venas scrutantes.* Ceterum πυκνότητα καὶ λειότητα licebit interpretari e Plinii 33. s. 27. ubi est: *Paraetonium, quoniam est natura pinguissimum, et propter laevorem tenacissimum, atramento inspergitur.*

ἤρεμον] Basil. Voss. deinceps ita habet: καὶ * δὲς καὶ ἀλιπὲς — ὅπερ ἡ μιλιὰς ἔχει τῷ φάριδι. Voss. φαριδ' ἐστὶ habet. Turnebus: *Nam quod leniter aequabile est et sine pinguedine, accommodatius picturae est, ut melinum suapte friabilitate.* Furlanus: *nam rarum et asperum et macrum convenientius picturae est, quod habet melina, quae in Pharide foditur.* Scilicet hic e coniectura Mercurialis edidit: τὸ γὰρ ἀραιὸν καὶ τραχῶδες καὶ ἀλιπὲς ἐπὶ τῆς γραφῆς. et deinceps ἐν τῷ Φαρίδι scribi voluit. Contra Turnebus scribi voluit: τὸ γὰρ ἠρέμα ὁμαλὲς καὶ ἀλιπὲς — ὅπερ ἡ Μηλία ἔχει ἐν (vel σὺν) τῷ ψαθαρῷ (ψαθυρῷ) vel τῇ ψαθαρότητι (ψαθυρότητι). Equidem hanc Turnebi coniecturam a Furlano omissam probo, ita tamen, ut propter similitudinem litterarum ἐν τῷ ψαφαρῷ vel σὺν τῇ ψαφαρότητι scriptum malim.

Interim veterem scripturam restitui, nisi quod *Μηλιάς* cum Laeto scripsi.

63. *Εἰσὶ δὲ ἐν*] Vulgato *εἰσὶ καὶ*, Turnebo praeeunte, *δὲ* substitui. Idem vulgatum *στῆσαι* vertendo correxit, et postea *in Samiis fodinis non recti sed resupini necessario vel transversi fodiunt* dedit. Furlanus: *quanquam tum in Samo tum etiam in Melo sunt plures terrarum differentiae. Sane fossor in metallis Samiis non potest rectus stare, sed aut supinus aut ad latus.* Plinius 35. s. 19. *Accubantes effodiunt ibi inter saxa venas scrutantes.*

ἡλίκη δίπους] Basil. Voss. *ἡλικὴν δίπλους*. Turnebus: *venaque longe porrigitur altitudine dupondii.* Furlanus: *altitudine bipedali.* Voss. *περιέξουσιν* habet.

διαφυὴν ἔχει] Basil. Voss. *ἐξαιρεῖται διαφύειν ἔχει διὰ μέσου καὶ ἡ διαφυῆ. βέλτιον ἐστὶν τῶν ἔξω, καὶ πάλιν ἑτέραν αὐτῇ καὶ ἑτέραν * ταχρη· τεττάρων ἐστιν ἡ ἐσχάτη, καλεῖται ἀστήρ.* Turnebus edidit: *διαφυή. βέλτιον — ἑτέραν ἄχρι τεττάρων ἐστὶν, ἡ.* et vertit: *unde extrahitur media discrimine, discrimenque extimis antestat. Rursus alia atque alia ad quartam usque extrahitur; ultima vocatur aster.* Furlanus: *est in media parte venula melior illa, quae extra est: rursus altera, deinde quarta, sibi invicem oppositae. Extrema est, quae dicitur aster.* Idem edidit: *διαφυὴν ἔχει διὰ μέσου καὶ ἡ διαφυὴ βελτίων ἐστὶ τῶν ἔξω· καὶ πάλιν ἑτέραν αὐτῆς καὶ ἑτέραν ἄχρι τεττάρων ἐστίν· ἡ ἐσχάτη καλεῖται ἀστήρ.* In annotatione *ἡ ἐσχάτη ἣ καλεῖται ἀστὴρ* scribi voluit. Contra Turnebus, cuius nullam facit mentionem Furlanus, scriptum voluit: *καὶ πάλιν ἑτέρα αὐτῆς καὶ ἑτέρα ἄχρι τεττάρων ἐξαιρεῖται· ἡ δ᾽ ἐσχάτη κ. ἀστήρ.* De astere Samio multi multa tradiderunt, sed quae ad hunc locum lacunosum interpolandum nihil faciunt. Equidem partem emendationis recepi, partim antiquam scripturam restitui.

64. *πρὸς τὰ ἱμάτια*] Turnebus: *ad vestes poliendas: utuntur etiam in vestimentis Tymphaica.* pessime Furlanus: *usus eius praecipuus in vestibus: utuntur etiam in vestibus Tymphaica.* Unde copulam *καὶ* inserui. Basil. *τῇ τυφικῇ.* Salmasius verba *μάλιστα — τὰ ἱμάτια* delenda censuit, quia in optimo libro desint; igitur Laet seclusit, qui tamen coniiciebat scribendum: *μάλιστα τῇ Κιμωλίᾳ· χρῶνται δὲ καὶ τῇ Τ. πρὸς τὰ ἱμάτια:* ne scilicet usus cimoliae omitteretur.

καλοῦσι γύψον] Deinceps Basil. Voss. *οἱ περὶ Θεάτων δὲ καὶ τοὺς τόπους.* Heinsius edidit: *οἱ περὶ Τυμφαίαν καὶ τ. τ. ἐκείνους,* et in versione posuit: *qui Tymphaeam et ea loca*

habitant: cum tamen Furlanus Turnebum secutus edidisset: οἱ περί τε Ἄθων καὶ τ. τ. ἐκ. et in versione: *qui Tymphaeam et ea loca habitant.* Sed in annotatione versionem posuit hanc: *qui Athon et ea loca habitant,* nulla Turnebi mentione facta. H. Mercurialis Variar. Lect. 3, 21. posuit: περὶ Τύμφετόν τε καὶ τοὺς τ. ἐκ. Plinius 35. s. 57. *Graecia pro cimolia Tymphaico utitur gypso.* Idem 36. s. 59. *Plura gypsi genera: nam e lapide coquitur, ut in Syria ac Thuriis: et e terra foditur, ut in Cypro ac Perrhaebis: e summa tellure et Tymphaicum est. Qui coquitur lapis, non dissimilis alabastritae esse debet aut marmoroso. In Syria durissimos ad id eligunt, coquuntque fimo bubulo, ut celerius urantur. — Gypso madido statim utendum est, quoniam celerrime coit ac siccatur: tamen rursus tundi et in farinam resolvi patitur.* Idem 4. s. 3. *Aetolorum populi Athamanes, Tymphaei, Ephyri, Aenienses, Perrhaebi.* Stephanus Byz. Τυμφαίους a Τύμφῃ monte dictos narrat, et Thesprotis tribuit. Idem Plinius 4. s. 17. inter Macedoniae populos enumerans Paeoniae tribuit: post Heracleam Sinticam nominat Tymphaeos et Toronaeos. ubi Harduinus diversitatem populi et regionis agnovit, sed aliam auctoritatem ignoravit, quam Theophrastus suppeditat, unde situs locorum accuratius definiri poterit. Igitur non dubitavi egregiam Turnebi emendationem recipere. Furlanus Aetoliae Tymphaeos solos habuit cognitos. Ceterum περιφανεστάτη male Turnebus *egregium* interpretatur, *praestantissimum* Furlanus non melius.

Τρίτη δὲ ἡ] Basil. ἡ περὶ * τύμφεται καὶ περὶ Περῤῥαιβίαν. Turnebus edidit Τύμφας τε καὶ, et vertit: *tertium Tymphis et in Perrhaebis aliisque in locis.* Furlanus primus edidit id quod posui: sed idem iam reperi apud Mercurialem l. c.

65. φύσις αὐτῆς] Vulgatum αὐτῶν correxi, quanquam difficultatem omnem ita nondum sublatam esse fatear. Plinius Cyprium gypsum e terra effodi ait, ut Perrhaebicum: addit, *summa tellure et Tymphaicum esse.* quod de solo Cyprio narrat Theophrastus. Urendo saxo coqui gypsum in Syria et Thuriis, cum Theophrasto agnoscit Plinius; sed Theophrastus etiam Tymphaicum et Perrhaebicum e saxo coqui tradere videtur. Haec tria genera, excepto Cyprio, si respexit Theophrastus, vulgatum αὐτῶν poterat excusari. Sed vide extremam annotationem ad hunc libellum.

χαλκώδης] Basil. χαλκώδης. Turnebus editum a se πλα-

κώδης vertit *cuiusdam crustae instar.* Furlanus *frustatim* longe ineptius vertit.

βρεχθῇ] Vulgatum ἐρεχθῇ Turnebus correxit vertendo *lentor porro et ardor in madido mirificus:* quem secutus Furlanus βρεχθῇ scripsit.

τοῦτον τὸν λίθον περιέχοντες] Vulgatam hanc scripturam Turnebus vertendo *utuntur in aedificiis lapidem istum aqua madefacientes et si quid eiusdem generis glutinare volunt* non emendavit. Furlanus ducem non optimum secutus: *utuntur etiam in aedificiis hoc lapide aqua consperso et si quid velint aliud glutinare.* In annotatione scribi voluit τοῦτον τὸν λ. περιβρέχοντες, textui tamen emendationem inferre non ausus est. Sequens membrum, κἄν τι — κολλῆσαι, poterat Turnebum docere, περιχέοντες scribi debere, et paulo antea τόν τε λίθον. Male igitur vertitur *utuntur in aedificiis*, quod fit caementis, si domus aedificatur, gypsi. Verum istum usum non praestat gypsum, sed madidum gypsum circumfusum caementis firmitatem praestat: quem usum gypsi annotare Plinius omisit.

66. ἐὰν [δὲ] μικρὸν — διελεῖν] Basil. Voss. ἐὰν μικρὸν πρότερον ταχὺ πήγνυται. καὶ οὐκ ἔστι διελθεῖν θαῦμα· ἔστι δὲ καὶ ἰσχὺς, ὅτε οἱ λίθοι et cet. Turnebus edidit ὅτι οἱ λίθοι, vertit autem: *statim adustum macerant: si paulo ante, mirum dictu est, quam celeriter coeat: vis eius permagna est.* Furlanus eumque secutus Laet. dedit: χρείαν, ἐὰν μικρὸν — διελθεῖν ἅμα. ἔστι δὲ καὶ ἰσχὺς· ὅτε γὰρ οἱ τοῖχοι ῥήγνυνται. vertit autem Furlanus: *madefaciunt porro statim ad usum; si paulo ante, celeriter coit, nec licet statim dispescere. Commendatur et eius vis, quando parietes vitiantur.* Equidem non dubitavi post ἐὰν inserere particulam δέ. Deinceps Basileense διελθεῖν θαῦμα· ἔστι δὲ καὶ ἰσχὺς, mutavi in θαυμασία δὲ καὶ ἡ ἰσχύς.

οἱ λίθοι ῥήγνυνται] Hanc Basil. scripturam Turnebus vertit: *cum lapides franguntur aut fatiscunt rimasque agunt, aut postremo coagmenta laxantur. Saepe enim subcidua quaedam et subtracta videas summis pendentibus glutinationis vinculo.* Ipse edidit: ἢ δεσμὸς ἀνίησι. πολλάκις. Furlanus: *quando parietes vitiantur et rimas faciunt. Saepe etiam cum aliae in aedificiis partes ceciderunt, aliae suspensae sunt nec tenentes invicem.* In textu ponere ausus est adeoque iuraverit is scribendum ita esse: καὶ διαφθείρονται, ἡ δ' ἄμμος ἀνίησι· πολλάκις δὲ καὶ et cet. cum in Basil., ut in Voss., legeretur: διαφέρονται, ἡ δὲ * μος ἀνίησι —

κολήσει, δύνανται δὲ καὶ ὑφαιρόμενοι πάλιν καὶ πα * ὀπτᾶσθαι καὶ γίνεσθαι χρήσιμη. Turnebum voluisse scriptum ait: ἢ δεσμὸς ἀνίησι. Equidem dubito, an graece ἄμμος pro arenato aut tectorio ex arenato dicatur: ἀμμοκονία potius est arenatum. Deinde apodosin desidero in verbis: nam statim nova sequitur sententia, πολλάκις δὲ, quae tamen similiter in extremo truncata apparet, facilius tamen sananda. Equidem coniiciebam, sed non iuraverim scribendum: ὥστε οἱ λίθοι ῥήγνυνται καὶ διαφθείρονται, ἡ δὲ τὸν δεσμὸν οὐκ ἀνίησι.

67. ὑφαιρουμένη] Turnebus: *potest autem eius detractum rudus iterum iterumque torreri usuique esse.* Ineptissime Furlanus: *potest autem exceptum iterum atque iterum decoqui et utile reddi.* In annotatione ὀπτᾶσθαι in κόπτεσθαι mutari volebat, atque hinc Plinium duxisse putabat verba *tamen rursus tundi et in farinam resolvi patitur.* Voss. δύνανται — καὶ πα... ὀπτᾶσθαι.

εἰς ταῦτα μάλιστα — τὸν οἶνον] Basil. εἰς τὸν οἰκεῖον. Turnebus εἰς τὸν οἶνον edidit et vertit: *his in rebus praecipue gypso utuntur: in Italia vino gypsando.* Furlanus dare voluit εἰς τὸν οἶνον, sed operae non paruerunt. Heinsiana non solum vitium repetiit, sed versionem etiam Furlani mutilavit. Salmasius εἰς τὴν κονίασιν, i. e. *ad dealbationem parietum,* malebat, quoniam Plinius usum gypsi in condiendo vino Italico ignoret. Verbum χρῶνται cum Turnebo inserui.

πρὸς ἔνια] Praepositionem inserui. Turnebus: *pictores etiam quibusdam operibus adhibent.* Furlanus: *et pictores in quibusdam, quae ad artem faciunt.*

ἀπομάγματα] *ut in fingendis sigillis* Turnebus: *in simulacris et sigillis* Furlanus, qui tamen in annotatione rectius comparat ἀπομάγματα δακτυλίων e libro sexto extremo de causis plantarum.

γλισχρότητι καὶ λειότητι] Basil. Voss. Ἑλλάδα * χρότητι, καὶ λειότητι. Turnebus continuavit haec ita: *potissimumque in Graecia ob lentorem et levorem.* Similiter Furlanus: *in Graecia propter lentitudinem et levorem.* Igitur vulgata fuit mutanda.

68. Ἡ μὲν οὖν δύναμις] *Vis quidem in his versatur: materia autem haec utriusque dote praedita videtur esse calcis terraeque calore et lentore: imo vero utriusque exuperantiam habere, cum et calce calidior sit, et terra multo lentior* Turnebus. *Gypsi sane vis in his atque in talibus*

consistit: eius vero natura videtur calcis et terrae simul et calorem et lentorem habere, sed utraque praestare: est enim calce calcidius, terra autem longe lentius Furlanus vertit. Unde non dubitavi οὖν inserere, et Basileensem scripturam καὶ κατὰ τῆς κονίας καὶ κατὰ τῆς γῆς corrigere. Furlanum secutus Heinsius edidit κατὰ τῆς κονίας καὶ τὰ τῆς γῆς. Deinde etiam vulgatum ἑκατέρας ὑπερεχούσας correxi.

ἱματηγὸς] Exemplum simile habet auctor libri de natura pueri inter Hippocraticos c. 8. p. 231. ed. Mackii: Οὕτω δὲ καὶ πυροὶ καὶ κριθαὶ νοτερὰ ἐόντα καὶ βεβρεγμένα ἐνθερμότερά ἐστιν ἢ εἰ ξηρὰ εἴη καὶ ἀραιῶς κείμενα. Καὶ ἱμάτια συνδεδεμένα καὶ κατεσφηνωμένα ἰσχυρῶς δωρικὰ καταικαίεται ὑπὸ σφέων αὐτῶν, ὡς ἐγὼ ἤδη εἶδον, ὥσπερ ὑπὸ πυρὸς ἐκκαέντα. ubi lectio inter δορικὰ et δωρικὰ fluctuatur: neutra tamen vera videtur. Quae de doricis vestibus commentus est Mercurialis Var. Lect. 5, 9. eiusmodi sunt, ut nullam vim habeant ad incendium vestium adiuvandum.

69. καμινεύοντες] Turnebus: *urunt etiam gypsum in Phoenice et Syria in caminos ipsum construentes. Urunt autem potissimum marmorosos lapides, sed et vulgares adiectis durissimis, ut velocius uratur et melius.* Furlanus: *Coquunt et in Phoenicia et in Syria in fornacibus conditum, praesertim marmoreum et simplex, solidissimum construentes, quod et magis et citius comburatur.* Scilicet in Basil. erat, ut in Voss., παρατιθέντες * τὰ τοῦ θᾶττον καίεσθαι καὶ μᾶλλον. Turnebus edidit ἕνεκα τοῦ θᾶττον. Furlanus autem dedit διὰ τὸ θᾶττον κ. καὶ μ.. Verba καὶ καίοντες praeeunte Turnebo seclusi, quae Furlanus etiam omisit. Deinde non dubito scriptum fuisse: καὶ ἁπλῶς τοὺς στερεωτάτους, παρατιθέντες βόλιτον. Ecce enim Plinius: *In Syria durissimos ad id eligunt, coquuntque fimo bubulo, ut celerius urantur*: quem locum miror a Turnebo praetervisum fuisse. Inserui igitur vocem βόλιτον, quod iam olim feceram in Eclogis Physicis, ubi in Annotatione p. 88. monui, in Plinio e Codice Pintiani et Vincentio scribi debuisse: *et e terra foditur, ut in Cypro ac Perrhaebia e summa tellure: et Tymphaicum est.* Ita Plinius cum Theophrasto redit in concordiam.

ὅτι πυρώδης τὶς] Basil. ὅτι τὸ πυρῶδες — αὐτῇ. Turnebus: *igneam plane istam esse naturam.* Furlanus: *ortum eius omnino igneum existere.* Turnebi rationem, qui φύσις αὕτη scribi voluit, fere praetulerim vulgatae scripturae, quae postulat scribi: ὅτι ἐκ πυρὸς ἡ γένεσις αὐτῆς ἐστιν.

III.

AD FRAGMENTVM LIBRI DE IGNE.

Theophrasto praeter Diogenem Laertium librum hunc plures scriptores veteres adscribunt, quorum testimonia deinceps in his annotationibus ad singulos locos apponentur. Sequitur is in hac quoque tractatione praeceptoris Aristotelis doctrinam; quod inprimis apparet e loco ad sect. 3. comparando. Est in Problematum, quae sub Aristotelis nomine edita leguntur, sectione 30. quaestione 1. locus, ubi liber de igne laudatur his verbis: οἷον καὶ τὸ ὕδωρ ὂν ψυχρὸν, ὅμως ἐὰν ἱκανῶς θερμανθῇ, οἷον τὸ ζέον, τῆς φλογὸς αὐτῆς θερμότερόν ἐστι· καὶ λίθος καὶ σίδηρος διάπυρα γενόμενα μᾶλλον θερμὰ γίνεται ἄνθρακος, ψυχρὰ ὄντα φύσει. Εἴρηται δὲ σαφέστερον περὶ τούτων ἐν τοῖς περὶ πυρός. ubi Sylburgius comparavit locum Problemat. 1, 8. δεῖ γὰρ νοῆσαι, ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ θερμότατον γίνεται καὶ ψυχρότατον, οἷον ὕδωρ καὶ λίθος, ὁ μὲν ζεῖ, τὸ δὲ καίει μᾶλλον. Deinde locum de Partibus animalium 2, 2. quem ex parte ponam ad sect. 3. Sed idem Sylburgius admonuit, extare similes sententias in Theophrasteo libro fere medio. Intellexit is sectiones 35. et 40. Locus tamen Aristotelici Problematis primo loco positus referri videtur ad eam Problematum sectionem, quae de igne tractabat, quam in extrema sectione 25. omissam annotavit Camotiana Aristotelis editio his verbis: Ἐνταῦθά φασί τινες τῶν σοφωτάτων ἐλλείπειν Ἀριστοτέλους ὅσα περὶ τὸ πῦρ καὶ ὅσα περὶ τὸ φῶς, καὶ ταῦτα δύο κάλλιστα εἶναι τῶν προβλημάτων. Quam iacturam si quando e Codice integriore sarcire liceret, multum inde Theophrastei libelli interpretatio lucrari lucis posset, cuius reliquorum libellorum physicorum argumentum fere totum in Problematibus istis Aristotelicis particulatim discerptum legitur; unde fuerunt multi viri docti, qui Problemata ista vel ipsi Theophrasto adscriberent, vel ex eius libris excerpta putarent. Addo ex Alexandri Aphrodisiensis Probl. 1, 106. quod ad hanc tractationem de igne pertinet: ὡς ἐστὶν ἰδεῖν καὶ τοὺς ἐν ταῖς καμίνοις βουλομένους τὸ πῦρ ἐξάπτειν ἐπιῤῥαίνοντας τῷ πυρὶ βραχὺ τοῦ ὕδατος.

Praecipuum adiumentum ad libelli huius emendationem et interpretationem attulit Hadr. Turnebi versio latina annotationibus aucta: quo tamen Furlanus, quem Heinsius ubique sequitur, non ita usus esse reperitur, ut viri boni et

docti fidem et laudem tueretur ac mereretur. Pro suis enim venditavit, quae Turnebi sunt: multa etiam tacuit, quibus commode poterat uti.

Cum editione Aldina et Basileensi comparavi varietatem librorum scriptorum plurium: e quibus Vindobonensis chartaceus, ab amico doctissimo, Anthimo Gaza, collatus cum Heinsiana editione, plerumque cum Aldina consentit. Hunc literis Vind. signavi. In bibliotheca Leidensi plures asservantur libri scripti inter Vossianos, quorum varietatem debeo humanitati et amicitiae doctissimi et celeberrimi Herm. Tollii. Primus, quem nota Voss. 1. signavi, memoratur in Catalogo Bibliothecae Leidensis p. 396. inter libros Vossianos no. 25. Alter, quem nota Voss. 2. signavi, commemoratur ibidem p. 398. no. 51., chartaceus, qui praeterea libellum de sensu continet. Tertius ibidem p. 397. nominatus inter Vossianus no. 44. brevem epitomen libelli habet, quam deinceps ponam. Quartus, quem Voss. 3. dixi, non est scorsum scriptus liber, sed varietas codicis scripti egregii, quam Isac. Vossius margini editionis Vascosanae Parisiis 1551. adscripsit. Memoratur is in Catalogo inter Philosophos p. 368. Ex hoc plurimum profeci ad loca permulta lacunosa et vitiosa redintegranda et sananda.

Libelli de Igne fragmentum vel excerpta tantum loca nos habere, ut reliquorum librorum physicorum, non solum conditio ipsa huius fragmenti, et comparatio cum locis scriptorum, qui sententias inde excerptas posuerunt, apertissime demonstrat, sed manifestissimum id facit, ut in reliquis fragmentis comparatio excerptorum, quae Photii bibliotheca posuit, cum iis, quae Aldus aliunde accepta edidit, ita in hoc ipso de Igne Codex Vossianus, quem tertium supra dixi, qui libelli epitomen continet hanc:

Ἀπὸ τοῦ περὶ πυρὸς Θεοφράστου.

Γεννᾷ καὶ φθείρει ἑαυτὸ τὸ πῦρ. γεννᾷ μὲν τὸ ἔλαττον τὸ πλεῖον, φθείρει δὲ τὸ πλεῖον τὸ ἔλαττον. ὅπερ ἴδιον τῷ πυρὶ παρὰ τὰ λοιπὰ τρία στοιχεῖα. Ἔτι αἱ γενέσεις αὐτοῦ μετὰ βίας αἱ πλεῖσται καὶ πιλήσει καὶ θλίψει, ὁποῖαι αἱ ἐκ τῶν πυρικῶν καὶ τῶν νεφῶν. Διὸ τὰ μὲν ἄλλα οὐ ποιοῦμεν ἅ τε βίας κρείττω ὄντα, ἀλλ' εἰς ἐμφάνειαν ἄγομεν· τὰ μὲν γὰρ καθ' αὑτὰ καὶ οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ· τὸ δὲ πῦρ ἀεὶ ἐν ὑποκειμένῳ· τὸ γὰρ φῶς ἐν ὑποκειμένῳ τῷ ἀέρι καὶ ὕδατι· τὸ δὲ πῦρ ἐν γεώδει τῷ ἄνθρακι. Καὶ ὅλως ἅπαντα πυρώσεις ἢ ἀέρος τοιόνδε ἢ ἀέρος καὶ τῶν λοιπῶν τριῶν.

καὶ πᾶν καιόμενον ἐν τούτοις. Ἄτοπον λέγειν τὸ πῦρ ἀρχὴν εἰ μὴν δέ ποτε ἄνευ ὕλης ὁρᾶται. συναπόλλυται γὰρ τῷ καυστῷ· πλὴν εἰ μή τις φύσις εἴη ἐν αἰθέρι, ἥτις οὐδὲ καίει· πυρὸς γὰρ διάφοροι αἱ φύσεις, καίοντός τε καὶ μὴ καίοντος· ἀλλὰ φαίνεται οὕτω λαμβάνουσιν ἅπαντα τὰ ἁπλᾶ ἐν μικτῷ τινι θεωρούμενα, ὡς ἐν ἀλλοιουμένῳ καὶ πάσχοιτ' ἀεὶ τῷ ὑποκειμένῳ τὸ πῦρ. Ἀσθενέστερον ποιεῖ τὸ πῦρ τὸ θέρος τοῦ χειμῶνος· τὸ αὐτὸ πάσχει καὶ τὰ βαλανεῖα, καὶ οἱ καρποὶ πέττονται καὶ θάλπει καὶ ψύχει· συγκαίει γὰρ ἀπολειφθὲν ἔνδον τὸ θερμὸν, καθάπερ καὶ ψυχροῦ ἐπιχεομένου τοῖς λειποψυχοῦσι γίνεται. Ὅτι δὲ ἰσχυρὸν τὸ συναγαγεῖν καὶ συναθροῖσαι τὸ θερμὸν καὶ τὰ ῥηγνύμενα τῶν ἐλατῶν καὶ τῶν χυτῶν· ἐμπνευματοῦται γὰρ ἡ ἐν αὐτοῖς θερμότης. Τὴν πίσσαν καιομένην ὕδωρ οὐ σβέννυσιν, ἀλλ' ἔλαιον· διαδύεται γὰρ τὸ ἔλαιον πρὸς τὴν ἀρχὴν, λεπτότερον ὂν, καίτοι μάλιστα εὔκαυστον ὄν· ἀλλ' ὅταν ἀπολάσσῃ (ἀπολάσ^{ου} Codex) καὶ θλίψει αὐτὴν ἔσβεσεν, ὥσπερ καὶ τοὺς λύχνους πλεῖον ἐπιῤῥυέν. Πάλιν τὸ ὄξος σβεστικώτατον εἶναι τοῦ ὕδατος λέγεται διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν θερμότατον ὂν τῶν λοιπῶν. Τὰ σωματωδέστερα καὶ καυστικώτερα καὶ διαδυτικώτερα. Ὁ ἥλιος λεπτοτέραν ἔχων θερμότητα καὶ μαλακὴν, κατὰ μικρὸν ἐκθερμαίνει καὶ ἐκκαίει τὴν ἔνδοθεν ἀναθυμίασιν. διὸ καὶ μελαίνει καὶ ἀλύπως τοῦτο ποιεῖ. Τὸ δὲ πῦρ ταχυτέραν καὶ ἀθροωτέραν ἔχον θερμότητα μᾶλλον εὔχροιαν ποιεῖ· πλὴν ἐν ταῖς φλυκταίναις ἐπιφαίνεταί τι καὶ μέλαν. Ὅταν ἐκκαυθῇ, πάντα τὰ τεφρώδη καὶ λευκὰ γίνεται· διὸ καὶ τὰ ὀστᾶ τοιαῦτα. Ἐν ὑγρῷ καὶ ξηρῷ τεθὲν τὸ θερμὸν πλείους ποιεῖ διαφοράς· πολλὰ γὰρ οὐ δύναται ποιεῖν θάτερον. Τὰ ὑγρὰ ζέσαντα οὐ τήκει τὰ τηκτά· τὸ γὰρ ὅμοιον ἀπαθὲς ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. ἅμα δὲ καὶ ἡ ἀσυμμετρία τῶν πόρων εἴργει· οὐ δύναται γοῦν τὸ θερμὸν χωρισθὲν τοῦ ὑγροῦ διαδύεσθαι, καὶ ἅμα ἀσθενὲς τὸ ὑγρὸν διανοίγειν τοὺς πόρους. Τὰ σπέρματα πυρωθέντα ὑπὸ τοῦ ἡλίου καθ' ὑπερβολὴν, ὡς ἐν τοῖς θερμοτάτοις τόποις, ὡς καὶ πηδᾶν ἐν τῇ ἅλῳ, καθάπερ πεφρυγμένα, γεννᾷ καὶ βλαστάνει. Ἡ κοιλία τήκει τὰ νομίσματα, τὸ δὲ ὕδωρ ζέον τοῦτο ποιεῖν οὐ δύναται. Τὰ παχύτερα τῶν ὑγρῶν ἑψόμενα θερμότερα γίνεται, οἷον γάλα· γίνεται γὰρ ὥσπερ ἐπισωματισθέντων. ὀβελίσκον τινὲς σφοδρῶς πιέσαντες ἧττον καίονται. Τὰ κατακαύματα τῷ θερμῷ καθίσταται καὶ κωλύει φλυκταίνας αἴρεσθαι. Ταῦτα δὲ πάντα εἰς ἐκείνας πίπτει τὰς αἰτίας, εἴς τε τὴν τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ πλείονος φθεί-

ϱεσθαι καὶ μαραίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ συνθλίβειν καὶ καταπνίγειν τὴν ἀρχήν. Τοῦτο ποιεῖ ἡ κοιλία καὶ τὸ στόμα· οὐκ ἐᾷ γὰρ ἀποῤῥεῖν· μὴ ἀποῤῥέον δὲ ἧττον καίει. Τὸ ὄξος μιγνύμενον τῷ λευκῷ τοῦ ᾠοῦ σβεστικώτατόν ἐστι. Τὰ ἰξούμενα οὐ καίονται, ὡς ψυχροῦ καὶ γλίσχρου ὄντος τοῦ ἰξοῦ. Οἱ ἐγγὺς τοῦ πυρὸς καθήμενοι οὐκ ἐνοχλοῦνται ὑπὸ τοῦ καπνοῦ. Ἀπὸ ἀντανακλάσεως ἡλίου πῦρ ἅπτεται· ἀπὸ δὲ πυρὸς ἥκιστα. Φύσει μέλας ὁ ἀήρ.

Sect. 1. τῶν ἁπλῶν] Sunt quae alii στοιχεῖα et ἀρχὰς, elementa et principia rerum vocarunt. ἰδιωτάτας habent Voss. 2. et 3. Articulum voci φύσις additum malim.

ποιεῖται μεταβολὰς] Voss. 2. 4. ποιοῦνται — πέφυκεν αὐτῷ — τὸ πλεῖστον τὸ ἔλαττον. Voss. 1. φθείρει δὲ τὸ πλέον.

ἔτι δὲ αἱ γενέσεις αὐτοῦ αἱ πλεῖσται] Articulum alterum αἱ Turnebus seclusit. Voss. 3. habet: ἔτι αἱ γενέσεις αὐτοῦ μετὰ βίας αἱ πλεῖσται καὶ πιλήσει καὶ θλίψει. Igitur copulam καὶ seclusi.

ἡ πληγὴ — καὶ θλίψει — πυρείων ὅσα ἔχει] Hanc vulgatam, praeeunte Turnebi versione: *cum et solidorum ictu gignatur — et attritu — quaeque impetu incitata feruntur:* correxi. Voss. 2. 4. πιλήσει — φορᾶς habent.

ἐκ δ' αὐτοῦ ἀέρος καὶ] Turnebus: *Iam vero ab aere ipsis etiam nubibus conglobatio et compressio evenit, cum rapidae et praecipites procellae presteras et fulmina elidant.* Voss. 1. cum Ald. Basil. ἐκ δ' αὖ τοῦ ἀέρος. Voss. 2. 4. αὐτοῦ τοῦ ἀέρος. Heinsiana δ' αὐτοῦ praescriptum dedit. Fortasse olim fuit: ἐκ δ' αὐτοῦ τοῦ ἀέρος ἐν τοῖς νέφεσι συστροφῇ καὶ θλίψει.

δὴ αἱ φοραὶ, δι' ὧν δὴ αἱ] Voss. 4. δηοφοραὶ habet. Repetitum δὴ in tam brevi spatio displicet. Cum hoc loco comparandus Plinius libri 2. c. 104. 106. 107.

τρόπους ἄλλους — εἴτ' ὑπὸ γῆς] *et quaecunque tandem alia genera rotamus seu supra terram, seu in terra, seu infra terram* Turnebus. Ald. Basil. Voss. 1. 2. 4. ἀπὸ γῆς habent. Ad τρόπους intellige γενέσεως; sed quid intelligendum sit ad participium γινομένων, nondum excogitavi.

αἱ γὰρ πολλαὶ δόξειαν ἂν] Heinsiana δόξειεν ἂν habet. Ald. Basil. Voss. 1. Vind. δόξαι εἶεν ἂν habent. Intelligitur verbum εἶναι vel γίγνεσθαι. Ad πολλαὶ repete γενέσεις.

2. ὅλως — οἰκεῖος] Turnebus: *qui nullis aliis ulla ex parte conveniant, praesertim cum sit omnium naturalis quaedam, ut dixi, commutatio et origo.* Voss. 2. 4. ὅλος habet.

ἄγομεν, τὸ κατὰ μέρος] Sola Heinsiana post ἄγομεν inseruit αὐτό. Voss. 1. οὐδὲ γὰρ ἅπαν τὸ ὕδωρ ὀρύττομεν — ἀθροιζόμενον. Voss. 2. διὸ καλῶς μὲν οὐθὲν — ἀθροιζόμενον. Voss. 4. διὰ καλῶς μὲν οὐδὲν ἔφημεν ποιεῖν — ἀθροιζόμενον.

τὸ αὐτὸ δὲ φαίνεται] Ita vulgabatur. τὸ αὐτὸ φ. Voss. 1. 4. Turnebus vertit: *Huius autem non unus esse modus videtur, non simplex, sed multiplex ratio. Maximum vero discrimen* et cetera. Videtur igitur Τοῦτο δὲ φ. scriptum voluisse. Locum nondum satis intelligo: dubitari enim potest, haec ad solam aquam an ad reliqua etiam elementa referantur.

3. δόξειεν ἂν εἶναι] Voss. 1. omittit εἶναι: ex eodem vulgatum οὐδὲ ἐν ὑποκειμένῳ correxi.

πῦρ δὲ τό γε τῇ περὶ — ἀριθμητέον ἁπλοῦν, ἀεὶ τῆς — ἄνθρακος ἐν ὑποκειμένῳ] Vulgatam, πλὴν ὅ γε τῇ — ἀριθμητόν γε τῆς φλογὸς καὶ τοῦ ἄνθρακος ὑποκειμένου, corrigere sum ausus partim praeeunte Turnebo, cuius versio habet: *igni tamen, quod vel sensus fide notum est, sive in elementis numerari debet, sive non debet, flamma et carbo subiiciatur.* Furlanus in annotatione hanc posuit scripturam indidem ductam: πυρὶ δὲ ὅ γε: reliqua non attigit prudens. Voss. 1. nihil variat praeter ἀριθμητό γε — ὑποκειμένῃ. Voss. 2. 4. εἴτε ἀριθμητέον εἰς τὸ αὐτὸ φῶς, εἰ μὲν γὰρ καὶ τὸ φῶς φανερὸν ὡς ἐν ἀέρι γε τοῦτο καὶ ὕδατι· εἰ δὲ μή, πῦρ, τό γε τῆς φλογὸς — ὑποκείμενον. Ex quo reliqua vulgo omissa verba supplevi.

ἡ μὲν γὰρ — ὁ δὲ γεώδές τι καὶ στερεόν] Vulgatum τὸ δὲ γεῶδες στερεόν cum Turnebo correxi, qui vertit: *hic terrena quaedam soliditas.* Ald. Basil. ὑποκειμένης, ἡ μὲν γάρ. Voss. 2. 4. τι καὶ στερεόν. Voss. 4. praeterea καιόμενος habet. Aristoteles de Partibus animal. 2, 2. Τάχα δὲ καὶ ἡ τοῦ πυρὸς φύσις, εἰ ἔτυχε, τοιαύτη τίς ἐστιν· ἴσως γὰρ τὸ ὑποκείμενόν ἐστιν ἢ καπνὸς ἢ ἄνθραξ· ὧν τὸ μὲν ἀεὶ θερμόν· ἀναθυμίασις γὰρ ὁ καπνός· ὁ δ' ἄνθραξ ἀποσβεσθεὶς ψυχρός et cetera, quae huc non pertinent.

πάντα γὰρ ἢ ἀέρος τοιοῦδε, καὶ ἢ πυρὸς, ἢ ἀέρος ἅμα] Turnebus haec vertit: *quippe cum omnia vel aer cuiusdammodi vel humor, vel aer simul et humor et terra, vel omnia vel duo esse videantur.* Verba igitur καὶ ἢ πυρὸς mutata voluit in ἢ ὑγροῦ. Basil. cum Aldina habet: τοιοῦδ' ἢ πυρὸς ἢ ἀέρος ἅμα καὶ ὑγροῦ καὶ ἀέρος. Furlanus dederat: τοιοῦδ' καὶ ἢ πυρὸς — γεώδους. In Addendis verba

καὶ ἢ πυρὸς deleri iussit. Voss. 1. et Vindob. habent: ἀέρος τοιοῦδε ἢ πυρὸς, ἢ ἀέρος ἅμα καὶ ὑγροῦ καὶ ἀέρος. Voss. 2. τοιοῦδε πυρωσις. Voss. 4. τοιουδὶ πύρωσις. Quam scripturam recepi.

Ἁπλῶς δ' ἀεὶ καὶ πᾶν καιόμενόν τι] Turnebus vertit: *atque adeo quicquid vulgo flagrat et procreationi ut motus affine est: et in natalibus quodammodo emoritur suis.* Videtur igitur scriptum voluisse: ἁπλῶς δ' ἀεὶ καὶ πᾶν τὸ καιόμενον τῇ γενέσει καθάπερ ἡ κίνησις ἴδιον. Furlanus corrigebat: ἁπλῶς δὲ καὶ πᾶν καιόμενόν τε καὶ ὥσπερ ἐν γενέσει, καθάπερ ἡ κίνησις, καὶ γινόμενον φθείρεται, omisso vocabulo ἴδιον, et inserta praepositione ἐν. In Corrigendis vocabulum ἴδιον deleri iussit. Mihi olim scribendum videbatur: Ἁπλῶς δ' ἀεὶ κινεῖται πᾶν τὸ καιόμενον καὶ ὥσπερ ἐν γενέσει, καθάπερ ἡ κίνησις ἴδιον, καὶ γινόμενον φθείρεταί πως. sed nunc peritioribus locum corrigendum commendo.

4. διαμένειν] Voss. 2. 4. παραμένειν habent, et paulo antea Voss. 4. ὑπολείπειν.

ὃ καὶ ἄτοπον φαίνεται] *quod quidem quodammodo abhorret et absurdum esse videtur, id ipsum quod primum est et tanquam principium, sine materia cohaerere non posse* Turnebus, ut potuit, vertit quae sequuntur vulgo vitiosa, ἀρχὴν μὴ οἷόν τ' εἶναι. quae cum Voss. 2. 4. correxi, inserta particula εἰ. Initio pronomen ὃ cum Voss. 2. omisi: alioqui δι' ὃ scribendum fuit.

ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ σφαίρᾳ] Excerptum Vossiani 3. ἐν αἰθέρι habet. De hoc caloris atque omnis ignis fonte Aristoteles Meteorol. 1, 3. seqq. docet.

πλὴν εἰ ἄρα γε πλείους καὶ διάφοροι] Basil. πλείστους habet cum Voss. 1. πλήρη — διάφορος Vindob. Equidem puto fuisse: πλὴν εἰ μὴ ἄρα πλείους καὶ διάφοροι. ut paulo antea Excerptum Voss. 3. habet: πλὴν εἰ μή τις φύσις εἴη ἐν αἰθέρι.

καὶ ἀεὶ κατὰ γένεσιν] Turnebus *admixtus atque nascens* non satis distincte vertit.

πότερον ἀπ' ἐκείνης αὐτῷ] Vulgatum πρότερον — αὐτοῦ cum Turnebo correxi. αὐτῷ cum Vindob. Ald. Basil. Furl. Voss. 1. habet. Voss. 2. 4. ἡ εἰ δὲ ἀρχὴ πρότερον ἀπεικάζεις αὐτό. In qua varietate fortasse latet: εἰ δὲ ἡ ἀρχὴ πρότερον. Cetera non expedio.

ἐλέγομεν ἐπ' ἀμφοῖν] Recte Turnebus: *an ab utris-*

que. Igitur ἢ ἀπ' ἀμφοῖν scripsi. Voss. 2. et 4. paulo antea γένηται habent, hic Voss. 4. αὐμφοῖν solus.

5. ἡ ἀλλοίωσις] Articulum Voss. 2. et 4. addidit. deinceps Heinsiana dedit: ὁ γὰρ ἡλίου, ἡ μὲν πάντα. Vindob. Ὁ μὲν γὰρ ἥλιος ὁ ταῦτα πάντα δημιουργῶν. Voss. 1. 2. ὁ γὰρ ἥλιος ὁ ταῦτα πάντα δ.

πάλιν ἡ τοῦ ἡλίου ἡ μὲν τοῦ πυρός τις ἰδία, πλείστην ἂν — ἔχαι] Ita Heinsiana. Vertit Turnebus: *et sol ipse horum omnium temperator et auctor: rursus si solis calor species quaedam ignis est.* Voluit igitur scriptum: καὶ αὐτὸς ὁ ἥλιος ὁ ταῦτα πάντα δ. πάλιν εἰ τοῦ ἡλίου ἡ θερμότης τοῦ πυρός ἐστί τις ἰδέα, πλείστην. Furlanus in Corrigendis εἰ μὲν τοῦ πυρός τις scribi iussit: ἰδία vulgatum non attigit. Voss. 1. tantum ἔχει habet cum Ald. Basil. Vind. pro vulgato ἔχοι. Voss. 2. et 4. πάλιν δ' ἡ τοῦ ὅτι φύσις ἡ μὲν — πλείστην ἂν αὕτη καὶ μεγίστην — πρὸς ἅπαντα εἴκουσα. Solus Voss. 2. ἰδέα pro ἰδία habet. Vulgatum πρὸς αὐτὰ ἥκουσα Turnebus vertit: *et ad res ipsas pervenit.* E nota tachygraphica vocis ἥλιος ignarus librarius fecit ὅτι. Vide Bastii Comment. Palaeograph. p. 834.

καὶ γὰρ φῶς] Articulum τὸ e Voss. 2. adieci: qui deinceps cum Voss. 4. φύσις θερμότης habet.

γεώδους καὶ καιομένου τούτου] Rectius Voss. 2. 4. γεώδους τούτου καὶ καιομένου dedit.

πολλοὶ γοῦν καὶ ἐξάπτοντες] Voss. 1. πολλοὶ γάρ. Voss. 2. et 4. πολλοὶ οὖν καί, omisso verbo postremo. deinceps Voss. 2. τὴν αὐγὴν εἶναι habet.

6. καὶ λόγου δεῖται] Haec omisit Turnebus, qui totum hunc locum ita vertit: *uretque calor, quanquam non ab eo, tamen illius ope. Caeterum illud perspicuum est, ignem et solem, qui quidem calor est, in subiecto versari.* Scilicet Furlanus verba praescripta λόγου δεῖται inseruit, in Corrigendis tamen iterum, nescio quo pacto, deleri iussit. In Voss. 1. spatium vacuum verbis λόγου δεῖται relictum est: ceteri habent.

εἰ δὲ μήθ' ὑπὸ τούτου] Vulgatum μὴ ὑπὸ — θερμότης. ἐκεῖνο δὲ φανερὸν correxi, mutata distinctione et particula δὲ in γε. Voss. 1. et Vind. Ald. Basil. μήθ' ὑπὸ καὶ διὰ τοῦτον. Voss. 2. et 4. μήθ' ὑπὸ ταύτου habent. Primus Furlanus τούτου addidit. Ald. Bas. deinceps: φανερῶν ὡς ἐν ὑποκειμένῃ. Postea τοῦ ἡλίου τὸ θερμὸν sensus flagitat.

εἰ ἡ ἀρχὴ — καὶ ἐπὶ πλεῖον διήκει] Articulum ἡ Fur-

lanus addidit, et deest in Vind. Voss. 1. Sola Heinsiana ἐς πλείω dedit. Voss. 2. et 4. locum ita contrahunt: ὑποκειμένῳ καὶ τὸ πῦρ καὶ ὅτι θερμὸν καὶ ἡ τούτου δύναμις ἀρχή· κοινότερον γὰρ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω διήκει καὶ κυριώτερον ἀλλοιώσεως καὶ φυσικῆς γενέσεως. τὸ δὲ πῦρ.

γεννητικὸν μὲν] Voss. 2. 4. γινόμενον μέν. Paulo antea Voss. 4. γενήσεως habet. Deinceps ἑτέρα τις φύσις — καυστικῶς γένηται Voss. 2. et 4. Ad verba νῦν δὲ λέγομεν Turnebus supplevit πῦρ vertens: *Nunc autem ignem dicimus, cum in parte terrena et animabili sicci anhelitus vis aliqua flagrans et urens inest.*

7. πῦρ ὥσπερ σάρκα λέγομεν] Nescio unde Furlanus et Heinsius primum vocabulum ductum in locum veteris πλὴν reposuerint. Turnebus vertit: *non aliter quam carnem appellare solemus.* Voss. 2. et 4. pro vulgato λέγομεν λέγειν dederunt λέγομεν καλεῖν. quae scriptura nescio an aliis satisfactura sit.

8. μικτή τις καὶ ἐνυπάρχουσα] Turnebus: *mixta et mutuo confusa.* Vulgatum ὑπάρχουσα auxit Voss. 2. et 4. Paulo antea: εἶναι, οὐκ ἀρχαὶ — ἅμα δὲ ἡ τῶν ἁπλῶν. Aristoteles de Partibus animal. 2, 2. καὶ ποιεῖ δὲ φανερὸν ἐν τούτοις, ὅτι τὸ ψυχρὸν οὐ φύσις τις, ἀλλὰ στέρησίς ἐστιν, ἐν ὅσοις τὸ ὑποκείμενον κατὰ πάθος θερμόν ἐστι. Τάχα δὲ καὶ ἡ τοῦ πυρὸς φύσις, εἰ ἔτυχε, τοιαύτη τίς ἐστιν. et cetera, quae supra posui.

τὸ πῦρ ἄνευ ἀέρος] Ald. Basil. Voss. 1. τὸ πλεῖν ἄνευ habent.

διὰ τὴν ἔκθλιψιν] *ignis expressione* Turnebus. Equidem ἀέρος, aeris, intelligebam, quo expulso aqua coit et congelatur; sed nunc video, verum posuisse Turnebum.

ἀπολιπόντος] Vulgatum ἀπολείποντος Voss. 2. et 4. correxit. συμμένειεν solus Voss. 4. habet.

Διὸ πάντα φαίνεται] Vulgatam hanc e Voss. 2. 4. correxi. Articulum ante ἁπλᾶ abesse malim. Deinceps ἰδιωτατας Voss. 2. 4.

9. διειλημμένον — τῆς φύσεως] Turnebus: *et omnibus locis eius interventus.* Articulum τῆς Voss. 2. et 4. addidit.

οὔτ' αὐτῇ τῇ φύσει] Vulgatum οὐδ' αὐτῇ correxi. Deinceps margo Basil. καταμεμερισμένους habet.

τὴν μείζω καὶ πρότερον] Turnebus vertens, *proinde praetermissa maiore prioreque quaestione, de minoribus dicere conabimur,* σκέψιν supplevisse videtur. Sed Voss. 2.

et 4. *τὰ μείζω τὰ πρότερον* dederunt. In Voss. 2. tamen *καὶ καταμεμερισμένα* intersertum legi annotatur. Videtur dicere eadem, quae initio sect. 9. *τὰ δὲ τούτων πρότερα* sunt.

ἀρξαμένους] Voss. 2. et 4. *ἀρξάμενοι* habent, deinceps *ἢν ὑπ' αὐτοῦ*.

10. *εὔλογος ἤδη — καῖον καὶ ἐξομοιούμενον*] Voss. 2. et 4. *εὔοδοι μὲν ἂν καὶ ἡ*. deinceps Voss. 2. *καῖον* omittit, *ῥαῖον* habet Voss. 4. Turnebus vertit: *dum semper ultra grassando accendit et assimilat.* Debebat *sibi assimilat.*

καὶ ἀπόληψιν αὐτοῦ γίνεσθαί τινα] Vulgatam hanc Voss. 2. et 4. mutant in *καὶ τὸ ἀπόλειψίν τινα αὐτοῦ γίνεσθαι· καταναλισκομένης δὲ τῆς ὑγρότητος τῶν πρότερον πυρουμένων*. Voss. tamen 4. *αὐτοῦ τῆς ὑγρότητος* habet, et solus Voss. 4. *τὸ* ante *ἀπόλειψιν*. Alterum *αὐτοῦ* utpote inutile omisi, et *ἀπόλειψιν* scripsi. Nam locus sect. 25. de oleo, *ἀλλ' ὅ τι ἂν ἀπολάβῃ καὶ θλίψῃ, τοῦτο ἔσβεσεν*, huc non pertinet. Turnebus alterum *αὐτοῦ* omisit. Furlanus *ὑπ' αὐτοῦ* scriptum malebat. Denique vulgatum *προτέρων* correxi.

ὅταν πλησίον τεθῇ τῷ πλείονι] Voss. 2. et 4. *πλείω τιθῇ τὸ πλεῖον*. Deinceps vulgatum *εἴτε ἐξαεροῦν* Voss. 1. Vind. in *ἐξαιροῦν* mutant, Voss. 2. et 4. in *εἴτε οὖν ἐξαιροῦν*. unde *οὖν* adscivi.

οὐδὲν καυστὸν — ἐὰν μὴ ἔχῃ δύναμιν] Voss. 1. *οὐδὲ καυστὸν*. Voss. 2. et 4. *ἐναντίαν ἔχει δύναμιν*. Voss. 4. *ἐργασαμένην* habent.

11. *ἡ ὑπὸ τοῦ πνίγεσθαι σβέσις*] Ita Heinsiana cum Vind. Voss. 1. *ἡ ὑπὸ τῆς πνίγεως* Voss. 2. *ἡ ἀπὸ τῆς πνιγέως* Voss. 4. unde *πνίξεως* effeci.

συναθροισθὲν τῷ μὴ ἀποῤῥεῖν — ποιοῦσα καὶ ἀπότωσιν] Ita Heinsiana. Aldina et Basil. cum Voss. 1. *τὸ τῷ ἀποῤῥεῖν θερμόν:* unde Furlanus *τῷ μὴ ἀποῤῥεῖν* fecit. *τὸ τῷ μὴ ἀποῤῥεῖν θερμὸν* Vind. Unde transposito articulo effeci *τῷ μὴ ἀποῤῥεῖν τὸ θερμόν*. Deinceps *ἀποπίεσιν* Heinsiana mutavit in *ἀπότωσιν*. Turnebus vertit: *tum enim calor coacervatus non effluendo principium tabefacit et desiccat elisu quodam et compressu.* *ξηραίνῃ — ἀποπνέσιν* vitiose Voss. 1. *τὸ ἀποῤῥεῖν — ποιοῦσαν καὶ ἀποπίησιν* Voss. 2. et 4. Ceterum verba *ὥσπερὰν — ἀποπίεσιν* statim post *σβέσις* inserenda esse, ipsa verborum structura docet.

διὸ οὐκ ἀπαθῶς — τοῦ καταπνίγεσθαι τὸ πῦρ] Vulgatum correxi *ἀπαθῶς*, praeeunte versione Turnebi: *non in-*

scite suffocari ignis dicitur. Voss. 1. cum Vind. διὸ καὶ οὐκ ἀπαθῶς habet, unde copulam adscivi. τὸ καταπνίγεσθαι Voss. 4.

καὶ γὰρ ὅλως] Vulgatum ὅλος, a Turnebo omissum, Voss. 4. correxi. Deinceps θᾶσσον Voss. 2. et 4. habent.

ἢ ἐν τῇ σκιᾷ] Voss. 2. ἢ ἐν σκιᾷ — μαραίνεται καὶ. Voss. 1. et 4. καταμαραίνεται cum Vindob. Ald. Basil. Sequens ἀποσβέννυται — τεθῇ, cum λύχνοι coniungendum, vitiosum est. *extinguunturque omnino supra flammam positae* (lucernae) Turnebus: igitur ἀποσβέννυνται — τεθῶσι scriptum voluit, quod dedi. Furlanus posuit locum Galeni de usu respirationis hunc: εἰ δὲ ἐν ἡλίῳ πολλῷ καὶ θερινῷ καὶ προσηλίῳ χωρίῳ καταθείης, ἢ μείζονα ἑτέραν παραθείης φλόγα, θεάσῃ καὶ τότε τὴν ἑτέραν μαραινομένην ἐν τῷ μανοῦσθαι καὶ διαφορεῖσθαι σφοδρῶς ὑπὸ τῆς ἔξωθεν φλογὸς ἰσχυροτέρας ὑπαρχούσης. Accedat locus Aristotelis Problem. 1, 57. ubi febrium curam intermittentium tractat: προπαρασκευάζειν δεῖ καὶ ἐκλούοντα καὶ πυριάματα πρὸς τοὺς πόδας παρατιθέντα, καὶ περιεσταλμένον ἀναπαύεσθαι, ὅπως ὅτι θερμότερον ᾖ πρὸ τοῦ τὴν λῆψιν εἶναι. καὶ γὰρ ὅπου πολὺ πῦρ, λύχνος οὐ δυνήσεται καίεσθαι· τὸ γὰρ πῦρ πολὺ τὸ ὀλίγον ἄγει πρὸς ἑαυτό. Locum integriorem e Codice Parisiensi dedi, quocum facit versio Gazae. Vulgo enim haec tantum ibi prostant: ὅπου πολὺ πῦρ τὸ ὀλίγον πρὸς ἑαυτὸ ἄγει. Sed commodius et rectius eadem fere verba leguntur in sequente Problemate de quartanis, ubi editiones habent: ὁρᾷς, ὅπου πῦρ πολὺ, λύχνος οὐ δύναται καίεσθαι· τὸ γὰρ πολὺ τὸ ὀλίγον πρὸς ἑαυτὸ ἁρπάζει. Τούτου δ' ἕνεκεν πολὺ πῦρ ἐν τῷ σώματι ἐμποιεῖν. ubi tamen Codex Accoramboni habet: ἄγει. Τούτου ἕνεκεν — παρασκευάζειν δεῖ. Eodem spectat Problem. 3, 5. locus hic: σβεννυμένου τοῦ κατὰ φύσιν θερμοῦ — τοῦ ἀλλοτρίου θερμοῦ ὑπερβολῇ, ὃ συμβαίνει τῷ ἐν τῷ ἡλίῳ πυρὶ καιομένῳ. ubi inepte καὶ πυρὶ scriptum legitur, et locum pessime vertit Gaza.

12. καὶ παρομοίαν τὰ καιόμενα] Ita Vind. cum Voss. 1. Vulgo καὶ τὰ καιόμενα. Voss. 2. et 4. vulgatum παρόμοιον correxerunt. καὶ τὰ κατακαιόμενα Voss. 2. Alterum καὶ cum Furlano seclusit Heinsius. ἀντικειμένου antea Ald. Basil. Equidem malim: ἀντικείμενον δὲ — τὸ τὰ καιόμενα θᾶττον κατακαίεσθαι. Furlanus e loco hoc ductum censuit similem Plutarchi de Oraculorum defectu p. 303. ed. Hutten. ἤδη γὰρ ἀκήκοα λεγόντων τινῶν περὶ τοῦ πυρὸς, ὡς ἐν χειμῶνι καίεται βέλτιον ὑπὸ ῥώμης, εἰς αὑτὸ συστελλόμενον

τῇ ψυχρότητι καὶ πυκνούμενον· ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖς ἐξαφθενεῖ, καὶ γίνεται μανὸν καὶ ἄτονον· κἂν ἐν ἡλίῳ καίηται, χεῖρον ἐργάζεται, καὶ τῆς ὕλης ἅπτεται μαλακῶς καὶ καταναλίσκει βράδιον.

αὐτὸ τὸ πῦρ καὶ τὸ φῶς] Copulam ante φῶς omissam a Turnebo cum Voss. 1. 2. et Vindob. delevi.

τὰ τοῦ ἀέρος ψυχρὰ] Vulgatam hanc e Voss. 2. et Vind. correxi. Turnebus vertit: *at hyems et ambiens aeris horror colligunt.* Voluit igitur scribi: καὶ τὸ πέριξ τὸ τοῦ ἀέρος ψυχρόν. non inepte!

ἐν τοῖς λαμπτῆρσι] Turnebus: *in lucernis lumen clarius lucet.* Supra λύχνους similiter *lucernas* interpretatur. Sed λαμπτὴρ a λύχνῳ diversus, et lumen undique tectum habere videtur. Λαμπτὴρ δέρμα τὸ κύκλῳ ἔχων Aristoteli h. a. 4, 5. οὐδὲ οἱ λαμπτῆρες δύνανται φαίνειν, ἐὰν ὦσιν ἐκ τοιούτου δέρματος de generat. animal. 5. a. In navibus λαμπτῆρα τὸ πρόσθεν μέρος πεφραγμένον ἦρε Himilco Polyaeni 5, 1, 2. Idem 6, 11. μεγάλοις φελλοῖς ἐφηρμοσμένους λ. et mari innatantes memorat. Denique Alcibiades 1, 40, 3. ex arce custodibus Piraeei τρὶς ἀνίσχει τὸν λαμπτῆρα, et illos iubet toties ἀντῆραι τὸν λ. Facem significat alibi: in Odyssea 18, 307. αὐτίκα λαμπτῆρας τρεῖς ἵστασαν ἐν μεγάροισιν, ὄφρα φαείνοιεν· περὶ δὲ ξύλα κάγκανα θῆκαν. ubi bene Hesychius interpretatur ἐσχάραν, ἐφ' ἧς ἔκαιον ἐν μέσῳ τῶν οἴκων εἰς τὸ φωτίζειν αὐτοῖς ξηρὰ ξύλα καὶ δᾳδία. Ἀττικοὶ δὲ τοὺς καιομένους λύχνους λέγουσιν. Λαμπτῆρα navibus praelucentem apud Xenophontem Hellenic. 5, 1, 8. facem nolim interpretari: fortasse rectius eandem illam ἐσχάραν, craticulam, cui ligna ardentia imponebantur.

καθάπερ τὸ βάρος — γίνεται] Turnebus vertit: *ponderis more, quod maius redditur.* Vind. Ald. Basil. τοῦ βάρους. Voss. 1. συνεστηκυῖα κατὰ ἀθρόως — τοῦ βάρους. Voss. 2. ἡ δύναμις τοῦ παντὸς ἰσχυροτέρα — τοῦ βάρους — μείζω γίνεται. Voss. 4. ἀθρόως — δύναμις ἅπαντος ἰσχυρότερα — μείζω γίνεται. Igitur ἅπαντος inserui, et vetus τοῦ βάρους restitui.

13. ἐπὶ τοῦ θερμοῦ] Vulgatum ἀπὸ vertit etiam Turnebus: *a calore adsciscere licet.* Deinceps ἐλειπτήρια Voss. 1. βλεπτήρια Voss. 2. βλαπτήρια Voss. 4. Postea καὶ ante χειμῶνος omisi cum Voss. denique βορείαν Voss. 1. habet.

συνέσταλται γὰρ] Vulgatum δὲ correxi e Voss. 4. qui deinceps συγκατακλείεται habet, et ὑπὸ ante τοῦ πέριξ omit-

tit cum Voss. 2. Deinceps πέπτει Voss. 2. et 4. In Vindob. est συνεστάλθαι δὲ — συγκακελεῖσθαι.

ἀντιπεριέστηκε τῷ θερμῷ] *quod coactus sit calor et compulsus undique teneatur* Turnebus vertit. Igitur τὸ θερμὸν scribi voluit, quod habet Voss. 4.

14. δοκοῦσι τὸ αὐτὸ] Voss. 2. et 4. δοκεῖν, Voss. 1. δοκεῖ verum habet cum Vindob. Ald. Basil. Furlaniana. De re confer de causis pl. 2, 10. Deinceps πέπτειν habet Voss. 2. et 4. qui posterior ordine mutato τοὺς καρποὺς φασὶ rectius dedit. Vulgo erat φασὶ τοὺς καρπούς.

καὶ πέττει — συνάγει] Vulgatum ἐνάγει correxi e Voss. 2. qui paulo antea cum Voss. 4. πίπτει dat. οὕτως Voss. 4. Sequens ἐπὶ praeeunte versione Turnebi seclusi.

15. ἡ αὐτὴ δὲ αἰτία — συνέχει] Voss. 1. ἥ τ' αὐτῇ δ' αἰτία — συνάγει. Voss. 2. et 4. λειποψυχήσασι — συνάγει. Vulgo erat λειποψυχοῦσι. Deinceps ἀμφράττον Voss. 2.

τοῦ ἐκλυομένου] Turnebus: *spiritum quem ducimus continendum esse.* Is igitur scripturam Ald. Basil. Voss. 1. Vind. τοῦ ἑλκυομένου mutatam voluit in τὸ ἑλκόμενον. Noster de animi deliquio §. 5. διότι κατέχειν κελεύουσιν ἐν ταῖς λειποψυχίαις τὸ πνεῦμα. κωλύει γὰρ ὁ κατέχων ἐξιέναι τὸ θερμὸν, ὁ δ' ἀνιεὶς ἐνδίδωσιν. Ὅτι ὁ ῥαίνων ὕδατι τοὺς λειποψυχοῦντας συμφράττων καὶ πυκνῶν τοὺς πόρους καὶ συναθροίζων ἐντὸς τὸ θερμὸν (ἀντιπεριΐσταται γὰρ) ὠφελεῖ. Unde patet, ἐκλύεσθαι idem fere significare quod λειποψυχεῖν. Furlani emendationem recepit Heinsius. Ille comparavit locum Galeni libro 1. ad Glauconem, ubi in defectionibus, quae ab evacuationibus consequuntur, iubet ὕδωρ τε ψυχρὸν προσραίνειν καὶ τοὺς μυκτῆρας ἐπιλαμβάνειν. Frigidae usum eundem tangit Aristotelicum Problema 10, 9. ὥσπερ τοῖς μικροψυχοῦσι τὸ ὕδωρ· ἀπαντῶσα γὰρ ἡ ψύξις κωλύει ἐξιέναι τὸ θερμὸν ἐκ τοῦ αἵματος ἐξ ἐπιπολῆς, διὰ τὴν πληγὴν συνδραμόντος, καὶ ὅταν ἐξέλθῃ τὸ θερμὸν, πηγνυμένου.

διαθερμαίνεται καὶ τὸ ἐντὸς, καὶ τὸ ὕδωρ ἐμπίπτον] Ald. Basil. Vind. Voss. 1. 2. ὁ ἱδρὼς ἐμπίπτων habent. Turnebi versio: *simul sudor coortus solvit animi defectum.* Furlani emendationem dedit Heinsius. Voss. 2. 4. διαθερμαίνεταί τε καὶ dant: unde τε accepi, sed sequens καὶ seclusi, quod sententiam turbat.

ἐν τῷ ψύχει δὲ μᾶλλον, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ ἢ τῷ ἡλίῳ] Haec est Furlani sive emendatio sive depravatio scripturae Ald. Basil. ψύχει δὲ καὶ θερμαίνει τὸ ἐν τῇ σκιᾷ. quam

habent quoque Vind. Voss. 1. ψύχει δὲ καὶ θερμαίνει τὸν ἐν τῇ σκιᾷ ἢ τὸ ὅτε Voss. 2. et 4. Turnebus novam exortus sententiam vertit: *Frigoribus porro calfacit magis ignis et in umbra.* Inseri igitur voluit verba τὸ πῦρ vel simile vocabulum. Laudo ingenium viri docti, qui partem veri viderit. Equidem in ipsum vestigium incidisse mihi videor, unde sententia manca redintegrari possit. Aristoteles Problem. 24, 13. *Διὰ τί ἐν τῷ ἡλίῳ μᾶλλον ἢ τῇ σκιᾷ τὰ θερμὰ ψύχεται; πότερον ὅτι τὸ θερμὸν τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ πλείονος φθείρεται; ἢ ὅτι ἐν μὲν τῇ σκιᾷ τὸ ψυχρὸν περιεστηκὸς θλίβει τὸ ἐντὸς θερμὸν, καὶ οὐκ ἐᾷ ἐπεξιέναι; ὥςπερ καὶ τοῖς θνήσκουσι ποιεῖ τὸ ψυχρὸν προσχεόμενον· ἐγκατακλείει γὰρ τὸ θερμὸν, καὶ κωλύει ἐξιέναι. Καὶ ὅλως τοῦ χειμῶνος ἅπασι συμβαίνει τὰ ἔσωθεν θερμότερα· ἐν δὲ τῷ ἡλίῳ οὐδενὸς ἀντιφράττοντος φέρεται καὶ θᾶττον ἀπολείπει.* unde vulgatam correxi, transpositis etiam verbis ἐν τῷ ἡλίῳ. Post ἐκθλίβεται —. τὸ θερμὸν signum lacunae posui: deest enim aliquid ad sensum perficiendum, veluti ἐν τῷ ἡλίῳ aut ὑπὸ τοῦ ἡλίου.

16. *Καὶ τὰ* [ὕδατα] *ἐκ τῆς γῆς*] Inserui ὕδατα. Vulgatam Turnebus vertit: *et terrae interiora hieme quam aestate eadem causa calidiora sunt: sed et nonnulla impensius fervent. Non tamen aqua calida item effervescit.* Voluit igitur scribi καὶ τὰ τῆς γῆς δέ. Male deinceps Furlan. et Heinsiana καὶ ἔνια γὰρ ἀναζεῖ dederunt. Voss. 2. ἐκ τῆς γῆς δέ.

μᾶλλον θερμαινόμενον] Turnebus: *quanquam interdum calidior.* Voss. 1. ὑπερ . . . habet pro ὑπερζεῖ. Voss. 2. τὸ θερμαινόμενον ὕδωρ — θερμαινόμενον ὡς μὴ ὅτι τὸ ὑπερζεῖν ἐστιν ἀναβολὴ τῶν πομφολύγων. Ita etiam Voss. 4. Vulgo erat ἐστὶν ἐν ἀποβολῇ τ. π.

συμπίπτουσιν ἅμα, τῷ τε — γίνονται] Hanc vulgatam e Voss. 2. correxi, inserta copula ante ἅμα et mutata distinctione. Idem τοῦ θέρους δὲ dedit, ubi erat τοῦ δὲ θέρους. Aristoteles Problem. 24, 6. *Διὰ τί οὐχ ὑπερζεῖ τοῦ χειμῶνος ὁμοίως καὶ τοῦ θέρους τὸ ὕδωρ, οὐ μόνον ὁμοίως θερμαινόμενον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον, καὶ ὁμοίως θερμὸν ὂν καὶ ἔτι μᾶλλον; ἢ διότι ἡ ὑπέρζεσίς ἐστιν ἡ ἀναβολὴ τῶν πομφολύγων; Τὸ μὲν οὖν ὕδωρ αὐτὸ θερμαίνεται τότε οὐθὲν ἧττον ἢ τοῦ ψύχους, αἱ δὲ πομφόλυγες αἴρεσθαι οὐ δύνανται ὁμοίως διὰ τὸ τὸν περιέχοντα ἀέρα εἶναι ψυχρόν· ἀλλὰ καὶ ἐλάττους τῷ μεγέθει αἴρονται ὑπὸ τοῦ ψύχους θλιβόμεναι, καὶ διακόπτοντος τοῦ ἀέρος ταχὺ διαπίπτουσι· ὥστε ἐλάτ-*

τους τε τῷ ὄγκῳ καὶ τῷ πλήθει γίνονται τοῦ χειμῶνος, τοῦ δὲ θέρους τοὐναντίον. Ἡ δὲ ὑπέρζεσις γίνεται διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ἀφροῦ.

17. εἰς τὸ ἀναγαγεῖν] *ad colligendum* Turnebus vertit, et Furlanus annotationi rectius συναγαγεῖν praescripsit. Deinceps ἐλαττῶν Voss. 1. καὶ χυτωνῶν Voss. 2. et 4.

γάρ φασι καὶ μόλιβδον] Voss. 1. cum Ald. Basil. καττίτερον ἢ μόλιβδον, Voss. 2. καττ. καὶ μόλιβδον habet. πάγους Voss. 2. et 4. Aristoteles θαυμασ. ἀκουσμ. c. 51. de Celtico stanno: τήκεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ψύχεσιν, ὅταν γένηται πάγη, ἐγκατακλειομένου ἐντὸς, ὥς φασι, καὶ συνωθουμένου τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ διὰ τὴν ἀσθένειαν. quem locum temere tentavit huius nostri immemor Io. Beckmannus. Alium Plutarchi locum de caussa frigoris p. 107. annotavit Turnebus, ubi haec ex Aristotele traduntur: Ἀριστοτέλης δὲ καὶ τὰς ἀκόνας τοῦ μολίβδου τήκεσθαί φησι καὶ ῥεῖν ὑπὸ κρύους καὶ χειμῶνος, ὕδατος μόνου πλησιάζοντος αὐταῖς. Ὁ δ' ἀὴρ, ὡς ἔοικε, συνελαύνων τὰ σώματα τῇ ψυχρότητι καταθραύει καὶ ῥήγνυσι. Idem p. 114. e Theophrasto refert haec: ἐν δὲ τοῖς δυσχειμέροις κλίμασι πολλὰ ῥήγνυσι τὸ ψῦχος ἀγγεῖα καὶ χαλκᾶ καὶ κεραμεᾶ, κενὸν δ' οὐδὲν, ἀλλὰ πάντα πλήρη, βιαζομένου τῇ ψυχρότητι τοῦ ὕδατος. Καίτοι φησὶ Θεόφραστος τὸν ἀέρα ῥηγνύναι τὰ ἀγγεῖα τῷ ὑγρῷ καθάπερ ἥλῳ χρώμενον.

ἐμπνευματωθῆναι] *humore in flatum abeunte* Turnebus vertit. Is igitur τὴν ὑγρότητα scribi voluit: quod dedi, et firmat locus Plutarchi antea positus. Praeterea ἐκπνευματωθῆναι Voss. 4. dedit.

18. ὑπὸ χιόνος δὲ] *Sed et a nive terrae fermentatio idem declarat* Turnebi versio. ἀπὸ χιόνος Voss. 2. et 4. E superioribus repetendum σημεῖον, et scribendum deinceps καὶ ἡ ὑπὸ χιόνος, inserto articulo ἡ. Furlanus locum ex hist. pl. 2. comparavit de nive: ἅμα τὴν γῆν ἀναζυμοῖ. De animalculis in nive genitis vide ad Aristot. h. a. 5, 17, 12. p. 406.

ὑδάτων· ἐπεὶ καὶ ἡ ἀναθυμίασις] Vulgatam hanc correxi cum Turnebo vertente: *quando vapor et anhelitus uberior provenit — verum etiam propter compulsionem terra humescente.* Ad καθυγραινομένης intellige τῆς γῆς. Voss. 1. θερμοῦ καὶ διὰ habet. Voss. 2. 4. οὐ μόνον διὰ τὴν φαντασίαν ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν ἀθροισμὸν καὶ διὰ τὴν ἀντιπερίστ. Quid in hac varietate lateat, nondum excogitavi.

διακεχυμένον] Ad hoc et superiora verba intellige τὸ *θορμόν*.

19. *τῶν ὑπὸ τοῦτο καὶ τὸ διαμένειν*] *eodem illud quoque pertinet* Turnebus vertit. Vitiosum locum equidem esse suspicor: fortasse fuit *ὑπὸ τὸ αὐτὸ πιπτόντων*.

σβέννυσθαι· σβεννύει γὰρ] *efficit, ne adiecto externo aere extinguatur* Turnebus, qui scribi voluit *τοῦ ἀέρος τοῦ — προσπίπτοντος*. Voss. 4. *σβέννυται* habet. Minus violenta correctione *σβεννύναι* scripsi.

ἀποῤῥοὴν μὴ γίγνεσθαι] Voss. 4. *γίνεσθαι*. Turnebus vertit *ignemque non effluere*, omisso verbo *sinit*, quod respondeat graeco *κωλύει* e superioribus repetendo. Furlanus comparavit locum de Senectute c. 5. *ἡ δὲ κρύψις σώζει τὸ πῦρ· οὔτε γὰρ ἀποπνεῖν κωλύεται διὰ τὴν μανότητα τῆς τέφρας, ἀντιφράττει τε τῷ πέριξ ἀέρι πρὸς τὸ μὴ σβεννύναι τῷ πλήθει τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτῷ θερμότητος.* Sententia plane est contraria magistri: quam discordiam tollere Furlanus conabatur scribendo *ἐνυπαρχούσης αὐτῇ*, ut calor ad cinerem referatur. Sed vocabulum *θερμότητος* mutandum est in *ψυχρότητος*, ut in concordiam redeat cum discipulo magister.

μηδ' αὐγὴν, εἴ τις ἄρ' ἐστὶν] Turnebus vertit: *flammam, si qua inest, non coacervari, quemadmodum apud fornaces carbonarias, sed satis tamen transitus habere.* In annotatione scribi etiam *αὖ γῆν* posse putabat. Contra recte Furlanus monet, *αὐγὴν* non esse flammam, nec terrae hic locum esse. Memorat etiam scripturam *αὐτήν*: ipse mavult brevius scribi *μηδ' ἂν συναθροίζεσθαι*. Sermonem esse ait de ignis corpore, quod nisi respiret et ventiletur, sed in radicem recurrat suam, et contabescat et corrumpatur. Voss. 2. et 4. *ἥτις γάρ ἐστιν — ὑπὸ τοῦ πνίγους* habent. Equidem suspicor fuisse olim: *μηδὲ τὴν αὐγὴν, εἴ τις ἄρ' ἐστὶ, συναθροίζεσθαι καθάπερ πρὸς τοῦ πνιγέως*. Hoc videlicet dicit, quod Aristoteles: *οὔτε γὰρ ἀποπνεῖν κωλύεται διὰ τὴν μανότητα τῆς τέφρας*. Fit igitur ignis *ἀποπνοὴ*, exspiratio quaedam per cineris raritatem: quae latere videtur in Theophrasteo *τὴν αὐγήν*. Voss. 2. *ἀλλ' ἔχει* habet. Vulgo erat *τοὺς πνιγεῖς*.

διότι μὴ ἐκκοφθὲν] Turnebus vertit: *Quod autem repugnare videtur, non erutum citius interire non sublato quam ablato cinere, nihil sane repugnat.* Furlanus *ἐκκοφθὲν* interpretatur *ignem a cinere paulum discisso retectum et erutum*: quare dixisse *ὑφαιρούντων*, non *ἀφαιρούντων*: moveri enim cinerem, non amoveri, atque ita et effluxum fieri pru-

nae liberiorem, et non omitti cineris custodiam. Miror equidem Furlanum, qui cum Aristotelis geminum locum ipse comparasset, difficultatem tamen huius loci inde expedire ne conatus quidem sit. Ita vero ibi magister post verba superiora docet: Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς αἰτίας ταύτης, ὅτι τὸ ἐναντίον συμβαίνει τῷ ἐγκρυπτομένῳ καὶ καταπνιγομένῳ πυρὶ, (τὸ μὲν γὰρ μαραίνεται, τὸ δὲ διαμένει πλείω χρόνον) εἴρηται ἐν τοῖς προβλήμασι. Vides, speciem illam contrarii existere e comparatione phaenomenorum, quae accidunt igni cineribus cooperto, eidemque πνιγεῖ obtecto. Igitur primum apparet, verbum ἐκκοφθὲν ab hoc loco alienum esse, mutandum in ἐγκρυφθέν. Voss. 2. et 4. habent μὴ ὅτι διεγκρυφθέν. Verba τὴν τέφραν ἢ ὑφαιρούντων omittit Voss. 2. unde apparet, locum iam olim vitiosum in Codicibus fuisse. Vulgatam aliter defendere nemo facile poterit, nisi scribat: καὶ ἀφαιρούντων τὴν τέφραν ἢ ὑφ. aut cum Voss. 2. plane omittat. Nam sequens ὅπερ, εἰ γυμνὸν ἦν, ἐποίει ἂν μᾶλλον docet, comparari nunc ignem cineribus obtectum et nudum. In loco vero Aristotelico, quem supra posui, ignis cineribus obtectus cum igne suffocato in πνιγεῖ comparatur. De forma et usu πνιγέως loca sunt classica Aristotelis in Problemate supra nominato. Formam rotundam aut hemisphaericam colligas ex Aristophanis Avium versu 1001. usum e Nubium versu 97. Galeni locum libri de causis morborum posuit Furlanus hunc: στεγνοῦται μὲν οὖν, εἰ σικύαν ἰατρικὴν ἢ πνιγέα περιθήσεις ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον.

δεῖ γὰρ τὴν ὀλιγότητα αὐτοῦ] *eius enim eam paucitatem esse oportet* Turnebus vertit: Furlanus tacet. Sed recte Vindob. et Voss. 1. αὐτῆς et deinceps δύναται pro vulgato δύνασθαι habent. διὰ γὰρ τὴν — δύνανται Voss. 2. et 4. δύναται quoque Ald. Basil. habent. Equidem etiam ὀλιγότητα, quae ad rem non pertinet, in μανότητα mutatam malim.

οὔτε πάλιν — μίγνυσθαι — ὅπερ, εἰ γυμνὸν ἦν, ἐποίει] Verba prima ita interpretari oportet, ut non κωλύει ipsum repetas, sed potius inde verbum *pati* deducas: *neque rursum patitur.* Ita in latinis scriptoribus saepiusculo e praecedentis membri verbo *negare* in altero eoque contrario simplex *dicere* repetere ad sensum oportet. Pro altero verbo Voss. 2. et 4. ἀμύνεσθαι habent, et deinceps διὸ, εἰ γυμνὸν ἦν, ἐπ. Fortasse olim fuit: οὔτε πάλιν τὴν ἀποῤῥοὴν εἶναι τοσαύτην.

20. *πυρὸς πλείους*] Voss. 2. *πλείους* omittit. Deinde *δεῖ δ' ἔξωθεν* pro *αἱ δ' ἐκ τῶν ἔξωθεν* cum Voss. 4. habet. Postea Voss. 2. *ὁμοιογενῶν — εἴπωμεν*. Voss. 4. *ὡς ὀλίγῳ — εἴπωμεν*.

ὑπὸ ψυχροῦ οἰκεῖαι μᾶλλον] Voss. 2. et 4. *ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ μᾶλλον οἰκεῖαι* dederunt. Deinceps *τὸ ὑπὸ τοῦ ὁμογενοῦς* Voss. 1. cum Ald. Bas. *τῷ ὑπὸ τοῦ ὁμ.* Voss. 2. Postea *φθαρτικὰ ἴσως* Voss. 2. et 4. habent.

21. *Ἡ δ' ὑγρότης καὶ θερμὴ*] Vulgatum *ἢ δηπώτας καὶ* Turnebus vertens *materiaque iam aliqua calida et frigida* scribi voluit *ὕλη δέ τις*. Voss. 1. *ἡ δυπότης — διαδυστικὴ καὶ καταφθείρει*. Voss. 2. et 4. *ἡ δ' ὑγρότης — ψυχρὰ οὖσα — διαδύεται καὶ καταφθείρει*. Vindob. *πῦρ σβέννυται· ἤδη πῶς τις καὶ — οὖσα διαδυτικὴ καὶ καταφθείρει*. Ald. Basil. *οὖσα διαδοτικὴ καὶ καταφθείρει*. Heinsius dederat: *ἢ δηπώτις καὶ θερμὴ καὶ ψυχρὰ οὐσία διαδυτικὴ καταφθείρει*.

ἐπεὶ καὶ ἡ φύσις καυστὴ, καθάπερ ἤδη πλείων περιῤῥέουσα] Turnebus vertit: *quando et foco idonea, ut lignum, plus aequo circumfluens: cum etiam flamma intereat flatus magnitudine.* Vides, eum vulgato *ἤδη* substitutum voluisse *ὕλη*, probante Furlano. Voss. 1. *καθάπερ ἤδη παρὰ πλειόνων* habet cum Vindob. *ἐπεὶ καὶ ἡ φύσει — καθάπερ ἡ λιπαρὰ πλεῖον ἐπιῤῥέουσα* Voss. 2. et 4. Vides gradus corruptelae paulatim factos. Ante *καυστὴ* articulum *ἡ* addidi.

ἐπὶ τοῦ τε φλογώδους καὶ ὑπὸ πνεύματος μεγέθους] Turnebus vertit: *cum etiam flamma intereat flatus magnitudine.* Voluit igitur scribi: *ἐπεὶ καὶ τῆς φλογὸς φθορὰ ὑπὸ πνεύματος μ.* Furlanus verba *ἐπὶ τοῦ φλογώδους* cum antecedentibus coniungi posse putabat, ita ut deinceps interpungatur, et nova sententia incipiatur a verbis *καὶ ὑπὸ π. μ.* intellecto verbo *σβέννυται*. Malebat tamen verborum vitium maius aliquod existimare esse. In Ald. Basil. est *πλειόνων περιῤῥέουσα τῆς ἱκανῆς ἔτι, τοῦ τε φλ.* Ita etiam Vindob. Voss. 1. 2. et 4. unde *ἔτι* restitui. Deinceps malim *ἔτι ἡ τῆς φλογὸς ὑπὸ πνεύματος μεγέθους*, nempe *φθορά*. Supra enim dixerat *φθοραὶ γὰρ τοῦ πυρὸς πλείους*, easque deinde per species digerere coepit.

οὕτω σβέννυται φθειρομένης — τῆς ἀρχῆς] Turnebus brevius: *Sic enim et hic extinguitur fere, interempto, non superato principio motus magnitudine.* Sensum igitur bene vidit et reddidit, quem Furlanus impediit deleta negatione,

quem secutus est Heinsius. Quo facto sequens ἀλλὰ non habet quo referatur. Ald. Basil. habet cum Voss. 1. καὶ γὰρ οὗτος σβέννυται — καὶ οὐχ, ὥσπερ — κινήσει, καὶ τρόπον. Voss. 2. φθειρόμενος καὶ οὐχ ὥσπερ κατισχυόμενος — κινήσει καὶ τρόπον. Voss. 4. quoque φθειρόμενος — κατισχυόμενος — σβέννυται habet. Equidem verba abundantia seclusi, quorum locum rectius vocabulum ἡ φλὸξ vel simile occupabit.

22. καὶ οὗς γε δὴ νῦν] E Voss. 4. δὴ accessit. Sequens χαλκοῦς cum antecedente τι omittit Voss. 2. deinceps οἷς ἐπὶ τῶν λαμπτήρων χρῶνται Voss. 2. et 4. Pro ἔκτοπόν τι γένηται Voss. 2. et 4. ἐκγένηταί τι habet.

οὐ γὰρ ἔχοντες οὐδαμῇ παράδυσιν] Voss. 1. cum Ald. Basil. ὑγρὰν ἔχοντες. Voss. 2. οὐδαμοῦ παραδίδωσιν — ἅπτεται. Voss. 4. οἱ γὰρ ἔχοντες οὐδαμοῦ παραδίδωσιν οὐχ ἅπτεται. Vindob. χρῶνται omisso habet ὑγρὰν ἔχοντες. Ut structura verborum constet, ἔχοντες mutavi in ἔχον, referendum ad πνεῦμα.

ὧς δ' ἂν αὐτη μένῃ] Recte Turnebus: *quod* (principium) *quamdiu incolume manet.* Voluit igitur ἕως scribi; quod feci. Deinceps vulgo legebatur: καθάπερ ὕδατος πηγὴ μένει, καὶ ἡ φλὸξ σβέννυται, καὶ ἐάν τις ἀποστεγάσῃ πανταχῇ, καὶ ἐὰν μηδεμίαν ἀναπ. δ. Multo brevius Turnebus: *tanquam aquae caput permanet. Interit etiam, si quis nullam respirationem concedat. itaque id ne eveniat, cavent qui cinere operiunt.* Voss. 1. πληγὴ habet. Voss. 2. et 4. πληγὴ — ἐάν τις ἀποστήσας. Vind. cum Voss. 1. et Ald. Basil. verba καὶ ἡ φλὸξ — πανταχῇ non habet.

23. ἐγκρύπτουσι — αὐτὸ ἑαυτῷ θλίβεται] Voss. 2. et 4. ἐγκρυφθείσης — αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ θλίβεται. unde praepositionem adscivi.

τὰς δᾷδας ἢ τοὺς ἄνθρακας] Voss. 1. καταθλίβει τοὺς habet. Voss. 2. et 4. τοὺς δάλους — ἀποσβέννυσιν. Vulgo erat ἀποσβεννύουσιν.

ἐπεὶ καὶ τὸ ἐν τοῖς] Vindob. cum Ald. Basil. ἐπεὶ καὶ ὃ ἐν τοῖς. Voss. 2. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς — τοιαύτην τινὰ αἰτίαν. unde τινὰ adscivi.

κενὸν δὴ ζητεῖ] Voss. 1. ζητεῖν — ἡ φθορά. Voss. 2. κενὸν γὰρ δὴ ζητεῖ πρὸς τῷ. Voss. 4. κενὸν γὰρ δὴ πρὸς τῷ — φθορά. unde γὰρ adscivi.

24. τοῖς ἐργαζομένοις] Intelliguntur operae in metallis seu fodinis. Vereor tamen, ne vocabulum unum alterumque exciderit.

διαδίδωσι τῇ ἀναπνοῇ] *respirationi non concedat* Turnebus. In verbo vitium inesse suspicor, aut plura desunt.

τὰ ψυχαγωγεῖα] Articulum Heinsius omisit. Voss. 2. *ψυχαγώγια*, Voss. 4. *ψυχαγώγεια* habet. *Spiracula* cum Virgilio dixit Turnebus, *aestuaria* maluit cum Vitruvio Palladius. Apposite Grammaticus in Anecdotis Bekkeri I. p. 317. *αἱ θυρίδες τῶν μετάλλων αἱ πρὸς τὸ ἀναψύχειν γινόμεναι.*

καὶ ἁπλῶς λεχθὲν] Bene Turnebus: *quanquam verbo perspicuum est.* idem deinceps *τὰ ὁμιχλώδη καὶ θολερώδη χωρία* vertit. Equidem articulum *τὰ* addidi. Voss. 2. et 4. *ὁμιχλώδης καὶ θολερώδης* habent: ubi si aerem intelligas, articulus *ὁ* addendus fuerit. Deinceps *τοιαύτας* pro *ταύτας* Voss. 2. et 4. dant.

25. *ἡ ἀρχὴ φθειρομένη — σβέσιν*] Dictum pro *τῆς ἀρχῆς ἡ φθορὰ* monuit Furlanus. *σχέσιν* habent Voss. 1. Vindob.

διαλύεται — καίτοι μάλιστα καυστόν] Vitiosum verbum *διαλύεται* correxit Turnebus. *μάλιστα ἄκαυστον* Vind. Voss. 1. Ald. Basil. *εὔκαυστον* Voss. 2. 4. *εὔκαυστον ὂν* Voss. 3. in Excerpto.

ὅτι ἂν — θλίψῃ, τοῦτο ἔσβεσεν] Turnebus *ὅ, τι ἂν — τοῦτο* reddidit. Ald. Basil. Voss. 1. Vind. *ταύτην ἔσβ.* habent, ad *ἀρχὴν* referendum, quod temere mutavit Furlanus. *ὅτε ἂν — θλίβῃ ταύτην ἔσβεσεν — πλεῖον ἐπιῤῥύεν* Voss. 2. et 4. unde vulgatam correxi, et vocem *πλεῖον* addidi. Consentit Excerptum Voss. 3.

Πάλιν δὲ τὸ] Voss. 2. *δὲ* omisso *σβεστικώτερον εἶναι τοῦ* habet. Sic etiam Voss. 4. Quid in *εἶναι* lateat, nescio. Additum seclusi. Deinceps *εἰσδύνεται* Voss. 4.

ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν] Voss. 1. *ἄλλη*, Vind. *ἀλλ' ἢ* cum Voss. 2. et 4. Deinceps *τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ψυχρὸν* Voss. 2.

26. *καὶ αὗται μὲν — ταῖς ἐναντίαις*] Ita Heinsiana. verum *τοῖς ἐναντίοις* vertit Turnebus. *αὐτὰ* habet Voss. 2. et 4. *γινομένων* Voss. 4. In fine *φθοραὶ* supplevi cum Turnebo.

ἡ δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ καθάπερ ἡ παρὰ φύσιν] *ἐφ' ἑαυτοῦ* Voss. 1. *ἡ δ' ἐφ' ἑαυτοῦ καθάπερ ὁ π. φ.* Voss. 4. Praeeunte versione Turnebi *καθαπερεὶ* scripsi. Basil. *ἡ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ — οἰκείου φθαρτικά.*

27. *μέχρι γε τούτου καὶ συναύξει*] *quando eatenus amplificant, quoad moderata sunt* Turnebus. igitur *λαμβάνοντα* scribi voluit. Voss. 2. 4. *μέχρι τοῦ συναύξειν λαμβάνοντος* habent. Volueruntne *μέχρι του* (i. e. *τινὸς*) *συν-*

αὔξει? Deinceps συνθλίβον καὶ ἰσχυρότερον ποιεῖ Voss. 2. 4.

πλεῖον ἔλαιον] Voss. 2. πλέον ἀναλαμβάνουσιν — σφοδροτέρας τῆς κινήσεως — διὰ τοῦθ' ὁ μέν. Voss. 4. ἀναλαμβάνουσιν — διὰ τοῦθ' ὅ.

28. τῷ μὲν γὰρ — εὔκαυστον ἔχων] Vulgatum τὸ μὲν — ἔχον correxi. *nec enim modificatum flatum accipere potest: simul cum ipsa ardeat et quod flagret in promptu habeat, externo non indiget afflatu* Turnebi versio: unde Furlanus Ald. Bas. οὐ καυστὸν — πῦρ οὐ μόνον correxit, quod habent quoque Vind. Voss. 1. Deinceps μόνον καὶ ξηρὸν Voss. 2. 4.

καὶ ποιεῖ τῷ πυρὶ τὸ πνεῦμα] Turnebus: *quae aperit et pervia reddit igni flatus.* quo duce ὁδοποιεῖ scripsi. Voss. 2. 4. τὸ πῦρ ἢ τὸ πνεῦμα.

ὅσῳ ἂν εἰς πλείω] Praepositionem e Voss. 2. 4. addidi. Deinceps διὰ τοῦτο omittit Voss. 2. καταμιγνύντες Ald. Basil. cum Turnebo correxit Heinsius. τὰς ἀνθρακας Voss. 1. deinceps καὶ φλὸξ γίνεται Voss. 2. Equidem copulam καὶ abesse malim.

29. Διὸ καὶ τὰ] E Voss. 2. 4. διὸ accessit. deinceps vulgatam distinctionem, τοῦτο ποιεῖ καὶ ταῖς ξύλοις· ὑπεκκαύματα λεπτὰ λαμβάνοντες, φυσῶσι τοὺς ἄνθρακας· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ἄνθραξ, mutavi, praeeunte Turnebi versione: *lignisque minutos fomites et eremia adhibentes carbones afflant: et carbo ipse afflatus* et cet. Equidem verba τοὺς ἄνθρακας· aliena censeo: nam fomites afflant, cum ignis scintillam exceperunt, non carbones, quos non adhibent ad igniaria.

30. Τοῦτο μὲν οὖν οὐκ ἂν ἀλόγως] *Atque id non ab nulla ratione fieri videtur, iuvari ignem flatu* Turnebus. οὖν Heinsiana omisit. πνεῦμα accessit e Voss. 2. 4. συνεργεῖ habet Voss. 1. Superest tamen adhuc difficultas in verbis τοῦτο, οὐκ — ἀλόγως — συνεργεῖν, ubi Turnebus scribi voluisse videtur: ἀλόγως δόξειε γίγνεσθαι, τὸ συνεργεῖν.

δυνάμεις αὐτῶν ἕτεροι· καὶ οὐχ ἅπαν θάτερον] Ald. Basil. Voss. 1. Vind. αὐτῶν θάτεροι. unde Furlanus ἕτεροι effecerat. διάφοροι dederunt Voss. 2. 4. Turnebus vertit: *proinde eorum quoque potestates sunt dispares: nec quod aliud idem aliud quodvis protinus effecerit.* unde ductum est ἅπερ, quod in annotatione Furlani positum legitur.

ἄνθραξ οὐ φωτίζει] Voss. 1. omittit negationem. Voss. 2. 4. ἄνθραξ φωτίζειν, intellecto οὐ δύναται.

οὐδ' ἂν οὗτός τ' ἐκκαίων καὶ αὔων] Turnebus: *nec ista flagrans et malignius ardens.* Voss. 2. 4. habent οὕτως τῶν ἐκκαίων. unde alii verum indagabunt. Interim αὖ pro ἂν scripsi.

καθαρωτέρα, τοσούτῳ μᾶλλον] *Sed quo purior flamma est, eo minus terreni habet et aquei aut postremo quod officiat: quibus ex rebus fumus et exhalatio vaporatur* Turnebus, recte vocem φλὸξ supplens: cetera male vertit. Ad verba enim τοσούτῳ μᾶλλον intelligere oportet φωτίζει. Deinceps sequebatur ὑδατῶδες, οὐδὲ ἐν αὐτῇ. Vossiani 2. scriptura οὐδ' ἐν αὐτῇ in vestigium verae me perduxit.

31. διαφαινομένη] διαφερομένη χρόαν Voss. 2. διαφορουμένη Voss. 4. Sequens ὁ ἥλιος omittit Voss. 2. Furlanus comparavit locum Meteorolog. ἀνίσχοντα τὰ ἄστρα καὶ δυόμενα, ἐὰν ᾖ καῦμα καὶ διὰ καπνοῦ φοινικᾶ φαίνεται. Aptior est locus de sensu c. 3. Cf. etiam Scholia ad Arati Diosem. versu 54.

ἐξαερουμένην — πυρουμένη γὰρ] Voss. 2. 4. ἐξαιρουμένην. Sequens γὰρ omittunt Voss. 1. Vindob. αὕτη φλὸξ recte Voss. 2. 4. ubi erat vulgo αὕτη ἡ φλόξ.

32. Οὔσης δὲ] Turnebus δὴ vertit: ex eiusdem versione sequens ἧττον ante ὄντα θερμὰ Furlanus addidit. Voss. 2. 4. τὸ θερμαῖνον μᾶλλον — ἡ τοῦ κόσμου φλόξ. Verba τὸ ὕδωρ καὶ τοὺς ἀνθρώπους pendent a verbo θερμαίνειν, sequentia τῆς ἀπὸ τῶν ξύλων a praecedente μᾶλλον καὶ θᾶττον. Voss. 2. verba τοὺς ἀνθρώπους omittit. καλάμης malebat Furlanus. Aristoteles Problem. 3, 5. καθάπερ τὸ καλάμινον πῦρ· καὶ γὰρ τοῦτο διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀσθένειαν ἀσθενέστερόν ἐστι τοῦ ξυλίνου. Cf. Victorii Var. Lect. 33, 1.

τὰ ἀπὸ τῶν στερεωτάτων] Vind. Voss. 1. τὸ ἀπὸ τῶν στερεωμάτων habent cum Ald. Basil. deinceps στεῤῥότατον ὢν Voss. 1.

καὶ τὴν μὲν τοῦ ἡλίου θερμότητα μελαίνειν — τὴν δὲ τοῦ πυρὸς] Voss. 2. 4. ἡ τοῦ ὅτι θερμότητα θερμαῖνον τά. Vulgatam praeeunte Turnebo correxi, casu mutato. Notam tachygraphicam vocis ἥλιος iam supra bis vidimus.

33. θερμαίνει τε γὰρ] Voss. 2. 4. μελαίνει — ἢ τὸν κάλαμον. Deinceps vulgatam, συνεχὴς δέ, ὅτι πυκνή, Turnebus vertendo *crebra, quia continens,* correxit. Praecedit enim διὰ λεπτότητα καὶ πυκνότητα: causa igitur nunc red-

denda τῆς πυκνότητος, non τῆς συνεχείας. Ald. Basil. deinceps διαδοτικόν.

διὰ τὴν συναφὴν καὶ κατάμιξιν· ἥ τε] *calorque ex contagione et admixtione contingit* Turnebus. Voss. 2. 4. θερμαίνεσθαι ἅμα τὴν συνεχῆ καὶ κατα.... ἥ γε habent.

ἥ τε φλὸξ — μᾶλλον διὰ τοῦτο] Turnebus: *qua de causa etiam flamma quam toti carbones ad id efficacior.* Videtur igitur ἐνεργεῖν vel ἐνεργητικὸν supplevisse: equidem διὰ τοῦτο mutare in διαδυτικὴ sum ausus.

ἀποῤῥοὴ καὶ ἀθροωτέρα] Ald. Basil. ὅλων τῶν ἀνθράκων — ἀποῤῥοά. Ita quoque Voss. 1. et 2. ὅλων — ἀποῤῥοὴ ἀθροωτέρα. Furlanus scribi voluit ὅλως· καὶ ἅμα πλείων ἡ ἀποῤῥοὴ καὶ ἀθροωτέρα, nulla edita causa mutationis.

34. ἴσον ἑκάτερον — εἰ δὲ μὴ, ὡς οὐχ οὕτως γ' ἔχων, οὐδὲ ὁμοίων] Ita Heinsiana. Ald. Basil. ὡς οὐχ αὕτης ἔχων — ὁμοίως. Vind. ὡς οὐχ αὕτης γε ἔχων οὐδὲ ὁμοίως. Sic et Voss. 1. αὐτῶν ἴσων ἑκάτερον ἴσον θερμαντικὸν — ὡσαύτως ἔχον οὐδ' ὁμοίων Voss. 2. ἴσων ἑκάτερον ἴσον Voss. 4. Unde non difficile erat verum eruere, praeeunte versione Turnebi: *In totum non iisdem fortasse utrumque calfacit: sin minus, certe non eodem utriusque habitu.*

Θερμαίνει μὲν οὖν] Vulgatum γὰρ e Voss. 2. 4. correxi. Deinceps vulgabatur: γεώδει καὶ στερεῷ — οὐχ ὁρμῶν ὁμοίως. Ald. Basil. Voss. 1. στερεὸν πῦρ θερμότατον, ὅτ' ὀρθὸν ὁμοίως. Vind. οὔτ' ὀρθὸν ὁμοίως. Voss. 2. 4. γεώδει στερεῷ — θερμότατον αὐτόῤῥοον (αὐτόῤῥον Voss. 2.) ὅμως. Deinde ἀπὸ τῆς θερμότητος Voss. 4. Turnebus vertit: *ignis enim in solido et terreno calidissimus est, non aeque tamen se effert, sed densitate cohibetur et corpus cremabile occupat.* Is vulgatum θερμότητος mutari iussit in πυκνότητος, probante Furlano. Praeterea ἔχον τε vitiosum videtur, fortasse in κατέχον mutandum, aut κατέχει τὸ καυστὸν σῶμα.

35. Τὸ δὲ στερεὸν, διὰ τὴν πυκνότητα καὶ σκληρότητα πυρωθὲν — ψυχρότατα. στέγει γὰρ — τηρεῖ τὸ θερμόν] Ita Heinsiana. τὰ πυρωθέντα Vind. Voss. 1. Ald. Basil. Sed ecce Voss. 2. et 4. antecedentia cum his ita scripta copulant: τὸ καυστὸν σωματωδέστατον, διαδυτικώτατα καὶ σκληρότατα πυρωθέντα — ὄστρακον, ἃ τῇ φύσει. Deinceps τηρεῖ καὶ τὸ θερμὸν Voss. 2. cum Ald. Bas. Voss. 3. Excerptum habet τὰ σωματωδέστερα καὶ καυστικώτερα καὶ διαδυτικώτερα. Turnebus vertit: *Solidum autem*

propter densitatem et duritiem ignitum urit, quemadmodum ferrum — ostrea inania, quorum frigidissima fere natura est. Continent enim in se ipsa calorem et conservant. itaque ex eo carnem maxime torrent. Is igitur deceptus vulgari loci interpunctione sententiam discerpsit, et in priore membro verbum καίει post πυρωθὲν inseruit. In scriptura Voss. 2. et 4. nihil sani agnosco. Equidem non dubitavi vulgatam sequi, mutata tamen interpunctione, ita ut e Codicibus ὄστρακον ἃ in locum vulgati ὄστρεα κενὰ, τῇ φ. substituerem, et particulam γὰρ post στέγει delerem.

θάττων γὰρ] Vulgatum θᾶττον praeeunte versione Turnebi correxi. deinceps vulgabatur: οὐ γὰρ καίει μὴ ἐπιμείναντι τὸν αὐτὸν χρόνον. vertit Turnebus: *non enim urit tantundem non permanenti.* Verum dedit Voss. 2. et 4. εἰ μὴ ἐπιμένει.

36. οἱ ἐν ἡλίῳ] Aristoteles Problem. 38, 6. διὰ τί μᾶλλον καίονται ὑπὸ τοῦ ἡλίου οἱ καθεζόμενοι τῶν γυμναζομένων; ἢ ὅτι οἱ ἐν κινήσει ὄντες ὥσπερ ῥιπίζονται ὑπὸ τοῦ πνεύματος, διὰ τὸ κινεῖν τὸν ἀέρα;

ἔτι τούτων] Repete ἧττον. Deinceps Turnebi versio: *adde quod his aeris etiam motus aliquid refrigerationis fortassis affert.* Voluit igitur ἡ κίνησις τοῦ ἀέρος ποιεῖ scribi. Sed sequens γινομένη non fert istam mutationem; igitur duce Aristotele ῥίπισις inserui. Voss. 2. et 4. habent ἅμα διττῶς τούτοις γε. unde vulgatum τούτων δὲ correxi.

καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα — πρὸς τὰ ὑποκείμενα] *Magni autem refert et ad liquandum et coquendum reliquaque generis eiusdem, qualis quaeque materia sit, verbi gratia, flammamne mollem habeat, an calidissimam, an non duram* et cet. Turnebus vertit. Is igitur praepositionem πρὸς deletam voluit, quam seclusi. In annotatione Furlani ἕκαστον πρὸς scriptum video. τὰ antea τοιαῦτα omittit Voss. 2.

οἷον ὅλως μαλακῆς ἢ θερμοτάτης] Turnebus οἷον φλογὸς correxit, assentiente Furlano. Ald. Basil. ὅπως cum Voss. 1. Vind. οἷον ὀπὸς μαλάκης δὴ θερμότητος εἰ μὴ — πάλιν ὄξος. Ineptum ὅλως cum Furlano Heinsius posuit.

ἀπὸ μὲν μαλακῶν] γὰρ interserui cum articulo, auctore Voss. 2. et 4.

37. τῷ οἴσῳ] Ald. Basil. τῶν * οὔσῳ. Voss. 1. τῷ γόνσῳ. in τῷ οἴσῳ mutavit Turnebus fruticem Gallis *osyer* appellatum eundem existimans, alias οἰσύαν. Furlanus fruticem ἴσον in tertio historiae plant. c. 17. eundem esse putabat. Sed idem est ἴσος, qui οἶσος dicitur 6, 2. quem

Lycium Linnaei interpretatur Sprengel Histor. herb. rei p. 82. Paulus Aegineta ἴσκας ad urendum adhibet, de quibus vide Reinesii Var. Lect. p. 311. Sed ecce Voss. 2. 4. τῷ χρυσῷ dant: in quo quid lateat, videant acutiores. deinceps μαλακώτερα ἢ ἀπὸ Voss. 2. habet.

ἀλείμμασι] Voss. 4. πευκάσεσι — σχεδὸν δὲ καὶ αἱ ἄλλαι. ubi vulgo erat: σχεδόν· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι. Cum quis sudat ad flammam, ut de Augusto scribit Suetonius c. 82. πυρίασις est, puto: ἄλειμμα, cum quis ungitur ad flammam. Pravam verborum distinctionem ἀλείμμασιν. ἀπὸ τούτων γὰρ ζητοῦσι vertendo correxit Turnebus: quem secutus γὰρ inutile seclusi.

αἷς μὲν ὥσπερ βιαιοτέρα τις χρῆσις — σφοδροτάτην] Turnebus vertit: *quarum enim administratio vehementioris est operis, velut ferrariorum ars, vaporem acerrimum desiderant.* Igitur γὰρ insertum voluit. In annotatione Furlani scriptum reperio: κατὰ λόγον· ὧνπερ βιαιοτέρα ἡ χρῆσις, ὥσπερ ἡ χαλκευτική. Insigne Voss. 2. 4. supplementum posui, ut excerptum reperi. Vitia, quae supersunt, coniectura nunc persequar. Igitur τὴν λεπτὴν ζητοῦσι καὶ μαλακὴν scribo. Initio vero suspicor fuisse αἷς μὲν οὖν. Ad nominativos vero istos, μάλαξις ἢ σῆψις (quod vocabulum de igne vitiosum est) ἢ διάλυσις, quid desit, ἐν χρείᾳ an aliud vocabulum, non ausim statuere. Postrema etiam ista, ὥσπερ βιαιοτέρα τὶς χρῆσις, vitiosa esse existimo.

στυπτοὺς ποιοῦσι] Ald. Basil. τιπτους recte emendavit Turnebus usus testimonio Aristophanis Acharn. 180. Ἀχαρνικοὶ στιπτοὶ γέροντες πρίνινοι. Erant autem Acharnensium plurimi carbonarii. Scholia tamen graeca a vestibus στιπτοῖς metaphoram sumtam aiunt. στυπτοὺς dedit Heinsius. τίπτους Voss. 1. στιπτοὺς Voss. 2.

38. Ἐν τούτῳ δ' οὖν τῷ γένει καὶ] Vulgatum τῷ γε καὶ vertit Turnebus: *in quo et illa quoque quaestio solvitur.* Voluit igitur scribi ἐν τούτῳ δ' οὖν λύεται. Voss. 2. 4. rectum γένει dederunt.

ἀναθυμιᾷν — ἄλυπος] Voss. 4. ἀναθυμίαν — ἀλύπως. Turnebus vertit: *summa corporis vaporet et inurat; proinde sine doloris sensu sustinetur.*

ὕστερον δ' οὐ διαμένειν] Voss. 2. 4. ὑπὲρ ὧν οὐ διαμένει. Deinceps vulgabatur: ἐάν γε τούτων σφοδρότερον χρήσηται καὶ κατακαύσει μελαίνει. Turnebus vertit: *Si quis tamen eo vehementius utatur, ut ustuletur, atrum reddit.*

Voluit igitur ἐάν τις τούτῳ — κατακαύσῃ scribi. Voss. 2. ἐάν τις τούτῳ — μέλανον. Voss. 4. ἐάν τις — μέλανον.

39. αἱ φωκαΐδες] Voss. 2. et 4. φλυκτίδες. Aristoteles Problem. 38, 7. διὰ τί ὁ μὲν ἥλιος ἐπικάει, τὸ δὲ πῦρ οὔ; ἢ διότι λεπτότερός ἐστιν ὁ ἥλιος καὶ μᾶλλον δύναται διαδύεσθαι εἰς τὴν σάρκα, τὸ δὲ πῦρ, ἐὰν καὶ ἐπικαύσῃ, ἄνω μόνον ποιεῖ τὸ χρῶμα, τὰς φοΐδας καλουμένας, εἴσω δὲ οὐκ εἰσδύεται. Unde vulgatum h. l. φωκαΐδες mutabam in φωΐδες. Hippocratis φῴδας Galenus φαύσιγγας, Erotianus στρογγύλα ἐπιφλογίσματα interpretatur. Phrynichus in Anecdotis Bekkeri I. p. 70. Φῴδες τὰ ἐν τοῖς σκέλεσι γινόμενα ὑπεκκαύματα ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ἐπειδάν τις πλησίον αὐτοῦ καθιζάνῃ et cet.

ὅταν ἐκκαυθῇ] Vind. ὅτι ἐκκαυθῇ. Ita Voss. 1. cum Ald. Bas. Paulo antea πυρὸς καθάπερ ἐν τοῖς ἄνθραξιν vulgabatur: cum Voss. 2. καθάπερ omisi. Idem γὰρ post οὐδὲν sequens omittit.

κεράμου λεγόμενον] Interserlum vulgo μὲν debetur Heinsio. Sequebatur: μελαίνει τὸν ἄσβολον — ὥσπερ καὶ τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον καὶ τοὺς τοίχους. nec Codices variant praeter τὸ ἄσβολον, quod est in Voss. 2. et 4. In annotatione Furlani video recte τὴν ἄσβολον scriptum: sed ibidem est ὅτι αὐτῷ μελαίνει. Voluit, puto, αὐτὸν inserere, duce versione Turnebi: *quod autem de fictilibus fertur, ea nigrescere igni, carnem non nigrescere.* Certius remedium reperi in ipso vitio vulgatae. Nam verba καὶ τὸν κέραμον, quae inter ligna et parietes plane alieno loco inserta leguntur, retraxi et in suum reposui. Addo Aristotelicum Problema 38, 8. διὰ τί τὸ πῦρ τοὺς ἀνθρώπους οὐ ποιεῖ μέλανας, ὁ δὲ ἥλιος ποιεῖ· τὸν δὲ κέραμον ποιεῖ, ὁ δ' ἥλιος οὔ; ἢ οὐχ ὁμοίως ἑκάτερον ποιεῖ, ἀλλ' ὁ μὲν ἐπικαίων τὴν χρόαν μελαίνει, τὸ δὲ πῦρ τὸν κέραμον ἀναπιμπλᾷ ἢ ἀναφέρει ἀσβόλῳ; Τοὺς δ' ἀνθρώπους ὁ μὲν ἥλιος μελαίνει, τὸ δὲ πῦρ οὔ, ὅτι τοῦ μὲν μαλθακὴ ἡ θερμότης καὶ διὰ μικρομέρειαν δύναται τὸ δέρμα αὐτὸ κάειν, ὥστε διὰ μὲν τὸ τῆς σαρκὸς μὴ ἅπτεσθαι οὐκ ἀλγεινὸν, διὰ δὲ τὸ κάειν μέλαν ποιεῖ. Τὸ δὲ πῦρ ἢ οὐχ ἅπτεται ἢ εἴσω διέρχεται· ἐπεὶ μέλανα καὶ τὰ πυρίκαυστα γίνεται· ἀλλ' οὐ μόνον ἐκεῖνον τὸν τόπον κάει, οὗ ἡ χρόα. Socrates Xenophonteus Memor. 4, 7, 7. contra Anaxagoram disputans, qui statuebat, τὸ αὐτὸ εἶναι πῦρ τε καὶ ἥλιον, monet: ὡς ὑπὸ μὲν τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενοι τὰ χρώματα μελάντερα ἔχουσιν, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὔ. — καὶ ὅτι τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων

ἄνευ μὲν ἡλίου αὐγῆς οὐδὲν δύναται καλῶς αὔξεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς θερμαινόμενα πάντα ἀπόλλυται.

Ἅμα δὲ καὶ ἡ ὑγρότης — διὰ τὸ μειοῦσθαι] Turnebus: *simul non omnis humor exuritur, si minuitur*. Ald. Basil. Vind. Voss. 1. διὰ τὸ μὴ ἰοῦσθαι habent. καὶ ὑγρότης Voss. 2. deinceps καὶ βαρύτεροι, omissis istis, διὰ τοῦτο. Ad βαρύτεροι intelligitur οἱ ἄνθρακες. Deinceps debebat esse: ἀναφερομένη γὰρ ἡ τοιαύτη ἀναθυμίασις ἕλκεται τῇ ἀναπνοῇ. ubi vulgabatur: ἀναφερομένης γὰρ τῆς τοιαύτης ἀναθυμιάσεως. In verbis μὴ ἰοῦσθαι quid lateat, nondum certo statuere ausim: suspicor tamen, πνίγεσθαι vel similis significationis verbum latere. Carbones enim igne suffocato parantur: ideo pars humoris residet, nec omnis exuritur. Cf. histor. pl. 5, 10. Furlani emendatio inepta est: igitur scripturam veterem restitui. De carbonum gravi exhalatione sermonem esse recte vidit Furlanus; de qua comparavit locum Aristotelis de sensu c. 5. καθάπερ καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τῆς τῶν ἀνθράκων ἀτμίδος καρηβαροῦσι καὶ φθείρονται πολλάκις.

40. ἐν ἑτέροις γένεσι τεθῇ] Vulgatum hoc a Turnebo redditum correxi. Sequentia idem vertit: *nam multa calor uterque efficere non potest, non imbecillior alioqui, quae tamen alteruter potest.* Scriptum igitur voluit: εἰ καὶ οὐκ ἀσθενέστερον ἔχειν δοκεῖ τὸ θερμόν. Sed in vulgata intelliguntur τὰ ἑτερογενῆ, humor et siccitas cum igni copulata: et structura verborum plena erat: ἑκάτερον τούτων, ὧν θάτερον — τὸ θερμόν. Voss. 2. verba ὧν θάτερον οὐκ ἀσθενέστερον omittit.

οὐδὲ συνιέναι] *neque inire* Turnebus: igitur εἰσιέναι voluit scribi, probante Furlano. E Turnebi versione ἢ ante οὐχ ἧττον inserui. οὐ τήκει ταχὺ idem *magnopere non liquat.*

δεικνῦσιν ὥσπερ τὰ ᾠά] *reddit tanquam ova* Turnebus, quasi ἀποδεικνῦσιν esset scriptum. Vind. δείκνυται habet. Furlanus ova assata intelligit, quae extimis partibus bene densatis penitiores habent male coctas. Comparat is locum Aristotelis de partibus animal. 2, 7. ubi docet, quot modis dicatur aliquid esse calidius altero, unde concludit, τούτους τοὺς τρόπους ἀδύνατον ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ πάντας. Καὶ πάλιν καίει μὲν μᾶλλον τὸ καθ' ἑαυτὸν θερμὸν, οἷον ἡ φλὸξ τοῦ ὕδατος τοῦ ζέοντος, θερμαίνει δὲ κατὰ τὴν ἁφὴν τὸ ζέον μᾶλλον, τὸ κατὰ συμβεβηκὸς θερμόν. Item Problem. 24, 3. διὰ τί τὸ ὕδωρ θερμότερον ἐνίοτε τῆς φλο-

γὸς γινόμενον οὐ κατακάει μᾶλλον τὰ ξύλα, ἡ δὲ φλὸξ κατακάει; et cap. 4. διὰ τί τὸ μὲν ὕδωρ τὸ ζέον οὐ τήκει, ἡ δὲ κοιλία τήκει. Denique recte admonet, verba ἐξάγειν — παχύνειν pertinere ad elixationem et coctionem, quae fit igne cum humore coniuncto. Contra assatio fit sicco igne, quae carnes efficit similes ovis, id est, partes exteriores durat, interiores molles relinquit. Coquum Philemon Athenaei 7. p. 291. ita loquentem introducit: τὸ πῦρ μόνον ποιεῖτε τοῖς ὀπτοῖς μήτ' ἀνειμένον (τὸ γὰρ τοιοῦτ' οὐκ ὀπτὸν ἀλλ' ἑφθὸν ποιεῖ) μήτ' ὀξύ· κατακάει γὰρ ὅσ' ἂν ἔξω λάβῃ, τοῦτο πάλιν, εἰς τὴν σάρκα δ' οὐκ εἰσδύεται.

41. πέττειν — ὥσπερ μαλάττει πηγνυμένη] Turnebus haec cum antecedentibus copulans vertit: *humor tanquam concrescens mollit.* Verum μιγνυμένη dedit Voss. 2. et 4. πέπτειν habet Voss. 1. Sequebatur vulgo κατακαίει, quod cum Voss. 2. 4. in ἐκκαίει mutavi.

ὀπωρικαῖα — ἀεὶ — συμβαίνει πλεῖον] Prima vox vereor ut recte habeat. Sequens πλεῖον similiter vitiosum videtur. Voss. 2. et 4. τούτῳ συμβαίνει πλείω· ἐὰν δὲ τὸ habent non melius. Equidem non dubito, fuisse πλὴν ἐὰν μὴ τό. Turnebus etiam vertendo πλεῖον non reddidit: et video nunc, eum eandem emendationem proposuisse, probante Furlano: quare non dubitavi vulgato substituere, quod mox alieno loco insertum reperiemus, e varietate ortum et in margine annotatum. Voss. 1. διαῤῥέων habet.

οὕτως ἅμα — λαμβάνειν] Haec cum antecedentibus per intercisum copulata, praeeunte versione Turnebi, corrigebam inserta particula ὥστε: rectiorem scripturam deinde Voss. 2. et 4. suppeditarunt: nisi quod πέμψιν habent, et paulo antea οἱ δρόσοι πίπτουσιν.

42. χρήσιμον πλὴν ἐν ὑγρότητι] Inepte interpositum πλὴν recte seclusit Furlanus. Ortum id e varietate scripturae in margine annotata superius ad vitiosum πλεῖον; quod socordia serioris librarii alieno loco inseruit. Igitur delevi. Versio Turnebi πῦρ vitioso πλὴν substituit. τάξεις pro τήξεις habent Voss. 1. et 4.

ὕδατος ὄν, φύσει ξηρᾶς] Turnebus: *quae liquabilia sunt, cum aquae censeantur, calore sicco suapte natura indigent.* Sed φύσει pertinet ad antecedens ὕδατος ὄν. Igitur distinctionem mutavi. Voss. 2. 4. οὐ φύσει habent, sed mox rectius διάλυσιν pro vulgato διάχυσιν.

πρὸς τὸ μὴ δέξασθαι] Turnebi versio τὸ ὑγρὸν supplevit. Deinceps ante χωρισθὲν copulam interserui. Turne-

bus vertendo ἄνευ omisit. deinceps ὡς οἶξαι dant Voss. 2. 4. postea συγγνῶν ὂν τῶν ἔξωθεν.

πρὸς τὰς τήξεις. καὶ αὕτη] Vulgatam distinctionem et αὕτη correxi. θίξεις habet Voss. 2. 4. deinceps πλεῖον — κατακαίειν cum Voss. 1. et Vind. πλεῖον quoque Ald. Bas. Postea λαμβάνουσα τὴν ἀσυμμετρίαν Ald. Basil. Voss. 1. recte e versione Turnebi correxerat Furlanus: tamen τὴν συμμετρίαν in textu posuit, ut Heinsius.

43. ἔνια δὲ τοσαύτης] Vulgatum τινὰ Furlanus effecit e scriptura Ald. Basil. Vind. Voss. 1. Contra ἔνια δὲ τοιαύτης Voss. 2. 4. dederunt. Deinceps articulum τῷ ante λεπτοτέρῳ inserui. Pro ἀτμοῖ — διαθερμαινόμενα Voss. 2. 4. habent αὐτῷ — θερμαινόμενα. Praeterea vulgatum ἑψημένοι e Voss. 4. correxi. Turnebus vertit: *nonnulla tanto egent calore, quantus tenuiore gignitur aquae portione.* Voluit igitur ὅση ἐν τῷ λεπτοτέρῳ scribi.

Ἔνια δὲ καὶ τῶν βρωτῶν ἕψεται] Voss. 2. et 4. copulam καὶ addiderunt, et vulgatum ἑψεῖται correxerunt. Voss. 2. deinceps τὸ ὑγρὸν dat; supra Voss. 4. βροτῶν. *quae humorem avent effugere* Turnebus vertit. Igitur vulgatum τῶν ὑγρῶν correxi.

περιπωμάζοντες καὶ πλάττοντες] Posterius Turnebus vertit *obstruentes.* Rectius περιπλάττοντες dederunt Voss. 2. et 4. qui praeterea περιποδίζοντες dant: in quo περιπωματίζοντες latet, quod restitui.

ὑπόστασις] Turnebus: *ut tertius quidam recessus a primo et ortus esse videatur.* Furlanus *tertium modum* interpretari videtur. In Voss. 2. verba τὸν ἀτμόν· ὥστε τρ. τ. ὑπ. — τὸ μὲν γὰρ ὑγρὸν desunt.

ἀπὸ τοῦ ξηροῦ γίνεται] Malim: ὑπὸ τ. ξ. — ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ. deinceps ἐκεῖνο μὲν μιγνύμενον Voss. 2. 4. μὲν omittit Voss. 1.

τοῦτο δ' ἴδιον ἐκκρινομένου] Turnebus: *hoc cum suum et proprium quiddam excernitur et decedit.* Voluit igitur scribi ἰδίου τινός. Praeterea in ceteris etiam vitium haerere videtur.

44. Ἡ δὲ τοῖς ἐμψύχοις] Voss. 2. 4. Ἦδε δὴ τὰ ἐν ψυχροῖς. deinceps vulgatum οἷον ἡ ζῶσα e Voss. 2. correxi cum Furlano. οἷον omisit Turnebus.

ἄμικτος μένουσα] E Voss. 4. divisi participium. deinceps τὴν ἔχουσαν Voss. 2. 4.

καὶ τὰ σπέρματα] Articulum dedit Voss. 4. deinceps φησὶ Voss. 1. Verba γεννᾷ καὶ βλαστάνει vulgo posita le-

guntur post *φρυγόμενα*, duriore nimis parenthesi et sensum obscurante seclusa. Historia plant. 8, 11. narrat rem accuratius.

Τὸ μὲν οὖν πῦρ, τῷ θερμῷ] Turnebus: *ignis istas caloris tot tantasque dissimilitudines habet.* Igitur *τοῦ θερμοῦ* scribi voluit. *ἢ τὸ θερμὸν* habent Voss. 2. 4. unde *καὶ τὸ θερμὸν* effeci. Sequebatur vulgo: *διαφοράς. καὶ οὔτε καθ' αὑτὰ — μιγνυμένων.* quod e versione Turnebi correxeram *καὶ καθ' αὑτὸ — μιγνύμενον.* Sed si vera est scriptura *καὶ τὸ θερμὸν*, et si vulgatum *καθ' αὑτὰ* bene habet, tum *μιγνύμενα* scribendum fuerit.

45. *τήκει τὰ νομίσματα*] Comparavit Furlanus Aristotelis Problema 24, 4. *διὰ τί τὸ μὲν ὕδωρ τὸ ζέον οὐ τήκει, ἡ δὲ κοιλία τήκει.* Idem cum Turnebo locum Aristophanis annotavit Vesparum versu 597. ubi gallinacei ventriculus numos concoquere dicitur.

γεωδεστέρα, διακρινομένου] Voss. 2. 4. *γεωτέρα καὶ διακρ.* deinceps Ald. Basil. Vind. Voss. *ὑπονοοῦντος* habent, quod versio Turnebi correxit.

46. *τῶν μὲν ἐν τῷ πυρὶ*] Ald. Basil. Voss. 1. *τὸ μὲν ἐν τῷ πυρὶ κατακαιόμενον νεκρὸν* habent. Vind. *τὸ μὲν ἐν πυρὶ καιόμενον νεκρόν.* Voss. 2. 4. *κατακαιομένων ξηρὸν γίνεται τὸ λείψανον. ὁ δὲ ἐν κύκλῳ λίθος.* Voss. 1. quoque cum Vindob. *κύκλῳ* habet, testante etiam Vossio Observat. ad Melam pag. 89. qui inde *Κυάλῳ* exsculpebat. *Ἀσσῳ* correxit Turnebus. Si scriptura *ξηρὸν γίνεται τὸ λείψανον* vera esset, tum sententia opposita in lapide Asio aliam scripturam postularet. Sed puto, *λείψανόν τι* dici nunc ossa, quae in ossilegio condebantur collecta.

τοὺς σωροὺς] Vulgatum hoc e versione Turnebi correxit Furlanus, si Heinsius paruisset. *τὰς σοροὺς* habet Voss. 4. Vossius l. c. ait librum suum *τὰς*, et deinceps *ὅτι ἄλλοθι* scriptum habere. Nihil de hoc excerpta mea annotarunt.

καὶ ἐν ἑαυτῷ τέφραν ποιεῖ] Turnebus: *perpetuo corpora consumit et in cineres redigit.* Furlanus interpretatur pulverem, qui in lapide Asio efflorescit et flos Asii lapidis dicebatur, testante Galeno. Furlani errorem convincere non est opus. De lapide Asio eadem tradunt Dioscorides 5, 142. Plinius 36. c. 6. Voss. 2. 4. *ἔνια αὐτῶν.* Equidem verbis transpositis scribendum censeo: *ἀφανίζει ἐν ἑαυτῷ καὶ τέφραν ποιεῖ.*

διαφέρει — θερμότης] Turnebus: *hic enim etiam ca-*

lor interest, dubia sententia. Voss. 2. διαφέρει καὶ, omisso γάρ. Voss. 4. διαφθείρει καὶ, testante etiam Vossio l. c.

κονίαν] *calcem* Turnebus vertit, quem reprehendens Furlanus *lixivium* interpretatur. κοινίαν habet Voss. 4.

τῷ δὲ θερμότερον, τὸ διαιρεῖν — λεπτά· ταχὺ μὲν γάρ] Voss. 2. τῷ θερμῷ, tum spatium relictum, quod capiat decem fere litteras, — τάχα μὲν γάρ. Voss. 4. τῷ θερμῷ . . . . . τὸ διαιρεῖν τάχα μὲν γάρ. Turnebus vertit: *Ceterum quod calidus est et celeriter et in tenuia comminuit.* Furlanus dedit τὸ δὲ θερμότερον τῷ διαιρεῖν: in qua correctione intelligere oportet verbum ἐργάζεται. Equidem suspicor fuisse: τὸ δὲ θερμότερον διαιρεῖ ταχύ τε καὶ εἰς λεπτά· ταχὺ μὲν γάρ et cetera. Pro παραδύεσθαι Voss. 4. διαδύεσθαι dedit. Sequens τοιοῦτον Voss. 2. 4. in ταὐτὸν mutant.

47. χρονιώτερος θερμανθεὶς] *longiore tamen incalescens spatio* Turnebus. Voss. 2. 4. χρονικώτερος habent. Dubito an haec sana sint. Deinceps vulgatum συγκλειομένου e Voss. 2. 4. correxi. εἰς ante λεπτότερα omittit Voss. 1. 2. Vind. cum Ald. Basil. Igitur seclusi. τῆς τοῦ ἀέρος τοῦ Ald. Basil. Vind.

48. θερμότερον διὰ τοῦ τόπου, παχὺς καὶ θολερώτερος ἐπάγει] Vulgatam hanc e Turnebi versione, *idcirco ubicunque crassus est et caliginosus aer, ibi maiores concitantur aestus,* correxi. θολερώτατος ὁ ἀὴρ πάγει καὶ Voss. 2. et 4. dant, ubi vulgo ὁ ἀὴρ deerat. ὀπάγῃ Ald. Basil. Voss. 1. Vind. Vitium διὰ τοῦ τόπου quomodo ortum sit, docet scriptura Voss. 1. 4. διὰ τὸ τοῦ τόπου. Initio fuit διὰ τοῦτο ὅπου: transposuit librarius syllabas vocis divisas τὸ τοῦτ. tandem τοῦ τόπου inde factum.

ἔνιοι τόποι ψυχρότατοι] τόποι e versione Turnebi addidi. Voss. 2. vocem ψυχρόταιοι omittit. Recte, puto. Si vero ψυχρότατοι bene habet, tam scriptura Codicum πάγη καὶ καύματα μᾶλλον praeferenda erit. Sed protasis est de solo calore. Alioqui locum Aristotelis Probl. 25, 6. comparavit Furlanus, qui aerem caliginosum Ponti hieme frigidiorem, aestate vero calidiorem fieri testatur: *Διὰ τί ἐν τῷ Πόντῳ καὶ ψύχη μάλιστα καὶ πνίγη; ἢ διὰ τὴν παχύτητα τοῦ ἀέρος; τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος οὐ δύναται διαθερμαίνεσθαι, τοῦ δὲ θέρους ὅταν θερμανθῇ, κάει διὰ τὴν παχύτητα. Ἡ δ' αὐτὴ αἰτία καὶ διότι τὰ ἑλώδη τοῦ μὲν χειμῶνος ψυχρὰ, τοῦ δὲ θέρους θερμά.*

οἱ τοιοῦτοι καπνοί] Ita Heinsiana, quanquam Furlanus

in Addendis κἄπνοι scribi iusserat. Verum vertit Turnebus. Voss. 2. 4. ὡς ἐπιπολὺ δ' οἱ τ. habent, deinde ἐὰν δὲ ἐπιπίπτει. Sequens θερμὸν ὄντα Voss. 2. et 4. mutant in θερμότητα: equidem vulgatum praefero.

49. ἑψομένων τὰ παχύτερα] Aristoteles Probl. 24, 9. Διὰ τί τὸ μὲν ὕδωρ ζέον οὐκ ἐκπαφλάζει, τὸ δ' ἔτνος καὶ ἡ φακῆ; — τὰ δ' ἔχοντα ἐν αὐτοῖς σῶμα, οἷον τὰ ῥοφήματα ἢ ὁ ἄργυρος διὰ βάρος τὸ σωματοειδὲς ἔχοντα πολύ, καὶ ἀνταπωθοῦντα διὰ τὸ ἀποβιάζεσθαι, βίᾳ ἐξιόντος ἀποσφαιρίζεται, ᾗ ἂν κρατήσῃ τὸ θερμόν· οὐ γὰρ δίεισι διὰ πυκνότητα, ἀλλὰ κρατεῖ, ἕως ἂν ὑπὸ τοῦ ἐπιῤῥέοντος θερμοῦ ἀποῤῥιφθῇ.

ἐὰν ἐπιβάλῃ τις] Turnebus vertit: *quodsi quid adiiciatur aquae.* pessime! Sermo est de aqua obtecta. Sequens θερμανθέν τι θερμαίνει correxi. *quin etiam calefactum invicem calefacit* Turnebus. Vind. ἐπιβάλῃ τι habet. Voss. 2. 4. θερμαθέντα.

πολλάκις λέγεται[Voss. 2. 4. γίνεται, τὸ μὲν λεπτὸν — μικροτερὲς οὐχ ὁμοίως καίει. unde vulgatum τὸ μὲν ἐν λεπτῷ — μικρομερὲς ὂν — καίεται correxi. Verba τὸ δὲ ἐναντίως — καίει Voss. 2. omisit.

50. ἐρυθρὰ καὶ μελανοῦται μᾶλλον] Vind. ἐρυθρόν. Voss. 2. 4. μελανοῦντα habent. Postremum recepi. μελανεῖ πόντος est in Iliade 7, 64. Apollonio 4, 1574. μελανεῦντα in Callimachi Epigr.

Ἐμφαίνεται δὲ — τῇ μύξῃ] Vulgatum ἐμφαίνεσθαι correxi. deinceps Ald. Basil. πρὸς αὐτῇ μίξει habent. μίξει etiam Voss. 1. 2. 3. Vind. *nares* interpretatur Turnebus.

καταλήγοντος ἤδη τοῦ πυρὸς], Verba τοῦ πυρὸς e versione Turnebi inseruit Furlanus. Ald. Basil. Vind. Voss. 1. ἤδη καὶ ἅμα προσεπιλαμβάνοντος τοῦ μέρους. Idem defectus in Voss. 2. 4.

51. εἰ μὴ ἄρα καὶ ἀληθέστερον] Voss. 4. omittit ἄρα et pro ὡς habet ὄν. deinceps Ald. Basil. Voss. 1. Vind. οὔτε μὴ γίνεται — οὔτε εἰ φθείρεται. In Voss. 2. 4. est: οὔτε ᾗ γίνεται ἄνωθεν διαφθείρεται ὑπὸ τοῦ ἀέρος.

οὔπω ἔστιν — φθείρεται, ὅμοιον· ἔτι δὲ] Turnebus: *neque qua gignitur similem esse, neque iam qua interit. Nam ima gignitur.* Igitur rectius scriptum voluit: φθείρεται, ὅμοιον ἔτι. κάτωθεν μὲν γὰρ γίνεται. Ald. Basil. ὅμοιον ἔστι δέ. Voss. ὅμοιον ἔστι, omisso δέ. Voss. 4. pro verbis οὔπω ἔστιν, οὔτε ᾗ φθείρεται — ἄνωθεν δὲ φθείρεται habet haec tantum, ἄνωθεν διαφθείρεται.

ταύτῃ μὲν διορᾶται] Ald. Basil. Vind. Voss. 1. *οὐ διορᾶται.* Voss. 2. *διὸ ταύτῃ μὲν οὐ* omisso verbo. Correxit praeeunte Turnebo Furlanus.

εἰς ὀξὺ συννεύειν] Vulgatum *συνήκειν* e Voss. 2. 4. correxi.

52. *διὰ τί ποτε τῆς φλογὸς τὸ — πυραμοειδὲς*] Hanc vulgatam e Voss. 2. 4. correxi. Antiquiores philosophi igni formam hanc tanquam propriam tribuebant, atque inde vim et naturam mundi derivabant. Cf. Aristoteles de Coelo 3, 5. et 8. ubi variae sententiae positae examinantur, cur haec igni figura sit attributa.

περιψυχομένων αὐτῷ τῶν ἄλλων] Ald. Basil. Vind. *αὐτῶν τῶν ἄλλων.* Voss. 1. *ἄκρων.* Voss. 2. 4. *μὲν αὐτοῦ τῶν ἄκρων εἰς μέσον συνάγεσθαι.* unde *ἄκρων* assumsi.

ἀέρος καὶ πνεύματος] Ald. Basil. *προσπίπτοντος μέρος — ἀλλ' οὐ περιψύχει — εἰ γὰρ τὸ περιψύχειν.* Vind. Voss. 1. *προσπ. μέρος πνεύματος — ἀλλ' οὐ περιψύχει.* Voss. 2. et 4. omissis *ἀέρος καὶ — ἄλις περιψύχει.* Vulgo erat *περιψύξει· καὶ διὰ τήν.* Recte Turnebus, sublata copula, haec in unam coniunxit sententiam. Furlanus verba *ἀλλ', οὐ περιψύξει* post *κίνησιν* collocanda censuit.

εἰ γὰρ τῷ περιψύχειν, εἰσαεὶ ἔδει καὶ μὴ ὡσαύτως γίνεσθαι] Ita Heinsiana. Ald. Basil. Voss. 1. 2. 4. *εἰ γὰρ τὸ περιψύχειν ἱστᾶναι δεῖν ὡσαύτως γίγνεσθαι ὅδ' οὐδ' ἑτέρου.* Vind. *ἱστάναι δέον ὡσαύτως γίνεσθαι ὅδ' οὐδ' ἑτέρου.* Turnebus vertit: *Nam si ex refrigeratione fieret, eodem semper modo evenire oporteret. Sed tamen cum eorum neutrum verum sit, ex agitatione potius quam refrigeratione acueretur.* Scriptum igitur voluit: *εἰσαεὶ ἔδει καὶ ὡσαύτως γ.* Contra Furlanus *ἑστάναι ἔδει καὶ μὴ ὡσαύτως γ.* scribi voluit, interpretatus: *stare illam oporteret, nec eodem figuram constare modo.* Equidem suspicabar olim fuisse: *ἑστάναι δεῖν ὡσαύτως, γίγνεσθαι δὲ οὐδ' ἕτερον τῶν δύο.* Sed acutioribus locum sanandum commendo.

53. *καὶ τούτοις*] Turnebus: *ridicula plane est ista aeris incurrentis impulsio.* Vitium in verbis inesse puto: saltem copula abundat.

κινεῖται τῷ διωθεῖν] Turnebus: *movetur repellendo.* Simplex *ὠθεῖν* habet Voss. 2. 4. deinceps *περισυρμὸς* Turnebus in *περισχισμὸς* mutandum esse coniecit, cum supra verbum *περισχίζειν* usurpaverit Theophrastus. Postea pro *ὄντων* Voss. 2. et 4. *ἐπόντων* dant.

χρὴ οὖν τὰ τούτων πανταχόθεν ὁμοίως] Ald. Basil. Voss. 1. χρὴ τὰ τούτων. Voss. 2. 4. χρῆναι τοῦτο πάντ. Turnebus: *Itaque ista pariter evenire omni ex parte oportebat.* Is igitur ἐχρῆν οὖν ταῦτα scribi voluit. Partem emendationis a Turnebo, alteram a Vossiano libro accepi.

πνεύματι ὅπερ διακωλύει] Ald. Basil. Vind. Voss. 1. πνεύματι ἀποδιακωλύει — περικλᾷν καὶ μεταῤῥίπτειν. Voss. 2. πνεύματι αὐτὴ — ἐπ' ὀρθόν. Voss. 4. αὐτὴ — περικλᾷν καὶ μεταῤῥίπτειν. Turnebus verba ἀλλ' οὐ περικλᾷν καὶ μεταῤῥίπτειν in versione statim post verba μείζονος, μᾶλλον inseruit: *non undique frangi et disiectari.*

54 πρὸς τῷ μὴ ἀληθὲς οὐδ'] Bis verbum εἶναι et ἐστὶ intelligitur. Vulgatum τὸ μὴ correxi, praeeunte versione Turnebi. Deinceps ἐμφορῇ Voss. 1. Postea ἄνωθεν ἐπιῤῥοῆς — ἀπογενοισθαι Voss. 2. 4.

ἰσχυρωτάτη — ὃ καὶ ἐπὶ] Ald. Basil. ἰσχυρότερα — ὅθεν καὶ ἐπὶ. Voss. 1. 2. similiter ὅθεν καὶ habent. Turnebus vertendo correxit. deinceps γίνοιτ' ἂν Voss. 4. E versione Turnebi ἀεὶ inserui, quod antecedens ἂν et sequens εἰ absorpserat.

τῆς πηγῆς — ἔλαττον ἀεὶ — ὑπελλείπει] Ald. Basil. Vind. ἐλάττω ἀεὶ καὶ ἔλαττον — ὑπελλείπειν. Voss. 1. ἐλάττω ἀεὶ. Voss. 2. 4. τῆς τὰ ἐγγύτατα τὸ πλεῖστον — τελευταῖον δ' ὑπεκλείπειν. ἐὰν δέ πως τόπος — διάχυσιν οὐ πλείω ποιήσει. Turnebus vertendo πηγῆς supplevit. In scriptura Voss. 2. 4. fortasse haec verior latet: τελευταῖον δ' ὑπεκλείπει. Ἐὰν δέ που ὁ τόπος ἔγκοιλος ᾖ, ἢ ἄλλως ἀνωμαλὴς, ἀθροισμὸν ἢ διάχυσιν οὗτος πλείω ποιήσει. Interim articulum ὁ ante τόπος inserui, et vulgatum ποιήσει correxi. Voss. 2. ἐπὶ ἀέρος — ὁμαλὸς deinceps habet.

διὰ τὴν τῶν τόπων ἔγκλισιν] Turn. *hae* (flamma) *propter locorum inclinationem eandem non eunte viam:* supplevit igitur quod in graecis deest, aut potius vocem ἀλλὰ deleri voluit. Voss. 2. 4. dant φλὸξ τὴν ἑαυτὴν φέρεται. Furlanus vertit: *flamma vero non eadem fertur via, sed per locorum inclinationem. Locorum inclinationem ait vocari, quod in aere non sit, quod aut colligat aut quod effundat, sed liberam esse inclinationem a multitudine et copia ad paucitatem et inopiam.* Mihi locus obscurus et vitiosus esse videtur.

56. οἰκεῖον τὸ — φυτῶν] Ald. Basil. οἰκεῖον τῷ — φύλλων. Vertendo correxit Turnebus. οἰκεῖον τῷ etiam Voss. 1.

ἀνήκει· καὶ εἰς ὀξὺ ἡ τοῦ θερμοῦ φορὰ — αὐτῇ λαμβάνουσα, μέχρι ὅταν] Vitiosum λαμβάνουσα intulit Heinsius: antea erat λαβοῦσα. Praeeunte versione Turnebi vulgatum ἡ — φορὰ correxi. Deinde μέχρις ὅταν Vind. Voss. 2. Postea λαμβάνοντα Voss. 1. ἐν αὐτῷ λαβόντας. Denique τῶν ante ὄζων addidit Voss. 4. Vulgatam distinctionem mutavi, et ἐν αὐτοῖς λαβόντα scripsi. Turnebus ὄζους καὶ κλάδους vertit ramos et flagella. Commodius poterat *nodos et ramos* exemplo Vitruvii, cuius locus plane geminus 2, 9, 7. comparetur.

τοῦτο δρᾷ, πλείω] Voss. 2. 4. δρᾷν. πλεῖον. Turnebus: *amplius autem detrahit de imbecilliori, plusque pollet in longum porrecto.*

57. φθοραὶ — τὰ κατὰ μέρος, οἷον καὶ τὰ τοιάδε] Voss. 2. 4. φοραὶ — οἷον. Voss. 2. οἷον τα τα τοιάδε. Vulgo erat οἷα. Articulum τὰ ante κατὰ inseruit Furlanus, praeeunte versione Turnebi. Infra sect. 62. dicit τὰς καθ' ἕκαστα σβέσεις. Ceterum recte monuit Furlanus, hanc libelli partem commodius superiori tractationi de interitu ignis in universum considerato subiungi debuisse, nec diversis locis doctrinam de eadem re partiendam fuisse. Fortasse haec est librarii culpa duos Theophrasti de igne libros a Diogene memoratos excerpentis.

διὰ τί τὴν σάρκα — καίει — στόματα] Articulum τὰ ante τὴν inserui. κάει dat Voss. 4. στρώματα Voss. 2. 4. Deinceps vulgatum ἀποσβεννύονται καὶ οὐ καίονται vertendo Turnebus correxit *extinguunt nec uruntur.* Verum ἀποσβεννύοντες οὐ καίονται dederunt Voss. 2. 4. Intelligi suspicor praestigias circulatorum, cum ignem ore evomere videntur. Exempla ex antiquitate collecta posuit Io. Beckmann Hist. Invent. IV. p. 65.

πιάσαντες, ἧττον καίονται] Ald. Basil. ἧττον οὐ καίονται· διὸ καὶ διὰ τοὺς πόρους βαδίζοντες. Ita etiam Vind. praeter βαδίζοντας, quod habet. Voss. 1. ἧττον οὐ καίονται — καὶ διὰ τοὺς πόρους. Voss. 2. διὰ τί δὲ τοὺς διατείρους, omissis istis, οἱ διὰ τοῦ πυρός. Voss. 4. διαπείρους etiam habet. Unde suspicor, olim hic fuisse scriptum: ἧττον ἢ οὐ καίονται. Articulum ante τοὺς διαπύρους inserui.

διὰ πυρὸς βαδίζοντες] Hirpinos Virgilii comparavit Turnebus, de quibus ille Aeneidos 11, 785. Plinius 7, 2. Strabo 5. p. 141. Sieb. et 12. p. 811. Servius ad Virgilii l. c. haec de Varrone posuit verba: *Varro ubique expugnator religionis ait, cum quoddam medicamentum describeret:*

et ut solent Hirpini, qui ambulaturi per ignem medicamento plantas tingunt. Medicamenta, quibus hodie utuntur circulatores, collecta descripsit Io. Beckmann in Symbolis ad Histor. Inventorum IV. p. 70. seqq. Experimentum tale innocentiae memoravit Sophocles Antigonae versu 264. Plura collegit diligentia Beckmanni l. c. et Heynii ad Virgilium: uterque tamen loci Theophrastei recordatus non est.

τῷ θερμῷ καθίσταται] Deinceps φλυκτενέας ῥεῖσθαι Voss. 1. habet; ῥεῖσθαι etiam Ald. Basil. Voss. 4. αἴρεσθαι simplex. Aristotel. Problem. 1, 56. διὰ τί τὸ ψυχρὸν καὶ ποιεῖ καὶ παύει τὰ χίμετλα, καὶ τὸ θερμὸν τὰ πυρίκαυστα; ἢ διὰ τὸ αὐτό; ποιεῖ μὲν συντήκοντα, παύει δὲ μᾶλλον ξηραίνοντα. Quam eandem rationem tradit noster infra sect. 62.

58. ἀποῤῥεῖν] Versio Turnebi τὸ πῦρ addit post ἀποῤῥέον δέ: eadem deinceps τούτων γὰρ αὕτη ἡ δύναμις scriptum reddit: *harum enim causarum ista vis est.* Ald. Basil. τοῦτο γὰρ ποιεῖ habent cum Voss. 2.

θλίβοντες οὗτοι] Brevitas molesta! Intelliguntur supra memorati praestigiatores. Turnebus *calcando mutandoque* vertit. Deinceps τοὺς ἀποπιέσει — αἱ σβεστικώτεραι Ald. Basil. Vind. Voss. 1. 2. Postea γλισχρόν τι Voss. 2. 4. habent.

59. τὸ μὲν διαδύνει τε καὶ διοδοποιεῖ] Ald. Basil. Vind. τὸ μὲν γὰρ διαδύναιτ' ἂν διοδοποιεῖν. Turnebus: *cum alterum penetret viamque faciat.* Voss. 1. διαδύναι καὶ διοδοποιεῖ. Voss. 2. 4. μᾶλλον δ' ἔτι· τὸ μὲν γὰρ διαδῦναι δύναιτ' ἂν διόδῳ ποιεῖν. unde vulgatam correxi. Malim tamen διαδύοιτ' ἂν καὶ ὁδοποιοῖ.

διά τε τοῦτο] Ald. Basil. Vind. Voss. διά τι τοῦτο. Voss. 2. 4. διά τοι τοῦτο. unde διὰ δὴ τοῦτο effeci. Paulo antea Voss. 2. 4. ἐπιπωμάζει habent.

ὄξος ᾠοῦ τῷ λευκῷ] Plinii testimonium iam supra obiter posui ad sect. 25. ubi viscum additur. Addo alium locum eiusdem 29. s. 11. *Lignum perfusum ovo non ardeat, ac ne vestis quidem contacta aduratur.* Aceto contra incendia usus est Aeneas Tacticus Poliorc. c. 34. alumine dux Archelaus Mithridatici exercitus apud Gellium 15, 1. aliusque apud Ammianum 29, 12. quorum loca comparavit Io. Beckmann Histor. Invent. II. p. 108. loci nostri immemor. Idem Vol. 4. p. 7. apposuit locum Alberti Magni ex libro de Mirabilibus mundi, qui praeclare illustrat doctrinam Theophrasti.

60. προσῇ] Sola Heinsiana ὑπῇ dedit. Voss. 1. ἐμποιήσεις προσῇ et paulo antea τὸ πενὸν γὰρ γλίσχρον. Vind. πρὸς τῇ φύσει. Voss. 2. πρὸς ποιήσεις — ὑγρότητι τοιαύτῃ — ὡς φύσει. Voss. 4. πρὸς τὰς ποιήσεις — ὡς φύσει.

ὥσπερ καὶ περὶ — εἶναι] Ald. Basil. Vind. Voss. 1. ὅπερ καὶ Voss. 2. 4. dederunt. Deinceps vulgatum χυλόν τιν' ἔχουσα τὸν αὐτὸν e Voss. 2. 4. correxi.

σημεῖον δὲ καὶ] Malim σημεῖον δὲ τὸ καί. Plinius 29. s. 23. *Salamandra populos pariter necare improvidos potest. Nam si arbori irrepsit, omnia poma inficit veneno, et eos, qui ederint, necat frigida vi. Quin imo si contacto ab ea ligno vel pede crusta panis incoquatur, idem veneficium est; vel si in puteum cadat.* Alia miracula omitto, quae minime cadunt in salamandras nobis cognitas. Fortasse tamen latet adhuc genus aliquod incognitum nobis in antiquae Graeciae regionibus, cui possint narrationes, a credula superstitione nimirum auctae, accommodari.

61. Ἡ δὲ σβέσις οὐκ ἐᾷ, ὁποσονοῦν ἦν] Turnebus vertit: *nec ignem quantumcunque restinguit, sed pro naturae viriumque modo.* Fortasse scribi voluit: οὐκ ἐὰν ὁποσονοῦν ᾖ τὸ πῦρ. Hoc interim posui, quia potest intelligi. Sequens εἰς ὃ ἐὰν μὴ potest dictum videri pro εἰς ὃ ἄν; sed vitiosam scripturam esse puto, et fuisse olim καὶ ὅταν μὴ ἐπιχρονίσῃ.

Σύμφωνον δὲ τούτῳ] Voss. 2. 4. συμβαίνει δὲ τ. deinceps ἰξιούμενα Vind. Voss. 1. ἔνιοι postea Voss. 4. Turnebus: *ideo quaedam ne laedantur ungunt.* Voluit igitur ἔνια scribi; quod feci. Vulgo erat ἔνιοι.

μὴ δέχεσθαι — σβέννυσθαι] Negationem vulgo post ὥστε insertam auctore Voss. 2. transposui, et falsum σβέννυται correxi.

62. ἀναξηραίνουσα — σύντηξιν] Consentit Aristoteles, cuius locum supra posui. Postremam vocem omittit Voss. 2.

63. Διὰ τί δ' ἐκ μὲν] Voss. 2. διὰ τί μὲν ἐκ, verba πυρεῖα καίπερ οὐκ ἐκπηδῶντος ἧττον γίνεται omittens. Voss. 4. διὰ τί δ' ἐκ μὲν ἐκ habet. Turnebus: *quanquam cum ex eo ignis non prosiliat, malignius gignitur.* Post μᾶλλον copulam καὶ omisit Heinsiana. Contra γὰρ Furlanus male omisit cum Voss. 1. Equidem suspicor fuisse: ἐκπηδῶντος πυρὸς, ἐκ δὲ λίθων ἧττον.

οὐ μὴν ἀλλ' εἴπερ, ἐκείνην] Turnebus: *sed tamen, si res ita se habeat, haec existimanda causa est, statim in*

materia inesse fomites quosdam igni cognatos. Incisum posui post εἴπερ: intelligitur enim ἀληθές ἐστι.

ὑπεκκαῖον ἔχει, συγγενῶν ἐόντων] Ald. Basil. Vind. συγγενῶν ἐνόντων. Deinceps κἂν εἰ γὰρ Voss. 2. 4. unde duce versione Turnebi τὸ ὑπεκκαῖον — συγγενὲς ὂν τῷ πυρὶ scripsi, quanquam ὑπέκκαυμα malim. Deinde ἄλλο post μηθὲν (ita enim Ald. Basil. non μηδὲν) inserui eadem duce. Turnebus vertit: *ac si nulla alia de causa, certe celerius accenditur ob infirmitatem.* Potest tamen alia ratio emendandi loci iniri ita, ut scribatur: κἂν μηθὲν προσῇ, οὐθὲν ἧττον πυροῦται.

οὐκ ἔχει — διὰ καὶ τὸ ἐκπηδῶν εὐθὺ πεπυρωμένον προσάγουσιν] Negationem οὐκ duce Turnebo Furlanus addidit: deest etiam in Vind. Sequentia vertit Turnebus: *proinde quod prosilit ignitum candensque, statim fomiti admovent.* Voluit igitur scribi: τὸ ἐκπηδῶν πεπυρωμένον εὐθὺς ὑπεκκαύματι προσάγουσι. Nostra scriptura Furlano debetur. ὑπέκκαυμα πεπυρωμένον est linum combustum vel similis materia ad fomitem apta. Voss. 2. 4. ὃ προσάγουσιν dant.

64. Ἅπτεται δὲ βέλτιον ἐν] Ald. Basil. Voss. 1. 2. ἅπτεται βέλτιον δ' ἐν β. deinceps ἐκθερμαίνονται Voss. 2. 4. Histor. plant. 5, 10. πάντα δὲ τὰ πυρεῖα βορείοις μὲν θᾶττον καὶ μᾶλλον ἐξάπτεται, νοτίοις δὲ ἧττον, καὶ ἐν μὲν τοῖς μετεώροις μᾶλλον, ἐν δὲ τοῖς κοίλοις ἧττον.

οὐδὲ τῶν τυχόντων, ἀλλ' ἐξ ὡρισμένων — γίνεται] Vulgatam hanc e Voss. 2. 4. supplevi et correxi. Deinceps iidem libri τι συμμετρίας habent.

οἱ δὲ ἐκ τῆς — ἀνδράχνης] Voss. 2. 4. οἷον δ' ἐκ τῆς. In histor. pl. est: ἐκ τῆς ἀθραγένης καλουμένης ὑπό τινων. ubi vide adscripta. Notitia arboris ibi posita fecit, ut vulgatam huius loci scripturam ex altero corrigerem.

τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον] Utrumque articulum addidi: priorem habet historia plantarum. Quod sequitur, ἀλλ' ἕτερον εὐθὺς κατὰ φύσιν, paulo aliter est in historia. Ibi Ald. Basil. ἀλλ' ἕτερον εὐθὺ δεῖ κατὰ φύσιν habent. Scaliger εἶναι δεῖ corrigebat, alii εὐθὺς δεῖ. Heinsiana et Bodaeus εὐθετεῖ dederunt. Hic Ald. Basil. Vind. Voss. 1. 4. εὐθὺ similiter habent.

πρὸς δὲ τὸ ξηρὸν καὶ ἄχυμον εἶναι — ἰσχύει] Ald. Basil. πρὸς δὲ τῷ ξηρῷ καὶ χυμὸν — τιν' ἔχει δεῖται. Vind. πρὸς δὲ τῷ ξηρῷ χυμὸν — ἔχει· δεῖται. Voss. 1. τῷ ξηρῷ — τιν' ἔχει. δεῖται. Voss. 2. ἀγαθὰ δὲ ἐκ ῥάμνου — τῷ ξηρῷ — ἔχει. δεῖ δὲ τοῦθ'. Voss. 4. ἔχει. δεῖ δὲ τοῦθ',

ἵνα ᾗ τρ. habet. In hist. pl. est: πρὸς γὰρ τῷ ξηρὸν καὶ ἄχυμον εἶναι δεῖ καὶ μανωτέραν, ἵν' ἡ τρίψις ἰσχύῃ.

τρύπανον ἀσθενέστερον] Correxi e versione Turnebi: *et ut attritus valeat, terebrum firmius et rigidius esse.* In histor. pl. est: τὸ δὲ τρύπανον ἀπαθέστερον. διὸ τὸ τῆς δάφνης ἀπαθέστερον ἐργάζεται τῇ δρ. Unde ante τῆς δάφνης articulum inserui. ὄργανον Voss. 2. 4. non τρύπανον habent.

65. κονία, καίει μᾶλλον ἢ καὶ ἁπλῶς ὕδατος ἐπιχεομένου] Turnebi versio: *calx infusa aqua magis urit quam sola.* unde verborum ordinem mutavi. Ald. Basil. Voss. 1. καὶ ἡ habent. Paulo antea ἐπειδὴ ἄνευ Voss. 2.

τὸ ἐγκαταλελειμμένον πῦρ, ὥσπερ οἱ λύχνοι] Voss. 2. 4. ἐγκαταλεληιμμένον. Voss. 4. λύχλοι. Turnebus vertit: *nam ea materies est reliquiis ignis velut lucerna.* Igitur τῷ ἐγκαταλελειμμένῳ πυρὶ scribi voluit: reliqua est felix Furlani emendatio.

οὔθ' η νέα, ἀλλ' ἡ ἀρτίκαυτος καὶ βωλοειδής] Voss. 1. ἄλλη — βολοειδὴς habet. E versione Turnebi, ubi est *minuta*, correxi vulgatum νέα. Opponitur ἡ βωλοειδής.

τοὺς μὲν γὰρ ὁ χρόνος] Vulgatum τοὺς vertendo Turnebus correxerat, consentientibus Vind. Voss. 1. 2. ὀλίγην ἔχει habent Voss. 2. 4. Theophrasti opinionem de causa caloris calcis ustae aqua superfusa sequitur etiam Galenus in primo de Febrium differentiis, cuius locum posuit Furlanus: τρεφομένης, ὡς ἔοικε, τῆς αυχμώδους ἑαυτῆς θερμασίας ὑπὸ τῆς υγρᾶς ουσίας. Alias Petri Aponensis et Iulii Scaligeri opiniones posuit deinde Furlanus et refutavit. Plinius 36. s. 53. simpliciter miratur, *aliquid, postquam arserit, accendi aqua.* Vitruvius 2, 5, 2. plane cum Theophrasto sentire videtur: *Ergo liquor, qui est in eius lapidis corpore, et aer cum exustus et ereptus fuerit, habueritque in se residuum calorem latentem, priusquam ex igni vim recepit, intinctus in aqua, et humore penetrante in foraminum raritates, confervescit, et ita refrigeratus reiicit ex calcis corpore fervorem.* Quem locum pessime a Iocundo habitum ita e Codicum fide scribendum fuisse, doceo in Curis Posterioribus ad Vitruvium.

66. περὶ τὴν γύψον] Articulum omittit Voss. 2. deinceps κἀκείνην Voss. 2. 4. καὶ ἐκείνη Voss. 1. vulgo erat καὶ ἐκείνην. Turnebus vertit: *nam dum subigitur, urere narrant: nihil enim refert, natusne an adventitius et oblatus sit calor.* In libro de lapidibus est: κόψαντες δὲ καὶ ὕδωρ

ἐπιχέοντες ταράττουσι ξύλοις· τῇ χειρὶ γὰρ οὐ δύνανται διὰ τὴν θερμότητα. Furlanus locum hunc de gypso crudo ineptissime interpretatur.

καὶ ἐπακτόν. ἔξωθεν γὰρ ἔχειν τὸ θερμόν.] Ita cum Furlano Heinsius codicum et Ald. Basil. scripturam depravavit, ubi *γὰρ* deest. *ἐπ' αὐτὴν* Vind. *ἐπακτὴν* Voss. 1. habet. Ceterum *ἀναφυρωμένην* (vitiose Heinsiana *ἀναφυσωμένην*) Turnebus vertit *dum subigitur;* quod est *φυρωμένην.* Illud vero videtur significare *iterum subigitur.* Vereor igitur, ne quid exciderit, veluti *πάλιν ὀπτωμένην καὶ ἀναφυρωμένην.* Nam in libro de lapidibus est: *δύναται δὲ καὶ ὑφαιρουμένη πάλιν καὶ πάλιν ὀπτᾶσθαι καὶ γίνεσθαι χρησίμη.* Plinius 36. s. 59. *Gypso madido statim utendum est, quoniam celerrime coit ac siccatur: tamen rursus tundi et in farinam resolvi patitur.* Omisit ustionem, sine qua nemo farinam tusi gypsi utilem habebit.

ἐν τῷ ὀρύττεσθαι] Furlanus interpretatur: *nitrum terrae calore subtostum cum effossum sit, aqua infusa magis incalescit.* quae sententia nec in graecis est, nec rerum naturae congruit. Verba praescripta equidem a loco hoc plane aliena et delenda esse censeo: nec sequens *θερμὸν* habet, quo defendi possit. Plinii locus 31. c. 10. excerptus e Theophrasti libro de nitro, quo quemquam diligentius de nitro tradidisse negat, nihil omnino habet, quod ad verborum horum interpretationem adhiberi possit. Fortasse tamen ad nitrum ustum solvendum opus est calida aqua: atque ita demum, dum solvitur, calorem sensu percipiendum exserit. Sed ecce Voss. 2. 4. habent *μικρὸν ἐπιχεθῇ.* igitur *μικρὸν* inutili *θερμὸν* substitui.

πρὸς τὸ κρατεῖσθαι] *ut superetur humor* Turnebus. Paulo antea *ἀεὶ δεῖ* Ald. Basil. Voss. 1. *ἀεὶ δὴ* Vind. habent.

67. *ἐκλάμπει*] *flagrat* Turnebo. Antea vulgatum *οἶνος ἐγχεόμενος* e Voss. 2. 4. correxi. Aristoteles Meteorol. 4, 9. *οἶνος ὁ μὲν γλυκὺς θυμιᾶται· πίων γάρ· καὶ γὰρ ταὐτὰ ποιεῖ τῷ ἐλαίῳ· οὔτε γὰρ ὑπὸ ψύχους πήγνυται καίεταί τε· ἔστι δὲ ὀνόματι οἶνος, ἔργῳ δ' οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ οἰνώδης ὁ χυμός· διὸ καὶ οὐ μεθύσκει· ὁ τυχὼν δ' οἶνος μεθύσκει· μικρὰν δ' ἔχει ἀναθυμίασιν· διὸ καὶ ἀνίησι φλόγα.* quem locum pluribus illustravi ad Eclogas Physicas p. 138. seqq. Plinius 14, 6. *solo vinorum (agri Faustiani) flamma accenditur.*

θάλαττα — σβεννύωσιν] Vulgatum *σβεννύουσιν* correxi: et *ἀποσβεννύωσιν* est in Voss. 2. 4. Aristoteles Problem. 23, 15. *διὰ τί ἡ μὲν θάλαττα καίεται, τὸ δὲ ὕδωρ οὔ; ἢ καίεται*

μὲν κἀκεῖνο, ἡ δὲ θάλαττα ἧττον σβέννυσι τὸ πῦρ, διὰ τὸ λιπαρωτέρα εἶναι; σημεῖον δὲ, ὅτι λιπαρωτέρα· ἀπὸ γὰρ τῶν ἁλῶν ἔλαιον ἀφαιρεῖται. Ἢ καὶ ἧττον δύνανται οἱ πόροι ἁρμόττειν τῷ πυρὶ, διὸ τὸ παχύτερον εἶναι, καὶ μᾶλλόν γε δὴ, ἅτε καὶ τῶν ἁλῶν ἐνυπαρχόντων. ubi Giulandinus de Papyro p. 97. verba γε δὴ mutari voluit in γεῶδες e Problemate 32. quod non necesse est facere. Praeterea Furlanus comparavit Plutarchi Quaest. nat. 1. μετέχει δὲ πολλῆς ἡ θάλαττα λιπαρότητος· διὸ συνεξάπτει· καὶ παραινοῦμεν εἰς τὰς φλόγας μὴ ἐμβάλλειν θαλάττιον ὕδωρ.

συστελλόμενον — ἰσχυρότερον] Turnebi versionem, *coactus enim et coacervatus ignis vires assumit*, miror a Furlano non reprehensam. Non de igne haec dicuntur, sed de aqua. Itaque sequentia etiam Turnebus obscuravit.

Ἐν δὲ τῇ πίττῃ καιομένῃ] Turnebus: *Sed in pice, quae crematur, multo magis ista eveniunt, propterea quod flamma et praeceps magis est et maior, ut exiliat. — quicquid enim incidit, exuperatum et extenuatum inflammatur; quo ignescente, flamma crepitat.* In toto libello vertendo Turnebus nusquam peius quam hic rem gessit. Cum enim non vidisset, adhuc de aqua sermonem esse, sensum loci pervertit, dum τὸ ἐμπίπτον interpretatur *quicquid incidit*, cum deberet *aqua iniecta*. Furlanus etiam hic tacet, nec Turnebi errorem videtur agnovisse. Verumtamen in annotatione Turnebus verius posuit: *cum incidit humor in picem ardentem.* Supra sect. 25. τὴν γὰρ πίτταν καιομένην τὸ μὲν ὕδωρ οὐ σβέννυσι, τὸ δ' ἔλαιον σβέννυσι. Causa ibi additur de oleo. Plinius obiter libri 24. initio: 'Concordia valent, cum pix oleo extrahitur, quando utrumque pinguis naturae est. Ceterum pix, dum coquebatur in sole lento igne, aqua calida per sarmentitium cinerem colata superfundebatur, teste scriptore Geoponicorum 6, 5, 5.

68. διὰ τὸ μάχεσθαι] Voss. 2. 4. διὰ τὸ δέχεσθαι τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμόν — ἐναπόλειψιν — καὶ ἐκεῖ. etiam Voss. 1. ἐναπόλειψιν habet cum Ald. Basil.

ἀὴρ — ψοφῶν] Geoponica l. c. experimentum picis optimae hoc tradunt: ἡ ἐν τῷ ἕψεσθαι μὴ πηδῶσα μήτε πομφόλυγας καὶ ψόφους ποιοῦσα βελτίστη δεδοκίμασται.

δάφνης καὶ τοῦ κιττοῦ — πηδᾷ] *dissiliunt* Turnebus. Furlanus comparavit locum Theocriti 2, 23. ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν αἴθω· χ' ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα κάππυρος εὖσα, κἠξαπίνης ἅφθη, κοὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς. Plinius 15,

30. *laurus manifesto abdicat ignes crepitu et quadam detestatione.* Lucretius 6, 154. *nec res ulla magis quam Phoebi Delphica laurus terribilis sonitu flamma crepitante crematur.* Cf. etiam Plinii 16. s. 19. et 2. c. 20.

πολὺ τὸ ὑγρόν· οὔτε γὰρ ἐξάγει πολὺ] *nec enim multum emittunt, nec transmittunt propter densitatem* Turnebus. Ald. Basil. Vind. Voss. 1. πολὺ τὸ ὑγρὸν ἐξάγει· οὔτε γὰρ πολὺ καὶ οὐ δίεισι. Voss. 1. tamen δίησι habet. Voss. 2. 4. πολὺ τὸ πυκνόν· ἐξαεροῦται γὰρ πολὺ καὶ οὐ δίεισι. unde verum restitui.

69. ξύλα τὰ καόμενα, τὰ μὲν] Cum Voss. 2. 4. priorem articulum omisi: ibidem est καιόμενα. Deinceps μέλαν pro γελᾷν Ald. Basil. Vind. Voss. 1. habent. postea ἀπειλεῖν. Aristot. Meteorol. 2, 9. de tonitru nubibus eliso: γίνεται ἡ πληγὴ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ ἐν τῇ φλογὶ γινομένῳ ψόφῳ, ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν τὸν Ἥφαιστον γελᾷν, οἱ δὲ τὴν Ἑστίαν, οἱ δὲ ἀπειλὴν τούτων. Γίνεται δὲ, ὅταν ἡ ἀναθυμίασις εἰς τὴν φλόγα συνεστραμμένη φέρηται, ῥηγνυμένων καὶ ξηραινομένων τῶν ξύλων. Ad verba ῥήγνυται καὶ πηδᾷ compara Plinium 16. s. 19. *omnia autem haec genera* (pinorum) *accensa fuligine immodica carbonem repente expuunt cum eruptionis crepitu eiaculanturque longe.* Idem 2, 20. *ut e flagrante ligno carbo cum crepitu expuitur.*

ὅταν δὲ συνεχὴς] Vulgatum ὅταν, praeeunte versione Turnebi, margine Basil. Voss. 2. correxi.

πῦρ ἐν φρέατι] Turnebus: *ignis in puteo, cum flatus est, eo scilicet ignescente.* Voss. 2. et 4. πῦρ ὥσπερ ἐν φρέατι. Voss. 4. εἴτε πυρουμένου.

70. ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ πῦρ ᾖ] *cum eodem in loco ignis est* Turnebus. Ald. Basil. Vind. Voss. αὐτῷ πυρὶ habent.

τὸ ἐν τῷ καπνῷ θερμὸν] *calorem fumi extinguente igni* Turnebus vertit, et sequentia τὸν δ' ἐν ἐφικτῷ: *quem intra citum habet ignis et ultro incurrentem.* Furlanus: *qui facile superatur et igni proximus est.* ἐπιπέφυκε τὸ πλεῖον Voss. 4.

καὶ ὁ ἐγγὺς — ἐνοχλεῖται] Ald. Basil. Vind. Voss. 1. καὶ εἰ ἐγγύς. Voss. 2. 4. οἱ ἐγγὺς — ἐνοχλοῦνται. Hinc vulgatam correxi.

τοῦτο ποιεῖ καὶ — ἀνωθεῖ] Turnebus prima verba interpretatur *cum non solum fumum accendat:* vereor, ut recte. Heinsiana ἀνθωθεῖ dedit. Addita ista, πρὸς τὰ ἄνω,

indicio sunt, locum esse vitiosum. Quis enim in Theophrasto ferat istam tautologiam?

71. κατισχύεται] Voss. 2. 4. ἐξισχύεται. deinceps πολλοῦ πυρὸς Voss. 2.

ἢ γὰρ ἂν πλέον] Ald. Basil. Furlaniana, Vind. Voss. 1. ὃ γὰρ ἄν. Voss. 2. 4. ὅταν γὰρ ᾖ πλέον. Ad verba ἐξαφθέντος καὶ θυμιωμένου intellige τοῦ καπνοῦ, ut antea ad φλογοῦται καὶ κατισχύεται intelligitur ὁ καπνός. In hoc loco tautologiae speciem non ferendae verba prae se ferunt: et verbum φλογοῦται fortasse mutandum in ἐκφλογοῦται. deinceps τὸ καπνιζόμενον habet Voss. 2. 4.

καταδυόμενος], *crebritate demergitur* Turnebus. κατακλειόμενος Voss. 2. 4. magis placet.

72. καὶ ταινιώδη] *tortuosa et taenias habentia* Turnebus. Rem ipsam de lignis, etiam palmae, tradit histor. pl. 5, 10. Taenias palmae Furlanus interpretatur crassiores illas fibras in longum porrectas, quae in ligno palmae sunt. Has censet Chaeremonem poetam a Theophrasto in historia appellatum dixisse τοῦ δυσκαπνοτάτου φοίνικος ῥιζοφοιτήτους φλέβας. Addit alia, quae tanquam sua repetiit Bodaeus ad Theophr. p. 542. Voss. 2. 4. omisso articulo τὰ habent τενώδη: quasi τὰ σκολιὰ eadem sint, quae ταινιώδη: de quo dubito.

εὔτονον γὰρ ἀεὶ καὶ εὐδιαίρετον] Turnebum vertentem, *esse enim infirmissimam materiam oportet et quam flamma facile carpat*, immeritum reprehendit Furlanus, quia ἄτονον scriptum voluit: ipse vulgatam probat, sed deinceps δυσδιαίρετον scribit, et verbum εἶναι delet. Furlanum sequitur Bodaeus. Vere Voss. 1. εὔιον γὰρ δεῖ καὶ εὐδ. εἶναι, i. e., ut Voss. 4. habet, εὔϊνον γὰρ δεῖ καὶ εὐδ. εἶναι. Sed statim iidem libri peius εὐσχηματισμένα habent. Verba sequentia vulgo, κωλύει γὰρ ὁ φλοιὸς, reieci in locum inferiorem.

μετατιθῇ, καιόμενα καπνωδέστερα] Turnebus: *si quis moveat et transponat flagrantia, fumosiora redduntur*. Voss. 2. καίομεν καπνωδέστερον. Voss. 4. καιόμενα καπνωδέστερον. Turnebus verbum γίνεται supplevit: quod nisi probes, scribendum καίεται καπνωδέστερον erit.

συνίεσθαι] *ut partim conversa extinguantur* Turnebus: voluit igitur σβέννυσθαι scribi, probante Furlano, qui in textu καπνιεῖν posuit, quod habent Ald. Basil. ὅλα καπνιεῖν Voss. 1. Vind. ἀλλ' ὅσα καπνίζει. Voss. 2. 4. ὅλα καπνίζειν. Turnebus vertit: *partim non ardeant, commodum adiecto igne, sed tantum fument.* Pro vitioso συνίεσθαι Voss. 2. 4. dant συνεύεσθαι, non melius vulgato.

περιφλοισθέντα] Ald. Basil. Vind. Voss. 1. περιφλαυσθέντα. Voss. 2. 4. εὐκαύστων περιθλασθέντα habent, deinde τῷ ἐν λαΐνῳ. *circumustulata prolixe cremantur* Turnebus vertit. Is vero περιφλυσθέντα scribi voluit, usus loco Aristophanis Nub. versu 395. τοὺς δὲ ζῶντας περιφλύει. Herodotus 5, 77. περιφλευσμένων πυρὶ habet. Furlanus putabat, Turnebum περιφλογισθέντα scriptum voluisse: ipse περιφλοϊσθέντα decorticata interpretatur, et εὐκαύστων scribendum censet. In historia pl. est: φλοϊσθέντα δὲ καὶ ἀποβρεχθέντα ἐν ὕδατι ἐπιῤῥύτῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ξηρανθέντα πάντων ἀκαπνότατα, καὶ φλόγα μαλακοτάτην ἀφίησιν, ἅτε καὶ τῆς οἰκείας ὑγρότητος ἐξηρημένης. Haec ille de lignis fumo molestis tradit, ubi Basil. male φλογισθέντα habet, Gaza *decorticata* vertit. In libro historiae 9, 5. pro περιφλόϊσαι Ald. Basil. περιφλεῦσαι habent. Mihi e loco priore verba καὶ ἀποβρεχθέντα ἐν ὕδατι ἐπιῤῥύτῳ καὶ μετὰ ταῦτα ξηρανθέντα addenda, certe intelligenda esse videntur, ut sententia constet. Pro vulgato πολυκαυστότερα scripsi divisim πολὺ καυστότερα: recte enim Furlanus vulgatum ακαύστων correxit, consentiente Voss. 2. 4. Denique verba κωλύει γὰρ ὁ φλοιὸς, vulgo supra posita post ista, διὸ καὶ τὰ ἐσχισμένα τῶν ασχίστων εὐκαυστότερα, huc retraxi, et in suum reposui locum, unde in alienum immigraverant.

διὸ καὶ οὐ πολὺν χρόνον] Voss. 2. 4. διὸ καὶ οἱ ἐν πολλῷ χρόνῳ — ἐὰν μὲν πλῆθος.

73. ἀπὸ τῶν σικύων] Vulgatam hanc e versione Turnebi correxeram, etiam admonente Bodaeo et consentiente Voss. 2. 4. Histor. pl. l. c. δριμύτατος δὲ ὁ καπνὸς συκῆς καὶ ἐρινεοῦ καὶ εἴ τι ἄλλο ὀπῶδες· αἰτία δὲ ἡ ὑγρότης.

δηκτικὸς — πίων] Vulgatum δεκτικὸς — πλείων recte iam Turnebus vertendo correxerat. Sequens membrum ὥσπερ ὁ καπνος idem vertendo transposuit post verba οὐδὲν τραχὺ καὶ γεῶδες. Ita vero nihil ad integritatem sensus proficitur. Nam de ipso fumo hic sermo fit: qui comparatur cum aliorum lignorum fumo. Igitur ὁ καπνὸς occupavit locum alius vocabuli, aut excidit τῶν συκίνων. Interim transposui verba in sedem commodiorem Turnebi exemplo. δᾷδα Turnebus *taedam*, πεύκην *pinum* interpretatur. Unus hic est Theophrasti locus, ubi arbor δᾲς nominatur: in ceteris est pinguedo aut morbus generis alicuius pinorum.

74. ἀπὸ μὲν τοῦ ἡλίου φῶς ἅπτουσι] *a sole ignis accendatur* Turnebus. Vossiani 3. Excerptum habet: ἀπὸ ἀντανακλάσεως ἡλίου πῦρ ἅπτεται, ἀπὸ δὲ πυρὸς ἥκιστα.

τί τὸ ἄπορον] Haec importune turbant verborum structuram: igitur Turnebus omisit: equidem seclusi. deinceps *συμμίγνυσι* Voss. 1. 2. 4.

Αἴτιον δ' ἡ] Ald. Basil. Vind. Voss. 1. *ὅμοιον δ' ἡ*. Heinsiana *δὲ* omisit. verum *αἴτιον* vertendo reddidit Turnebus.

συνεχὲς γίνεται] Male Turnebus: *maior ex refractione continuatio.* Coeunt in centrum collecti radii, ut recte monuit Furlanus. Statim nominat Theophrastus *ἀθροισμόν*. Historiam speculorum causticorum ex hoc loco aliisque collectam enarravi in Lexico gr. sub voce *ὕαλος* et ad Eclogas Physicas p. 141. Gorgias aliique non *ἀνάκλασιν* lucis radiorum caussabantur, sed lucem transire putabant poros vitri, atque ita pororum figura directos et collectos in unum urere.

τὸ δὲ ἀδυνατεῖ — γενέσθαι] Turnebus: *quod in hoc propter dissimilitudinem fieri non potest.* Deesse aliquid, veluti *ἀπὸ τοῦ πυρὸς*, apparet. Verbum omittit Voss. 2. quod in *γίνεσθαι* mutatum malim.

ὥστε τὸ μὲν — τὸ δὲ] Voss. 1. *τὰ μὲν — τὰ δὲ* habet. deinceps *διὸ το* Heinsiana dedit.

75. *ἐῤῥιγότες*] Voss. 2. 4. *ἐῤῥιγωκότες — διαχεῖ*. Etiam Vind. Voss. 1. Ald. Basil. *διαχεῖ* habent. Plenius Aristoteles Problem. 8, 15. *διὰ τί πονοῦσιν, ὅταν ῥιγῶντας πρὸς τὸ πῦρ φέρωσιν, ὅταν δὲ κατὰ μικρὸν χλιαίνωσιν, οὔ;*

ὅτι μὲν ἀντιπεριστᾶν] Ald. Basil. Vind. Voss. 1. *ἀντιπεριπεῖσαν — καὶ οὐδὲ ἰόντων τῶν πόρων*. Contra Voss. 2. 4. *καὶ ὅτι μὲν .... περιθείησαν καὶ συνθλίψαν φώρασιν ἐποίησε ὅτε — ἀλλὰ τὰ μὲν — τὰ δὲ αὐτὸς — πυκνουμένων καὶ οὐ διϊόντων πόῤῥω.* In Voss. 2. verba *τὰ δὲ κατεψύχθαι* desunt. Turnebus vertit: *qui frigidum partim undique demovens comprimensque horrorem parit, partim egredi non sinit — concrescentibus nec transmittentibus foraminibus.* Is igitur *φρίκην* pro *φορικὴν*, deinde *τὰ μὲν — τὰ δὲ — πυκνουμένων* pro vulgatis *τὸ μὲν — τὸ δὲ — πυκνούμενα* scribi voluit. Furlanus silet. Aristoteles Problem. 8, 11. *Διὰ τί φρίττουσι καὶ τῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ προσχεόμενοι· ἄτοπον γὰρ τὰ ἐναντία τοῦ αυτοῦ εἶναι αἴτια. Ἢ διότι ὑπὸ μὲν τοῦ ψυχροῦ προσχεομένου τὸ ἐντὸς θερμὸν σβεννύμενον τὴν φρίκην ποιεῖ; ὑπὸ δὲ τοῦ θερμοῦ τὸ ἐκτὸς ψυχρὸν ἀντιπεριϊστάμενον εἰς ἓν καὶ ἀθροιζόμενον τῇ φυγῇ ἔσω; ὥστε ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄμφω γίνεται, ἀλλ' ὁτὲ μὲν ὑπὸ τοῦ ἔσω, ὁτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ ἔξωθεν.* Quem locum, vulgo minus integrum lectum, ita scriptum habet Codex Parisinus, uti vetus versio et Gazae, qui postrema sic reddidit: *calida autem frigus externum cir-*

cumobsistens in unum seque profugum intercolligens efficere identidem potest. Contra Septalius p. 14. *a calida autem externum frigus coercitum in unum et collectum ad interna confluit: quare ab iisdem utrumque fit.* Quaestio est eadem, uti vides, cur, qui lavantur in balneo, non frigida statim aut calida perfundantur, sed tepida primum omnium. In nostro loco fuisse scriptum coniiciebam: τὸ γὰρ ἄγαν θερμὸν ἀθρόον συνέκλεισε τοὺς πόρους, εἶτ' ἐκώλυσεν εἰσελθεῖν (τὸ θερμὸν), τὸ δ' ἐντὸς ψυχρὸν ἀντιπεριστὰν καὶ συνθλίψαν (τὴν σάρκα καὶ τοὺς πόρους) φρίκην ἐποίησεν, ὥστε μὴ — ἀλλὰ τῷ μὲν (ἄγαν θερμῷ) περικεκαῦσθαι, τῷ δὲ (ψυχρῷ) κατεψύχθαι. In Aristotelis loco scripturae vitium in causa fuit, ut cum Gaza Septalius a sententia aberraret. Ibi scriptum fuisse putabam: ὑπὸ δὲ τοῦ θερμοῦ τὸ ἐντὸς ψυχρὸν ἀντιπεριϊστάμενον εἰς ἓν καὶ ἀθροιζόμενον τὴν φρίκην ἐποίησεν. Ita consentit discipulus cum magistro. Vulgatam praescriptam et deinceps φορικὴν ἐποίησεν, οὔτ' ἐκώλυσεν — τὸ μὲν ἔξω καίεται — πυκνούμενα correxi. Ad verba nempe τὸ μὲν ἀντιπεριστὰν intellige τὸ ψυχρὸν, contra ad ista τὸ δ' ἐκώλυσεν supple τὸ ἄγαν θερμὸν ἀθρόον.

76. οἱ δ' ἄνθρακες] Voss. 2. οἱ γὰρ ἄνθρακες, omissis μὲν μέλανες. deinceps vulgatum ἐγκατακλείεται e Voss. 2. 4. correxi. Verba ἐν αὐτοῖς — διὸ omittit Voss. 2.

καθάπερ βάπτει· διὸ μελάντατοι] *quo tanquam suffecti tinguntur — omniumque nigerrimi sunt factitii* Turnebus, qui scriptum voluit ὃς μέλας ὢν φύσει κ. β. et vulgatum σκευασταὶ recte correxit.

θυμιῶντες] *ut vaporantes extinguant et paulum admodum respirationis tribuentes: nam si inflammaretur ignis, deflagrarent in cinerem* Turnebus: non satis recte. nam ad φλογωθῇ, vel, ut Voss. 2. 4. habent, ἐκφλογωθῇ, intelligitur ὁ καπνὸς, et διαλλάττει est verbum activum; igitur *converteret in cinerem* dicendum erat. Pro διαδόντες e Voss. 2. 4. διδόντες dedi. Ceterum Vind. μελάντατοι, Voss. 1. μελίτατοι pro μελάντατοι habent. Pro θυμιῶντες Voss. 2. 4. οὐ μὴ ὄντες dant. ἀναπνοὴν quomodo dent strui carbonarii, docet historia pl. 5, 10. ἐξάπτουσι τὴν κάμινον παρακεντοῦντες ὀβελίσκοις.

ὁ δὲ καπνὸς μέλας] Male Ald. Bas. Vind. Voss. 1. 2. 4. ὃ μέλας habent: deinceps συλλέγεται Voss. 2. 4. Sequens γῆν Furlanus in γῆς mutatum voluit: quem non sequor.

ὁ γὰρ ἀὴρ φύσει μέλας] Furlanus valde laboravit in hoc loco conciliando cum libro de coloribus, Aristoteli vulgo ad-

scripto, ubi aer natura albus esse dicitur; item cum Aristotelico libro 5. de generatione animalium, ubi est: ὁ δ' ἀὴρ διαφαινόμενος λευκότητα ποιεῖ, καθάπερ καὶ τὸν ἀφρόν. Theophrasti opinionem operose defendit Plutarchus de Frigoris causa p. 105. ed Hutten. Furlanum frustra laborasse, docet in posteriore quidem loco Aristotelis additum διαφαινόμενος. Priorem si accuratius inspexisset, post ista initio libelli de coloribus posita: ἀὴρ μὲν γαρ καὶ ὕδωρ καθ' ἑαυτὰ τῇ φύσει λευκά, τὸ δὲ πῦρ καὶ ὁ ἥλιος ξανθά· καὶ ἡ γῆ δὲ φύσει λευκή, παρὰ δὲ τὴν βαφὴν πολύχροος φαίνεται: et de fumo: διὰ τὸ τῷ καπνῷ βεβάφθαι μέλανι ὄντι: reperisset haec etiam addita: τὸ δὲ μέλαν χρῶμα συνακολουθεῖ τοῖς στοιχείοις εἰς ἄλληλα μεταβάλλουσι. Igitur licet hic aerem φύσει μέλανα fortasse interpretari eum, qui cum aliis elementis est mixtus aut in aliud elementum transit, cum in libro de coloribus aer purus (καθ' ἑαυτὸν) natura albus esse dicatur.

Ἕως μὲν οὖν ἂν ἔχωσι] Male Heinsiana ἕως μὲν οὖν οὐκ ἂν ἔχ. dedit. Furlanus ἕως μὲν οὐκ ἂν dederat: hinc error natus.

ὥσπερ ὁ ἥλιος] Incpte Heinsiana negationem οὐ interseruit. Sequentia Turnebus vertit: *quando fumus secretus subtilior est, quam terrenum adhuc inhaerescens ligno.* Recte igitur vulgatum χυλῷ mutatum voluit in ξύλῳ. Sed praeterea articulus τοῦ post καπνοῦ, qui sensum turbat et ineptum reddit, tollendus erat: igitur transpositum vocabulo γεώδους adiunxi. γεώδης est in Voss. 1.

77. ἡ μᾶλλον καπνώδης καὶ τῶν χλωρῶν ἐρυθρά] *quando et flamma fumosior minus pellucida est, et ex viridibus lignis rutila magis* Turnebus. Supplevit igitur ἧττον διαφανής. Sed praestat cum Vossiano 2. copulam καὶ delere.

πνίξει — μέλανες γίνονται] Voss. 2. 4. καπνίζει — μέλαν ἐστιν ὅτε. deinceps vulgabatur: τὰ δ' ἐκκρίματα μάλιστα διαμένει. Turnebus vertit: *Caeterum excrementa vaporis maxime permanent, propterea quod afflatus ignis (in primis enim flatuosus ignis est) intercluditur.* Annotatio interpretatur gravem illum halitum, quem carbones emittunt. Furlanus contra fumum, qui dicatur in carbone remanere, quod ignis exhalatio intercipiatur et intercludatur. Voss. 1. ἐκκρίμματα habet; Voss. 2. 4. τὰ δὲ κρύμματα μάλιστα διαδύνει. Unde accepi verbum διαδύνει in locum vulgati διαμένει; quod confirmat sequens membrum, ἐναπολαμβάνεται τὸ πνεῦμα τοῦ πυρός: nam causa redditur nigri carbonum coloris, qui fit a fumo inhaerente et quasi intus suscepto et incluso. Fumus

enim nostro est· ἐξ ὑγροῦ διαλυομένου εἰς πνεῦμα καὶ γῆν, καὶ τοῦ πνεύματος ὄντος μέλανος. Turnebus et Furlanus simplex verbum ἀπολαμβάνεται sunt interpretati, quod significat *intercipitur;* sed ἐναπολαμβάνεται est *intus suscipitur et concluditur.*

Addo locum Plutarchi de causa frigoris p. 121. quem supra apponere sum oblitus de humore ignis nutrimento: τῷ δὲ ὑγρῷ τροφῇ χρῆται τὸ θερμόν· οὐ γὰρ τὸ στερεὸν, ἀλλὰ τὸ νοτερὸν τοῦ ξύλου καυστόν ἐστιν· ἐξικμασθέντος δὲ τούτου τὸ στερεὸν καὶ ξηρὸν ἀπολείπεται τέφρα γενόμενον. Οἱ δὲ καὶ τοῦτο φιλοτιμούμενοι μεταβάλλον ἀποδεῖξαι καὶ καταναλισκόμενον, ἀναδεύοντες πολλάκις ἐλαίῳ καὶ στέατι φύροντες οὐδὲν περαίνουσιν· ἀλλ' ὅταν ἐκκαῇ τὸ λιπαρὸν, περίεστι πάντως καὶ διαμένει τὸ γεῶδες. Aristoteles Problem. 3, 5. ὑγρῷ μὲν γὰρ τρέφεται τὸ θερμὸν, τούτῳ δὲ οὐ τῷ τυχόντι, ἀλλὰ λείῳ καὶ πίονι. ubi inepte scriptum editur πλείονι: nec vitium animadvertit Septalius.

IV.

AD FRAGMENTVM LIBRI DE ODORIBVS.

Hunc librum post libros sex φυτικῶν αἰτίων scriptum fuisse testatur ipse in libro sexto extremo, ubi promisit hanc tractationem: περὶ μὲν οὖν ὀσμῶν καὶ χυλῶν τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς καὶ καρποῖς ἐκ τούτων θεωρητέον. Ὅσα δ' ἤδη κατὰ τὰς μίξεις καὶ τὰ πάθη πρὸς ἄλληλα καὶ τὰς δυνάμεις, ταῦτα καθ' αὑτὰ λεκτέον. Habes simul argumentum libri. Περὶ ὀδμῶν laudavit Athenaeus infra ad sectionem 27. laudandus. Editionem Turnebi Parisiis 1556. proditam in forma chartae quadruplicatae nondum vidi: sed adhibui Opera Turnebi, quibus insertus libellus cum eius annotatione extat: praeterea editionem Parisiensem libelli, a Turnebo, ut videtur, profectam, sine titulo, quae extat in Bibliotheca Lugdunensi Batavorum cum adscripta annotatione viri docti, et quam enumerat Catalogus Bibliothecae Leidensis p. 133. b. no. 19. Fuit etiam ad manus varietas scripturae e Codice Vossiano excerpta, qui servatur in eadem Bibliotheca.

ὥσπερ ἀειδεῖς] Vulgatum ἀηδεῖς correxit Turnebus, interpretatus: *qui nulla specie censentur, quod sunt ignavi atque inertes.* Furlanus addit, id genus in sapore ἄποιον vocari. Ceterum in hoc libello saepissime vocabula χυλὸς et

χυμὸς permutata correxi: quorum illud succum, hoc saporem significat. Cum hoc odor comparatur.

μάλιστα μόνη] *potissimum sola* Turnebus vertit. Equidem particulam ἢ interponendam censeo: quo vitio plura librorum superiorum loca laborant.

διωρισμέναι [*εἰσί*]] Verbum inseruit Turnebus vertens: *nec sunt ita formis odores distincti.* Furlanus contra διωρισμέναι copulans cum antecedente ἰδέαι, has ἰδέας interpretatur *formas constitutas*, εἴδη vero *rationes quae constituant* seu *formalitates* barbaro vocabulo.

ἀλλ' ὡσὰν] Turnebus *sed tantum generibus*; fortasse ὅσον cogitans.

2. *ἐπὶ γὰρ — μᾶλλον*] *nam dulcia et amara forma designata sunt* Turnebus. Videtur igitur repetii voluisse τὰ εἴδη κατωνόμασται. Codex Vossianus ἐπεὶ αὐτῶν habet, et deinceps δριμέα λέγονται.

εἰ μή τις λέγει] Malim λέγοι. Turnebus putabat, Platonem respici, cuius locum e Timaeo p. 378. posuit: τῶν δὲ αὐτῶν πολελεπτυσμένων μὲν ὑπὸ σηπεδόνος et cet. qui huc minime facit: nec fuit Theophrastus adeo proclivis ad Platonem reprehendendum, quam Aristoteles. Potius videtur Empedoclem respexisse, cuius versus a Plutarcho et Aristotele citatus, οἶνος ἀπὸ φλοιοῦ πέλεται σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ, vinum acescens dicere videtur. Aliter visum est viro docto, qui reliquias poetae collegit, p. 526. et 627. Genus vini odoratissimum σαπρίαν nominat Hermippus Athenaei I. p. 112. Schw. σαπρὸν Θάσιον cum laude nominat Philyllius ibidem p. 117.

ἐν ἅπασι δὲ διαφθειρομένοις] Turnebus: *in omnibus inquam quae vitiantur.*

3. *τὸ γὰρ τῆς ὀσμῆς ἐν ἀναπνοῇ*] Margo Vascos. ἡ γὰρ ὀσμὴ dat. Turnebus: *cum praesertim in halitu situs sit omnis odor.* Nondum satis intelligo causam, cur haec addita sint.

τῶν γλυκέων — πικρότητα — εὐωδῶν βαρύτητα] Noster de causis 6, 24. ὡς οὐκ οὔσης ἅμα τῆς τε κατὰ τὸν χυμὸν εὐοσμίας καὶ πολυοσμίας καὶ ἰσχύος, ὅπερ ἐπὶ τῶν μύρων καὶ ἐπὶ τῶν θυμιαμάτων καὶ ἐπὶ τῶν στεφανωμάτων καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ὀσμωδῶν συμβαίνει· πάντα γὰρ πικρὰ καὶ δύσχυμα τὰ τοιαῦτα. — Ἐξ ἁπάντων οὖν δῆλον, ὡς ἕτερον τοῦ χυμοῦ τὸ τὴν εὐοσμίαν ποιοῦν, ἣν συμμετρίαν τινὰ λάβῃ τῆς κράσεως· ἥδιστον δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν.

4. *κριθαὶ — αἱ ἐκ τῆς Κεδροπόλεως*] Cedropolin cum Aristotele h. a. 9, 36. in alia narratione nominavit Antigonus Carystius c. 34. ubi multa tentarunt viri docti loci Theophrastei immemores. Alii enim scriptores hunc Thraciae locum non memorarunt. Scriptor *Θαυμασίων ἀκουσμ.* c. 138. ubi eadem narrantur, pro verbis Aristotelis *ἐν δὲ τῆς Θρᾴκης τῇ καλουμένῃ ποτὲ Κεδροπόλει* posuit *Περὶ τὴν Θρᾴκην τὴν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως*, uti Plinius 10, 8. *In Thraciae parte super Amphipolin.* Unde situm eius coniicere licebit. Nec mirum scriptores posteriores urbis nomen non commemorasse, cum iam Aristotelis aevo urbs aut deleta fuisset aut nomen mutasset. De hordeo olente bene comparavit Turnebus locum *Θαυμασ.* c. 126. ubi narrationem de regione Sintarum et Maedorum et Ponto fluvio sequitur de hordeo: *εἶναι δέ φασι καὶ τόπον τινὰ παρ' αὐτοῖς οὐ λίαν μικρὸν, ἀλλ' ὡς ἂν εἰκοσί που σταδίων, ὃς φέρει κριθάς· αἷς οἱ μὲν ἄνθρωποι χρῶνται, οἱ δὲ ἵπποι καὶ βόες ουκ ἐθέλουσιν αὐτὰς ἐσθίειν, οὐδ' ἄλλο οὐδέν· ἀλλ' οὐδὲ των ὑῶν [οὐδὲ τῶν κυνῶν] οὐδεμία τολμᾷ γεύσασθαι τῆς κόπρου τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἂν ἐκ τῶν κριθῶν τούτων μαζαν φαγόντες η ἄρτον ἀφοδεύσωσι, τῷ θνήσκειν.* ubi verba seclusa sine dubio e varietate scripturae falsa irrepserunt. Canis enim non est inter animalia *κοπροφάγα*, uti porcus. Postrema etiam duo verba, *τῷ θνήσκειν*, aliena et delenda esse, admonuit egregius Heyne. Ceterum uti nomen Cedropolios in narratione Aristotelea omisit auctor collectionis istius, ita iterum hoc loco de hordeo. Fortasse memoria cum nomine urbis iam tum fuit abolita.

τῶν ὀσμωδῶν ὄντων] Ald. Basil. Voss. *ὀσμῶν δοκούντων* ita correxit Furlanus. *ὄζειν δοκούντων* vel *ὀσμωδῶν δοκούντων* malebat Turnebus: margo Vascos. *τῶν ὄζειν* vel *τινῶν ὄζειν δοκούντων* proponit.

ἀλλ' ὅσα, πρὸς] Intellige *ὅσα χαίρει, πρὸς — χαίρει.* Sequens *ταῖς ὀσμαῖς* in *τοῖς μύροις* mutandum et ad vultures referendum esse e loco *Θαυμασίων* c. 159. suspicabatur Turnebus.

δῆλον διὰ τὴν ἐναντίωσιν τῆς ἐναντίας] *quod ut universe complectar, ex eorum numero perspicuum est, quae adversaria efficiuntur naturae et repugnantia; sed sigillatim excutienti uniuscuiusque temperamentum et vis odoris sumenda est* Turnebus. Equidem non dubito, fuisse olim: *δῆλον ὅτι διὰ τὴν ἐναντίωσιν τῆς φύσεως.* Nam verba *τῆς ἐναντίας* turpiter abundant: et vulgaris scriptura *δῆλον*

διὰ τ. ἐν. τ. φ. significat, declarari id per naturae contrariam vim, cum Theophrastus voluerit significare, animalia si quaedam suave olentibus offendantur, id manifesto fieri tum ob naturam eorum contrariam, tum in singulis generibus considerari oportere non solum temperamentum eorum, sed etiam vim et naturam odoris. Vossianus liber *δῆλον τῶν διὰ* habet. *μὲν* inseruit Furlanus propter sequens *ὡς δὲ καθ᾽ ἕκαστον*, ubi intelligitur *εἰπεῖν*.

5. *ἀκροδρύων*] Turnebus *baccarum*, qui *ἄνευ τῆς προσφορᾶς* reddidit: *ut non vescaris: tantoque prope dixerim gratior est.*

αἱ δὲ ὥσπερ τῆς ἀναπνοῆς] *anhelitus et aurae per se* Turnebus, de sensu tacens, ut Furlanus. Inepte odores, qui respiratione continentur, opponuntur odoribus *χυλῶν καὶ τῆς τροφῆς*. Nam omnes odores respiratione continentur, nec omnino sine ea percipi possunt. Inscitia excerptoris vel librarii quantopere in hoc loco grassata sit, docebit comparatio loci Aristotelici de sensu c. 5. quem totum apponam, quoniam doctrinam eandem sed verbis integriorem continet. Ὅτι μὲν οὖν ἐνδέχεται ἀπολαβεῖν τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ἐν τῷ πνεύματι καὶ τὸ ἐν τῷ ὕδατι, καὶ πάσχειν τι ὑπὸ τῆς ἐγχύμου ξηρότητος, οὐκ ἄδηλον· καὶ γὰρ ὁ ἀὴρ ὑγρὸν τὴν φύσιν ἐστίν. Ἔτι δὲ, εἰ ὁμοίως ἐν τοῖς ὑγροῖς ποιεῖ καὶ ἐν τῷ ἀέρι οἷον ἀποπλυνόμενον τὸ ξηρὸν, φανερὸν, ὅτι δεῖ ἀνάλογον εἶναι τὰς ὀσμὰς τοῖς χυμοῖς. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ἐπ᾽ ἐνίων συμβέβηκε· καὶ γὰρ δριμεῖαι καὶ γλυκεῖαί εἰσιν ὀσμαὶ, καὶ αὐστηραὶ καὶ στρυφναὶ καὶ λιπαραί· καὶ τοῖς πικροῖς τὰς σαπρὰς ἄν τις ἀνάλογον εἴποι. Διὸ, ὥσπερ ἐκεῖνοι δυσκατάποτοι, τὰ σαπρὰ δυσανάπνευστά ἐστι. Δῆλον ἄρα ὅτι, ὅπερ ἐν τῷ ὕδατι χυμὸς, τοῦτ᾽ ἐν τῷ ἀέρι καὶ ὕδατι ἡ ὀσμή. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ ψυχρὸν καὶ ἡ πῆξις καὶ τοὺς χυμοὺς ἀμβλύνει καὶ τὰς ὀσμὰς ἀφανίζει· τὸ γὰρ θερμὸν τὸ κινοῦν καὶ δημιουργοῦν ἀφανίζουσιν ἡ ψύξις καὶ ἡ πῆξις. Εἴδη δὲ τοῦ ὀσφραντοῦ δύο ἐστίν· οὐ γὰρ, ὥσπερ φασί τινες, οὐκ ἔστιν εἴδη τοῦ ὀσφραντοῦ, ἀλλ᾽ ἔστι. Διοριστέον δὲ καὶ πῶς ἔστι, καὶ πῶς οὐκ ἔστι. Τὸ μὲν γάρ ἐστι κατὰ τοὺς χυμοὺς τεταγμένον αὐτῶν, ὥσπερ εἴπομεν, καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρὸν κατὰ συμβεβηκὸς ἔχουσι· διὰ γὰρ τὸ τοῦ θρεπτικοῦ εἶναι πάθος, ἐπιθυμούντων μὲν ἡδεῖαι αἱ ὀσμαὶ τούτων εἰσὶ, πεπληρωμένοις δὲ καὶ μηδὲν δεομένοις οὐχ ἡδεῖαι οὐδ᾽ αἱ ὀσμαὶ, καὶ ἡ τροφὴ ἡ ἔχουσα τὰς ὀσμὰς οὐχ ἡδεῖα οὐδὲ τούτοις. Ὥστε αὗται μὲν, ὥσπερ εἴπομεν, κατὰ συμβεβηκὸς ἔχουσι τὸ ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρόν.

διὸ καὶ πάντων εἰσὶ κοιναὶ τῶν ζώων. Αἱ δὲ καθ' αὑτὰς ἡδεῖαι τῶν ὀσμῶν εἰσιν, οἷον αἱ τῶν ἀνθῶν· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον οὐδ' ἧττον πρὸς τὴν τροφὴν παρακαλοῦσιν· οὐδὲ συμβάλλεται πρὸς ἐπιθυμίαν οὐδέν. — Τοῦτο μὲν οὖν τὸ ὀσφραντὸν ἴδιον ἀνθρώπου ἐστίν· ἡ δὲ κατὰ τοὺς χυμοὺς τεταγμένη καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὥσπερ εἴρηται πρότερον· κἀκείνων μὲν διὰ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἔχειν τὸ ἡδὺ, διῄρηται τὰ εἴδη κατὰ τοὺς χυμούς· ταύτης δὲ οὐκέτι. διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτῆς καθ' αὑτὴν εἶναι ἡδεῖαν ἢ λυπηράν. Αἴτιον δὲ τοῦ ἴδιον εἶναι ἀνθρώπου τὴν τοιαύτην ὀσμὴν διὰ τὴν ψύξιν τὴν περὶ τὸν ἐγκέφαλον — τὰ ῥευματικὰ νοσήματα ποιεῖ τοῖς ἀνθρώποις. Πρὸς βοήθειαν οὖν ὑγιείας γέγονε τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς ὀσμῆς· οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἔργον ἐστὶν αὐτῆς ἢ τοῦτο. Τοῦτο δὲ ποιεῖ φανερῶς· ἡ μὲν γὰρ τροφὴ ἡδεῖα οὖσα καὶ ἡ ξηρὰ καὶ ἡ ὑγρὰ πολλάκις νοσώδης ἐστίν· ἡ δ' ἀπὸ τῆς καθ' ἑαυτὴν εὐώδους ἡδεῖα ὁπωσοῦν ἔχουσιν ὠφέλιμος, ὡς εἰπεῖν, ἀεί· καὶ διὰ τοῦτο γίνεται διὰ τῆς ἀναπνοῆς οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῶν ἐναίμων οἷον τοῖς τετράποσι καὶ ὅσα μετέχει τῆς τοῦ ἀέρος μᾶλλον φύσεως. — Ἴδιον δὲ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεώς ἐστι τὸ τῆς ὀσμῆς τῆς τοιαύτης γένος, διὰ τὸ πλεῖστον καὶ ὑγρότατον ἐγκέφαλον ἔχειν τῶν ζώων ὡς κατὰ μέγεθος. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μόνον, ὡς εἰπεῖν, αἰσθάνεται τῶν ζώων ἄνθρωπος καὶ χαίρει ταῖς τῶν ἀνθῶν καὶ ταῖς τῶν τοιούτων ὀσμαῖς. — Ὃ δὲ λέγουσί τινες τῶν Πυθαγορείων, οὐκ ἔστιν εὔλογον· τρέφεσθαι γάρ φασιν ἔνια ζῶα ταῖς ὀσμαῖς. Manifestum igitur hinc fit, nec dubitabit quisquam, recte nos vulgatum τῆς ἀναπνοῆς mutasse in ἀνθέων vel ἀνθῶν. Sequentia tamen aliquam etiam mutilationem vel depravationem a manu excerptoris experta esse videntur; possunt tamen intelligi.

σῦκον] Fructum arboris dicit, quam συκάμινον vocat hist. pl. 4, 2. Est ficus sycomorus Linnaei. Si fructus non ubique male olet, fides constabit scriptori apud Atheneum 2. p. 51. ἅπερ οἱ ἐπιχώριοι ἐπὶ βραχὺ κνίσαντες σιδηρίῳ ἐῶσιν ἐπὶ τοῖς φυτοῖς, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀνέμου κινούμενα ἐντὸς ἡμερῶν τριῶν οὕτω πέπονα καὶ εὐώδη γίνονται, μάλιστα δὲ ζεφύρων πνευσάντων, καὶ ἐδώδιμα.

ἡ ἀρκευθος] Puto ἀρκευθὶς scriptum fuisse de fructu. Hist. pl. 3, 12. καρπὸς δ' ὁ μὲν τῆς κέδρου ξανθὸς, μύρτου μέγεθος ἔχων, εὐώδης, ἡδὺς ἐσθίεσθαι· ὁ δὲ τῆς ἀρκεύθου τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιος, μέλας δὲ καὶ στρυφνὸς καὶ ὥσπερ ἄβρωτος. Dioscorides 1, 103. iuniperum utramque,

ἄρκευθον, i. e. communem, et κέδρον, oxycedrum Linnaei, diureticam esse ait, vulgaris autem fructum εὐώδη καὶ γλυκὺν ἐν τῷ διαμασᾶσθαι. Fortasse verba καὶ εἰ μὴ πανταχοῦ, ἀλλ' ἐνιαχοῦ, pertinent non ad ficum Aegyptiacam, quae extra Aegyptum crescere negatur, sed ad sequentem iuniperum, ut malus odor fructus non ubique, sed in locis tantum quibusdam percipiatur.

6. [καὶ φυτοῖς] καὶ] Verba seclusa recte damnavit Turnebus, qui deinceps vulgatum αἷς καὶ τὸ εὐῶδες correxit. Idem annotavit locum Plutarchi Quaest. Sympos. 1, 6. πέψει γάρ τινι τῶν ὑγρῶν ὁ Θεόφραστός φησιν ἐπιγίνεσθαι τὴν εὐωδίαν, ὅταν ἐξαιρεθῇ τὸ βλαβερὸν ὑγρὸν ὑπὸ θερμότητος.

7. Ὅσαι δὲ δὴ κατὰ τέχνην] De causis pl. 6, 15. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἀπὸ διανοίας καὶ τέχνης γινομένων αὐτὰ καθ' αὑτὰ δεῖ θεωρεῖν, τῶν δὲ φυσικῶν χυμῶν τὰ πάθη καὶ τὰς γενέσεις ἐκ τῶν εἰρημένων θεωρητέον. ubi haud scio an rectius διὰ ἐπινοίας καὶ τέχνης scripseris. Ceterum indidem apparet consilium et argumentum libri huius. Voluit enim scriptor tradere de odoribus arte paratis, eorumque causas quaerere, ut antea in naturalibus fecerat. Videtur etiam seorsum succos et sapores tractasse, quemadmodum obiter eos interdum attingit in hoc libello, eos dico, qui arte coquinaria miscentur et parantur. Idem consilium indicare videtur etiam verbis περὶ τούτων πειρατέον εἰπεῖν, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν χυλῶν vel χυμῶν.

βέλτιον ἦν ἡμῖν] Ald. Basil. Voss. βέλτιον πεδίον ἦν ἡμῖν. Omisit πεδίον Turnebus, et deinceps στοχάζεται τούτου scribi iussit. Contra Furlanus πρὸς τὸ βέλτιον καὶ ἥδιον scribendum contendit, et sequens τούτων defendit. βέλτιον καὶ τέλειον coniecit Casaubonus ad Theophrasti Charact. 8. p. 108. ed. Fischeri.

Οὐ μὴν ἀλλ'] Ante haec Furlanus et Heinsius signum lacunae posuerunt, uti deinceps post verba καὶ οὕτως αἱ. Scilicet in Ald. Basil. erat: πὸς ἃς συνεργεῖν πειρῶνται καὶ ταῖς παρὰ .. ταῖς τ. χυλῶν εὐστό ** τριχῶς δέ γε — ὅταν ᾖ ὁμογενὲς et cet. In Vossiano eadem est scriptura praeter τριτῶς δέ γε * *. Turnebus cetera supplevit, in cuius annotatione scriptum reperio: ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν — δυεῖν μὲν — ὁμογενὲς ὁμογενεῖ. Furlanus et Heinsius pravum ὁμογενῆς dederunt. Supplementum Turnebi cum margine Vascos. adscivi, dum melior Codex veram scripturam docuerit. Furlanus παραμίξεσι malebat.

ἀντιπαραλλάττοντι] Turnebus *ἐναντίῳ* vel *ἀντικειμένῳ* malebat et vertit: *diversa diversis miscentur*. Furlanus bene vidit, deesse tertium modum: ἢ ξηρὸν ὑγρῷ.

8. *ἀρώματα* — *διαπάσματα*] Turnebus *ἀρώματα* dicta censebat a verbo *ἀράομαι*, *precor*, quoniam prisci his solis, antequam pecudes immolari consuetudo esset, in re divina sint usi. *Diapasmata siccis odoribus constant*, ut ait Plinius ab eodem Turnebo laudatus 13, 2. Martialis locum 1, 88. laudavit Furlanus. Plinius 21. s. 73. de rosis: *Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur*. Quae eadem tradit Dioscorides 1, 131. De vocabuli *ἀρώματα* etymologia dubito, tum propter compositionem eius, tum praecipue, quoniam eorum mentio ab antiquis poetis nulla facta est. Videtur igitur potius vox peregrina esse. Suidas *ἄρωμα* interpretatur *θυμίαμα*, *εὐωδίασμα μυρεψικόν*. Is igitur et ipse compositum esse aliquid voluit. Apud solum Pollucem 1. sect. 26 inter formulas sacrificiorum solennes reperio *ἀρώματα λύειν ἐν πυρὶ*, sed auctore non nominato. Noster in h. pl. 9, 7. *τὰ εὔστομα, οἷς πρὸς τὰ ἀρώματα χρῶνται* — *οἷς μὲν οὖν εἰς τὰ ἀρώματα χρῶνται, σχεδὸν τάδ' ἐστὶν, κασία, κινάμωμον, καρδάμωμον, νάρδος, βάλσαμον, ἀσπάλαθος, στύραξ, ἶρις, κόστος, κρόκος, σμύρνα, κύπειρον* et cetera. Sed caput quaestionis Turnebus non attigit. Si lectio enim huius loci vera est, aromata res erant composita, non naturalis: quod nemo alius dixit. Quare suspicor, pro *ἀρώματα* hic scriptum fuisse *τὰς συνθέσεις*, quae ubique diapasmatis iunguntur in hoc libello.

χρίσματος] Chrismatis compositionem minus operosam adeoque minus caram fuisse quam *μύρου*, censebat Turnebus, qui monet, Plinium in melino ex Dioscoride *χρίσμα* simpliciter *oleum* interpretatum esse. Idem Xenophontis locum Anabas. 4, 4, 13. posuit, ubi *χρίσμα* dicitur, quocunque corpus ungitur. Plura dicentur in tertia Lexici gr. editione. Cf. sect. 16. Hicesius Athenaei 15. p. 689. ipsa *μύρα* distribuit in *χρίσματα* et *ἀλείμματα*. Ad quod discrimen Plinii locum 13, 3, 4., ubi *lini* et *perfundi unguentis* sit *χρίεσθαι* et *ἀλείφεσθαι*, refert Salmasius Exercit. p. 330. qui spissiora unguenta *χρίσματα* et *lini*, liquidiora vero *ἀλείμματα* et *perfundi* dicta censuit.

καὶ οἷον ἀρτύοντες] Turnebus vertit *mergentesque condunt*, nescio quid spectans. Sequentia *ποιοῦνται τὰ τέλη* idem vertit *suum munus praestant*.

9. οἱ τὰ μύρα τοῖς οἴνοις] Aristoteles de sensu 5. οἱ δὲ νῦν μιγνύντες εἰς τὰ πόματα τὰς τοιαύτας δυνάμεις βιάζονται τῇ συνηθείᾳ τὴν ἡδονήν, ἕως ἂν ἐκ δύο αἰσθήσεων γένηται τὸ ἡδὺ ὡς ἓν καὶ ἀπὸ μιᾶς.

10. πάντα λυμαίνεται] Aristoteles de sensu c. 5. ἀληθὲς γάρ, ὅπερ Εὐριπίδης εἶπε σκώπτων, ὅταν φακῆ ἕψηται, μὴ ἐπιχεῖν μύρον.

τῶν μὲν ξηρῶν] Furlanus intelligit cibaria. Verum cum in elixa edulia commodius unguenta fundantur, elixa autem humida sint, suspecta mihi vox est ξηρῶν.

ἀφαιρεῖσθαί τε τὸν οἰκεῖον — ἅμα δὲ] Praecedens τε postulabat, ut cum Vossiano deinceps scriberem καὶ ἅμα. Postea τὸν αὑτοῦ scribendum esse, ut vertit Turnebus: verum etiam suum simul obiiciunt: docet antecedens ἀφαιρεῖται τὸν οἰκεῖον.

διαμασσωμένοις δὲ καὶ μᾶλλον] Copulam seclusit Furlanus, ego duce Vossiano libro omisi.

11. πλείων εἰς τὰ μὴ κρατεῖσθαι] et uberrimus, ut superari non possit Turnebus. Insolens dictio, nec satis graeca mihi videtur. Quare malim ὥστε μὴ κρ. Solet etiam absque negatione dici.

ὅσον ἐπιθιγγάνων] Aldinum ἀποθιγγάνων Turnebus in ἀποτυγχάνων mutatum voluit. Idem deinceps vulgatum antea δύσχολον correxit. Pro ἐνδιδόναι Vossianus οὐ διδόναι habet.

ἐμφαίνειν, ἀλλὰ συμβαίνειν] Aldinum ἐμφαίνων correxit Turnebus, quem non est secutus Furlanus nec Heinsius, qui deinceps συμβαίνει dederunt. Equidem e Turnebi textu συμβαίνειν assumsi.

τῷ μὲν γὰρ γλυκεῖ — δεομένῳ] Vulgatum τὸ γλυκὺ — δεόμενον cum Turnebo correxi, et particulam γὰρ inutilem cum eodem seclusi. Ad μηδὲν ἔχειν intellige ἥδυσμα. odorem addit versio Turnebi. Vina enim dulcia non sunt odorata.

ὁ γὰρ οἶνος, ὥσπερ — ἐλέχθη] Hoc cum pluribus aliis indicium prodit excerptoris operam ineptam. Nam in libello hoc antea de vino nihil fuit traditum. An potius respicit doctrinam in libro sexto de causis pl. propositam, ubi cap. 28. est de vino et oleo. Additur ibi: καὶ οἱ μυρεψοὶ δὲ τὰς ὀσμὰς εἰς τὸ ἔλαιον τίθενται· καὶ γὰρ ἄλλως ἁρμόττον πρὸς τὴν χρείαν καὶ ἅμα δύναται μάλιστα θησαυρίζειν διὰ τὴν ἀμεταβλησίαν.

12. ἀπόρησιν — στεφανώματα] Vossianus ἀπόκρισιν

habet. Sequens στεφ. *coronamenta* cum Plinio vertit Turnebus: σμύρναν *myrrham:* θυμιατὸν πᾶν *suffimenta omnia.*

13. ἀνθῶν ἐπιπολῆς] Ineptum ἐπιπολλῆς dederunt Furl. et Heinsius. ἐπὶ πολῆς Turnebus, *flores in summo causam odoris habent* vertens.

διὸ καὶ ἀφιᾶσι] Recte Turnebus vertit: *Quocirca illa halitum longe iactant.* Igitur τὰ μὲν addendum fuit, quod feci. Furlanus τὰ ἄνθη subaudiri censebat. Sed idem paulo antea καὶ γὰρ ἔξωθεν scribi voluit: equidem τὰ γὰρ ἔξωθεν praefero. ἀποπνοίας esse monet, quas ἀποῤῥοίας cum Democrito vocat Aristoteles.

ὅθεν καὶ διαιρούμενα] Aldinum καὶ αἱρούμενα correxit Turnebus, probante Furl. et Heinsio, consentiente Vossiano libro.

ἄνθη κακωδέστερα] Heinsiana ineptum μαλακωδέστερα dedit. Inter Aristotelica problemata sectionis 12. et 13. plura sunt, quae quaestionem eandem tractant, veluti 2. 4. et 9. In hoc postremo additur: διὰ ταῦτα δὲ καὶ τριφθέντα τὰ ἄνθη ἀπόλλυσι τὴν ὀσμήν. Sect. 13, 3. διὰ τί τριβόμενα τὰ ἄνθη δυσωδέστερα; et 11. ὥσπερ καὶ τῶν ἀνθῶν, ἐξ ὧν γίνονται αἱ εὐωδίαι, τὰ μὲν τριβόμενα ἢ θερμαινόμενα ἢ ξηραινόμενα φαῦλα, οἷον τὰ λευκόϊα, τὰ δὲ ὅμοια, οἷον τὰ ῥόδα. Ceterum sequens ἐκφαίνει malim in ἐμφαίνει mutatum.

λιβανωτὸς — πυκνοτέραν — φύσιν] Vossianus λιβανὸς habet. Heinsiana Furlani πυκνότερον male repetiit. Sequens ποιήσῃ ex Heinsiana recepi: ποιήσει Ald. Basil. Voss. servavit Turnebus et Furl.

εὐταμίευτον] Turnebus *quem facile reponas* vertit. Contra Furlanus: *qui facile dispensetur vel diribatur.* Odorem enim, qui difficile exhalet, eundem difficile dispergi et per aerem dispensari. Falso!

14. τοὔλαιον τίθενται] Vossianus τὸ ὔλαιον τίθεται habet. Sequitur Αὐτῶν δὲ τούτων, cum praecesserit singulare ἔλαιον: species olei nunc dicit. Ceterum sensum loci bene vidit Turnebus; Plinius autem, cum vim particulae ἐπεὶ non animadvertisset, pervertit. Ille enim, ut annotavit Turnebus, ex hoc loco transtulit, quae habet 13, 3. *Unguenta optime servantur in alabastris, odores in oleo, quod diuturnitati eorum tanto utilius est, quanto pinguius, ut ex amygdalis. Et ipsa unguenta vetustate meliora.* Est tamen verum hoc, pinguissima olea diutissime odorem servare conditum posse: verum iis non utebantur, quoniam odores non adeo facile recipiunt propter eandem πυκνότητα, quae con-

ditum durat et servat. Male igitur Furlanus scriptum voluit: ἐπεὶ φύσει δεκτικὸν ὀσμῆς — αὐτῶν δὲ τούτων τὸ λιπαρώτατον ἥκιστα, οἷον τὸ ἀμ. abusus loco de causis pl. 6, 28. ubi comparatio aquae, vini et olei instituitur ad servandos odores: τὸ δὲ σωματωδέστερον καὶ πυκνότερον εἴς τε τὸ δέξασθαι καὶ τηρεῖν εὐφυὲς, πρὸς ἄμφω συμμετρίαν ἔχον. Equidem verba τὸ ἐκ τῶν ἐλαιῶν μάλιστα vitiosa esse censeo, atque ibi ἥκιστα scribo. Infra sectio 20. sesaminum oleum praedicat δεκτικώτατον: imprimis τοῦ ῥοδίνου δεκτικὸν dicitur διὰ τὴν λιπαρότητα: sed igni admotum resolvitur et σησάμου ἐξόζει, odorem sesami redolet. Dubius itaque haereo. Ceterum Turnebus comparavit praeter Lucretium 2, 847. seqq. locum Platonis in Timaeo p. 345. διὸ καὶ πάντων ἐκτὸς εἰδῶν εἶναι χρεὼν τὸ τὰ πάντα ἐνδεξόμενον ἐν αὑτῷ γένη, καθάπερ τὰ ἀλείμματα, ὁπόσα εὐώδη, τὰ δεξόμενα ὑγρὰ τὰς ὀσμάς. quem locum Ficinus multo integriorem legit et vertit, et ex Codicis Tubingensis varietate paulum mutata redintegrare licebit. Ita igitur scribo: ὁπόσα εὐώδη τέχνη μηχανᾶται, πρῶτον τοῦτ᾽ αὐτὸ ὑπάρχειν ποιοῦσιν, ὅτι μάλιστα ἀώδη τὰ δεξόμενα ὑγρὰ τὰς ὀσμάς.

15. τῆς βαλάνου — Συρίας] Arborem describit hist. pl. 4, 2, 6. Dioscorides 4, 160. sub nomine βαλάνου τῆς μυρεψικῆς, glandis unguentariorum. Est Linnaei Hyperanthera Moringa. De fructu ita Theophrastus: τοῦ καρποῦ δὲ τοῖς κελύφεσι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ κόπτοντες· εὐῶδες γὰρ ἔχει, τὸν δὲ καρπὸν αὐτὸν ἀχρεῖον. ἔστι δὲ καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ ὄψει παραπλήσιος τῷ τῆς καππάρεως. Corticem de palma vocat Columella 12, 53, 2. Plinius 12. s. 46. myrobalanum vocavit, addens: *Unguentarii autem tantum cortices premunt, medici nucleos, tundentes, affusa eis paulatim calida aqua.*

ὠμοτριβεῖ — φαυλίου] *viridi e phaulia* Turnebus, qui tria olei genera annotavit: ὀμφάκινο., *acerbum*, *aestivum* et a Plinio *candidum* vocatum; alterum ὠμοτριβὲς, tanquam crudum, quod *viride* dicitur; tertium maturum, unguentis inutile. Primum et alterum genus cum Dioscoride nunc uno nomine Theophrastus Turnebo comprehendere videtur. Cf. Niclas ad Geoponica 9, 3. et ad Columellae 12, 51. p. 659. annotata. De phaulia olea noster h. pl. 2, 3. unde Plinius 16, 44. *oleastro quoque deputato quod gignitur, vocant phaulias.* Idem testatur Pollux 6. s. 45. κοτινάδας ἐλαίας etiam φαυλίας dictas. Noster de causis pl. 6, 11. ὧν δὲ ἡ σὰρξ πολλὴ, ὁ δὲ πυρὴν μακρὸς, ὀλιγοέλαιοι, καθάπερ αἱ

φαυλίαι, ὡς ἐνταῦθα τῆς φύσεως κεκμηκυίας. unde Plinius 5, 1. *cum magnitudine oleum non constare indicio sint, quae regiae vocantur, ab aliis maiorinae, ab aliis phauliae, grandissimae alioquin, minimo succo.* Columella 5, 8. *speciosissima baca regiae, sed — potius escae quam oleo est idonea — omnisque olea maior fere ad escam, minor oleo est aptior.* Vulgatam huius loci scripturam φαυλίου corrigi iussit etiam Bodaeus ad Theophr. p. 80.

παχύτερον [γὰρ] καὶ] Turnebi textus et versio recte omisit γὰρ, quod cum Furlano et Heinsio seclusi. Deinceps Aldinum ἀηδέστατον cum Furlano revocavit Heinsius: ἀωδέστατον dedit Turnebus. Equidem ἀειδέστατον dedi, quod supra sect. 1. similiter corruperunt librarii. Sequens γενόμενον vulgato γινόμενον substitui.

16. φασὶ δέ τινες] Pessime cum Furlano Heinsius τινὸς dedit. Deinceps Ald. Basil. Vossiani χρώματι correxit Turnebus, quem sequuntur Furl. et Heinsius; sed sequens vulgo τῶν mutandum etiam fuit. Ad τὸ intellige οἰκεῖον εἶναι, seclusa praepositione ἐν. Ita etiam vertit Turnebus: *Chrismati, id est unguini, etiam nonnulli praedicant oleum ex amaris amygdalis convenire: uberrime autem fit in Cilicia, ex eoque chrisma conficiunt.* Is igitur postea scribi voluisse videtur: πολὺ δὲ γίνεται — ἐξ αὐτοῦ. quod non necesse est, cum pluralis πικρὰ ἀμύγδαλα antecesserit.

καὶ τοῦτο· ποιεῖ δὲ κελύφη] Cum Furlano Heinsius ita dedit. Contra Turnebus: βαλάνου καὶ τοῦτο. ποιεῖ δὲ κ. et vertit: *Nam et hoc glandium putamina in ipsum coniecta odorata reddit, quando et amygdalis amaris expressum idem facit.* Voluisse igitur videtur: ἐπεὶ καὶ τὸ τῶν πικρῶν ἀμυγδάλων. In ratione Turnebi non intelligo, quo modo cortex amygdalorum oleum amygdalinum odoratum reddere iniectus possit. Equidem faciliorem sensum e distinctione verborum ea, quam Furlanus dedit, elici posse putabam, ita tamen, ut copula altero loco secludatur, quod feci. Video nunc, locum hunc tractatum esse a viro docto, Roberto Constantino, ad histor. pl. 4, 2. p. 287. ed. Bodaei. Vulgatam is scripturam secutus ita interpretatur: καὶ τοῦτο ποιεῖ δὲ (nempe εἰς τὰ σπουδαῖα τῶν μύρων ἁρμόττει) κελύφη αὐτῶν (subaudi βαλάνων. mutavit numerum, quia non est unica compositio.) εὔοσμα, εἰς τὸ ἔλαιον ἐμβαλλόμενα, ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν πικρῶν. intellige ἀμυγδάλων κελύφη. et similiter unguentis congruere, nimirum διὰ τὴν στύψιν. sed praeterea balani putamina odores conciliandi gratia vel bonitatis

potius. Nam, ut ait alibi, τὸ δὲ βαλάνου τῆς Αἰγυπτίας μύρον αὐτὸ μὲν οὐκ ἄγαν ἀναπνεῖ, μιγνύμενον δὲ ποιεῖ τἆλλα βελτίω. etiamsi tempus spectes, quia minime pingue non rancescit. Ex iis collatis constat, ex putaminibus balani non extrahi oleum, sed ipsa tusa vel pressa in oleum coniici, quo utuntur unguentarii, odoris stymmatisque causa. Ad quae oleum inodorum, quod paratur e nucleis balani, inutile est. Usurpatur tamen in pretiosis unguentis (ut ait Dioscorides), sed olei loco ad suscipiendos odores, et ut rancor vitetur. Hoc et utuntur medici. Plinius de myrobalano 12. c. 21. loquens, quae hic βάλανος: *Unguentarii autem tantum cortices premunt: medici nucleos tundunt, affusa eis paulatim aqua calida.* Sic Theophrastus, Dioscorides Pliniusque cum aliis et inter se consentiunt, et, ni fallor, ταύτῃ ἐπικοπῇ nodus expeditur, verusque sensus huius loci et libri de Odoribus a doctissimo omnino interprete minus intellecti eruitur. Hucusque Robertus! Apposui supra verba Theophrasti e libro hist. pl. 4, 2, 6. ubi Heinsiana εὐῶδές τε ἔχει dedit, sine auctoritate librorum addito τι, quod omisi, cum εὐῶδες referatur ad singulare κέλυφος, inclusum plurali κελύφεσι antecedenti. Deinde αὐτὸν ἀχρεῖον cum Gaza scripsi. ἀχρεῖος autem dicitur ipse fructus ad unguenta scilicet et usum unguentariorum: alioquin oleum largitur. Hoc recte monuit ibi Robertus. Postea παραπλήσιος cum Gaza et Roberto scripsi: refertur enim ad fructum seu nucleum glandis. Haec est *palma unguentariorum* Catonis de R. R. c. 113, 1. *corticem de palma* nominavit Columella 12, 20, 5. et 12, 53, 2. — Haec postquam ante tres annos scripsissem, iterum nunc ad locum considerandum accedens non dubito, fuisse olim scriptum: ὥσπερ τὸ ἐκ τῆς βαλάνου καὶ αὐτό. Ποιεῖ δὲ τὰ κελύφη αὐτῶν (τῶν βαλάνων) εὔοσμον τὸ ἔλαιον ἐμβαλλόμενα· ἐπεὶ καὶ το ἐκ τῶν πικρῶν ἀμυγδάλων. Si κελύφη αὐτῆς, scilicet βαλάνου, scripsisset, peccatum esset in numero: debebat enim esse κέλυφος. Postremum membrum τὰ τῶν πικρῶν alio quam ad amygdala amara referri non potest: quorum cortex olea odorata reddere non potest: sed cortex palmae unguentariorum inditus oleo ex amaris amygdalis parato odorem addere potest, ut ceteris oleis. Igitur τὸ ἐκ τῶν πικρῶν scribendum fuit cum Turnebo, quanquam praepositio fortasse potest abesse, si recte statim sequitur: ἔχει τὸ τῶν ἀμυγδάλων.

Ἤδη δέ πως οὐκ ἐναντίον] Aldinum ἰδεῖν (Vossiani

εἰδεῖν) correxit Turnebus, probante Furlano et Heinsio, vertens: *Verum qui iam, obsecro, istud consentaneum est, oleum quaerere quam inolentissimum, ut viride e phaulia? nisi quia oleum forte, dum coquitur, rancescit.* Scribi igitur voluit: Ἤδη δὲ πῶς οὐκ ἐναντίον — τὸ τῶν ἀμυγδάλων. quod feci pro vulgato τὰ τῶν ἀμ. Praeterea articulum τὸ post ὠμοτριβὲς repetii. Ceterum verba ἅμα δ' ἐν τούτοις ποιεῖν vitii suspecta habeo. Annotatio Turnebi haec est: „Dicit, consentaneum non esse, oleum in condiendis unguentis quaerere inolentissimum, balanino tamen et amygdalino uti, quae odorem habent: quo etiam putamina coniecta imbuantur.“ Postremum duxisse videtur e loco vitioso ποιεῖ δὲ κελύφη αὐτῶν εὔοσμα in hac ipsa sectione. ποιεῖν ἐν τούτοις fortasse ita accipienda sunt, ut infra sect. 35. ἐν ἄλσιν ἡ ποίησις τοῦ ῥοδίνου: et postea: τῷ ἐν ἁλὶ πεποιῆσθαι. Furlanus ita: Quaerit, cur, si oleum inolentissimum aptum ad unguenta censetur, usurpari solet ad optima balaninum et amygdalinum ex amaris nucibus. Respondet, in coctione foetorem contrahi: quapropter odorata olea meliora: minus enim corrumpi, atque ideo melius imbui. Viride autem, quod immaturum, non corrumpitur, et omnium aptissimum, quod nullo est odore praeditum. Dum considero sectionem 20., video, amygdalinum oleum dici ὀλιγοχρονιώτατον καὶ ταχὺ παρακμάζειν, ad unguenta cum adhibetur, quoniam omnium difficillime odorem recipiat, citoque remittat. Sed ibi de amygdalino generatim loquitur, hic de oleo amarorum amygdalorum. Supra sect. 15. amygdalinum oleum λιπαρώτατον dicitur. Igitur si ἥκιστα δεξάμενον dicitur sect. 20., id non ad odorem proprium, sed ad pinguedinem referendum est. In amaris amygdalis fortasse alia est ratio: nam ipsa amaritudo cum odore fructus proprio coniuncta esse videri potest.

17. ὥσπερ τὰ ἔρια τὴν βαφὴν] *velut vellera infecturam* Turnebus: intelligebat igitur δέχεται. Equidem εἰς vel πρὸς τὴν βαφὴν scribendum, et intelligendum censeo ὑποστύφουσι τὰ ἔρια.

ἐπικρατεῖ γὰρ τὸ ἔσχατον] Heinsius vitiose insertum εἰς post γὰρ e Furlani editione, quanquam in Addendis monente Furlano, tamen repetiit. Plinius ex hoc loco 13. c. 2. *inter omnes potentissimus odor, quisquis novissimus additur.* Deinceps κἂν solennius scribitur.

18. Θαυμάσειε δ' ἄν τις ἴσως τοῦτό τε] Aldinum,

Basil. Voss. *θαυμάσει δ' ἂν τις ἴσως οὖν τότε* correxit Turnebus: vitiosum *ουν* tamen retinuit cum Furlano Heinsius.

πρόσεμβαλλόμενα] Vitiosum Ald. Basil. Voss. *προσεμβ.* a Turnebo correctum revocarunt tamen Furl. et Heinsius. Deinceps *δεκτικωτέραν* Aldinae correxit Turnebus, consentiente Vossiano libro.

ἀώδες εἶναι — ὑφ' ἑτέρου οὐκ ἀῶδες] Ald. Basil. *εὐῶδες — ἐφ' ἑτέρου εὐῶδες* correxit Turnebus. Cum Furlano Heinsius *ὑφ' ἑτέρων* dedit, quod habere videtur Vossianus: tacet enim collocatio scripta.

. . .. *μανὸν ἐγένετ' ἂν τοῦ ἐπεμβ.*] Ald. Basil. Voss. *μᾶλλον — ἐγένετ' αὐτοῦ* correxit Turnebus, quem sequor. Praescriptam lectionem dedit cum Furlano Heinsius.

19. *καὶ ἀσθενὴς — καὶ ἔτι κατέχεται*] Turnebus vertit: *Odor autem aromatum fluxus et evanidus redditur, utpote in pingui consumptus, quo etiam continetur, undique vias omnes obsidente.*

19. *πύρωσιν εὐσθένεια*] Aldinum *ἀσθένεια* correxit Turnebus. Deinceps *τὸ τῆς βαλάνου* malim. Sequens *καὶ* post *χρονιώτατον* abesse malim, omissum etiam a Turnebo in versione.

ἀεὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον] Omisit Turnebus *γὰρ* ineptum, cuius loco *δὲ* positum olim fuisse puto.

20. *Ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἄλλων*] Turnebus suspicabatur, scribendum esse: *ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ ἐκ τῶν ἐλαιῶν τὸ σησάμινον.* ne praetermittatur, oleum viride quam capax odorum sit.

μεθίησι] Aldinum *μεθίστησι* cum Turnebo correxi: vitiosum cum Furlano servavit Heinsius.

ἐξόζει σησάμου — ἀναλυόμενον] Aldinum et Vossiani *ἀναλούμενον* reddidit Turnebus: *quod tamen dum igne vaporatur coquiturque, velut quando consumitur, sesamum olet.* Verum dedit cum Furlano Heinsius.

21. *πάντα σχεδὸν καὶ [τὰ] ευοσμα*] Scripturam Turnebi dedi, nisi quod *τὰ* interposui. Cum Furlano Heinsius dedit: *πάντα σχεδὸν [δὲ] καὶ εὔοσμα.* quae est Aldinae scriptura et Vossiani: deinceps Ald. *σηπτικὰ,* Vossianus *δηκτικὰ* habet. Correxit Turnebus.

22. *Ὑποστύφονται μὲν οὖν πάντα*] Turnebus docuit, latine *adstringere* et *spissare* dici, quod graece est *ὑποστύφειν:* Plinium etiam *domare* usurpasse, ubi est: *quae in unguenta additur ad oleum domandum.* 12. s. 62. de *ἐλάτῃ,* de qua Dioscorides 1, 150. *χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ μυ-*

ρειψοὶ εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις. Spissandi tamen verbo Plinium in hac re usum non reperio. In lana graecum ὑποστύφειν Cicero *medicamentis sufficere* dixit in Hortensio. Hinc στύμματα dicuntur, quae oleum praeparant ad odores recipiendos et retinendos: odores ipsi, postea adiecti, ἡδύσματα dicuntur. Dioscorides in descriptione olei cinnamomei 1, 74. ἔκ τε ἐλαίου βαλανίνου καὶ στυμμάτων ξυλοβαλσάμου, καλάμου, σχοίνου, ἡδυσμάτων δὲ κινναμώμου, βαλσάμου καρποῦ, σμύρνης. Plinius 13. c. 1. *Ratio faciendi duplex, succus et corpus. Ille olei generibus fere constat: hoc odorum. Haec stymmata vocant, illa hedysmata. Tertius inter haec est colos, multis neglectus. Huius causa adduntur cinnabaris et anchusa:*

ὥσπερ τῶν ἀνθῶν — ψυχροβαφῆ] Recte Aldinum et Voss. ψυχροκαφῆ — θερμοκαφῆ emendavit Turnebus, cetera male vertit: *ac quae in floribus, quorum alii frigido liquore, alii calido merguntur, eadem in odoribus esse ratio et conditio videtur.* Nec melius rem gessit Furlanus, qui vocabulum ἀνθῶν mutatum voluit in ἐρίων vel ἱματίων. Notissimum enim hodie Atticos praecipue scriptores ἄνθη vocare colores floridos, veluti purpurae pigmentum ἄνθος Aristoteles dixit. πορφύραν ψυχροβαφῆ e chemicis graecis laudavit Salmasius.

ἐνισταμένων τῶν ἀγγείων] Intersertum vulgo articulum ἡ post comma delevi. Deinceps αὐτῶν τῷ πυρὶ dedit Turnebus. Postea καὶ ἔτι καύσησιν cum Furlano et Heinsio dedi. Copulam omisit Turnebus, qui *ustionis nidorem* vertit. Praepositionem ἐν ante ὕδατι vulgo positam cum Vossiano omisi. Furlanus comparavit locum Galeni in septimo de compositione medicam. secundum loca: καθάπερ οἱ μυρεψοὶ τὰ μύρα σκευάζουσιν εἰς μέγαν τινὰ λέβητα θερμὸν ὕδωρ ἐγχέοντες, δεύτερον ἐνιστάντες τὸ ἔχον ἐν αὐτῷ τὸ ἑψόμενον φάρμακον, εἶτα προδιακεκαυμένοις ἄνθραξιν ἢ ξύλοις ἀκάπνοις ὑποκαίοντες. Atque hunc modum coquendi a Paulo Aegineta libro septimo in irini unguenti coctura dici ἕψειν ἐπὶ διπλώματι. Eundem modum adhiberi a Galeno quarto de tuenda valetudine ad acopa paranda, et libro octavo de ratione medendi moneri, unguentorum facultatem vitiari facile, nisi duplici vase calefiant, quando iis calefactis sit opus. Quod ait Furlanus, Dioscoridem huius cocturae non meminisse, in eo fallitur. Nam is libri 2. c. 95. medullam cervinam liquefacere iubet ἐν διπλώματι. Omnium optime hac de re docuit Cornarius ad Galenum de Compos.

med. sec. loca p. 424. ubi Plinii verba 13. c. 2. de unguentis: *Sol inimicus his: quamobrem in umbra coquuntur plumbeis vasis*, corrigenda censuit ita, ut *duplicibus* scribatur pro *plumbeis*.

23. προφυρᾶσθαι] Vulgatum προσφ. cum Turnebo correxi, qui sequens *ἀναπίνει combibunt* vertit. Deinceps *μετρίῳ* cum Furlano dedit Heinsius: ita vero deest nomen liquoris adiiciendi; denique τοῖς πολλοῖς vulgato τοὺς πολλοὺς substitui cum Turnebo, qui vulgatam interim vertit: *multos autem macerare minus*. Malim tamen πολλῷ ἔλαττον. Verbum ἀναπίνειν idem significat, quod postea ἀναδέχεσθαι καὶ ἕλκειν εἰς αὑτὸ, etiam ἐκπίνειν dicitur. Ceterum de mensura iridis adiectae veluti nimia ad mensuram olei dubitavit Furlanus, et comparatione duorum modorum, quibus Dioscorides irinum parat, docere conatur, nunquam aridorum mensuram a mensura liquidorum fuisse superatam, cum in Theophrastea compositione iris tusa longe superet oleum, in quod inditur. Sumit autem Furlanus, amphoram, congiis sex constantem, continere libras mensurales 54; medimnum autem Atticum 48 choenicibus constare; choenicem vero continere libras duas cum quadrante. Itaque irin dimidio et sexta parte superare oleum, quod imbui debet odore.

24. τὸ βέλτιον τὸ ἴρινον] Hoc vitium e Furlaniana repetiit Heinsius, altero articulo importune inserto. *praestantius irinum* vertit Turnebus.

ἀκρατεστέρα] Turnebus vertit *sincerior et integrior*. Est enim ab ἄκρατος. Deinceps malim συμβαίνει δὲ καὶ ὥσπερ ἐκθλίβεσθαι.

προπεφυραμένων] Aldinum et Voss. προπεφυσωμένων Turnebus vertit *quae antea intumuerunt*. Vitium scripturae bene vidit et correxit Furlanus.

25. τὴν κύπρον — ἀσπάλαθον] Cyprinum unguentum dicit. Deinceps ἀσφάλαθον habet Vossianus. Ita ἀσφάλαξ, ἀσφάραγος, σφόνδυλος usurpata fuerunt. Postea Turnebus ἀναφυράσαντες οἴνῳ εὐώδει scribi voluit, comparans Dioscoridem 1, 65. ubi cyprinum paratur: τὴν δὲ σμύρναν διεὶς οἴνῳ παλαιῷ εὐώδει τὸν κάλαμον κεκομμένον συναναφύρα μετὰ τῆς σμύρνας. Deinde oleum infunditur κατὰ τοῦ καρδαμώμου κεκομμένου καὶ πεφυραμένου τῷ λοιπῷ ὕδατι. Idem igitur προφυρᾶν, quod διιέναι. Columella 12, 28. in vini conditur is *macerare* dixit, veluti: *irim quam candidissimam pinsito, foenum graecum vetere vino macerato, deinde in sole exponito aut in furno, ut siccescat: tum*

commolito minutissime: item odoramenta trita, id est, irim cribratam. Iterum cap. 53. *foeni graeci vetere vino macerati et postea siccati atque etiam torrefacti* in olei gleucini conditura. Ceterum Plinius 12, 24. s. 51. de cypri arboris semine candido odorato: *Coquitur hoc in oleo premiturque postea, quod cyprus vocatur.* Sed falsus videtur Plinius: flos enim odoratus cypri inditur oleo, uti docet Dioscorides l. c. qui in descriptione cypri 4, 124. seminis quidem meminit, sed ex solo flore ait parari χρίσμα τὸ κύπρινον. Dici autem ipsum unguentum τὴν κύπρον ab arbore, cuius flos odorem indit, patet etiam exemplo nardi, iridis, oenanthae, monente etiam Harduino ad Plinium. Cyprus, a Theophrasto in historia plantarum non nominata, est Lawsonia inermis Linnaei, cuius flore hodieque utuntur orientales populi. σχοῖνος est iuncus odoratus latine, Linnaei andropogon schoenanthus, Dioscoridis 1, 16. σχοῖνος εὔοσμος. Aspalathus a Dioscoride descriptus 1, 19. videtur esse genista aspalathoides Linnaei Sprengelio in Historia rei herb. p. 45. et 183.

ἡ δ' ἀναφύρασις ὁμοίως· καὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ δεῖ ἁρμόττοντα] Ita cum Turnebo distinxi, qui vertit: *eadem maceratione: aliis, ad quae accommodata sunt.* Cum Furlano Heinsius dedit: ἀναφύρασις, ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις ἃ δεῖ ἁρμ. Sensus est verborum non obscurus, vitium autem manifestum. Medelam certam reperire est difficile, malim tamen: καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ τὰ ἁρμόττοντα, nempe ἐμβάλλουσι.

ἅλες πολλοὶ] Mensuram tamen hic positam nimiam censebat Furlanus; itaque suspicabatur, notam minae vel mystri a librariis permutatam fuisse cum nota medimni eadem littera *M* perscripta. Idem comparavit locum Dioscoridis 1, 53. in unguenti rosacei confectione: δεῖ δ' ἐπιμελῶς τὸ ἔλαιον τοῦ χυλοῦ χωρίζειν· ἀπολειφθὲν γὰρ τοὐλάχιστον τὸ μύρον φθείρει. — ἔνιοι δὲ προστύφουσι τοὔλαιον, κάλαμον καὶ ἀσπάλαθον ἐμβάλλοντες· οἱ δὲ καὶ ἄγχουσαν ἕνεκα εὐχροίας καὶ ἅλας πρὸς τὸ μὴ φθείρεσθαι. Plinius 13, 1. *Sal aspersus olei naturam coercet — quibus anchusa adiecta, sal non additur.*

26. τῇ τοῦ ῥοδίνου] Heinsius cum Furlano τῆς τοῦ ῥ. dedit, et deinceps παραπλησία δ' ἐπεργασία. Ubique etiam ἐξαίρει et ἐξαίρουσι scripsit, male. Vossianus καὶ τοῦ ῥοδίνου habet, non contemnendum. Ex eodem deinceps πλὴν ἀλλ' ἐὰν scripsi. Codex habet πλὴν ἄλλων ἐὰν. Vulgo ἀλλὰ deerat.

ἀνυγραινομένη] *uvida et madescens* Turnebus: sequens vero *διὰ τὸ ἀνυγραίνεσθαι livida enim corrumpuntur humescendo.* *Κύπρος ἀνυγραινομένη* debet esse flos cypri, qui similiter, ut mala cydonea, dicitur *ἀνυγραίνεσθαι;* quo verbo videtur potius significari *molliri, emolliri humescendo* An potius oleum humore floris extracto putrescit et unguentum corrumpit?

μηλίνου — γὰρ ἐλαίου, καὶ τὰ μῆλα] Turnebus *melini — mala cotonea* vertit. Apud Dioscoridem 1, 58. mala cydonia non ipsi oleo antea spissato induuntur, sed oleum defunditur in vas latius storea rariore tectum; huic storeae imponuntur mala veste contecta, ibique tam diu morantur, *ἕως ἂν ἐπισπάσηται τὴν ἀπὸ τῶν μήλων δύναμιν τὸ ἔλαιον.* Ita scilicet cavetur, ne mala livescant *ἀνυγραινόμενα*, et oleum corrumpant. Addit tamen: *ἔνιοι δὲ τὰ μῆλα περιβάλλοντες ἱματίοις ἐπὶ ἡμέρας ι, ἵνα συνέχηται καὶ μὴ διαπνέηται ἡ εὐωδία, μετὰ ταῦτα ἀποβρέχουσι τῷ ἐλαίῳ ἡμέρας β καὶ νύκτας, εἶτα ἐξιπώσαντες ἀποτιθένται.* E malis cydoniis praeter odorem humor transit in oleum, idque putredini obnoxium facit; quo facto ipsa mala colorem lividum concipiunt. Igitur ipsum oleum atque adeo unguentum *ἀνυγραίνεσθαι* et putredine corrumpi videtur. Ceterum articulum *τοῦ* ante *ἐλαίου* inserui. Sequens copula *καὶ* abundare videtur.

27. *κλωνὸς*] Turnebus *surculis.* Sequentia *μικτὰ δὲ πάντα* eidem: *sed omnia tamen fere mixta sunt.*

ἑρπύλλινον] Cum Furlano Heinsius *ἑρπύλινον* dedit. Ex vocabulo *κρόκινον* intellige *κρόκος* ad sequens *βέλτιστος — Κιλικίᾳ.* Turnebus vertit: *quod praestantissimum — conficitur,* quasi *βέλτιστον* scriptum legisset aut voluisset. De croco Aeginetico aliunde non constat. De Cilicio ex monte Corycio nota res vel e Virgilii Georgicis. Sed ecce Athenaeus 15. p. 689. hunc locum e libro *περὶ ὀδμῶν* ita excerpsit: *συντίθεσθαί φησι μύρα ἀπ᾽ ἀνθῶν μὲν ῥόδινον καὶ λευκόϊον καὶ σούσινον· καὶ γὰρ τοῦτο ἐκ τῶν κρίνων· ἔτι δὲ τὸ σισύμβρινον καὶ ἑρπύλλινον, καὶ ἡ κύπρος, καὶ τὸ κρόκινον· βέλτιστον δ᾽ ἐν Αἰγίνῃ καὶ Κιλικίᾳ. Ἀπὸ δὲ φύλλων τὸ μύῤῥινον καὶ τὸ οἰνάνθινον· αὕτη δ᾽ ἐν Κύπρῳ φύεται ὀρεινὴ καὶ πολύγονος, ἐν δὲ Ἑλλάδι οὐ γίνεται διὰ τὸ ἄοσμον. Διὰ ῥιζῶν τό τ᾽ ἴρινον καὶ τὸ νάρδινον καὶ τὸ ἀμαράκινον ἐκ τοῦ κόστου.* ubi Schweighaeuser cum Edd. et Codd. *λευκόϊνον* dedit, ut ibidem paulo antea in loco

Hicesii medici e Codd. λευκόϊνον dederat. Idem tamen monet p. 675. in loco Philonidae στέφανον λευκόϊον sine varietate scriptum legi. Equidem non sum ausus mutare scripturam vulgatam ex Athenaeo, quoniam mihi de forma λευκόϊνος nondum certo constat. E vocabulo ἴον Graeci ὑάκινθινος derivarunt, ἴϊνος noluerunt. Verumtamen in Philodemi Epigrammate 22. λευκοΐνους πάλι δὴ καὶ ψάλματα, καὶ πάλι Χίους οἴνους, καὶ πάλι δὴ σμύρναν ἰδεῖν Συρίην, legitur sine varietate, ubi στεφάνους intelligere oportet, nisi λευκόϊον scriptum fuit. In nomine autem unguenti tanto minus necessarium est mutare scripturam, cum plurima deinceps nomina florum ponantur, quae simul unguentum inde paratum significant.

Deinceps in Athenaeo edebatur: καὶ ἑρπύλλινον· ἐν δὲ Κύπρῳ καὶ τὸ κρίνον·, βέλτιστον δ' ἐν Αἰγίνῃ καὶ Κιλικίᾳ. quem locum e nostro supplevit Casaubonus, quanquam libri scripti non addicant. Quod porro dant libri Athenaei βέλτιστον, vulgato βέλτιστος non praetuli, quoniam e vocabulo κρόκινον repeti potest ὁ κρόκος, ut deinceps ex unguento οἰνάνθινον vocato repetenda est ἡ οἰνάνθη. Ceterum Apollonius Herophileus apud Athenaeum 15. pag. 688. Ἶρις μὲν ἐν Ἤλιδι χρηστοτάτη καὶ ἐν Κυζίκῳ, ῥόδινον δὲ κράτιστον ἐν Φασηλίδι καὶ τὸ ἐκ Νέας δὲ πόλεως καὶ Καπύης· κρόκινον δ' ἐν Σόλοις τῆς Κιλικίας καὶ ἐν Ῥόδῳ· νάρδινον δὲ τὸ ἐν Ταρσῷ. Laus Rhodio post tempora Theophrasti accessisse videtur.

μύρσινον] Ald. Voss. μύρινον ita scriptum maluit Turnebus, ut distingueret a μυρτίνῳ, quod deinceps nominatum fit e myrti baccis. Male igitur Heinsius μύρτινον posuit. In Athenaei scriptura μύῤῥινον consentiunt libri scripti. Hicesius Athenaei ibidem p. 689. μύρσινον appellavit.

αὕτη δ' ἐν Κύπρῳ] Repete οἰνάνθη e voce οἰνάνθινον. Inter herbas coronarias et flores vernos nominavit hist. pl. 6, 7. Odorem foliorum esse ex h. l. discimus. An eadem sit οἰνάνθη Dioscoridis 3, 105. dubitari potest: certe μύρον οἰνάνθινον eius 1, 56. plane diversum fit e floribus vitis labruscae. Alterum Theophrasti locum de odore oenanthae tractabo ad sect. 34. Theophrasteam plantam Sprengel in Histor. herb. rei p. 86. et 166. interpretatur oenanthen pimpinellifoliam Linnaei. De ipso unguento Apollonius apud Athenaeum l. c. Οἰνάνθη δ' ἀρίστη ἡ Κυπρία καὶ Ἀδραμυττήνη, ἀμαράκινον δὲ Κῷον καὶ μήλινον· κύπρινον δὲ προκέκριται τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, δευτερεῦον δ' ἐστὶ

τὸ Κυπριακὸν καὶ τὸ ἐν Φοινίκῃ καὶ ταύτης τὸ ἀπὸ Σιδῶνος — Οἰνάνθινον δ' ἐν Ἀδραμυττίῳ πάλαι μὲν μέτριον, ὕστερον δὲ πρῶτον διὰ Στρατονίκην τὴν Εὐμένους. Quae deinceps in Athenaeo reperitur scripturae varietas, vulgatae minime praeferendam in Theophrasto censeo.

28. κόστου· τοῦτο] Ante initium huius sectionis post κόσμον deesse mentionem unguentorum, quae e surculis conficiuntur, ideoque lacunae notam apponi debere, monuit Turnebus et posuit margo Vascos. Amaracinum hoc fit e radice costo vocata, ut et aliud genus amaracini, de quo postea tradet Theophrastus. Diversum igitur est amaracinum Dioscoridis, Galeni et ceterorum medicorum graecorum, nisi locus Theophrasti vitium contraxit.

τὸ κύπειρον] Inter ea, οἷς χρῶνται εἰς τὰ ἀρώματα, nominat historia pl. 9, 7. de causis 6, 17. ἐπεὶ καὶ τὸ κύπειρον, καίπερ ὀσμῶδες ὂν καὶ ξηρὸν, ἧττον ὄζει πρόσφατον.

ἐλάτην ξηράναντες] Vulgatum πλάτην cum Turnebo correxi. Dioscorides 1, 54. unguentum ἐλάτινον vocat, et parare docet. Verum cum Theophrastus h. pl. 2, 8. σπάθην vocet pediculum, ex quo flos masculus dependet, malim equidem idem hoc vocabulum vulgato πλάτην substitutum. De vocabulis σπάθη et ἐλάτη partem palmae significantibus compara Bodaeum ad Theophr. p. 103. seqq.

ἐκ τῆς σμύρνης] Articulum cum Furlano inseruit Heinsius. De Aegyptio magna est antiquorum scriptorum et recentiorum interpretum dissensio, quam componere hodie non licet, cum accuratam eius notitiam Theophrastus non posuerit.

29. Μεγαλεῖον — ἐκ τῆς σμύρνης] Turnebus ait ita se correxisse, ut articulus antea defuisse videatur. Idem hunc locum lacunae nota signandum censuit, quoniam plura desint aromata, quae Megaleio indebantur, ut e scriptoribus et ipsius Theophrasti loco inferiore constat. Ceterum distinctionem et scripturam huius loci temere cum Furlano mutavit Heinsius, qui ediderunt: ἐκ κιναμώμου καὶ ἐκ τῆς σμύρνης· κοπτομένης γὰρ ἔλαιον ῥεῖ· στακτὴ γὰρ καλεῖται et cet. Turnebus lacunam vidit, et ita supplevit vertendo: *E lacrima stacte: nam e myrrha tusa fluit oleum, quod quia minutatim stillat, stacte vocatur.* Voluit igitur scribi: ἀπὸ δακρύου ἡ στακτή· καὶ γὰρ ἐκ τῆς σμύρνης κοπτομένης ἔλαιον ῥεῖ. Denique κατὰ ante μικρὸν eodem auctore inserui. Megalei proprietatem memorat Plinius 13, 1. quam vereor ne duxerit e loco Dioscoridis 1, 69. male intellecto.

De nomine et origine unguenti et nominis incerta bene disputavit Kuster ad Suidae *Μεγαλεῖον*, ubi docet ex Eustathio, alios *Μεγάλλιον* vocasse, e Clemente Alexandrino et Helladio, alios *Μεταλεῖον*. Photii Lexicon nuper editum post ea, quae et Suidas habet, addit: *λέγεται δὲ καὶ Θεόφραστος εἰς τὸ περὶ ὀσμῶν τὴν κατασκευὴν τοῦ Μεγαλείου.* ubi deest verbum *ἱστορῆσαι* vel simile. Sed appendix ista recentior esse videtur et aliena.

ἀσύνθετον] Idem tradit Dioscorides 1, 73. Plinius 13, 1. s. 2.

συνιζάνειν δὲ εἰς βυθὸν] Vulgatum *συνίστασιν εἰς β.* cum Turnebo correxi, ut deinceps vitiosum *ὕλην*. Heinsius post *σμύρναν* stellulam apposuit, qua non erat opus, si Turnebi correctionem admisisset. Denique vulgatum *ἀπόστασιν* idem Turnebus correxit. Dioscorides eadem brevissime attigit.

30. *τῆς ῥητίνης κεκαυμένης*] Aldinae et Voss. *κεκλυμένης* emendavit Turnebus. Praeterea articulum cum Vossiano omisi. Plinius 13, 1. *resina aut gummi adiiciuntur ad continendum odorem in corpore. Celerrime is evanescit atque defluit, si non sunt haec addita.* Contra Dioscorides 1, 69. in Megalei confectione: *ἡ μέντοι ῥητίνη μίγνυται τοῖς μύροις οὔτε φυλακῆς οὔτε ἡδονῆς χάριν, χρώματος δὲ καὶ πάχους ἕνεκα.* et c. 93. de resinis ustis: *εὐχρηστοῦσι δὲ αἱ κεκαυμέναι — καὶ εἰς χρωματισμοὺς μύρων.* Cf. infra sect. 35.

μιγνύουσι] Cum Furlano Heinsius *μίγνυσι*: equidem *μίγνυσθαι* malim. Quod ait, Megaleion *συντίθεσθαι ἐκ ῥητίνης*, id interpretatur Dioscorides l. c. *ἡ σκευασία ἡ αὐτὴ τῷ ἀμαρακίνῳ, πλεονάζει δὲ τῇ ῥητίνῃ, καὶ ταύτῃ διαφέρει.* cf. infra sect. 35.

31. *χρωματίζουσι μὲν*] Ita cum Furlano Heinsius. *δὲ* pro *μὲν* habet Turnebus. Idem post *χρόαν* verbum *ἔχειν* supplevit, nisi quis cum eo scribere malit *τῇ χρόᾳ*.

χρώματι — ῥιζίον] Turnebus coniiciebat, esse radiculam Syriacam Columellae, quam struthium interpretatur, et radiculam Plinii 19, 3. Quam coniecturam multis deinde verbis explicare conatus est Furlanus; sed nihil extricavit. Multas etiam ineptias de hoc loco effutiit Bodaeus ad Theophr. p. 720. qui scripturam vulgarem adeo tentavit, cum non intellexisset, *ἀμαράκινον* esse hoc in loco unguenti, non coloris alicuius, nomen. Ex omni farragine, quam Bodaeus aliunde, inprimis e Salmasii Plinianis Exercitationibus conges-

sit, facit huc locus Democriti Chemici, qui ἄνθος τὸ τῆς Συρίας, ὃ καλοῦσι ῥιζίον, in modo tingendae purpurae habet. Miror, viros doctos in memoriam rubiae tinctoriae non incidisse, quam recentiores Graeci hodieque radiculae nomine significare solent. Infra sect. 33. τὸ χρῶμα τὸ εἰς τὸ ἀμαράκινον ἐμμιγνύμενον.

32. καὶ τῶν οἴνων] Aldinum μνίων ita correxit cum Furlano Heinsius; μύρων maluit idque vertit Turnebus. In Vossiano est compendium μῶ, unde facilius μίων et μύρων quam οἴνων exsculpas.

θερμότητι — καὶ στύψει] Vossianus turbavit haec ita: θερμότητα καὶ δριμύτητα τὰ τινὰ μετρίαν μετὰ θερμότητος. παραπλησίως δὲ καὶ τὸν κόστον. ἡ δὲ κασία ταύτων ὑπερβάλλει θερμότητα καὶ δριμύτητα καὶ στύψει.

ἀφελκοῖ] Aldinum ἀφέλησι ita praeeunte Turnebo correxit Furlanus, et consentit Vossianus. Idem Turnebus locum Plinii 21, 7. s. 19. posuit de iride: *natura est fervens, tractataque pustulas ambusti modo facit.* Furlanus tamen, ut plus sapere videretur, ἀφίστησι maluit, inepte comparans ex Dioscoride λέπρας et ὄνυχας λεπροὺς ἀφίστησι, de extergentibus medicamentis. Rectius idem vocem στυπτικὴ voluit in δηκτικὴ mutatam, cum medicorum nullus στυπτικὴν vim iridis memoraverit.

καρπίον — ξύλον] Historia plantarum 9, 6. δάκρυον et ῥαβδία et καρπίον nominat: ad quem locum plura congessit Bodaeus.

33. Παραπλησίαν — τὴν δύναμιν καὶ τὸ ἄμωμον] Vitium Furlanianae ὑπερπλησίαν, in Addendis emendatum, tamen repetiit Heinsiana. Sequens τὴν addidit Furlanus: deinceps κινάμωμον habet Turnebi textus et versio cum Aldina; Furlanus et Heinsius ἄμωμον, quod in codice Palatino esse, ut paulo antea ἀνδρικώτερα pro ἀνδρειότερα, ex Salmasio testatur Bodaeus ad Theophr. p. 1000. Liber Vossianus ἄμωμον habere videtur; tacet enim collatio de varietate; ἀνδρικώτερα vulgato substitui. De amomo veterum bene disputavit Sprengel Histor. herb. rei I. p. 140. et 247 seqq.

στύφει — ἡ εὐώδης] Vulgatum στύπτει correxi. Deinceps Aldinum ἡ αὔδης correxit Turnebus, comparans locum Dioscoridis 1, 19. ἀσπάλαθος, οἱ δ᾽ ἐρυσίσκηπτρον, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος — ᾧ χρῶνται οἱ μυρεψοὶ εἰς τὰ τῶν μύρων στύψεις. — Ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον εἶδος αὐτοῦ λευκὸν, ξυλῶδες, ἄοσμον — Δύναμιν ἔχει

θερμαντικὴν μετὰ στύψεως. Galenus, qui μέλαιναν ῥίζαν Hippocratis interpretatur radicem aspalathi aromatici, in libro de theriaca ad Pisonem 1, 9. φλοιὸν radicis aspalathi commendat. Aëtius quoque in suffumigio corticem aspalathi nominat. Cf. Bodaeus ad Theophr. p. 1027. Cum infra sect. 57. sit τὰ δὲ ὅλως οὐ μιγνύουσι, ὥσπερ τὸ ἐρυσίσκηπτρον, ὑπὲρ οὗ καὶ ἀρτίως ἐλέχθη, βρέχουσι δὲ συντιθέντες τῷ οἴνῳ τῷ εὐώδει et cet., nec erysisceptri mentio usquam in hoc fragmento praecesserit: aut libellus ea in parte lacunosus est censendus, aut respexit ibi scriptor loca, ubi de aspalatho odorata dixit, quam alii erysisceptron vocabant. Praeterea cyperum odoratum alii eodem nomine appellarunt, teste Dioscoride 1, 4. κύπειρος, οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτον, ὡς τὴν ἀσπάλαθον καλοῦσι. Pluribus arboribus et fruticibus commune nomen ἐρυσίσκηπτον vel ἐρίσκηπτιν fuisse, testatur Aristoteles Problem. 12, 3. et Plutarchus Quaest. Convival. 4, 2. p. 172. Hutten. Genistam aspalathoiden Linnaei interpretatur Sprengel Hist. herb. r. I. p. 183. et p. 45.

μάρον] Inferius iterum nominatur, ubi Aldina μύρον, Voss. μῦρον habet: correxit Turnebus. Alibi non nominavit Theophrastus marum: descriptum a Dioscoride 3, 49. viri docti compararunt cum Teucrio maro Linnaei: negat tamen convenire Schreber in Historia plantarum verticillatarum p. VII. cui assentior. Usum mari ad unguenta nuspiam commemoratum legere memini.

τοῦ ῥοδίνου καὶ τῆς ἴριδος] i. e. τοῦ ἰρίνου, ut recte vertit Turnebus. Heinsiana male τὸ ῥοδίνου dedit.

34. ἐξ ἔτη] Dioscorides 1, 1. de iride: παλαιούμεναι τερηδονίζονται, εὐωδέστεραι μέντοι τότε γίνονται. Verba εἰς τὴν ἐργασίαν Turnebus vertit *ad confectionem*.

καθάπερ τὸ ῥόδον] Aristoteles Probl. 12, 8. διὰ τί ἥδιον ὄζει τῶν ῥόδων, ὧν ὁ ὀμφαλὸς τραχύς ἐστιν ἢ ὧν λεῖος; ἢ ὅτι μᾶλλον ὄζει ἡδύ, ὅσα τὴν φύσιν ἀπείληφε τὴν αὐτῶν; ἀκανθῶδες δὲ φύσει τὸ ῥόδον ἐστί· διὸ μᾶλλον ἔχον τὰ κατὰ φύσιν ἥδιστα ὄζει. Noster hist. pl. 6, 6. de rosis: ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις εὐώδη μᾶλλον, ὧν τραχὺ τὸ κάτω; postea de semine: ἔχει δὲ ὑπὸ τὸ ἄνθος ἐν τῷ μήλῳ κνηκῶδες. unde Plinius 21, 4. s. 10. *germinat omnis primo inclusa granoso cortice, quo mox intumescente et in virides alabastros fastigato paulatim rubescens dehiscit — Indicium odoris est scabrities corticis — tardissime proveniunt semine, quod in ipso cortice est.* Vides, umbilicum, malum et corticem vocari, quod germen rectius nunc dicunt Bota-

nici, cuius forma et figura species rosarum optime dignoscuntur.

μελίλωτος] de causis pl. 6, 22. τὰ δὲ καὶ μᾶλλον ὄζει ξηρανθέντα, καθάπερ ἴρις καὶ μελίλωτος· οὕτω δὲ καὶ οἰνάνθη εὐοσμότερος. quo ex loco qui oenanthae odoris suavitatem vindicare voluerit, ut fallatur, vereor. Gaza quidem vertit: *Sic et oenanthes odoratior est.* Sed ecce Aldina et Basil. habent οἰνοφανθής, unde certissima emendatione scribendum censeo: οὕτος δὲ καὶ οἴνῳ ῥανθεὶς εὐοσμότερος. Satis etiam ipsum vocabulum εὐοσμότερο; arguit vitium; neque enim id cum oenanthae genere iungi potuit. Dicendum erat εὐοσμοτέρα. De meliloto igitur dixit Theophrastus: de oenanthe vero falsum esset; graeca enim vulgaris odore carebat. Cypria montana sola fuit odorata.

35. ἀφλέγμαντον] Turnebus vertit: *vulnerum omnium inflammationes lenire.*

πρὸς τὰ ὦτα] Hanc eius facultatem efficiunt sales inditi. Dioscorides 1, 53. qui rosaceum aliter parat, alias ei vires tribuit.

ὅτι [ἐν] ἁλσὶν ἡ ποίησις] Praepositionem cum Turnebo inserui, qui comparavit locum infra sect. 50. καὶ τὸ ἐν τῷ ἁλὶ πεποιῆσθαι. Cf. supra ad sect. 16.

ἡ ἁλοσάχνη] Articulum Furlanus adiecit, et habet Vossianus liber. Turnebus monuit, Plinium 10. s. 47. ex historia animalium 9, 14. *spumam maris aridam*, Gazam *florem aridum maris* vertisse. Homericum Iliad. 4, 426. ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην Virgilium reddidisse *salsa spumant aspergine cautes;* denique Macrobium Plutarchi χαλκίτιδος ἄχνην *auram quae ex aere procedit* transtulisse. Videtur esse quinta species alcyonii Dioscoridis 5, 136. de qua is tradit: ἔοικε μὲν κατὰ σχῆμα μύκητι, ἄνοσμόν τε ἐστὶ καὶ τραχὺ, ἔνδοθεν μὲν κισσήρει κατά τι ἐοικὸς, ἔξωθεν δὲ λεῖον, δριμὺ, ὃ πλεῖστον ἐν τῇ Προποντίδι κατὰ τὴν καλουμένην Βέσβικον νῆσον γεννᾶται, ὃ ἐπιχωρίως ἁλὸς ἄχνην καλοῦσι.

τὸ τῆς στραγγουρίας] Turnebus: *verum quod de substillo narrant, rationem desiderat.* De ipsis remedii viribus contra stranguriam dubitat Furlanus, nisi ponas morbi speciem a frigida intemperie ortam.

πᾶν τὸ μέλλον] Ald. Voss. μᾶλλον ita mutavit Turnebus, intelligens βοηθεῖν, probante Furlano et Heinsio.

36. Διὰ τί] Aldinum et Voss. Διότι cum Turnebo correxi. Sequens συγκλείσει Furlanus et Heinsius pessime in συγκρίσει mutarunt: annotationi tamen Furlani συγκλίσει

Ald. Voss. praescriptum reperio. Vires irino tributas a Theophrasto non congruere cum illis, quas Dioscorides et ceteri medici tradunt, annotavit Furlanus, causam suspicatus quaerendam esse vel in aromatibus inditis, vel in modo unguenti parandi.

ἀποστύφειν — πόρους] Turnebus: *arctat meatus*. deinceps ἔξω τῆς τέχνης *extra unguentariorum artem* vertit. Simile est Nicandri Theriac. 433. οὖρα δ' ἀπέστυπται, de urina retenta.

ὅτι στυπτικὰ καὶ θερμαντικά. τὰ ἀρώματα γὰρ τὰ τοιαῦτα, φαρμακώδη] Ita haec vulgo distincta legebantur. Turnebus vertit: *omnium causa in potestatibus — sita est astringendi et calfaciendi, quod talia aromata medicamento sint.* Vitavit ita difficultatem, quam habent verba ὅτι στυπτικὰ καὶ θερμαντικὰ, quae cum δυνάμεσι copulari non possunt. Medicina vitii manifesti facilis erat mutata distinctione, et particula γὰρ transposita post τὰ τοιαῦτα: quod feci.

37. ἀεὶ δὲ συμβαίνει] *quod accidit* Turnebus vertit. Equidem ἀεὶ male repetitum, vel in loco pronominis τοῦτο positum censeo.

πολυχουστέρας — δυνάμεις ποιεῖ] Turnebus verbum addendum monuit, et prius vocabulam vertit: *vim multiplicem — tribuit.* Furlanus falso criminatur, Turnebum *varium* vertisse.

καὶ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι] *Nam hic quoque et antecapere licet et cessare* Turnebus vertit. Igitur καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα recte scribi voluit.

πλὴν εἰς τὸ εἰδέναι] *nisi quatenus intelligamus* Turnebus vertit. Deinde scribendum censuit: τῷ γὰρ εἰδότι, vel maiore mutatione: τῷ τοὺς εἰδότας μᾶλλον ἐπιτυγχάνειν.

39. ἀνθίνων] *florea unguenta* Turnebus vertit. Deinceps ἀκμάζειν μὲν οὖν Vossianus habet. Sequens περικαταλαβούσης τῆς ὥρας *illoque repetente tempore.* Has vices anni vel ordinis redeuntis eo, unde coeperat, in multis verbis graecis addita praepositio περὶ significat. In hoc nostro verbo omisit hanc significationem Stephani Thesaurus.

εὐπέπαντα εἶναι] Aldinae et Voss. εὐέκπαντα ita cum Turnebo correxit Furlanus: alteram vero eiusdem coniecturam, quae Aldinae οὐ διαπνευστὰ mutabat in εὐδιάπνευστα, non admisit: quod valde miror. In Vossiano est ὅμως οὐδεπνευστά.

40. ἂν τεθῶσι] *si in aprico ponatur* Turnebus. Voluit igitur ἐν προσηλίῳ suppleri.

ἡ πονηρὰ γὰρ φθορὰ] Leniit vertens Turnebus: *id enim vitii demum deterrimum est.* Sequens ἀφαιρεῖσθαι cum Turnebo addidi: male cum Furlano Heinsius ἀφαιρεῖν dedit, quod Vossianus habet.

μολυβδᾶ] Plinius 13, 2. *et ipsa unguenta vetustate meliora. Sol inimicus his: quamobrem in umbra coquuntur plumbeis vasis.* cuius loci vitium vidit Cornarius et Turnebus. *conduntur* coniecit scribendum Harduinus. Sed prius etiam membrum errorem habet nulla emendatione tollendum.

ἀλαβάστρους τοιούτου λίθου] frigidi et qui refrigerare possit. Usus vocabuli ἀλάβαστρος et ἀλάβαστος plurimus fuit de pyxide unguentis servandis, cuius forma erat solennis pyramidalis: unde Plinius rosarum alabastros dixit pro gemmis calycibus inclusis. Lapidis genus aliquod alabastrum veteres scriptores non dixerunt. Herodianus libro tertio historiarum κάλπιν ἀλαβάστρου nominavit primus eorum scriptorum, quos reliquos habemus. Hesychio tamen ἀλάβαστρον significat etiam λίθον ψήφινον. Sophocles Pollucis 10. s. 120. alabastros hos unguentarios αὐτολίθους ληκύθους dixerat, quos Pollux interpretatur ἀλαβάστρους μονολίθους. Lapidis genus proprium alabastris his dicatum fuisse, arguit vocabulum *alabastrites*, lapis, vel a similitudine alabastri unguentarii appellatus, vel idem ille lapis, unde pyxides unguentariae factae fuerunt. Fuit etiam aliud lapidis vel metalli genus, in argenti fodinis repertum, de quo Plinius 33. s. 33. *spumae lapis candidae nitentisque, non tamen translucentis; stimmi vocant, alii stibium, alii alabastron, alii larbason.* unde arguitur, lapidem alabastrorum unguentariorum fuisse candidum et translucidum. Dioscorides 5, 99. solum nomen λάρβασον habet, ἀλάβαστρον omisit. Idem Plinius 26, 7. s. 12. *Onychem — hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur.* Idem sect. 13. *Paulum distare ab eo in unguentorum fide multi existimant lygdinos in insula Paro repertos.* Onychem de pyxide unguenti dixit Horatius 3. Od. 12. et Martialis 7. Epigr. 93. Dioscorides 5, 153. ἀλαβαστρίτης λίθος ὁ καλούμενος ὄνυξ. Alabastriten Aegyptium ad vasa medicinalia commendatum memorat Plinius 36. s. 43. obiter eundem nominat 37. s. 18. Maxime memorabilis est locus 36. s. 59. de gypso: *qui coquitur lapis, non dissimilis alabastritae debet esse aut marmoroso.* Theophrastus de Lapidibus §. 6. ὁ περὶ Αἴγυπτον ἐν Θήβαις ἀλαβαστρίτης — μέγας τέμνεται. Hunc Plinius candorem interstinctum variis coloribus habere

ait, eumque Strabo cum Synnadico marmore comparat. Cf. Salmasii Exercit. p. 394. Hunc ab Aegypti urbe Alabastro vocatum putant; Ptolemaeus in parte orientali Aegypti montem ἀλαβάστρινον cum aliis memoravit. In etymologia nominis admodum vereor ne Salmasius ingenio suo fuerit falsus. Est quidem apud Suidam in voce Ὦ Λακιάδαι locus hic: καὶ στελεοῖς δ' ἐχρῶντο μὴ παρουσῶν τούτων ἀναβάστοις. Pro vocabulo extremo in Appendice Vaticana Proverbiorum legitur καὶ ἀναβάστοις, sed e loco Pausaniae apud Eustathium ad Homerum p. 1161. apparet, quid scripserit Suidas. Ille vero ita: ἀλάβαστος, ᾧ ἐχρῶντο ἐπὶ τιμωρίᾳ τῶν μοιχῶν ἀντὶ τοῦ ῥαφάνου. Alabastriten esse lapidem, quem hodie calcareum lapidem stillatitium, germanico sermone *sintrichen oder fasrigten Kalkstein* vocamus, docuit Gallus Io. Bapt. Ludov. de Rome de Lisle in Novis Actis Acad. Nat. Curios. Tom. VI. p. 186. seqq.

ψυχρὸν γὰρ καὶ πυκνὸν] Plinius 34. s. 50. de plumbo nigro: *adalligatis lumborum et renum parti laminis frigidiore natura inhibere impetus Veneris.*

διιέντες] Aldinum διένιες correxit Turnebus. ἀναπνοὴ sequens Turnebo *respiratio* dicitur: est, cum unguentum odorem acceptum arte iterum exspirat et amittit. Sed Vossianus liber rectius ἀποπνοὴ dedit.

42. Κεφαλαλγῆ] Furlanus et Heinsius Aldinum et Voss. κεφαλαλγεῖ revocarunt. Sequens κρίνον est pro κρίνινον positum, ut supra ἴρις et κύπρος.

ζητοῦσι [γὰρ] τὰ] Interserui γάρ. Aliter Turnebus vertens: *Nam diuturna expetunt, quae propter vim et crassitudinem non facile virosa spurcaque evadunt, nec facile relinuntur.* Scilicet is Aldinum εὐκακόπνοα vertit, quod retinuit cum Furlano Heinsius. Equidem in εὐαπόπνοα mutavi. Ita convenit cum viribus et crassitudine, quod eiusmodi unguenta non facile odorem exspirare, nec alieno halitu amittere dicuntur. Supra dixerat εὐέκπνευστα et εὐδιάπνευστα.

43. διαπνεῖταί τε] Heinsius ineptum διάπνευτά τε repetiit, iam olim a Turnebo correctum: vertit enim *difflantur.*

44. ἐναντίως τε ἠκολούθηκε ἑκατέρᾳ τῇ ἀρχῇ] Hanc Ald. Basil. Voss. scripturam Turnebus ita corrigi voluit: τὰ δὲ τῶν ἀνθῶν ἐναντία· ὥστε ἠκολούθηκε ἑκάτερα τῇ ἀρχῇ· i. e. *sic utraque sua sequuntur principia*, nempe florum et radicum. Posse etiam ἑκατέρᾳ retineri. Sed ipse praefert hanc rationem: κατὰ δὲ τ. ἀνθῶν ἐναντίως· ὥστε ἠκολ. ἑκατέρᾳ τῇ ἀρχῇ. i. e. *in floribus contra: proinde utrumque*

principium secuta sunt. Equidem priorem rationem praeferebam, nempe ut ἑκάτερα scribatur, et in ὥστε mutetur: eamque in textu posui, ut locus posset intelligi.

εὐλογώτατα δι' ἄμφω] Nempe τριβόμενα εὐοσμότερά ἐστιν. Sequens μίγνυται μᾶλλον puto idem significare, quod postea verba ἀναμίγνυται μᾶλλον τῷ ἀέρι.

παραιρεῖται γὰρ ἡ βαρύτης] Turnebus vertit: *eorum enim gravitas emendatur.* Deinceps post βρεχθεῖσα ἐν τῷ γλυκεῖ deest vocabulum ἡδίων. Sententiam imperfectam reliquit etiam versio Turnebi. βαρύτης intelligi videtur ea, quae facit unguentum κεφαλαλγές. Infra sect. 67. ποιεῖ δὲ καὶ ἡ τοῦ οἴνου κατάμιξις καὶ μύρα ἔνια καὶ θυμιατὰ εὐοσμότερα, καθάπερ τὴν σμύρναν. De causis pl. 6, 19, 2. ἡ σμύρνα δοκεῖ τῷ ἀμίκτῳ θυμιᾶσθαι καταβραχεῖσα μελικράτῳ ἢ γλυκεῖ· μαλακωτέρα γὰρ ἡ ὀσμὴ κεραννυμένη καὶ γλυκυτέρα γίνεται. ubi Gaza: *melius quam sincera redolere incensa putatur.* Legit igitur scriptum: κρείττων τῆς ἀμίκτου θυμιᾶσθαι.

45. ὥσθ' ἡ αἴσθησις] Aldinum ὡς τῇ αἰσθήσει ita correxit Turnebus, consentiente Vossiano. Sequens ἐπιδιστάζοντας vertit *cunctantes licitatores.*

46. καρηβαρᾶν] Ex Aristophane καρηβαριᾶν annotavit Pollux 2. s. 42. Stephani Thesaurus ex Eustathio ad Odysseae 3, 139. p. 118. ed. Basil. laudavit καραιβαρᾶν: cuius auctorem observationis Eustathius Aelium Dionysium facit, qui verbum etiam καρηβορᾶν interpretatur ἰλιγγιᾶν καὶ πεπληρῶσθαι τὴν κεφαλὴν ὑπὸ κραυγῶν. In Luciani Lexiphane p. 192. Bipont. erat antea καραιβαρεῖν, ubi nunc est καρηβαρεῖν. Reliqui formam inusitatam, cui καρηβαριᾶν substitutum malim.

τὸ γὰρ ἐπεισάγειν] Turnebus τότε dedit: *nam postea deterius obducere facile non est.* Deinceps Aldinum ὥσπερ δ' οὐδὲ revocarunt Furlanus et Heinsius, cum Turnebus δὲ recte omisisset. Postea malim ὅλως ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν τροφήν.

47. Κατισχαίνειν] Aldinum καταισχύνειν Turnebus vertit: *quin etiam odoribus compositis rosa dedecori videtur esse.* Furlani emendationem recepit Heinsius, quam ille interpretatur *comprimere, cohibere, arcere, occupare.* Consentit Vossianus liber.

ῥοδίζουσι τὰς συνθέσεις] Turnebus: *siquidem flore increbescente rosa compositiones conspergunt.* Furlanus putat, solitos fuisse unguentarios rhodinum florente rosa conspergere, ut evanescentem odorem restituerent; id quod dici ῥοδίζειν;

eum supremum odorem totius unguenti odorem evincere, quem Theophrastus vocaverit *ὀσμὴν σύνθετον*.

ἀνοιγόμεναι δ' ἐξόζουσι] Turnebus vertit: *apertaeque eam unam vel maxime redolent. Ceterum brevi elanguescit.* Cum Furlano Heinsius pro particula *δὲ* comma posuit; inepte.

δι' ἣν καὶ ἐξόζει] Turnebus: *qua aliorum odorem etiam superat.* Postquam scripturae atque interpretationis varietatem exposui, meam nunc de hoc loco proponam opinionem, quam facile viris doctis approbaturum me esse spero. Cum Turnebo Furlanus a loci sententia plane aberrasse videtur, quanquam vocabulum *συνθέσεις* eos admonere poterat et in viam rectam inducere. Quid sit *σύνθεσις*, et cui usui, docet optime noster sect. 57. et 58. quem totum locum misere mutilarunt librarii. Sed bene factum, quod iidem veluti poenitentia ducti eundem partim integriorem reposuerunt sub finem libelli, sed alieno loco. Ex illo enim demum sect. 69. licet intelligere argumentum huius nostri atque alterius loci. Ibi igitur est: *Τὰς συνθέσεις ποιοῦσιν ἐκ τῶν ἀρωμάτων· θραύσαντες δὲ πολλὰ καὶ μίξαντες εἰς ταὐτὸ κλείουσιν εἰς κιβώτιον· εἶτ' ἀνοίγοντες διά τινων ἡμερῶν, ὅ,τι ἂν μάλιστα ὄζειν δοκῇ, τοῦτ' αἴρουσι· καὶ πάλιν δὲ [καὶ πάλιν] διαλείποντες χρόνον, ὅπως ἂν μηδενὸς ἐξόζῃ. Θαυμαστὴν δ' ὀσμὴν λαμβάνει τὰ ἱμάτια εἰς ταῦτα τιθέμενα.* Quibus demum comparatis, quae sua sede male divulsa fuerunt, licet intelligere verba sect. 57. *διὸ καὶ ἀνοίγοντες διά τινων ἡμερῶν τὸ ἐξόζον ἐξαιροῦσιν ἀεί.* Aperitur nempe *τὸ κιβώτιον*, arca vestiaria, et *τὸ ἐξόζον*, odoramenta quae praecellunt aliis, eaque velut obtundunt, eximuntur. Quod habet inferior scriptura *αἴρουσιν*, deterius est altero *ἐξαιροῦσιν*. Hinc etiam apparet causa, cur erysisceptrum vel aspalathum odoratum synthesibus non addebant: eius enim odor vehemens ceteros obtundebat. Redeamus nunc ad locum hunc nostrum, ubi de iisdem synthesibus sermo esse mihi videtur. Narrat igitur, quotannis solitas fuisse mulieres, credo, aperta arca vestiaria addere in syntheses novos rosarum flores siccatos: quorum cum odor cetera odoramenta praecelleret, (hoc enim est ubique *ἐξόζειν*) intervallis quibusdam arcas aperiebant, ut odor praecellens eximeretur, unusque omnium odoramentorum et aromatum mistorum compositus existeret. Ceterum vocabulum *σύνθεσις* apud Romanos etiam de vestibus in arca compositis dicebatur eo sensu, quo hodie Gallicum vocabulum *garniture* usurpamus.

κατακλείσει προτερεῖ τε τῶν] Furlanus et Heinsius ineptum *κατακλίσει προτερεῖται τῶν* Ald. Basil. Voss. repetierunt, iam olim a Turnebo correctum. Etiam deinceps vitiosum *κατακρατεῖ* revocarunt. Denique *ἀσθενεῖ* verbum in *ἀσθενὲς* mutatum malim.

48. *προποθέντες ἀπατμίζειν*] Ald. Basil. Voss. ita et deinceps *τὴν τῶν ὅλων* habent, repetita a Furlano et Heinsio. Emendationem Turnebi posui certam.

Ἐρυθραῖος, ἁλυκός τις] Heinsius cum Furlano *Ἐρυθαῖος* dedit, et Aldinum *ἁλικός* revocavit. Articulum ὁ addidi. Deinceps post *αἰτίαν* inserui *δὲ* cum Turnebo; quanquam ille *γὰρ* praeferebat. De vino Erythraeo iterum est sect. 52.

Ἔχει δὲ τοῦτ' ἴδιον] Cum Furlano Heinsius *Ἔχει δὲ καὶ τοῦτ' ἴδιον* dedit, sed seclusa copula, quam omisi cum Turnebo, qui deinceps *καὶ ὁ μικροῦ* malebat.

ἢ τὰ πλεῖστα] Interserui *ἢ*. Turnebus *prope omnibus* vertit. Deinceps Aldinum *κεφαλαλγεῖ* bis cum Furlano revocavit Heinsius. Ceterum nauseam facit nimis saepe repetita formula a librario vel excerptore *ὥσπερ ἐλέχθη*.

49. *διαδύεται πανταχοῦ*] Aldinum *διαλύεται* cum Turnebo correxi. Supra in simili re *διαδίδοται* dixit.

τῷ ἐναπολαμβάνεσθαι] scilicet *τὸ πνεῦμα*. Turnebus vertit: *vel redundantis vel inflati inclusa noxa generatur.*

50. *τὸ ἐν ἁλσὶ πεποιῆσθαι*] Aldinum *τῷ ἐν ἁλὶ* mutavit Turnebus in *τὸ ἐν ἁλί*: equidem *τὸ ἐν ἁλσὶ* dedi, ut supra sect. 35. *eius ex sale apparatio* versio Turnebi.

δοκεῖ καὶ] Aldinum *καὶ δοκεῖ* Furlanus correxit. Sequens *διαδύσει* Aldino *διαλύσει* cum Turnebo, ut deinceps *χρωτὶ* Aldino *χρώματι*, substitui.

ὅμοια τούτοις, ὥσπερ ἴδιον ἂν εἴη] Vulgatam hanc correxi, praeeunte versione Turnebi: *verum ista quaeque istis similia sunt, velut propria fuerint.*

51. *αἱ μὲν ἀφαιροῦσαι*] Pessime Heinsius *ἀφαιροῦνται* repetiit. Turnebus *αἷς μὲν ἀφαιροῦσαι* malebat, quanquam solennius esse agnoscebat *ταῖς μέν*.

αἱ δ' εὐοδμίαν] Vulgatum *οἱ δὲ διοδμίαν τινά, οἱ δὲ — ἐμποιοῦντες* correxi cum Turnebo. Sed is *οἷς δὲ — οἷς δὲ* malebat, ad *χυμοὶ* referens, ita ut *οἷς δὲ* sit dictum pro *τοῖς δέ*. Furlanus in Addendis similiter *αἱ δ' — ἐμποιοῦσαι* scribi voluit, quod dedi.

καὶ γὰρ ὁ ἐν Θάσῳ] Ex Athenaeo 2. p. 32. (121. Schw.), qui hunc locum excerpsit, articulum ante *πρυτανείῳ* inserui.

Idem deinceps habet: ἠρτυμένος γάρ ἐστιν· ἐμβάλλουσι γὰρ εἰς τὰ κεράμια σταῖς μ. φ. Ita enim postrema editio dedit, ubi antea erat τὸ κεράμιον. Alter codex τοὺς κεράμους habet. Aldina et Vossianus in Theophrasto κεράμι.. σταῖς habent. Ceterum simili ratione Cato R. R. c. 109. vinum asperum facit lene et suave et bene odoratum, farinam ervi vino et sapa subactam addens. Cf. Palladii 11, 14, 5. et annotata ad eum locum.

52. κεράσῃ σκληρὸν] Vulgo interpositum εἰς auctoritate Athenaei sustuli. Ibidem tamen est: ἄοσμον μαλακῷ καὶ εὐόσμῳ — εὐστομαχίαν παρεχομένου. De Erythraeo supra sect. 48. est: ἄλυκός τις ὢν καὶ μαλακός.

συμπίπτει γὰρ ἅμα — [καὶ τῇ εὐοσμίᾳ] θάτερον] Verba seclusa cum Turnebo inserui ad sententiam perficiendam necessaria. Turnebus vertit: *Ita fit enim, ut alterum alterius vitium mutuo corrigat.* Verbum συμπίπτει suspicor vitiosum esse et in συμπέττει mutandum.

53. ἐξίστησι καὶ ἀλλοιοῖ] Aldinum οὔτ' ἀλλοιοῖ ita cum Turnebo correxi. Heinsius ἠδ' ἀλλοιοῖ dedit. Verba ἀναμιγνυμένοις τῷ χρωτὶ Turnebus vertit *ex cutis commercio.* Aldinum scilicet χρώματι is iterum correxit: Furlanus tamen defendit e loco Hippocratis de Insomniis: τὴν δὲ κάθαρσιν διὰ τοῦ χρώματος συμφέρει ποιέεσθαι, διότι ἐν τῇ ἔξω περιφορῇ ἐστι τὸ βλάβος. Locus est in Foesiana p. 377. l. 2. sed ibi Mackiana II. p. 81. e Codice χρωτὸς dedit. Eundem locum Oeconomia Foesiana et Thesaurus Stephani posuerunt. In Aristophanis Nubibus versu 572. νεωτέροις τὴν φύσιν αὐτοῦ πράγμασι χρωτίζεσθαι recte Suidas πλησιάζει interpretatur, scholii graeci auctor χρωματίζεται. Hesychius ἐχρωματίσθη e Sophoclis Athamante interpretatur συνεχρωΐσθη; atque ἐχρωτίσθη idem explicat per ἐχρωματίσθη. Tertio denique loco χρωματισθεὶς interpretatur χρωτισθείς. Ceterum rem ipsam ex h. l. retulit Plinius 13. c. 2. his verbis: *experimentum unguentorum inversa manu capitur, ne carnosae partis calor vitiet.* Καρπὸν χειρὸς Turnebus cum Celso *primam palmae partem* interpretatur, quem vulgo *brachiale* vertunt. Idem Plinii interpretationem miratus alterum eius locum comparat, ubi Theophrasti verba h. pl. 4, 9. πάχος μὲν οὖν τῆς ῥίζης καρπὸς ἀνδρὸς εὐρώστου vertit *brachiali radicis crassitudine* 13. c. 11. s. 22.

54. οἱ μὴ εἰωθότες] Aldinum et Voss. οἱ μὲν correxit Turnebus, ut deinceps vulgatum antea νουνεχῶς.

εἴη μὲν γὰρ] Turnebus vertit *ac fortasse dici potest,*

omisso *γὰρ*, quod alienum ab hoc loco est. Malim: *εἴη μὲν οὖν ἂν — εἰ δὲ καὶ ἀληθές*. Nam alteri loco *οὖν* aeque ineptum videtur. *Sed si verum est* vertit ista Turnebus.

ἔοικε τὸ μὲν] Turnebus: *alterum videtur multis aliis, quibus obscuratur, odoribus tanquam confundi, etiam admixta cute: alterum velut integrum et sincerum rara laxitate concipi, moraque sensui significationem sui dare.* Scilicet deinceps Aldinum *καὶ τὸ ὥσπερ ἀκέραιον* mutatum voluit in *τὸ δὲ ὥσπερ*. Furlanus Aldinum repetiit, Heinsius *καὶ ὥςπερ* omisso *τὸ* dedit. Multae sunt in hoc loco difficultates. Ad verba *τὸ μὲν — τὸ δὲ* videtur primum *μύρον τῶν συνεχῶς μυριζομένων* intelligendum esse: ad *τὸ δὲ* vero si *μύρον τῶν μὴ εἰωθότων* intellexeris, tum *τὸ μανὸν* erit ipsum corpus, *σῶμα*, intelligendum, quod tamen hic ubique *χρωτὸς* (etiam hic *χρώματος* bis scriptum vulgabatur) vocabulo significatur.

Εἴη δ' ἂν καὶ ἐναντίως] *Contra etiam ratio informari potest* Turnebus: *licet etiam a contrario rationem sumere* Furlanus vertit.

ἧττον δεχομένου διὰ τὸ σύνηθες] Turnebus *ἀσύνηθες* scribendum esse censuit; igitur vertit: *minus, quia non consueverint recipi, diutiusque redolere, quia tardius commisceantur.* Ratio scilicet redditur rei, quae accidit *τοῖς μὴ εἰωθόσι μυρίζεσθαι*. Contra Furlanus vulgatam defendit, totamque sententiam ad *τοὺς συνεχῶς μυριζομένους* transfert. At haec ratio priori non est contraria. Prior ponit corpus *τῶν μὴ εἰωθότων* facile, utpote *μανὸν* et odorem sincerum, recipere: altera minus facile, propter infrequentiam, recipere, sed diutius receptum odorem retinere. Itaque Turnebi emendationem recepi.

καὶ τοῦτο μὲν — ὁμολογούμενον] Turnebus: *verum istud et aliquanto minus est nec plane confessum.* Graeca sana equidem non praestiterim.

55. *καὶ τῶν ἄλλων — ταῖς ἰσχυροτάταις ὀσμαῖς, οἷον*] *Corpus caput aliaque potissimum feriunt diuque suis acrioribus valent odoribus megalion* Turnebus vertit. Minus haec integra esse puto. Ad vocem *ἄλλων* deest *μερῶν* aut simile vocabulum. Etiam sequentia *ταῖς — οἷον* mutila esse videntur. Membrum oppositum docuit me, scriptum olim fuisse *τὰ ἰσχυρότατα ταῖς ὀσμαῖς*: quod dedi.

τὰ δ' ἀσθενῆ καὶ πολύοδμα] Negationem Turnebus post *καὶ* interseruit. Idem Aldinum *ἀπόληψιν* correxit. Furlanus *καὶ τὴν ἀπόληψιν*, Heinsius *καὶ τὴν ἀπόλειψιν* dedit.

Margo Vascos. ἀπόληξιν proponit. Deinceps Aldinum ὥστε τότε mutavi in ὥσπερ τό,τε. Turnebus ὡς τό,τε malebat.

56. ὑστεραίαν οὐ χεῖρον ὄζει] Aldinum ὑστέραν χεί** ζειν recte Turnebus correxit et supplevit. Furlanus in textu posuit ὑστέραν οὐ χείρω νομίζειν, quod repetiit Heinsiana; sed in annotatione corrigit: ἔνια δ᾽ εἰς τὴν ὑστεραίαν οὐ χεῖρον ἀλλὰ μᾶλλον δοκεῖ ὄζειν. unde poterit assumi verbum δοκεῖ et retineri ὄζειν. Cum Turnebo sentit doctissimus Coray ad Theophrasti Characteres p. 244.

τὰ ἰσχυρότατα] Articulum necessarium praeeunte Turnebi versione addidi.

καὶ τῇ ἀνέσει] *remissioneque animi ac ludo* Turnebus vertit et Furlanus. Equidem malim corporis remissionem eam intelligere, quae calore balnei et aquae calidae fit, quaque corporis cutis porique omnes aperiuntur, ita ut unguenta sudore quasi diluantur. Pertinent huc quaestiones duae inter Aristotelica Problemata 13, 9. Διὰ τί οἱ τοῦ γράσου ὄζοντες, ὅταν ἀλείφωνται μύρῳ, δυσωδέστεροι γίνονται; altera 11. Διὰ τί τὰ πολλὰ τῶν μύρων συνεξιδρῶσαι δυσώδη, ἔνια δὲ ἡδίω ἢ οὐ χείρω;

συγκακύνει — κακυνόμενα] Aldinum συγκακίνει — κακινόμενα correxit Turnebus, qui praeterea δυσωπίαν in Aldina reperisse videtur; princeps mea δυσωδίαν habet.

57. τὰ διαπάσματα] Articulum addidi propter sequens αἱ συνθέσεις. Deinceps τῶν δέ τινων ὡρισμένως ex Aldina cum Turnebo repetiit Furlanus, ὡρισμένων dedit Heinsiana. Turnebus vertit: *haud quaquam definitam poscit rerum certarum temperationem.* Vitium in verbis τῶν δέ τινων latere videtur.

μίξῃ] Aldinum μίξει, a Turnebo correctum, revocavit tamen Furl. et Heinsius.

Ζητοῦσι δὲ τούτοις καὶ σπεύδουσιν, ὥστε] Turnebus vertit: *in iis dant operam, ut non unius privatim sed omnium communis quidam odor esse videatur.* Voluit igitur ἐν τούτοις vel ἐν ταύταις scribi; quod probo.

ἀνοίγοντες] *aliquot dierum intervallo subinde arculis reclusis excellentem odorem eximunt et vehementiora parcius adhibent, ut costum et amomum; quaedam in totum non admiscent* Turnebus vertit. Articulum τὸ ante ἐξόζον Furlanus adiecit. Deinceps Aldinum τὸ δ᾽ ὅλως Turnebus correxit, probante Furlano. Lacunam idem ex Plinio interpolavit: cuius locum hinc ductum putabat 13, 1. de unguentis: *omnia autem acutiora fiunt costo, amomo, quae maxime*

nares feriunt — acerrima per se amomo. De argumento huius sectionis disputavi supra ad sect. 47.

58. ἔοικε δ' οὖν χρήσιμος] Nempe ὁ οἶνος. Vulgatum χρήσιμον correxi. Turnebus malebat ἔοικε δ' οἶνος χρήσιμος. Furlani scripturam [καὶ] ἔοικε δ' οὖν χρήσιμον repetiit Heinsius.

τούτων μὲν εἰς τὴν] Vitium Furlanianae τούτων μὲν, τὴν, omisso εἰς, repetiit Heinsiana.

καὶ γὰρ ἄρχεται] Turnebus: *nam et inceptant magis olere et fragrant iucundius, atque hoc illius vice faciunt.* Equidem ἀπτεται rei magis convenire putabam.

καὶ ἐμμονώτερον τοῦτο] Aldinum καὶ ἐμμοσ — νεώτερον ita Turnebus correxit; qui praeterea duas emendandi vias proposuit: alteram, ut scribamus καὶ εὐοσμότερον τοῦτο, alteram, εὐοσμότερον καὶ νεώτερον.

ἀντ' ἐκείνου] Puto unguentum intelligi, cuius vices diapasma subire dicitur. Ald. τοιοῦτο ποιοῦσι e Turnebi versione Furlanus correxit.

Οἱ δὲ πρότερον] *superiores autem vino perfusa odorato coniiciebant* Turnebus. Fefellit egregium virum sequens ἐνέβαλον positum pro ἐμβάλλουσι.

παραιρεῖσθαι τὴν ὀσμὴν] *ad odoris emendationem* Turnebus vertit. Recte vidit Furlanus, desiderari verbum, quod significet *odorem excitare.* Is posuit in annotatione: *ab intimis partibus evocarent et veluti suscitarent.*

διαμένουσι δὲ] Equidem malim καὶ οὕτω διαμένουσιν αἱ συνθέσεις, ut sententiarum series constet. Turnebus vertit: *aetatem autem compositiones ferunt.*

πρὸς ἄλληλα] *sicca inter se mixta mutuis odoribus iucundiores odoratus habere* Turnebus vertit. Itaque verbum μιχθέντα interserendum esse vidit.

59. δὴ ἡδεῖαι] Aldinum et Voss. δηλεῖαι ita correxit Furlanus et Heinsius. Equidem faciliorem Turnebi rationem secutus sum.

περὶ τὰς ὀχείας] Aristoteles Problem. 4, 13. Διὰ τί, ὅταν ἄρξωνται ἀφροδισιάζειν δύνασθαι, οἱ χρῶτες ὄζουσι; ubi vide Interpretes. Eandem quaestionem tractavit ibi c. 25. Deinceps malim καμνόντων τῶν σωμάτων.

60. καθήκῃ τῆς ὁρμῆς] Turnebus: *ut repente foetoris tempore contagio ad eas* (pelles) *pertineat.* Is Aldinum ὀσμῆς reddidit, quod Furlanus correxit. ὁρμὴ significat impetum Veneris. Aldinum καθήκει male cum Furlano revocavit Heinsius.

καὶ τὰ δέρματα] *consentaneum esse, pelles pro sua quoque virili moveri. Itaque prima causa in habitu est* Turnebus: igitur verbum κινεῖσθαι supplevit. Praeterea deinceps mentio ὀχείας excidisse videtur: verba etiam ipsa lacunam arguunt, quam interpolare ita conabar: τὴν διάθεσιν καὶ οὐ τὴν ὀχείαν ληπτέον.

ὄζουσι] Aldinum ἕξουσι correxit Turnebus, cui sequens ἡ διάθεσις etiam debetur. Aldinum τῆς διαθέσεως repetiit Heinsiana.

61. Εὐλόγως] Hanc cum sequente sectionem a sede sua violenter divulsam pertinere ad superiora, et post sect. 56. fuisse inserendam, recte monuit Furlanus. Ita recte sectionis 60. argumentum continuabitur sectione 63.

ἃ δή τινες — οἵας] Aldinum οἷον correxit Turnebus vertens: *declarant, quid valeant, cum panos et suppurationes dissipant.* Rectius Furlanus interpretatur *tumores et abscessus.* Sed nescio, cur lacunae signum ante τινες apposuerit, nihil monens in annotatione. At nunc video in Addendis monitum de signo isto tollendo. Vide igitur stuporem editoris Heinsianae, qui talia tam socors repetierit!

διαλλοιοῦντα ἐπιπολῆς μὲν] Haec vitiosa esse sentio equidem, sed medelam non reperio.

ἄν τις καταπλάσῃ] Aldinum καταπλαγῇ Turnebus mutavit in καταπλασθῇ, quod receperunt Furlanus et Heinsius.

62. ἄγει — ποιοῦντα ἑαυτὰ] Aldinum ἀλγεῖ — ποιοῦν ἑαυτὰ Turnebus corrigebat εἰς οὖρα συνεργεῖ — ποιοῦντα αὐτά. Cum Furlano Heinsius εἰς οὔρησιν ἄγει — ποιοῦντα ἑαυτά. E voce οὔρησιν repete ad αὐτὰ vocabulum οὖρα.

Ἔτι δὲ τούτου] Aldinum Ἐπὶ Turnebus in Ἔστι vel Ἔτι mutatum voluit: vitium repetiit Heinsiana.

δίδωσιν — εἰς τὰ οὖρα] *in urinam usque odorem permanare* Turnebus: equidem διαδίδωσιν malim.

διὰ τὸ [τὰ] φύσει] Articulum alterum ad sensum necessarium praeeunte Turnebi versione inserui. ἐκπέπτειν vitium Furlanianae, in Addendis correctum, tamen repetiit Heinsiana. Pro τμητικὰ margo Vascos. στυπτικὰ proponit.

63. Συμβαίνει] Haec cum sectionis 60. argumento fuisse olim coniuncta recte monuit Turnebus.

καὶ γὰρ οἶνος — συνανθεῖν] Aldinum συνά... supplevit Turnebus: Vossianus κρόμυα — συνάνεσιν habet. Idem Aldinum τόδε δριμύτατον correxit, et comparavit locum Geoponicorum 7, 10. πᾶς οἶνος ἐπὶ πολὺ τρέπεται — ἢ ἐξανθούσης ἤδη τῆς ἀμπέλου. Cap. 6, 6. est: κινεῖται γὰρ ἡ

τρὺξ — καὶ βλαστανούσης τῆς ἀμπέλου. et c. 15, 16. εἰώθασιν οἱ οἶνοι τρέπεσθαι — καὶ ἀρχομένης βλαστάνειν τῆς ἀμπέλου. Vini autem mutati et versi signum praebet flos vino innatans, quem Graeci pariter ἄνθος dixerunt, ut ad Scriptores R. R. Romanos demonstravi. Articulum ante οἶνος ipse addidi.

ὅταν ἐν τῇ γῇ βλαστάνῃ] *cum in terra germinant* Turnebus. Sequentia docent, scribendum esse ὅταν τὰ ἐν τῇ γῇ.

πλὴν τούτοις ἅμα — αὐτοῖς] Aldinum δ' ἅμα a Turnebo correctum revocarunt Furl. et Heinsius, qui male etiam αὐτῆς dederunt.

φλοιόριζα] Aldinum φλοιὰ ῥίζα correxit Turnebus, qui κεφαλόριζα etiam scribi posse monuit, comparans e libro primo historiae plantarum locum de radicibus: αἱ δὲ λεπυριώδεις ἢ φλοιώδεις, οἷον ἥ τε τῆς σκίλλης καὶ τοῦ βολβοῦ καὶ ἔτι κρομμύου. Deinceps Vossianus liber habet: καὶ σαρκορίζα μὴ ἀπεξηρασμένα. unde nomen σαρκόριζα supplevi.

βλαστικὰς] Aldinum πλαστικὰς correxit Turnebus: βλαστητικὰς cum Furlano maluit Heinsius. Utramque formam e Theophrasto de causis 1, 3. et 15. posuit Stephani Thesaurus. Quaestio 26. sectionis 20. Problematum Aristotelicorum eamdem rem tractat; et e quaestione 27 apparet, cur excipiantur τὰ ἀπεξηραμένα. Nam ibi est: Διὰ τί ποτε τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα, ὅσῳ ἂν ξηρότερα φυτεύηται, τοσούτῳ βελτίω γίνεται, τὰ δ' ἄλλα χείρω;

τῆς ἄρκτου] Auctor Θαυμασίων ἀκουσμάτων c. 68. λέγουσι δὲ καὶ τὸ τῆς ἄρκτου στέαρ, ὅταν δὴ πεπήγῃ ᾖ διὰ τὸν χειμῶνα, καθ' ὃν ἂν χρόνον ἐκείνη φωλεύῃ, αὐξάνεσθαι καὶ ὑπεραίρειν τὰ ἀγγεῖα, ἐν οἷς ἂν ᾖ. unde male Plinius 8, 36. *Mirum dictu, credit Theophrastus per id tempus coctas quoque ursorum carnes, si asserventur, increscere.* Errorem Plinii post Turnebum animadvertit Muretus Var. Lection. 13. c. 13.

64. Τί δή ποτε] Sola Heinsiana peius τί δέ ποτε dedit. Sequens πρὸς ἅπαντας Aldino πρὸς ἅπαντα substituit Turnebus, qui locum ita vertit: *Verum cur Democritus sapores ad gustum refert, odores et colores non item ad subiectum cuique sensum? Nam id ex figuris factum oportuit. An vero istud in omnes convenit?* ἅπαν κοινὸν habet margo Vascos.

μόνης — ταύτης] Intellige *τῆς γεύσεως*. Deinceps Aldinum *πικρὸν, οὕτως ἐν ὀσμαῖς* cum Turnebo correxi, qui vertit *non ut in odoribus*. Oportuit *non item in odoribus*.

οὐ γὰρ δὴ τοῦτο — κάκοσμον] Turnebus vertit: *non enim istud est bene olens aut male*. Quae nemo facilius quam graeca intelligat, utpote vitiosa, ut statim apparebit. Quae sequuntur interposita alieno loco, *Ἔτι δὲ τὰ μὲν μικτὰ* (Heinsiana *εὔμικτα*), *τὰ δ' ἄμικτα*, auctore Turnebo hinc sublata ad initium sequentis sectionis transtuli. Absoluta scripturae varietate, videamus nunc de argumento. Statim apparet, totum hunc locum a sede sua violenter avulsum pertinere ad initium libelli et totius disputationis exordium; quem librarius aut poenitens aut alius finitae fere toti disputationi subiunxit. De re disputavit Theophrastus de causis pl. ubi 6, 1. Democriti opinionem memoravit, sed multo accuratius in libro de sensu et sensibilibus: quem lector curiosus comparabit.

Cetera quae Theophrastus in hoc loco subiunxit, laceris sententiis sunt contexta, quarum sensum hunc fuisse suspicor. Quaerebant antiqui philosophi, num, ut genera et species saporum quidam distinguebant, ita etiam odorum genera et species diversas ponere liceat: an saporum diversitates tantum ponere et describere, species autem nullas definere liceat. Hanc eamdem quaestionem tractavit Aristoteles in libro de sensu et sensibilibus, et Theophrastus in sexto de causis plantarum. Quorum scriptorum argumentum etiamsi diligenter comparaveris, verba tamen huius loci vel vitiosa vel lacunosa inde interpolare atque emendare sine melioris Codicis ope non licebit.

65. *Ἔτι δὲ τὰ μὲν μικτὰ, τὰ δ' ἄμικτα*] Haec verba in Aldina et vulgo posita leguntur supra post *οὐ γὰρ δὴ τοῦτο — κάκοσμον*, ut praeclare vidit et monuit Turnebus. Vossianus *ὠμικτά· τὰ δ' ἀνάμικτα* habet.

ἐν γίνεσθαι] Haec cum Turnebo addidi, ut sensus constaret. Idem fecit Furl. et Heinsius. Vossianum *οἷον γίνεσθαι* habere annotatur.

καὶ ἄλλως]. Copulam cum Turnebo addidi, et punctum ante haec verba vulgo positum sustuli. Deinceps margo Vascos. *ἐπιμιγνύμενον* habet.

ἢ καὶ λυμαινόμενοι]. Vulgatum *οἱ καὶ λ.* correxi. Deinceps Aldinum *ἀλλήλοις* Turnebus in *ἄλλοις* mutatum voluit: quod non necesse esse mihi videbatur. Equi-

dem casum tantum e more Theophrasti correxi, ut conveniret sequentibus, τοὺς οἴνους καὶ τὰ πότιμα: quae Turnebus in τοῖς οἴνοις καὶ τοῖς ποτίμοις mutabat.

τὰ νιτρώδη] Ita Turnebus Aldinum ἰτρώδη correxit. Deinceps si quis a verbis καὶ τὰ πότιμα cum Turnebo, cui Furlanus adstipulatur, novam sententiam exordiri maluerit, tum scribendum erit: καὶ τὰ πότιμα δὲ, ἐὰν μή. Aqua dulcis vinum admista vitiat, nisi statim bibatur. Marina vero, nitrosa et amara plane inutilis est vino miscendo: saporem enim et naturam eius plane corrumpit. Marina tamen musto in vindemia a Graecis admisceri solebat. Atque hanc posteriorem interpretationem aliquis forte praeferat. Equidem dubius haereo.

66. οὕτως ἄμικτοι] Postremam χυλῶν ἀμίκτων conditionem respicit. Deinceps vulgatum καὶ κακώδεις praeeunte versione Turnebi correxi, qui tamen verba ταῖς κακώδεσιν omisit.

ὡς δὲ μὴ ἕν τι ἐξ ἀμφοῖν ἔργον [γίνεσθαι], εὑρεῖν μὲν] Aldinum ἕν τι ἐξ ἀμφοῖν ἔργον εὑρεῖν μὴ ita correxit et supplevit Turnebus: *Ceterum illud quidem genus, in quo una ex omnibus vis non temperetur, inveniri non potest.* Margo Vascos. γενέσθαι supplet. Furlanus posuit in textu ὡς δὲ μὴ ἕν τι τὸ ἐξ ἀμφοῖν, ἔργον εὑρεῖν, μὴ ἀδύνατον, quem secutus est Heinsius, non secluso articulo τὸ, quod facere alioquin uterque solet in emendata scriptura. Furlanus, si cui Turnebi coniectura non sufficiat, aliam proponit: ὡς μηδὲν ἐξ ἀμφοῖν ἔργον εὑρεῖν ἀδύνατον. cuius interpretatione prudenter abstinuit.

ἅπαν — πανεύοσμον] *verum ad hanc rationem omnia fere iucunde fragraverint. Est tamen ubi fortasse deteriora reddant, est ubi meliora* Turnebus vertit. Ipsa haec versio satis iam arguit vitium orationis graecae. Sententia enim nulla inest apta et congruens argumento. Deinde sequens ἀλλὰ docere videtur, in antecedente oratione negationem fuisse, quae hodie desideratur. Postea ipsum vocabulum πανεύοσμον significationem habet per se ineptam argumento. Cur enim πᾶν additum, ubi εὔοσμον sufficiebat? Desideratur haec fere sententia: non omnium bene odoratorum ea natura et vis est, ut commixta unum odorem gratum efficiant: sed alia commixta aliorum odorem deteriorem, alia meliorem reddunt. Igitur scribendum suspicor: οὐχ ἅπαν, ὡς εἰπεῖν, πρὸς πᾶν εὔοσμον, ἀλλ'. ἔνθα et cet. Dicitur ἅπαν πρὸς πᾶν ita, ut intelligatur μιχθέν. Atque

ita est supra sect. 58. *διότι τὰ ξηρὰ καὶ εὐοσμότερα πρὸς ἄλληλα ταῖς ὀσμαῖς*. ubi pariter intelligendum est verbum *μιχθέντα*. Potest tamen negatio abesse, quoniam in sequente membro oratio sequitur non plane contraria, sed addita particula *ἴσως* temperata. Igitur scribi potest commode: *ἅπαν, ὡς εἰπεῖν, πρὸς πᾶν εὔοσμον.*

ἀφαιρεῖται τὸ ἄκρατον] Vulgatum *εὔκρατον* praeeunte versione Turnebi correxi.

ἐξυδατοῖ] Aldinum *ἐξυδατεῖ* correxit Turnebus. De causis pl. 6, 23. *ἐκλελυμένην τε καὶ θηλυτέραν εἶναι τὴν ὀσμήν*. Paulo antea Turnebus in textu posuit *χείρω ποιεῖν, ἔνθα δὲ βελτίω*. quod unde habuerit, ignoro.

67. *ἐν τῇ οἰνοποιΐᾳ*] Aldinum et Voss. *οἰνοποσίᾳ* correxit Turnebus. Paulo antea Ald. *μυρία ἔνια* habet, correctum a Turnebo.

ὅτι οὐδεμία ἐκ — χυλὸν] Haud scio, an *ὀσμὴ* post *οὐδεμία* interserendum sit.

68. *ἐν τῷ ἄνθει — βοτρύων*] Turnebus vertit: *quorundam vero etiam maturius in flore, ut racemorum.* Locum equidem non intelligo, et vitiosum esse suspicor. Quid enim odori florentis vineae cum insequente uva commune est?

ἡ δὲ τῶν μύρων εἰς ἀκμὴν μόνον] *at in unguentis sola mutatio est vigoris et tanquam senectae* Turnebus; supplevit igitur nomen *μεταβολὴ*, ex antecedente *μεταβάλλειν* repetendum.

ἐν ἐνίαις ὥραις] *Sed tamen anni temporibus omnia prope dixerim etiam tentantur* Turnebus. Aldinum et Voss. *ἐν ταῖς ἐτίαις* recte is in *ἐτείαις* mutatum voluit: male praescriptum dedit cum Furlano Heinsius.

69. *Τὰς συνθέσεις πριοῦσιν*] Ante haec verba eum Furlano Heinsius incisum posuit, et antecedentia cum his continuavit, quae nullam habent inter se coniunctionem aut communionem.

θραύοντες δὲ — κλείουσιν] Aldinum *κλίνουσι* correxit Turnebus, et *δὲ* addidit: margo Vascos. *γὰρ* proponit. Deinceps Aldinum *ὅταν μάλιστα — τότ᾽ αἴρουσιν* cum eodem Turnebo correxi. Supra sect. 57. pro *μάλιστ᾽ ὄζειν* est simplex *ὄζειν*, et rectius *ἐξαιροῦσιν*.

καὶ πάλιν δὲ καὶ πάλιν] Verba repetita seclusit primus Furlanus. Sequens Aldinae *διαδύοντες* in *διαλείποντες*, et postea *ἐνόζῃ* in *ἐξόζῃ* mutavi cum Turnebo. *διαλύοντες* dedit cum Furl. Heinsius. De argumento ipso dixi ad sect. 47.

τῆς βαλάνου] Articulum addidít Furlanus: Aldinum πλατάνου correxit Turnebus. Ceterum haec a sede sua divulsa pertinent ad unguentorum tractationem, ubi de oleo balanino agitur. Vossianus liber τὸ τῆς πλατάνου sine δὲ habet.

οὐκ ἄγαν ἀναπνεῖ] *non sane nimium odoris efflat* Turnebus vertit. Aldinum et Vossiani ἀγαννηνεῖν non bene in vulgatum convertisse videtur Furlanus, praeeunte versione Turnebi.

70. Ἐν τῇ ἐρυθρᾷ] Quo pertineat mentio maris Erythraei, difficile quidem est ad divinandum: fortasse obiter haec dicta sunt in historia medicamenti vel aromatis alicuius per mare Erythraeum advecti aut nati in eius vicinia. Pro καρίδες Ald. Voss. κανίδες habent. Mutavit Turnebus.

71. Ἀθήνησι] Turnebus in tenebris his micare ausus coniecit: ζῶα ἐγκεκλεισμένα, ἅ τινες λέγουσιν εἰς πάντα χαλκὸν κοῖλον ἐμβάλλεσθαι, σίδηρον ὁμοίως. vel: ἐπίκλην Ἀθήνησι λέγειν εἰς πάντα. De argumento tamen nihil vel suspicari ausus est. Margo Vascos. ἐγκεκλεισμένα ἅτινα συλλεγέντα coniecturam viri docti habet. E verbis postremis suspicari possis, sermonem esse de medicamento aliquo condito et servato in vasis metallicis, ratione habita virium et medicamenti et metalli. χρυσὸν autem et ἄργυρον κοῖλον dixerunt Graeci aurum et argentum factum, id est in vasa conformatum. Similiter igitur h. l. χαλκὸν κοῖλον possis de vasis aereis interpretari. Sed alia est difficultas in ferro rubro et albo. Χαλκὸν equidem λευκὸν novi, qui stanno vel plumbo albo admisto fit; sed ferrum album nusquam memoratum legi. Quid igitur si vocem σίδηρον vel transpositam vel alienam ab hoc loco dicamus? Etiamsi vocabulum locum hic suum haberet, tamen copula aliqua addita opus fuerit. Sed si vasa aerea ex aere albo intellexeris mecum, tum apparet ratio commemorati stanni, aeri scilicet admisti; quod fortasse medicamenti vires vel augere vel servare videbatur. Multum scilicet refert, quali quodque medicamentum pyxide servetur. Ita Plinius diligenter annotavit genus metalli, in quo condebantur medicamenta ab eo memorata, veluti 28. s. 76. *aerea pyxide condunt*, s. 26. *cypria pyxide*. 32. s. 47. *pyxide plumbea*. 29. s. 10. *stannea pyxide*. s. 38. *pyxide argentea*. 21. s. 81. *cornea pyxide*. et 29. s. 38. Quid? quod resinam albam ad vinum condiendum coquere iubet in vase *aeris albi* 16. s. 22. Resinae autem multus fuit usus in unguentis quibusdam. De-

nique potuit docere modum olei coquendi in vasis aeris albi. Pro πικρότητος Vossianus liber κυκρότητος habet. Exemplo Vascosanae, quod est in bibliotheca regia Berolinensi, vir doctus adscripsit coniecturam: εἰς πάντα καττίτερον ἐμβάλλεσθαι χαλκὸν ὁμοίως ἐρυθρὸν καὶ λευκὸν — ἀλλὰ τῆς στερεότητος.

V.

AD LIBELLVM DE VENTIS.

τεθεώρηται πρότερον] Falsa est opinio Palmerii Exercitat. p. 612., hinc esse manifestum, hunc librum praepostere collocatum esse ante eum, qui sequatur, de causis ventorum. Nam ibi non est de causis, sed de signis ventorum. Praecesserant autem hunc nostrum τὰ Μετεωρολογικὰ, de quibus infra dicetur. Turnebi versionem egregiam nusquam Furlanus memoravit, quanquam passim ex ea profecisse videatur. Editionem cum annotationibus Urbinatis 1594 memorat Catalogus Biblioth. Bodleianae p. 400. Emendationem libri adiuvit praeter comparationem Problematum Aristotelicorum cum Codice Parisiensi nuper collatorum varietas lectionis adscripta margini editionis Parisiensis apud Turnebum et Vascosanum anni 1552, quam annotavit Catal. Biblioth. Acad. Lugd. B. p. 368. inter Philosophos numero 97. Varietatem Codicis Vossiani, qui plerumque cum Aldino consentit, no. 25. in forma quarta notati, subministravit humanitas H. Tollii. Continet is librum de lapidibus, de vertigine, de lassitudine, de piscibus in sicco degentibus, de ventis, de odoribus. Ubi prior varietas ab hac discrepat, illam nota marginis Vascosanae significavi. Vossii manum agnovit exscriptor: itaque varietas ex ingenio Vossii nata videtur. Théoriam Theophrasteam de origine ventorum a calore solari repetenda nuper tueri conatus est Gallus *Volney* in libri *Voyage en Syrie et en Egypte* T. I. p. 326 seqq. edit. tertiae Parisiensis.

διαφέρουσι] Vulgatum διαφέρει cum margine Vascos. correxi. Deinceps ante ἁπλῶς copulam καὶ malim interscrtam legi.

καθ' ὥραν] Furlanus *in anni tempestatibus*. Potius *unaquaque anni tempestate*, ut καθ' ἡμέραν est *unoquoque die*.

περιλαμβάνεται] Nescio quo auctore Heinsius ἐμπεριλ. dederit.

2. ὥσπερ τῆς οὐσίας] Furl. *atque hic* (locus) *paene ad essentiam pertinet.* Idem sequens vulgo οἷς ἁπλῶς correxit. Sed ante haec verba vulgatum τούτων cum margine Vasc. in τούτου mutavi.

καὶ ἕκαστον εἰπεῖν] Furl. vertit: *et quilibet alii affectus sumendi sunt.* Turnebus: *inde potissimum omne prope dixerim discrimen et facultas, quaeque alia memorari possunt, accersi repetique debent.* Mihi verbum εἰπεῖν intempestive repetitum et praeterea καὶ τὰ καθ' ἕκαστον scribendum videbatur, i. e. *et quaecunque cuique vento sunt peculiaria.*

ἢ τοῦ μεγέθους — ἄλλων τῶν πλείστων] Deesse videtur vocabulum διαφορά, ex antecedentibus non commode repetendum.

Ὑπάρχει δὲ ταῦτα. τὰ δ'] Turnebus: *atque partim eadem partim contraria in contrariis haerent.* Voluit igitur: καὶ τὰ μὲν ταὐτὰ ὑπάρχει, τὰ δ'. Furlanus: *Haec enim ventis inesse constat.* Equidem τοῖς μὲν interserui.

πλαγίων ὄντων] Turnebus: *plagus ad solis conversionem ab ortu in occasum meantis obliquas.* Similiter Furlanus: *quae loca a latere sunt orientis et occidentis, qua sol permeat. Solis enim vis eo compellit.* Voluerunt igitur πλαγίους ὄντας vel πλάγια ὄντα scribi. Verba ἄρκτον καὶ — ὄντων Heinsiana omisit. Deinceps vulgatum ἐξωθεῖσθαι, praeeunte Turn. versione, cum marg. Vasc. correxi. Ceterum de ventorum motu obliquo causam aliam Aristoteles, aliam Theophrastus in Meteorologicis ediderat, uti narrant Alexander Aphrod. et Olympiodorus ad Aristot. Meteorol. 2, 4. hic p. 21 b. et 38 b.

ἀφ' ὧν] Ita praeeunte Turn. versione cum marg. Vasc. vulg. ἐφ' ὧν correxi.

3. τὸ δ' ἐφ' ἑκάτερον ῥέον] Palmerius coniecit ἐφ' ἑκάτερα ῥέπον, de situ locorum male interpretatus: ita tamen etiam Furlanus. Ego cum marg. Vasc. ἀφ' ἑκατέρων scripsi. Nam venti dicuntur etiam ῥεῖν a loco aliquo.

ἀναπεπταμένον τὸ σύνεγγυς] Basil. ἐναπεπταμέναι τῷ σύνεγγυς καὶ ἐναπεπταμένῃ φορᾷ — ψυχρότερα. Turn. vertit: *Refert illud quoque, quod minus laxus et liber impetus sit ex propinquo vel apertus.* Similiter Furlanus: unde vulgatum correxi et articulum ἡ addidi. Voss. cum Basil. facit, nisi quod habet ἀναπεπταμέναι. τὸ — καὶ ἐν ἀναπεπταμένῃ — ψυχρότερα.

εἰς δὲ τὸ π. διακεχυμένον] Vulgatum εἴς τε τὸ π. διακεκαυμένον. Furl. vertit: *quo autem procedit ulterius, eo remitti-*

nem. Sed iam antea Turnebus: *At in exteras oras et remotas frigus potius, quod et id efficit, quam magnitudo pervenit.* Comparat deinde Problema 26, 63. *Διὰ τί οἱ βορέαι μεγάλοι τοῦ χειμῶνος ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις ἐπινέφελοι, ἔξω δ' αἴθριοι; ἢ ὅτι ἅμα ψυχροί εἰσι καὶ μεγάλοι; ἐγγὺς δὲ μᾶλλον ψυχροί; ὥστε φθάνουσι πηγνύντες πρὶν ἀπῶσαι τὰ νέφη· ὅταν δὲ παγῇ, μένουσι διὰ βάρος· ἔξω δὲ τῷ μεγέθει ἐργάζονται μᾶλλον ἢ τῷ ψυχρῷ.* unde hunc locum Furlanus, ut in concordiam cum praeceptore rediceret discipulum, emendabat: *τὸ μέγεθος μᾶλλον ἢ ψυχρότης διαδίδοται καὶ τούτῳ ἐργαζόμενος.* Equidem malim: *τὸ μέγεθος διαδίδοται καὶ τούτῳ ἐργάζεται μᾶλλον.* Verba autem *ἡ ψυχρότης* hinc exemta transfero ad verba *τοῦτον δὲ φθάνει ἡ ψυχρότης καὶ πήγνυσι πρὶν ἀπῶσαι,* ubi desiderantur. Nam *τὸ μέγεθος* cogit aerem multum, sed idem non *πήγνυσι,* sed frigus id facit. Margo Vascos. *πορρωτέρω τὸ μέγεθος* habet.

ἀπωθῶν] Basil. *ἀπαθῶν,* et deinceps *ἀρχόμενος μὲν, ὅτι ἀρχόμενος ὀλίγον.* Quae vitia Turnebus correxit vertendo: *sed pellens aliis transmittit.*

οὕτως ἀθροιζόμενος — ὑδάτινος] Voss. *οὗτος.* deinceps *ὕετιος* scripsi.

Ἔτι δὲ καὶ τὸ] Vulgatum *Τὸ δὲ καὶ τὸ* vertit Furlanus: *quamquam etiam plurimum refert, a parvone an a magno oriatur principio.* Margo Vascos. posterius *τὸ* in vulgata delet. Ceterum eandem quaestionem eodem modo tractavit Problema 21. et 22. Aristotelicum, uti Furlanus annotavit.

8. *τὴν εἰς θάλατταν*] *in Aegypto quae ad mare vergit* Furlanus: *in Aegypti tractu maritimo* Turnebus. Aristoteles Probl. 47. *Διὰ τί ὁ νότος οὐ πνεῖ κατ' αὐτὴν Αἴγυπτον τὸ πρὸς θάλατταν, οὐδ' ὅσον ἡμέρας δρόμον καὶ νυκτὸς, τὰ δ' ὑπὲρ Μέμφεως καὶ ἀποσχόντι δρόμον ἡμέρας καὶ νυκτὸς λαμπρὸς, καὶ πρὸς ἑσπέραν οὐ πνεῖ ὅσον δύο ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δρόμον· τὰ δὲ πρὸς ἕω λίβες πνέουσιν; ἢ διότι κοίλη τὰ κάτω ἡ Αἴγυπτός ἐστι, δι' ὃ ὑπερπίπτει αὐτῆς; ἄνω δὲ καὶ πόῤῥω οἱ τόποι ὑψηλότεροι;* In utroque loco quaedam ex alterutro emendanda sunt, plura tamen in Theophrasto, ubi malim *τὴν πρὸς θάλατταν.* Basil. Voss. *κατὰ ταύτην Αἴγυπτον.*

ὁμοίως δὲ καὶ ἃ ἐὰν ἀπέχει τοσοῦτον] Furlanus vertit: *et loca quae tantumdem a mari distant.* Turnebus: *et quibus locis tantundem abest.* In Aristotele scribendum: *τὰ*

δ' ὑπὲρ *Μέμφεως καὶ ἀπέχοντα δρόμον — νυκτὸς λαμπρός*. In nostro ὁμοίως δὲ *καὶ ἃ ἂν ἀπέχῃ*: nec dubitavi Heinsianum ἀπέχει corrigere e Basileensi, ubi simpliciter ὁμοίως δὲ *καὶ ἐὰν ἀπέχῃ* scriptum extat.

οὐ μὴν ἀλλ' ἴσως γε ἔλαττον πνεῖ] Turnebus: *verumtamen non perinde sed remissius spirat*. Equidem non dubito fuisse οὐ μὴν ἴσως γε ἀλλ' ἔλαττον πνεῖ. Margo Vascos. ἐλάττων habet.

ἐπεὶ — μέγεθος] *Alioqui propinquitas magnitudinem postulat. Ista quippe ex locis potissimum reddenda sunt, quae natura etiam non abhorrent* Turnebus: contra Furlanus, qui vitiosum φύσιν ἔχειν reliquit. Sed is ἔπειτα τὸ σύνεγγυς scribi voluit, idque versione expressit: *Praeterquam quod vicinia venti magnitudinis causa est. — quae et naturae locum obtinent*. Deinceps Basil. ταῦθ' ὁμοίως habet.

9. ἐπιπνεῖν] Aristoteles Probl. 50. *Διὰ τί ἐπὶ μὲν τῷ νότῳ ταχὺς ὁ βορέας, ἐπὶ δὲ τούτῳ ὁ νότος οὐ ταχὺς ἐπιπίπτει; ἢ ὅτι τῷ μὲν ἐγγύθεν, τῷ δὲ πόῤῥωθεν ἡ ἄφιξις; ἡ γὰρ οἴκησις πρὸς βορέαν ἡμῖν*. Basil. τῷ ante νότῳ non habet: eadem deinceps ἣν μερίζουσαν dedit. Turnebus: *quas ex situs attributione utrunque dividit*.

Καὶ ὅλως τοῖς] Vitium editionis Furlani, in Addendis tamen correctum, repetiit Heinsius, ὅλος. Deinceps idem vitium Basil. et Furlanianae τοῖς δὲ ἥρος πρός, quanquam admonitus, repetiit. Turnebus recte verterat: *meridianis contra accidit*.

10. ἑκατέρων οἷον τάξις] Basil. ἑκατέρας. Turnebus vertit: *utrisque tamen suae sunt veluti statae eorum temporum vices, quibus merito, quoad desinant, plurimum spirare solent*. Voluisse igitur videtur scriptum: ἑκατέρων οἷον τάξις τῶν χρόνων, ἐν οἷς. Reliqua ita vertit: *austrinis hiems et incipiens praecepsque autumnus*. Furlanus multa supplevit ex Aristotelico problemate 19. ubi est: *Διὰ τί οἱ νότοι πνέουσι μὲν χειμῶνος καὶ ἔαρος ἀρχομένου καὶ μετοπώρου λήγοντος; εἰσὶ δὲ κυματοειδεῖς καὶ συνεστραμμένοι*. Quid ipse sentiam de hoc loco, deinceps aperiam. Basil. abhinc habet: οὔτε γὰρ αἵ τε — ἀναπόδοσις. Falsum οὔτε γὰρ habet etiam Voss. Bene Turnebus: *Nam et solis anfractus utrisque conducit, et aere veluti reciprocante compensatio quaedam efficitur*. Margo Vascos. αὗται γὰρ αἵ τε dat.

ὃ γὰρ ἀπωσθῇ] His Heinsiana stellulas vitii signa prae-

posuit. Turnebus vertit: *Quod enim hyeme expulsum fuerit, (aquilones enim omnino plures spirant,) et iam ante ipsa aestate ab Etesiis et aliis, qui Etesias sequuntur, reponitur rursus in has regiones vere et praecipitante autumno et sub occasum vergiliarum proportione.* Voluit igitur scribi: ὃ γὰρ ἂν ἀπωσθῇ — ἀντιαποδίδοται πάλιν. Hunc secutus antiquum ὃ revocavi, (Furlanus enim ὁ dederat,) distinctionem mutavi et vulgatum ἀνταποδιδόασι. Margo Vascos. ὅταν γὰρ ἀπ. dat. In Basil. et Voss. est βορείοις πλέουσι. Furlanus vertit: *aer enim, qui hieme depulsus sit, quo tempore aquilones praesertim spirant, nec non aestate ab etesiis et reliquis flatibus illius tractus, vere rursus eo redditur, unde compulsus est.*

11. θαυμαζόμενον ὡς οὐκ ὂν] Turnebus: *quasi non eveniat.* Furlanus: *illud est quod admirantur, quod ita non sit.* Equidem θαυμαζόμενον ὡς ἀληθὲς ὂν malim, vel ὡς ἄλογον, ut sect. 19. Aristoteles Problem. 2. Διὰ τί βορέαι μὲν ἐτήσιοι γίνονται, νότοι δ' οὔ; ἢ γίνονται μὲν καὶ νότοι, ἀλλ' οὐ συνεχεῖς — οἱ δὲ νότοι ἠρος. Ceterum Basil. ἐτήσιοί τινες habet. κιτήσιοί Voss.

ἅμα δὲ καὶ τὸ — λαμβάνουσι] Furlanus: *simul autem et in longum expatiantur.* Verba et sententia ex Aristotelis loco emendanda, ubi est: ἀλλ' οὐ συνεχεῖς, ὅτι πόῤῥω ἡμῶν ἡ ἀρχὴ τοῦ νότου ἐστὶν, ὑπὸ δὲ τῷ βορέᾳ οἰκοῦμεν. Unde patet, aut ἀσυνεχεῖς aut οὐ συνεχεῖς scribendum fuisse, ubi vulgabatur ἀσυννεφεῖς, inepta tautologia, cum αἴθριοι praecessisset. Indidem pronomen ἡμῶν inseruisse Furlanus videtur post μακρὰν, quod delevi, et Turnebo praeeunte locum correxi. τῷ μακρὰν — λανθάνουσιν habet etiam margo Vascos. Ceterum eandem quaestionem tractavit magister Meteorolog. 2, 5. ἀποροῦσι δέ τινες, διὰ τί βορέαι μὲν γίνονται συνεχεῖς, οὓς καλοῦμεν ἐτησίας, μετὰ τὰς θερινὰς τροπὰς, νότοι δὲ οὕτως οὐ γίνονται μετὰ τὰς χειμερινάς. Ἔχει δὲ οὐκ ἀλόγως· γίνονται μὲν γὰρ οἱ καλούμενοι λευκόνοτοι τὴν ἀντικειμένην ὥραν, οὐχ οὕτω δὲ γίγνονται συνεχεῖς· διὸ λανθάνοντες ποιοῦσιν ἐπιζητεῖν. P. Nigidius in secundo librorum, quos de vento composuerat, apud Gellium 2, 22. *Etesiae et austri anniversarii secundo sole flant.*

ἥδε — φύσις] Furlanus: *unde ortus etesiarum.* Legit igitur ὅθεν. Equidem suspicor, in his verbis latere lemma in margine adscriptum ad sequentia. Basil. ἡ δὲ habet. Turnebus vertit: *quae quidem Etesiarum origo est.*

καὶ πῶς οὕτως] Vulgatam hanc scripturam Turnebus

et Furlanus verterunt, sed ex Aristotelico problemate 54. scribendum erat τοσοῦτοι. Ibi praeterea est: ταύτην δὴ τὴν ὥραν ἀεὶ — τῆς νυκτὸς οὐ πνέουσι; unde negationem οὐ Turnebus primus inseruit.

ὡς ἄρα — τῆξιν] Haec in Aristotelico problemate exciderunt. Sequentia ita vulgabantur: ἄρξηται λύειν τὸν πάγον καὶ κρατεῖν, οἱ πρ. quae verbis transpositis correxi. Aristoteles: ὅταν ὁ ἥλιος κρατεῖν καὶ λύειν ἄρξηται τὸν πρὸς βορέαν πάγον. ἀρχομένου μὲν οὖν οἱ πρόδρομοι, ἤδη δὲ λυομένου οἱ ἐτησίαι. Opinionem et observationem veterum de liquefacta nive auram remittente e Plutarchi Quaest. conviv. 6, 6. et 8. collegeram olim ad Eclogas Physicas pag. 145. Sed ignorabam tum, fuisse qui etesiarum originem hinc derivarent. Fragmentum de incremento Nili: Δημόκριτος δὲ λέγει, πρὸς τροπὰς θερινὰς μεταστάντος τοῦ ἡλίου, τηκομένης τῆς χιόνος καὶ ἀτμιζομένης, ἀπὸ τῆς τήξεως νέφη γίνεσθαι et cet. Addo Hippocratem de diaeta sanorum 3. c. 2. τὰ ψύχη τὰ πρωΐα καὶ τὰ ἐς τὴν ἑσπέρην, ὅσα ποταμοὶ ἢ λίμναι ἢ χιόνες ἀποπνέουσι.

12. τὸ τὴν χιόνα] Aristoteles in loco manco: ἢ τοῦτο μὲν διὰ τὸ τὴν χιόνα τηκομένην παύεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου πρὸς ἑσπέραν καὶ τὴν νύκτα; ὅλως δὲ πνέουσιν, ὅταν ὁ ἥλιος κρατεῖν et reliqua, quae supra posui.

πλείων γένηται] Vulgatum γίνεται correxi. γίνηται in Corrigendis habet Furlanus e Basileensi et Voss. Deinceps vulgatam antea αἴτιον τοῦ * ληπτέον μὲν γὰρ bene supplevit Furlanus, praeeunte Turnebo: et sic margo Vascos. Mancum locum iterum male posuit Heinsiana.

ἐκ τοῦ σύνεγγυς] Furlanus καὶ τῷ σ. dedit. Heinsius καὶ τοῦ σ. Coniecturam meam posui.

13. ᾤκεῖτο — καὶ ἔφερε] E Corrigendis Furlani et Basil. copulam restitui et vulgatum ᾤκητο correxi cum Vossio ad Catullum p. 207. et in margine Vascos. Deinceps malim: εἰ δή ἐστιν ἀληθῆ ταῦτα, καθάπερ λέγεται. Cretae insulae montes fuerunt et sunt adhuc Ida et τὰ λευκὰ ὄρη. Ceterum disputatio haec et Cretensium narratio orta videtur ex ambitione illa, quae versibus Homericis in Odyssea gloriabatur de Creta:

καλὴ καὶ πίειρα περίῤῥυτος· ἐν δ' ἄνθρωποι
πολλοὶ ἀπειρέσιοι καὶ ἐννήκοντα πόληες.

In nostro loco Basil. χρόνων pro χιόνων habet, correctum a Turnebo.

14. ἐξέλιπον] Vulgatum ἐξέλειπον correxi. Sequentia

Furlanus vertit: *hyberna loca non eodem modo humida nivosaque fuisse perspicuum est.* quae sententia verbis εἴη ἂν non inest.

δ' εἴ τινα ἔχει] Basil. δεῖ τινα ἔχειν. Turnebus: *ut, si qua his varietas reperiatur, eandem continuo ventis vel intermissionem vel mutationem usu venire necesse sit.*

Ἄτοπον δ' οὐκ ἂν δόξειεν] Furlanus negationem inseruit et vertit: *absurdum itaque fuerit, si iis, qui meridiem habitant, non sit huiusmodi anniversaria refectio, cum loca illa longe calidiora sint: Quod alioquin planum est, praeterquam in fructibus maturandis.* In Basil. et Voss. ἦθος est pro ἔτος. deinde uterque liber: πλὴν εἰς * μιση τὸν καρπὸν οἱ δὲ προτεροῦσιν. Turnebus vertit: „Iniquum porro esse videatur, non idem quoque anni subsidium meridianis esse comparatum, coelo illic multum candentiore. Hoc igitur iam perspicuum est. Rursum cur fructus nonnulli serotini sint, alii praecoces, alii nihildum quicquam patiantur, videndum." Turnebus igitur negationem addi noluit, nec ego Furlano possum assentiri, cuius versio eamdem omisit. De reliquis maior est dubitatio. Turnebus voluit scribi: Πάλιν διὰ τί ἔνιοι τῶν καρπῶν ὀψίζουσι, οἱ δὲ προτεροῦσι. Furlani emendatio non magis sensum habet apertum. ἀπαθεῖς idem vertit *difficile maturescunt.* Sequens οὖν inserui cum margine Vascos. In verbis vitiosis, πλὴν εἰς * μιση τὸν καρπὸν οἱ δὲ προτεροῦσιν, (quae in locum vulgatae πλὴν εἰς πέψιν τῶν καρπῶν. οἱ μὲν γὰρ προτ. restitui) vera scriptura latet, felicioribus ingeniis exquirenda: quod fortasse contigit Vossio, qui margini Vascos. adscripsit: πλὴν εἰ μὴ ὥσπερ [ἐνταῦθα addere voluit] οἱ μὲν ὑστερίζουσι τῶν καρπῶν.

15. ἥλιος ἂν ὁ ποιῶν εἴη] Vulgatum ἄνω ποιῶν praeeunte versione Turnebi correxi cum margine Vascos. Sic etiam Furlanus: *si ventorum omnium eadem ab iisdemque causis generatio est, auctor erit sol, quod sursum assumat.* Articulum voci ἥλιος addidi.

οὗτος δ' ὡς συνεργῶν] Vulgatum οὕτως praeeunte Turnebi versione correxi. Deinceps vitium Furlanianae δοκεῖ δὲ κινεῖν repetiit Heinsiana, quanquam correctum in Furlani Addendis e Basileensi.

ἐμπίπτει πολλάκις] *desinunt* recte vertit Furlanus; sed hoc est πίπτει vel καταπίπτει. Mecum facit margo Vascos. Deinceps in ἐφ' ὧν τε abundat τε, in γε mutandum cum Vascos. margine.

16. ὥσπερ ἀφελόμενος] Prius vocabulum addidit, sed in versione omisit Furlanus: igitur delevi.

ἀπνεύματοι] In Basil. est πνεύματα. *ut meridie quiescant venti* cum Turnebo Furlanus, qui tamen πνεύματα παύονται correxit. Dubium est, ἡμέραι an χῶραι intelligantur ad vocem ἀπνεύματοι. ἀπνεύματα margo Vascos. Sequens πνεύματα πνευματωδέστερα facete dictum Furlano visum est, non mihi.

17. ταὐτὰ, πλὴν] Vulgatum ταῦτα praeeunte versione Furlani correxi. Deinceps δεινότερα vel potius δυνατώτερα, intellecto πνεύματα, malebat Furlanus. αἱ σύνοδοι τῶν μηνῶν Furlano sunt *coitus solis cum luna, id est plenilunia.* Turnebus ita: *proinde noctu atrociores sunt defectus et intermenstrua tempestatibus plerumque foediora.* Margo Vascos. δεινότεραι αἱ ἐκλείψεις habet.

καθάπερ καὶ τὰ ἐπὶ] Male Heinsiana κατὰ ante ἐπὶ inseruit.

18. τῆς αὐτῆς πως αἰτίας] Furlanus, qui αὐτῆς inseruit, corrigi voluit, ut vertit, καὶ ἐπὶ τῆς νηνεμίας λεκτέον: *haec eadem et de ventorum tranquillitate dicenda sunt.* Sensum loci bene vidit, sed in verbis corrigendis non satis feliciter evenit. Equidem ταὐτὸ δὲ ad priorem sententiam referendum, et corrigendum censeo ita fere; ἐπισκεπτέον τοῦτο δὴ, ut infra sect. 25. τοῦτο μὲν οὖν ἐπισκεπτέον. Deinceps scribendum: Καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς πως αἰτίας καὶ διὰ μέσων νυκτῶν καὶ μεσημβρίας ἄπνοιαι γίνονται καὶ μάλιστα. Interim vulgatum ἐπὶ correxi, distinctionem mutavi et καὶ ante μάλιστα tanquam inutile seclusi. Turnebus ita: *In eodem autem genere causae illud etiam propemodum versatur, quid sit, quod* et cet. Voluit igitur scribi διὰ τί μέσων νυκτῶν.

κρατεῖσθαι τὸν ἀέρα] Haec eadem iisdem fere verbis tradit Problema Aristotelicum 4. libri 25. Διὰ τί μέσων νυκτῶν καὶ μεσημβρίας μάλιστα εὐδία γίνεται; ἢ διότι ἡ νηνεμία ἐστὶν ἀέρος στάσις; ἕστηκε δὲ μάλιστα, ὅταν κρατῇ ἢ κρατῆται· μαχόμενος δὲ κινεῖται. Κρατεῖ μὲν οὖν μάλιστα μέσων νυκτῶν, κρατεῖται δὲ μεσημβρίας. Τοτὲ μὲν γὰρ ὁ ἥλιος πορρωτάτω, τοτὲ δὲ ἐγγυτάτω γίνεται. Unde corrigo locum hunc: συμβαίνει γὰρ τὸ τοιοῦτον, ὥστε ποτὲ μὲν κρατεῖν, ποτὲ δὲ κρατεῖσθαι τὸν ἀέρα ὑπὸ τῶν ἀκτίνων. [Margo Vascos. ὑπ' αὐτῶν habet.] Καὶ μέσων μὲν νυκτῶν κρατεῖ· πορρωτάτω γὰρ ὁ ἥλιος τοτε· μεσημβρίας δὲ κρατεῖται· ἐγ-

γυτάτω γὰρ ὁ ἥλιος. Κρατῶν δὲ καὶ κρατούμενος ἕστηκεν. Turnebus vertit: *ac super media nocte plerumque vincit, maximo solis intervallo, meridie superat. Superior autem et superatus quiescit.* Furlanus putabat, posse se defungi brevi emendatione ista, ut scriberetur: *κρατεῖ δὲ* (voluit *κρατεῖται δὲ*) *ὑπὸ μεσημβρίας.* Locum Aristotelis bene comparavit, sed eius auxilio non satis dextre usus est.

ἄρχεται μὲν γὰρ ἡ θέρμη περὶ δυσμὰς — μεσημβρίαν. καὶ ἀπὸ δυσμῶν — κρατοῦντα] Furlanus *μὲν* seclusit, et deinceps pro vulgatis *ἡ θέρμη* scribi voluit *πνεῖν*, id quod vertit. Sed certiorem medicinam suppeditat comparatio loci Aristotelici. Sequitur enim ibi: *Ἔτι ἄρχεται τὰ πνεύματα ἢ περὶ ἕω ἢ περὶ δυσμάς· λήγει δὲ τὸ μὲν ἕωθεν, ὅταν κρατηθῇ, τὸ δ' ἀπὸ δυσμῶν, ὅταν παύσηται κρατῶν.* Unde vulgatam praescriptam correxi. Nec latuit haec ratio Turnebum, qui vertit: *Nam et sub auroram vel vesperi oriuntur.* Similiter margo Vascos.

καὶ ἀπὸ δυσμῶν] Antecedens *τὰ μὲν* postulat *τὰ δὲ*, quod habet margo Vascos. Sequens *κρατῶν*, ad *ἥλιος* referendum, substitui auctore magistro et Basileensi vulgato *κρατοῦντα.* Recte etiam hic Turnebus: *superato aere denique desinunt. superantur autem meridie: qui vesperi, cum aer vincendi finem fecerit.* ubi *sol*, non *aer*, nominari debebat.

19. *τῆς τοῦ ἡλίου κινήσεως — γινόμενα*] Aristoteles 26. Probl. 51. *διὰ τί τὰ πνεύματα ψυχρά ἐστιν ὄντα ἀπὸ τῆς τοῦ θερμοῦ συγκινήσεως;* Idem argumentum tractavit Meteorol. 2, 8. quem locum cum nostro comparavit Vicomercatus.

οὔτε γὰρ — προσαπτέον] Haec, ut praecedentia, *ψεῦδος — ἄλογον*, non sunt in Problemate. Deinceps ibi: *θερμὴ γίνεται, ἐὰν μὴ — γίνηται.*

ἀθρόως γὰρ ἐκπίπτουσα] Haec in Problemate vitiosa sunt: *ἀλλ' ἐὰν μὲν ἀθρόως ἐμπίπτῃ καίει αὐτὸ τὸ ἀφιέν, θερμή· ἐὰν δὲ διὰ στενοῦ καὶ κατὰ μικρὸν — ὑπὸ τούτου κινούμενος ἀήρ, οἷός ποτ' ἂν προϋπάρχων.* Sed postremum verbum rectius est, quam quod in nostro vulgabatur, *πρόσω ὑπάρχων.* Turnebus vertit: *qualis ipse cunque sit, talem etiam impetum addit.* Pro *ἀποδίδωσιν* Arist. habet *ἀπετέλεσεν.* In nostro pro *ἀὴρ* in Basileensi *αὐτὸς* legitur, deinde *τοιαύτην δὲ τὴν κίνησιν.* Vossianus liber *καὶ ἡ συνεχὴς — αὐτὸ* habet. Margo Vascos. *ἀὴρ δ' ὑπὸ ταύτης κινούμενος.*

20. *Παράδειγμα — ἀφιέμενον*] Arist. ita: *ὥσπερ καὶ*

ἐπὶ τοῦ στόματος· (male σώματος vulgatur) φασὶ γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἡμᾶς πνεῖν. Τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές.

ἀλλ' ἀεὶ μὲν θερμόν ἐστι] Ex Aristotele supplevi τὸ ἐξιόν. Ibidem sequitur: σημεῖον δέ· τῷ γὰρ (vulgatur τὸ sine γὰρ) ἐγγὺς προσαγαγόντι τοιοῦτον φαίνεται· διαφέρει δὲ καὶ ἡ ἔκπτωσις αὐτοῦ.

καὶ ἀθρόον] Pergit Aristoteles: ἐὰν μὲν γὰρ διὰ πολλοῦ ἀφίωμεν χανόντες, θερμὸν φαίνεται, διὰ τὸ αὐτοῦ αἰσθάνεσθαι. ubi διὰ πολλοῦ opponitur dictioni διὰ στενοῦ.

σφοδρότερον φερόμενον] Male est in Aristotele: θερμότερον γινόμενον — ἐχόμενον· ψυχροῦ δὲ ὄντος τοῦ ἀέρος, καὶ ἡ κίνησις αὐτοῦ ψυχρὰ γίνεται. Sed Codex Paris. ibi σφοδρότερον rectius habet. In nostro loco Basil. et Voss. ψυχρῶν ὄντων.

Τὸ αὐτὸ — συμβαίνει] Aristoteles dubitanter: μή ποτε δὲ καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συμβαίνῃ· καὶ διὰ στενοῦ ἡ πρώτη κίνησις· εἶτ' ἐκεῖνον μὲν διήνεγκεν, ἕτερος δὲ ἀὴρ ἐπιῤῥεῖ. quae vitiosa sunt.

ψυχροῦ μὲν γὰρ ὄντος] Cum margine Vascos. γὰρ seclusi.

Καὶ διὰ τοῦτο θέρους] Aristoteles: διὸ καὶ τοῦ μὲν θέρους θερμὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρὰ τὰ πν., ὅτι ἐν ἑκατέρῳ τοιοῦτος ὁ ἀὴρ ὁ προϋπάρχων. quae sunt integriora. Audi nunc Plutarchum de frigoris causa p. 103. Hutten. Ἀναξιμένης ὁ παλαιὸς ᾤετο, μήτε τὸ ψυχρὸν ἐν οὐσίᾳ μήτε τὸ θερμὸν ἀπολείπωμεν, ἀλλὰ πάθη κοινὰ τῆς ὕλης ἐπιγινόμενα ταῖς μεταβολαῖς· τὸ γὰρ συστελλόμενον αὐτῆς καὶ πυκνούμενον ψυχρὸν εἶναί φησι, τὸ δ' ἀραιὸν καὶ τὸ χαλαρὸν θερμόν· ὅθεν οὐκ ἀπεικότως λέγεσθαι τὸ καὶ θερμὰ τὸν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ στόματος καὶ ψυχρὰ μεθιέναι. ψύχεται γὰρ ἡ πνοὴ πιεσθεῖσα καὶ πυκνωθεῖσα τοῖς χείλεσιν, ἀνειμένου δὲ τοῦ στόματος ἐκπίπτουσα γίνεται θερμὸν ὑπὸ μανότητος. Τοῦτο μὲν οὖν ἀγνόημα ποιεῖται τοῦ ἀνδρὸς ὁ Ἀριστοτέλης· ἀνειμένου γὰρ τοῦ στόματος ἐκπνεῖσθαι τὸ θερμὸν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν· ὅταν δὲ συστρέψαντες τὰ χείλη φυσήσωμεν, οὐ τὸν ἐξ ἡμῶν, ἀλλὰ τὸν ἀέρα τὸν πρὸ τοῦ στόματος ὠθεῖσθαι ψυχρὸν ὄντα καὶ προσπίπτειν.

21. Φανερὸν] Tota haec sectio tam lacera et lacunosa est, ut ingenio sine meliorum codicum ope nihil tentare liceat: nec in Aristotelis loco antea laudato quicquam est auxilii, qui et ipse mire lacunosus est, ut deinceps demonstrabo. In Basil. est: διαφορὰ τοῦ ἀέρος ἂν ᾖ τοιοῦτος — καὶ δια-

κείμενον καὶ ὑπερβάλλον. Voss. liber similiter καὶ διακείμενον καὶ habet. Turnebus vertit: *idque vel ex eo liquet, quod quibusdam in locis propter vaporem velut ardet. Nam si uspiam flatus sit qualiscunque seu calidus seu frigidus, tamen aeris conditio, si talis sit aer, apparet, ac locis illis et propinquis fervidus redditur flatus.* Voluit igitur scribi: διὰ τὴν ἀναθυμίασιν οἷον ἐκπεπυρωμένος τ. ἐὰν γάρ που ᾖ τὸ πνεῦμα ὁποιονοῦν, εἴτε θερμὸν — ὅμως ἡ διαφορὰ — καὶ τοῖς συνεχέσι. Margo Vascos. διὰ τὴν θέρμην vel δι' αὐτὴν — πνεῦμα καὶ ὁπότε proponit: deinde καὶ τοῖς συνεχέσι: ubi copula vulgo deest. Postea vulgatum πνιγεροῖς τόποις τὸ μὲν — τὸ δὲ τοῦ cum marg. Vascos. correxi. Verba καὶ διακείμενον καὶ ὑπερβάλλον Turn. vertit: *adveniens aura sic imbuta affectaque ardore exuperat.* quae Furlanus correxit satis feliciter. Copulam καὶ post διακαῆ idem reliquerat, quam cum Heinsio omisi. Deinceps suspicor fuisse olim τὰ μὲν αὐτοῦ σ. τοῦ προϋπάρχοντος ἀέρος. Praeterea μὲν post ὁδοιπόροι abundat.

22. Ὅτι δὲ οὔτε αὐτὸς ὑπ' αὐτοῦ μόνος] Vulgatum ὅτι δὲ ὑπ' αὐτοῦ μόνος — ἀὴρ, ὁ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ κρατούμενος e loco Aristotelis 26. Probl. 51. praeeunte Turnebo correxit Furlanus, cuius emendationem contemsit Heinsius. In Basil. erat: Ὅπου δ' ὑπ' αὐτοῦ μόνος. Margo Vascos. dat δὲ οὐδ' ὑφ' αὐτοῦ μόνον. Idem etiam vidit, utrobique de origine τῆς λοξῆς τῶν ἀνέμων κινήσεως disputari: quae disputatio cum in neutro loco cum antecedente coniuncta sit, patet multa utrobique excidisse. Itaque lacunae signa apposui. In Aristotele interpolator aliquis videtur lacunae indicium voluisse oblitterare scribendo ἐπεὶ ὅτι γε οὔτε αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενος ὁ ἀὴρ et cetera.

κἀκεῖθεν δῆλον] Paulo aliter Aristoteles: δῆλον οὐ μόνον τούτῳ, ὅτι θερμαίνει τὰ πνεύματα πλείονος τοῦ θερμοῦ ἐνόντος, (ὅτι interpositum omittit Codex Paris.) ἄνω ἐφέρετο· τὸ γὰρ πῦρ τοιοῦτον· τὸ δὲ ψυχρὸν κάτω πέφυκε φέρεσθαι· τὰ δὲ πνεύματα πλάγια εἰκότως. Vitium editionum duarum ἀνεφέρετο, εἶθ' ὑπὸ correxi, praeeunte Turnebi versione. Verba ὑφ' αὐτοῦ post εἰ μὲν γὰρ addit etiam margo Vascos.

νῦν δ' ὥσπερ — κρατεῖν] Planius Aristoteles: ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω βιάζεται καὶ οὐδέτερον κρατεῖ, μένειν δὲ οὐχ οἷόν τε, λοξὴν τὴν φορὰν εἰκότως γίνεσθαι. In Basil. et Voss. est: τὸ γὰρ πῦρ, ὡς κατὰ φύσιν. unde Fur-

lanus effecerat τοῦ γὰρ πυρὸς ὡς κ. φ. Turnebus vertit: *cum illud insitum sit igni momentum.*

23. Τούτῳ — τῷ κοινῷ] Vulgatum Τοῦτο — τὸ κοινὸν correxi: refertur enim ad sequens καὶ τάδε συμμαρτυρεῖ: igitur interpunctio fuit etiam mutanda. Ceterum his locis videtur docere, obiter disputatum fuisse antea de obliquo ventorum motu. Ante ἀναθυμίασις exciderat articulus ἡ.

ἔτι δὲ ἡ σύνεγγυς] Furlani annotatio hoc exhibet: textus, ut Heinsianus, habet ἣ συνέγγυς. Idem sequens ῥῶσιν substituit vulgato ῥάσιν, *robur* vertens. Rectius Turnebus: *ad haec si in propinquo nascitur aura, adeo ut, si quando incurrat inferaturque, corpora trudat pellatque.* Hinc assumsi εἰ σύνεγγυς.

24. εὐσκεπεῖς] Propter sequens τῶν ἔξω πνευμάτων malim ἐπισκεπεῖς. Margo Vascos. πρὸς τὰ ἔξω πνεύματα dat. Deinceps ὅθεν scripsi praeeunte Turnebo, ubi vulgabatur ὅθ' αἵ τε. Furlanus sequitur Turnebum.

τὴν γὰρ φορὰν] Recte Turnebus: *Istam enim auram minutatim sensimque generari cum aliis de causis tum ob serenitatem consentaneum est.* Voluit igitur αὔραν κατ' ὀλίγον εὔλογόν ἐστι. quod recepi, cum vulgo εὔλογον deesset. Basileense et Voss. θύραν in φορὰν mutatum Furlanus *motum* vertit: margo Vascos. ὥραν proponit.

προσγίνεται γὰρ ὅλως] Turnebus: *illa passim accessione omnia augentur.* Distinctius Furlanus *materies* posuit: unde ὕλη assumsi et in locum vulgati ὅλως substitui.

25. Νείλου] Herodoti locum 2, 27. comparavit Furlanus: τῆς αὔρης δὲ πέρι, ὅτι οὐκ ἀποπνέει ἀπὸ τοῦ Νείλου, τήνδε ἔχω γνώμην, ὡς κάρτα ἀπὸ θερμῶν χωρέων οὐκ οἰκός ἐστι οὐδὲν ἀποπνέειν· αὔρη δ' ἀπὸ ψυχροῦ τινος φιλέει πνέειν. Quaestionem eamdem eodem modo solvit auctor scholii in codice Farnesiano Stobaei Eclogarum adscripti et ab Heerenio publicati Vol. II. p. 447. Ceterum Basil. αὔρας οὐδαμῶς habet. *auram videas tolli* Turnebus. Deinceps ἅπαντες καὶ γὰρ θερμοὶ male dedit Heinsius addita copula. Margo Vascos. dat διὸ καὶ τῶν — αὖραι οἴδαμεν. Si voluit οἴδαμεν, antea αὔρας scribendum erit.

εὐπύρων εὐθὺ τῶν] Scripsi ἐμπύρων ex more Theophrasteo.

26. παλιμπνόη] Vulgatum πάλιν πνοὴ correxi. Recte Turnebus *reciprocatio:* inepte Furlanus vertit *iterata spiratio.* Paulo antea ὑγροῦ ante ἀέρος tanquam inutile deletum voluit Furlanus, qui verba vulgo inter πάλιν et πνοὴ lecta,

περὶ τῶν τροπῶν καλουμένων, tanquam e marginali annotatione orta delevit. Idem comparavit Problema 4. et 5. libri 26. ubi est: *ὅτι ἐναντίον ἐστὶ τῇ ἀπογείᾳ ἡ τροπαία, καὶ ἔστιν η τροπαία οἷον ἀναστροφὴ ἀπογείας. — ἡ δὲ τροπαία ἡ τούτου παλίῤῥοια.* Postea *ὅπως πνέουσιν* habet Basil. *ὅπως — ἀπόγαιαι* Vossianus liber.

ἑκάτερον εὐλόγως] Aut *γίγνεται* addendum fuit, aut *εὔλογον* scribendum.

ὡς συναθροισθήσεται] Furlanus vertit: *statim atque colligitur spiritus, retro irruit; in apertis vero dispergitur.* Turnebus: *Nam in convexis quicquid coacervatur irruens, in apertis diffunditur et spargitur.* Unde apparet, eum scriptum voluisse: *ὅσον ἀθροίζεται προσπίπτον, ἐν τοῖς ἀναπεπταμένοις διαχεῖται.* Possis etiam coniicere: *κοίλοις ὁ ἀὴρ ἀθροισθήσεται προσπίπτων, ἐν δὲ τοῖς ἀναπεπτ. διαχ.* nec dubitavi *ὁ ἀὴρ ἀθρ.* cum margine Vascos. scribere. Vulgo est: *ἐν γὰρ τοῖς ἀναπεπταμένοις.*

πρωϊαίτερον ἐμβάλλειν] Vulgatum *προϊαίτερον ἐμβαλεῖν* correxi. *πρότερον* habet Voss. Turnebus vertit: *Itidem quoque tempus congruere solet, cum vel serius vel tempestivius incessunt.*

27. *περὶ Λιγειὰς*] Vulgatum *Λιγγιὰς* Furlanus *ἐν Λυγγίοις ἐν Μακεδονίᾳ* corrigi voluit vertens: *ut in Lingiis Macedoniae.* Comparavit e Stephano Byz. *Λίγγιον*, castellum Cassandreae Macedonicae. Nostra scriptura debetur Is. Vossio ad Melam p. 40. Margo Vascos. *Λυγκέας* habet. Sequentem articulum *τὸν* seclusi tanquam inutilem.

φέρουσιν ἐναντίως] Turnebus: *in contrarium raptent verrantque.* Furlanus: *contrario ferantur motu.* Igitur *φέρονται* maluit. Paulo antea *ὑπεραίροντα τοῦτον* vulgatum cum margine Vascos. correxi.

28. *ἀντιδρομεῖν*] Inepte Furlanus vertit: *ut retrocedere videantur.* Liber Vossianus verum *ἐναντιοδρομεῖν* dedit, *ut cursu contrario ferantur.* Margo Vascos. *αντιδραμεῖν* proponit.

λαμπρότατα] Intellige *τὰ πνεύματα:* sed malui *λαμπρότατοι* referens ad praecedens *βορέας*. Paulo antea vulgatum *πόρον* vel, ut est in Basil. et Vossiano, *πόῤῥον* Furlanus male in *πορθμὸν* mutavit. *πάλιν βορέας* Furlanus et Heinsius dederunt. *ἀντίκοπον* est in Basil. Turnebus vertit: *cum magna vis et copia flatus reciproci suppetit.*

σχίζειν συνέβαινε] *ut divelli videatur* Furlanus. *est eum — velut finditur* Turnebus vertit. Equidem dedi, quod

sententia postulabat. Cur enim imperfectum tempus positum dicas?

αὐτῆς ῥέον] Plenius et rectius Furlanus: *ex uno eodemque fonte in multos rivos dividitur.* Turnebus: *ut aqua, quae ex uno eodemque capite manat.*

29. *ἄλλα τε καὶ τὸ*] Vulgatum *ἄλλως τε* praeeunte versione Turnebi correxi. Verbum *ἕλκειν* de fenestris apertis iterum adhibetur infra sect. 33.

30. *περιέχεσθαι μείζοσιν ἐγγὺς ἢ ἐγγυτέρω ταῖς ἀρχαῖς*] Basil. et Voss. *ἐγγὺς ὄντος — ἐγγυτέρω ἕτερον ταῖς ἀρχαῖς.* unde *ἑτέρων* posui, omissum a Furlano et Heinsio: nisi fortasse *ἕτερον* in margine appositum significavit, libros alios *ἐγγυτέρω* scriptum habere pro *ἐγγύς*. Deinceps *ἀπόπνως* vulgabatur; sed Furlani Addenda *ἀπὸ πνεύματος* scribi iusserant. Credo voluisse *ἀποπνεύματοι*, quod dedi. Margo Vascos. *ἄπνοοι* habet.

*οὐδὲν ἐπίπροσθεν * ἡ φορά*] Vulgatum *οὐδ' ἐπ.* Furlanus mutavit, qui lacunam sequentem ita supplebat: *καὶ οὐ κωλύεται ἡ φορά.* Turnebus vertit: *nullo in insulis contra impetum obiectu.* unde *τῆς φορᾶς* scripsi. De insularum coelo cognatam observationem habet auctor libri inter Hippocraticos de sanorum victu 2. c. 1. *τῶν δὲ νήσων αἱ μὲν ἐγγὺς τῶν ἠπείρων δυσχειμερώτεραί εἰσιν, αἱ δὲ πόντιαι ἀλεεινότεραι τὸν χειμῶνα. διότι αἱ χιόνες καὶ πάγοι ἐν μὲν τῇσιν ἠπείροισιν ἔχουσι στάσιν, καὶ τὰ πνεύματα ψυχρὰ πέμπουσιν εἰς τὰς ἐγγὺς νήσους· τὰ δὲ πελάγια οὐκ ἔχει στάσιν ἐν χειμῶνι.* Deinceps *ἐπιπρόσθεσιν* vulgatum correxi cum margine Vascos.

τρίτον εἴ τι πνεῦμα] Vulgatum *εἶτο* correxi cum margine Vascos. Furlanus: *aut etiam quod peculiaris regionis flatus oppositus spirat.*

31. *καὶ τὴν τροπαίαν*] Vitium Basil. et Furlanianae *τὸν τρ.* repetiit Heinsius, quanquam in Addendis monuerat Furlanus. Rectum est in Vossiano libro. Idem deinceps novo vitio *τόν τε τροπαῖον* dedit, cum recte Furlanus *τήν τε* posuisset. Furlanus vertit: *Verum si quando accidit etesias in Macedonia excitari et flare versorios, eventus loco habendum est.* Omisit igitur verba *κατὰ τὴν ὥραν*, quae significant: *quo tempore solent flare etesiae.* Initio sectionis vulgatum *Ὅτε* correxi.

πρὸς ταῖς ἀπογείαις — Οὐδὲ γὰρ τὴν] Vossianus *πρὶν ταῖς ἀπ. Οὐ γάρ.* unde *οὐ* pro *οὐδὲ* accepi.

ἢν μὴ ἐρίνεμοί εἰσιν οἱ μέτριοι παντελῶς] Hanc suam

emendationem Furlanus vertit: *cum ea non nisi validis ventis fiat.* Antiqua scriptura erat: ἣν μὴ ἑρμηνεύουσιν οἱ μέτριοι. In annotatione pressius interpretatur: *si mediocres infirmique venti alioquin impetu non ferantur:* a quo impetu refractionem sequi, ut in παλιμβορέαις Thessaliae supra fuit annotatum. Hesychius ἑρίνεμος, ἄνεμος μετὰ συστροφῆς habet; sed alibi vocabulum, quod poeticum videtur, non legitur. Furlanus id arripuit, et soloccam lectionem inde finxit, qua reiecta antiquam scripturam restitui, in qua feliciora ingenia verum facilius indagabunt. Turnebus vertit: *quam* (causam) *quidem ita interpretari non solent, duntaxat qui mediocriter sapiunt.* Equidem putabam, sententiam flagitare οἳ ἐκεῖ οὐ πνέουσιν ἢ μέτριοι. Nam in Thessalia et Macedonia etesias non flare supra annotavit Theophrastus.

ἅπασι διαιρεῖν] Furlanus vertit: *distinguere omnibus.* Intelligi videtur τόποις: regionibus omnibus peculiaria συμπτώματα ex locorum proprietatibus explicare. Turnebus: *omnes elaborare debent.*

32. τροπαῖαι παραθέουσι] Basil. Voss. τρόπαια habent. Turnebus: *reversiones non praetereunt.* Negationem igitur insertam voluit, quam sensus flagitare videtur, et habet margo Vascos. Furlanus: *conversiones ab Etesiis recurrunt.* Male; cum vim minorem in cavis Euboeae τῶν τροπαιῶν Theophrastus exemplo contrario (καὶ πάλιν) annotare voluerit. Deinceps vitium Basil. et Furlanianae Καρίστῳ, a Furlano in Indice correctum, tamen repetiit Heinsius.

33. Κουριάδος] Lacunam sequentem Furlanus interpolavit inserto nomine Φελλῷ, quod, mihi quidem in hac insula et regione ignotum, (Phellus enim et Antiphellus in Lycia sunt noti,) unde duxerit, ignoro: neque enim annotatio eius nominis rationem edidit. Κουριάδα Strabo 14. p. 743. promontorium lateris meridionalis Cypri posuit χερσονησοειδῆ, peninsulae speciem gerentem, et iuxta oppidum Curium cum statione navium (ὅρμον). Ante Curiadem situm oppidum Amathus, deinde Palaea, postea mons Olympus mamillae similis, cuius obiectu a latere orientali, quemadmodum partis alicuius Curiadis a latere occidentali, statio navium tuta a ventorum impetu facta fuisse videtur. Hodie locus antiqui Curii audit *Curi*, promontorium Curias *delle Gatte*, in cuius vicinia ad novam Amathuntem (*Limassol*) stationem navium a ventorum incursu defensam memorat *Mariti* in Itinerario p. 101. vers. germanicae seu cap. 16. Curiados partem saxosam et altam aliquam nominatam fuisse puto a Theophrasto,

ubi in lacuna litterae *φαι* supersunt. Haec stationem ex parte conclusisse et a ventis defendisse videtur. Deinceps Basil. Voss. ὑψηλὸν habent.

τοῖς λειωτοῖς ἀλιμένων πλήσια] Furlanus coniecturam suam, τοῖς λιμέσιν ἀλιμένοις * πλήσια, vertit: *quin et naves, ut ad portum appellunt, quasi in portu non sint, agitari videas; atque alia huius generis eventa.* Scilicet deinceps καὶ ἄλλα τὰ συμβαίνοντα scribi voluit. Turnebus: *sed et navigia bona lenique tempestate ad loca prope importuosa appelluntur: idque videre licet.* Interim προσορμίζοντα mutavi in προσορμίζονται. Voss. ἀλειμένων habet. Ceterum fuisse suspicor καὶ τοῖς κλειστοῖς τῶν λιμένων παραπλήσια τὰ συμβαίνοντα θεωρεῖν ἐστι. Margo Vascos. dat: λειωτάτοις — πλησίων — ὕψος πρόσω οὐχ ὑπεραίρων.

τῷ μὴ ὑπάγειν — αἴρειν] Basil. τῷ μὴ ὑπάγειν τὸν ἀέρα μὴ δέρειν. Unde Turnebus vertendo *quod neque decedat aer neque fluat* effici voluit τὸ μὴ ὑπάγειν μηδὲ ῥεῖν. quod habet margo Vascos. Contra Furlanus, relicto τῷ μὴ, scripsit μηδ' αἴρειν, vertens: *quod non transmittatur aer neque sursum tollatur.* At ita αἴρεσθαι scriptum oportuit. Deinceps ὑπεξάγειν usurpat Theophrastus. Sequentia breviter Turnebus post superiora absolvit his verbis: *obstantem altitudinem non superans.* Voluit igitur scribi: προσκόπτων γὰρ οὐχ ὑπεραίρει. Contra Furlani annotatio, omisso lacunae signo, πρὸς κάτω οὐχ ὑπεραίρων posuit, et vertit: *fit enim propter altitudinem, ut ne tollatur.* Equidem Turnebo assentior; qui tamen sequens ὑπεξάγειν male *cadere* interpretatur, nisi operarum vitium inest verbo, et *cedere* posuit vir doctus. Paulo melius Furlanus *transigi aera* vertit. Vossianus liber οὐχὶ περαίρω. Ἔτι habet: ubi fortasse οὐχὶ περαιτέρω latet.

πλῆρες γὰρ ὂν] Furlanus: *locus enim plenus non transmittit aera.* Intelligitur οἴκημα, et deinceps ὑπεξάγοντος scribendum videtur, nempe τοῦ ἀέρος. Turnebus: *quo non emisso externus non admittitur.* ὑπεξάγειν, ut supra ὑπάγειν, significationem passivi habet verbi.

34. κατήνεμα] Vitium Furlanianae κατήνημα quanquam admonitus Heinsius non sustulit. κατήνυμα Vossianus habet cum Basil. et deinceps βορίαν uterque liber. Furlanus vertit: *quae vero loca aquilonem spectant, sed ab eo contecta sunt, ventis ideo solent infestari, quod congestus flatus — et velut effunditur.* Omisit igitur verba καὶ ὅλως τὰ κατήνεμα. Equidem non solum articulum τὰ et copulam καὶ inserui, sed vulgatum etiam διὸ secrevi in δι' ὅ. Turnebus vertit: *Quae autem adversus boream atque adeo ventos alios tecta*

sunt — quod interdum flatus in sublime collectus superfundatur. Voluit igitur scribi καὶ ὅλως πρὸς τοὺς ἀνέμους vel πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνέμους ἐπισκεπῇ. Margo Vascos. βορέαν (vulgo est βοῤῥᾶν) — κατ' ἄνεμον — διότι συμβαίνει habet.

ἀθρόον· ᾗ γὰρ ἂν ἐπικυρίσῃ] Ita Heinsiana et Furlaniana cum Basil. et Voss. Annotatio Furlani ἐπικύψῃ habet, quod is vertit: *qua enim procumbit.* In antiqua scriptura latet verbum ἐπιβρίσῃ, quod ipsum habet margo Vascos. Turnebus vertit: *Nam qua infestus incumbit, praeceps abrupto pondere infligitur.* Deinceps vulgatum κατέραξεν correxi. In vocabulo ἀληθῶς vitium inesse suspicor. Postea ἐν ῥαγῇ habet Basil. Turnebus: *qui irrumpens veluti plagam infert.*

τῆς ἱστορίας λέγειν] Turnebus: *quae quidem multa praesertim et ubique gentium, persequi singula historiae fuerit.* Furlanus verba πολλὰ δ' ἐστὶ καὶ πολλαχοῦ imperfectum sensum habere recte vidit et admonuit; deest enim vocabulum τοιαῦτα vel simile aliquod. Heinsiana post λέγειν lacunae signum male apposuit. Postrema Furlanus pessime vertit: *quorum historiam non opus est:* cum deberet: *quorum commemoratio ad historici partes pertinet.*

35. καθ' ἕκαστον ἐν τῷ μέλλειν] Turnebus: *ut quae venti futuri significationem praesagiumque in unoquoque habent.* Furlanus: *ut signa, quae futuros flatus praenunciant.* Verba καθ' ἕκαστον non reddidit, quae videntur ad omissum τόπον potius quam ad ἄνεμον referri. Ad verbum μέλλειν intelligitur πνεῖν.

καὶ προτερεῖ τῶν ἀνέμων] Vulgatum antea προτηρεῖ correxit Furlanus, sed male τὸν ἄνεμον dedit, repetitum ab Heinsio: recte tamen vertit *ventos praevenit.* Turnebus: *contagionem enim aer sentit et ad nostrum sensum ventum praecipit.* Sed idêm in vitiosa scriptura Basileensi et Voss. μὴ κατ' ἄλλην τινὰ lapsus est.

προωθεῖται] Basil. habet: προωθεῖται δὲ συνεχῶς ἀλλὰ κατὰ μικρόν. τοῦτο δὲ προωθεῖ ἀλλ' ὃ προῶσε καὶ πάλιν κἄλλως πνοῆς — προωθουμένης προσέρχεται. Sic et liber Vossianus, nisi quod post πάλιν lacunam habet: deinde sequitur ἄλλης. Turnebus vertit: *Sensim enim, non continenter propellitur, et subinde alius quisque alium, a quo ante provolutus et fluctuatus, propellit et inclinat: mox alio flatu priore que elanguescente, demum sic usque propellendo advenit.* Unde Furlanus scripsit οὐ συνεχῶς, inserta nega-

tione. Miror, eum non comparasse Aristotelicum problema 11. libri 23. unde locus hic poterat restitui: *Διὰ τί τὰ κύματα ἀνεμώδη; ἢ ὅτι σημεῖά ἐστι πνεύματος ἐσομένου; ἔστι γὰρ τὸ πνεῦμα σύνωσις ἀέρος. Ἢ διὰ τὸ ἀεὶ προωθεῖσθαι γίνεται; Προωθεῖ δὲ οὐ συνεχές που ὂν τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ ἀρχόμενον. Τὸ μὲν δὴ πρῶτον ὥσπερ προεμαράνθη, ἄλλο δὲ τοῦτο προέωσε, καὶ ἄλλην πυκνότητα ἤγαγεν καὶ ἀπεμαράνθη. Ὥστε δῆλον, ὅταν ἤδη τὸ προωθούμενον παρῇ, ὅτι ἥξει καὶ τὸ κινοῦν· ἀρχόμενον γὰρ τοῦτο ποιεῖ.* Eadem est sententia problematis 2. eiusdem libri. Apparet igitur, recte Turnebum negationem addidisse; sed verba reliqua Furlanus non attigit, versione tamen, ut potuit, sensum assequi conatus. Equidem primum vulgatum προῶσε bis correxi: totum vero locum ita fere scribendum censeo: *Τὸ μὲν οὖν πρῶτον προωθεῖ, καὶ πάλιν τοῦτο, ὃ προέωσε, δι' ἄλλης πνοῆς ἐκινήθη* et cetera. In Voss. pro *κινουμένου* est *κειμένου*. Margo Vascos. proponit: *πάλιν ὑπ' ἄλλης πνοῆς ἐκινήθη*.

Συμβαίνει δὴ] Vulgatum *δὴ* servavi, quanquam *δὲ* sit in annotatione Furlani, qui *tamen* vertit, totum vero locum ita: *nonnunquam tamen accidit contrarium, ut ventos subsequantur fluctus; verum posterius dissolvuntur et desinunt, quod, ut difficile agitantur, ita etiam sedantur aegrius.* Is a sententia plane aberravit, uti docet comparatio Problematis Aristotelici 28. libri 23. *Διὰ τί τὰ κύματα πρότερον φοιτᾷ ἐνίοτε τῶν ἀνέμων; ἢ διότι καὶ τελευτᾷ ὕστερον; τὸ γὰρ πρῶτον πνεῦμα ὡσανεὶ προδιαλύεται τοῦ ὠσθέντος κύματος· ἀφικνεῖται δ' οὐκ αὐτὸ τὸ πρῶτον ὠσθὲν, ἀλλ' ἀεὶ ἡ ὦσις γίνεται τοῦ ἐχομένου.* Ceterum liber integer Theophrasti haec videtur omnia multo accuratius tractasse, ut coniicere licet e loco Gellii, qui Problemata Aristotelis excerpsit 2, 33. eaque inde transtulit, quae hodie in utroque scriptore desiderantur. Verba Gellii sunt: *Nam fluctus, qui flante Aquilone maximi et creberrimi excitantur, simul ac ventus posuit, sternuntur et conflaccescunt, et mox fluctus esse desinunt. At non idem fit. flante austro vel Africo, quibus iam nihil spirantibus, undae tamen factae diutius tument, et a vento quidem iam dudum tranquilla sunt, sed mare est etiam atque etiam undabundum. Eius rei causa esse coniectatur, quod venti a septentrionibus ex altiore coeli parte in mare incidentes deorsum in aquarum profunda quasi praecipites deferuntur, undasque faciunt non prorsus impulsas, sed imitus commotas: quae tantisper erutae volvuntur, dum illius desuper spiritus vis manet. Austri*

vero et Africi ad meridianum orbis circulum atque partem axis infimam depressi inferiores et humiles per suprema aequoris euntes protrudunt magis fluctus quam eruunt: et idcirco non desuper laesae sed propulsae in adversum aquae etiam desistente flatu retinent aliquantisper de pristino pulsu impetum. Affert in testimonio locum Odysseae 3. versu 295. ἔνθα νότος πόντοιο κλύδωνα εἰς λάαν ὠθεῖ, qui hodie diversus legitur. Varietas scripturae a Gellio posita videtur esse e libris antiquissimis excerpta non a Gellio ipso, sed ab Aristotele, cuius locum quanquam non nominati Gellius excerpsit. Addit locum alium e Problematibus 26. c. 8. excerptum: *austris spirantibus mare fieri glaucum et caeruleum: aquilonibus obscurius atriusque:* quam observationem non dubito a Theophrasto etiam in libro integro fuisse repetitam.

36. καὶ παρηλίων] Vulgatum παρ᾿ ἡλίῳ correxi. Basil. ἀστέρων. τελισ * σκε ἄλλον καὶ παρ᾿ ἡλίῳ φάσις — καὶ ἐπὶ τοιοῦθ᾿ ἕτερον. Ita etiam Voss. nisi quod ἄλλων — τοιουθέστερον habet. Turnebus vertit: *emicantes stellarum traiectiones et arearum circa solem species — et si quid aliud tale.* Cogitavit igitur vir egregius ἀστέρας διάττοντας et ἅλωνας παρ᾿ ἡλίῳ. Margo Vascos. ἀστέρων τε ὁλκοὶ ἄλλων καὶ προξηλίων dat: ubi tamen vitium scripturae esse videtur. Furlanus: *ut etiam quae sumuntur a stellis, luna et aliis: nam et a sole sumuntur, ut radiorum expansio, dissipatio, fractio et aliud quid simile:* longe ineptissime.

ὁ ἀὴρ ὁ ἄνω τῷ πάσχειν] Vulgatum ἀὴρ ἄνω τὸ πάσχειν praeeunte versione Turnebi correxi.

Ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τέλει μέγιστός ἐστι] Hanc Furlani scripturam secutus repetiit Heinsius, quamvis alteram positam in annotatione, ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τέλει μεγίστους εἶναι, reddat versio: *est autem ut et maximi in fine sint.* In Basil. et Voss. est: ἔστι δὲ τὸ ἐπὶ τέλει μεγίστους εἶναι· καὶ γὰρ τούτοις κενόν. Voss. tamen μεγίστους ἐστι habet. Turnebus vertit: *Sed et maior in fine violentia: id enim permultis commune.* Rem breviter absolvet comparatus locus Aristotelis Probl. 26, 26. Διὰ τί οἱ ἐπὶ τέλει ἄνεμοι μέγιστοι; ἢ ὅτι, ὅταν ἀθρόοι ἐκπνεύσωσιν, ὀλίγον τὸ θερμόν. Unde vitium vulgatae facile agnoscitur: medela tamen non statim apparet. Furlanus vertit: *quod ex iis reliquum est, minus desinit.* Turnebus: *Nam ubi vasto agmine perflarunt, reliquum perexiguum est.*

37. αἱ πνοαὶ] Basil. ἂν πνοαί. unde suspicor fuisse ἂν. αἱ πνοαί. Sequens μερίζεται Turnebus vertit: *partim*

locis attributa, qua et quo spirant. Furlanus: *quorum alia tribuuntur locis.* Deinceps vulgatum ὑφ᾽. ὧν correxi cum margine Vascos.

παροιμία]· Aristoteles Meteorol. 2, 6. περὶ ἰσημερίαν τὴν μὲν ἐαρινὴν καικίας καὶ ὅλως τὰ ἐπέκεινα τροπῆς θερινῆς· περὶ δὲ τὴν μετοπωρινὴν οἱ λίβες· περὶ δὲ τροπὰς θερινὰς μὲν ζέφυρος, χειμερινὰς δ᾽ εὖρος. — Ὁ δὲ καικίας οὐκ αἴθριος, ὅτι ἀνακάμπτει εἰς ἑαυτόν· ὅθεν καὶ λέγεται ἡ παροιμία, ἕλκων ἐφ᾽ αὑτὸν ὥσπερ καικίας νέφος. — οἷον ὑγροὶ λὶψ καὶ καικίας, ὃν ἑλλησποντίαν ἔνιοι καλοῦσιν — καυματώδης δὲ νότος καὶ ζέφυρος καὶ εὖρος. Idem Problem. 26, 32. Διὰ τί ὁ καικίας μόνος τῶν ἀνέμων ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἄγει τὰ νέφη; ὥσπερ καὶ ἡ παροιμία λέγει, ἕλκων ἐφ᾽ αὑτὸν ὥσπερ καικίας νέφος· οἱ γὰρ ἄλλοι, ὅθεν ἂν πνέωσιν, ἐνταῦθα ἀναστέλλουσι. Unde et in nostro loco, consentiente libro Vossiano, καικίας νέφος dedi pro vulgato νέφη. Auctor libri de mundo 4. s. 14. τῶν ἀνέμων οἱ μέν εἰσιν εὐθύπνοοι, ὁπόσοι διεκπνέουσι πρόσω κατ᾽ εὐθεῖαν· οἱ δὲ ἀνακαμψίπνοοι, καθάπερ ὁ καικίας λεγόμενος. quae vertit Apuleius: *Excursores venti habentur, qui directo spirant, reflabri reciproci, ut Caecias putatur esse.* Hesychius: ἀνακαμψίπνοος, ὁ καικίας καλούμενος. Idem: Καϊκίνης, ὁ καικίας ἄνεμος ἀπὸ τοῦ Καΐκου ποταμοῦ. Photius: Καικίας, ὁ ἄνεμος ἀπὸ Καΐκου τοῦ ἐν Μυσίᾳ ποταμοῦ. Ita vero Καϊκίας scriptum oportuerat. Paroemiam Gellius 2, 22. ita laudavit: κακὰ ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ καικίας νέφος. ubi libri optimi ἕλκων ἐφ᾽ ἑαυτὸν ὡς καικίας, vel ὡς ὁ κ. dant. Plutarchus in Praeceptis politicis c. 31. p. 196. Hutten. habet: ἕλκων ἐφ᾽ ἑαυτὸν ὥσπερ καικίας νέφη. Ceterum Basil. editio, ut Voss. liber, pro caecia bis ἀπαρκτίαν habet et ἀπαρκτίας. Turnebus *septentrionem* vertit.

ζέφυρος λειότατος] Problema Aristot. 26, 33. Διὰ τί ὁ ζ. εὐδιεινὸς καὶ ἥδιστος δοκεῖ εἶναι τῶν ἀνέμων; Probl. 35. Διὰ τί ὁ ζ. πρὸς τὴν δείλην πνεῖ, πρωῒ δ᾽ οὔ; Probl. 37. Διὰ τί ὁ ζ. τῆς δείλης πνεῖ; — ὁ δὲ ζ. ἀφ᾽ ἑσπέρας πνεῖ. εἰκότως οὖν τῆς δείλης γίνεται. Probl. 55. Διὰ τί ὁ ζ. λειότατός τε τῶν ἀνέμων καὶ ψυχρὸς (ita Codex Paris. vulgo ψυχρότατος) καὶ δύο ὥρας πνεῖ μάλιστα, ἔαρ τε καὶ μετόπωρον, καὶ πρὸς ἑσπέραν τῆς ἡμέρας καὶ ἐπὶ τὴν γῆν μάλιστα; unde facile erat vulgatum ante Furlanum δειλῶς corrigere; quod tamen is in δεινῶς inepte convertit, repetitum ab Heinsio.

δυσαῇ] Iliadis 23, 200. Odysseae 5, 295. 12, 289.

Ad primum locum non meminerat Heynius observationis Theophrasteae. Deinceps vulgatum μετρίως καὶ μαλακῶς correxi. Philoxeni locum ignoro. Turnebus vertit: *Philoxenus proprium illi flatum attribuit: alios, inquit, educat, alios includit penitusque enecat.* Furlanus contra verba καὶ τῶν καρπῶν inseruit, et vulgatum antea τοῖς μὲν — ἀποκλείει καὶ διαφέρει correxit, partim praeeunte Turnebo. De Zephyro Odyssea in hortis Alcinoi ait 7, 118. αὔρη ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει. quem locum si vel Philoxenus vel Theophrastus respexit, corruptela huius loci maior fuerit, quam putabam.

39. ἧς τὸ κοῖλον] Aristoteles 26, 32. πότερον αἴτιον, ὅτι ἅμα ὁ ἐναντίος πνεῖ, ἢ οὐκ ἂν ἐλάνθανεν, ἀλλὰ πέφυκε τὸ πνεῦμα κύκλου γραμμὴν φέρεσθαι; οἱ μὲν οὖν ἄλλοι περὶ τὴν γῆν πνέουσι, τούτου δὲ τὸ κοῖλον τῆς γραμμῆς πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ οὐκ ἐπὶ τὴν γῆν ἐστιν, ὥστε ἐπὶ τὴν ἀρχὴν πνέων ἐφ' ἑαυτὸν τὰ νέφη ἄγει. Similiter fere idem in loco Meteorol. supra posito. At Problem. 26, 1. aliam causam affert, et contra ponit: γραμμὴν ποιεῖ τῇ φορᾷ τὰ κοῖλα πρὸς τὴν γῆν ἔχουσαν. Merito igitur de causa utraque dubitavit Furlanus. E priore loco apparet, male in Theophrasto scriptum legi καὶ οὐ περὶ τὴν γῆν, cum deberet οὐκ ἐπὶ τὴν γῆν. Deinde inter ἀρχὴν et οὗτος (ita enim vulgabatur, ubi οὕτως scripsi,) signum lacunae apposuerat Furlanus, quod sustuli, postquam οὕτως scripseram, et particulam δὲ secluseram. Denique articulum ἡ ante φορὰ addidi. Turnebus vertit: *cumque principium versus se retorqueat, nubes utique ad se rapit.* Etiam margo Vascos. οὕτως ἐφ' ἑαυτὸν dat.

40. ἀφ' ἑσπέρας, ἀπὸ θαλάττης] Aristoteles Probl. 26, 55. ἢ ψυχρὸς μὲν διὰ τὸ πνεῖν ἀπὸ τῆς θαλάττης καὶ διὰ πεδίων ἀναπεπταμένων — ψυχρὸς δὲ διὰ τὸ μετὰ χειμῶνα, ἄρτι τοῦ ἡλίου κρατοῦντος πνεῖν καὶ μετοπώρου, ὅτε οὐκ ἔτι κρατεῖ ὁ ἥλιος. unde loca Theophrasti quaedam redintegravit Furlanus. Verba ab eo inserta signavi appositis uncis.

ἧττον ψυχρὸς] Aristoteles ante superiora ita: ἧττον μὲν οὖν ψυχρὸς τοῦ βορέου διὰ τὸ ἀφ' ὕδατος πνευματουμένου καὶ μὴ χιόνος πνεῖν. Vulgatum τοῦ βορέου δ' ἧττον cum margine Vascos. correxi.

οὐ συνεχὴς — γινόμενον πνεῦμα] Haec omnia in Aristotele exciderunt, quorum rationem continent sequentia: igitur omitti non debebant, uti censuit Furlanus. Deinceps in

Aristotele legitur: ἐν τῇ γῇ — ὁμαλὸς διὰ τοῦτο· οὐ γὰρ ἀπ᾽ ὀρέων πνεῖ et cet. unde articulum τῇ ante γῇ inserui. In Basil. Voss. verba ὑπομένει τὴν ὕλην desunt, quae ex Aristotele inseruit Furlanus. Postea ibi est καὶ ἐφ᾽ ὁμαλῆς. Turnebus vertit: *Continens autem non est, quod generatus spiritus minime cohibeatur, qui non ut in terra materiam expectat, sed per humorem vagatur, quae in eo aequabilitatis causa est.* Gaza verba ὑπομένει τὴν ὕλην aliter vertit: *haud enim per terram materia obsistente arcetur, sed liber quoquoversus vagatur, quoniam humorem perreptat.* Furlanus: *non enim, quemadmodum in terra fit, materiam tenet et cohibet; vagus est, quod in aquis exspatiatur: quocirca et aequabilis.*

οὐ γὰρ δι᾽ ὀρέων] In Basil. est: ἔστι * περ δι᾽ αὐρέων. δι᾽ αὐτὴν μὲν γὰρ πρὸς βορέαν καὶ νότον, πρὸς ἑσπέραν δ᾽ οὐχ ἕτερος οὐδέ τίς ἐστι, ἀλλὰ τὸ ἀτλαντικὸν πέλαγος ὡς ἐπί. In Vossiano est: ἐστὶν οὐ γὰρ ** περ δι᾽ αὐλοῦ ῥέων· τὴν μὲν γὰρ πρὸς — νότον — ἐστί. unde vulgatum αὐλῶνος correxi. Turnebus vertit: *Nam austrum versus et aquilonem venti per terram feruntur, non mons quisquam nec terra ulla est, sed Atlanticum pelagus: itaque in terram grassatur.* ubi quaedam vitio operarum exciderunt. Furlanus multa ex Aristotele inseruit, quae tamen hinc illinc vitiosa esse videntur; velut illud οὐδὲ βίᾳ τηκομένου, quod Gaza vertit: *neque nive per vim tabescente, sed tanquam per fauces expedite profunditur.* Furlanus autem: *aut a nivibus tum liquescentibus, sed facile ac leviter per canalem effluit.* Verum τηκομένου vitiosum videtur, ut appositum βίᾳ docere videtur, oppositum sequenti ῥᾳδίως. Igitur ἐκρηγνύμενος vel simile verbum scriptum hic fuisse suspicor. Margo Vascos. dat: διὰ τοῦτο — ὥσπερ δι᾽ αὐλῶνος δι᾽ ὀρεινὰ μὲν γὰρ πρὸς βορέαν καὶ νότον.

ὥστε ἐπὶ τῆς γῆς φέρεται] *ut ab eo hac ratione in terram ferantur aequabiles* Furlanus vertit. Gaza vero: *itaque efficitur, ut terrae proximus atque sibi aequalis permaneat.* Neuter sensum assecutus est.

Τῆς δείλης [δὲ] ἡ πνοή] Aristoteles l. c. καὶ πρὸς ἑσπέραν δὲ τῆς ἡμέρας πνεῖ διὰ τὸν τόπον. τότε γὰρ ὁ ἥλιος πλησιάζει τῷ τόπῳ· καὶ τῆς νυκτὸς παύεται διὰ τὸ ἐκλείπειν τὴν τοῦ ἡλίου κίνησιν. In nostro pro ἡ συνεργοῦντος malim καὶ συνεργ. et deinde ἐκλείπειν. In Basil. deest ἄρχεται. *sese flatus tollit* versio Turnebi habet.

42. ὅτι ἐκ πελάγους] Vulgatum ὅτ᾽ ἐκ correxi prae-

eunte versione Turnebi ex Aristotelico Problem. 25. *Διὰ τί μεγίστας νεφέλας τῶν ἀνέμων ὁ ζέφυρος ἄγει; ἢ διότι ἐκ πελάγους πνεῖ καὶ κατὰ τὴν θάλατταν; ἐκ πολλοῦ οὖν καὶ συνάγει.* Vulgatum *κατ' ἔλαττον* tanquam sensu cassum correxi: et verum in annotatione viderat Furlanus. Ita etiam margo Vascos. *πέλαγος* mare Atlanticum, *θάλατταν* mare mediterraneum dicere videtur Theophrastus. Turnebus vertit: *easque sensim paulatimque prae se pellit: itaque multo ante colligit.* Basil. et Voss. habent *ἐκ προπολλοῦ*.

πρότερα εἰρημένα] Malui *πρότερον*. Etiam margo Vascos. *διότι κατὰ τὰ πρότερον*. Deinceps vero corrigo: *καὶ τὸ μετὰ τὸν χειμῶνα πνεῖν — ἔτι τοῦ ἀέρος ὄντος*. Nam *ῥέοντος* vulgatum plane non potest ferri. Mecum facit margo Vasc. In Basil. est, ut in Voss., *διόπερ τὰ πρότερα εἰρημένα· μετὰ δὲ τὸν*. Turnebus vertit: *cum ob ea, quae iam ante diximus, tum quod secundum hiemem spirare solent, coelo etiamnum rigidiore.*

ἐπεὶ ὁ μετοπωρινὸς — λαμβάνομεν] Vulgatum *ἔπειθ' ὁ* cum Turnebo et margine Vascos. correxi: deinde ex eiusdem versione pravum *λαμβάνοντες* (*λαμβάνοι τις* margo Vascos. dat) correxi: *nisi quis forte ex magnitudine saevitiam interpretatur.* Furlanus Turnebum secutus minus haec eleganter vertit.

ἐν γὰρ τοῖς συνεχέσι] Vulgatum *καὶ γὰρ* Furlanus dedit: antea *εἰ γὰρ* legebatur. Verum vertit Turnebus.

καὶ ληπτέον ἴσως, ὅτι ὡς] Turnebus: *eiusque sic saevitia fortassis accipienda est, non quia apud omnes. Sed eius profecto aequabilitas et laevitas* et cet. Voluit igitur scriptum *ληπτέον ἴσως οὕτω τὸ χειμέριον, οὐχ ὡς πᾶσιν:* quam rationem probavi cum margine Vascos. Basil. habet cum Voss. *ὃ ὡς τὸ χειμέριον, ὡς οὐ πᾶσι· ἡ δ' ὁμαλότης*.

εἰ μὴ ἄρα — ἐπισκεπτέον] Vulgo haec post illa *ἐνταῦθα καὶ ἡδὺς* transposita legebantur, quae suum in locum reducta vertit Turnebus: *nisi forte evariat alienumque vocabulum Favonii sibi Caecias vendicat. Hic enim turbulentus est* et cetera. Furlanus: *nisi forte nomen etiam variantes aliqui appellationem indant, Thrasciamque vocent Favonium.* Is vulgatam *καὶ* [*ἢ*] *παραλλάττων ἐστὶν, ἐμποιοῦνται* ita corrigendam esse monuit, prout edidi. *Θρασκίαν* idem in loco vulgati antea *τὸν κίον* reposuit, quem secutus est Heinsius. Manet lectio loci totius dubia: praeterea enim dictio *ἐμποιοῦνται τὴν προσηγορίαν* sana mihi non videtur. *καὶ ποιοῦνται* dat margo Vascos. Basil. habet *καὶ παραλλάτων ἐστὶν,*

ἐμποιοῦται. Voss. εἰ μὴ ἄρα καὶ παραλάττον ἐστὶν ἐκποιοῦνται — τὸν κίον.

43. τοὺς μὲν — τοὺς δὲ] Basil. Voss. οὓς μὲν — οὓς δὲ. deinceps Basil. ἐναντίων — πνοὴν ἔχειν. Turnebus vertit: *contra quam pro temporum conditione spirans.*

ὅταν ἐκ θαλάττης ᾖ] Furlanus vertit: *quando a mari ortum habet.* Suspicor fuisse πνέῃ.

ἐν Ἄργει] Comparavit Furlanus Problema 18. διὰ τί οἱ ἐκ τῆς θαλάττης νότοι ἀγαθοὶ φυτοῖς· ἐκ θαλάττης γὰρ αὐτοῖς προσπίπτει καὶ τῆς Ἀττικῆς τῷ Θριασίῳ πεδίῳ. Αἴτιον, διότι ἀπεψυγμένος ἀφικνεῖται.

44. καθ' ἑκάστους τόπους — ἀνασκοπεῖν] Vocabulum τόπους omisit Heinsiana, quae vitiosum etiam ἀνακόπτειν repetiit, cui coniectura Furlani substituit ἀνασκέπτειν, quod ille vertit *inspicere.* Equidem usitatius ἀνασκοπεῖν dedi.

ἡ μὲν Κρότων] Vulgato antea Κρὶς substituit Furlanus hoc nomen: idem vitiosum εὐθύνει correxit. Sed Basil. habet: Κρὶς, καὶ ἡ ταῦτα συνεχὴς ἐνθεῖνει — βλάπτοντες — γορτῦνα. Vossianus liber: Κρὶς — ταῦτα — εὐθένει — ἐν θαλάττης — βλάπτοντες — κρίους Κορτῦνα. Turnebus vertit: *velut Italiae regio Locris — Favonio gliscit et exuberat.* Reliquiae veteris scripturae favent Turnebo et nomen Locrorum Epizephyriorum, quod habuerunt a prima sede ad promontorium Zephyrium cum portu ventis ab occasu flantibus, i. e. zephyris, exposito, auctore Strabone 6. p. 232. ed. Sieb. Igitur non dubitavi Λοκρὶς scribere. Sed ita deinceps ἡ δ' ἄλλη οὐχ ὁμοίως scribendum fuerit.

καὶ προσβάλλει πρὸς αὐτὴν] Basil. et Voss. ἑτέρα δέ τις πόλλυτα. Turnebus vertit: *in Creta ad Gortynam omnia eius fotu pubent vigentque. Sita enim est in plano et a mari occurrenti aperta est.* Furlanus: *et ad illam a mari flat: alteri vero urbi noxius.* Igitur vulgatum προσβάλλει τὴν ἐκ τοῦ πελάγους correxi. Gortynae vestigia in planitie, quae Μεσαρέα dicatur hodie, superesse annotavit Furlanus Cretensis. Margo Vascos. dat: ἡ μὲν περὶ Γορτύνα — προσβάλλει αὐτὴ ἐκ τοῦ.

45. τῷ Μαλιακῷ κόλπῳ] Est ex emendatione Turnebi, cum quo facit margo Vascos. Furlanus Πίερον deinceps in annotatione et versione posuit. Heinsiana contra Πιερίον dedit, et in versione *Pierium.* Basil. habet: δὲ καὶ ἐν τῷ μὴ κόλπῳ — ἐφέτια — δένδρων τὰ τῆς — πιέριον. Ita etiam Voss. nisi quod ἰς κιέριον habet. Turnebus vertit: *in Maliaco sinu segetes omnes — ad Pierium sinum facit.* Unde Furla-

nus profecerit, vides: qui tamen sinui Pierio praetulit *Πίερον*. Turnebus *ἐφέτια*, i. e. *ἐπέτεια*, fruges interpretatur. *τὰ τῶν δένδρων* insolenter dicuntur *τὰ ἀκρόδρυα*.

ὁ δὲ τῷ Πιέρῳ· ὁ δὲ ζέφυρος] Verba *ὁ δὲ τῷ Π.* cum Furlano inserui. Deinceps vulgabatur *ὁ δὲ πνέων ζέφυρος*. Postea ante Furlanum legebatur *ἀνακλωμένην καὶ τὴν * εὐθὺς*, quod ille coniectura, sed dubitabundus, in *ἀνακλωμένην δὲ ἀποπέμπει εὐθὺς* mutavit: quem secutus est Heinsius. Equidem *δὲ* mutavi in *τε*, quod sententia flagitabat; et verbum *ἀποπέμπει* ut dubiae auctoritatis seclusi. Nec tempus sequenti *ἀπέκαυσεν* convenire videtur. Basil. habet *τὴν ὑπὸ ἡλίου θερμότητα*. Ita etiam Vossianus et deinceps: *ἀναλωμένην καὶ τὴν ** εὐθὺς εἰς πεδίον*. Turnebus vertit: *calorem ab sole ad montes conceptum, repulsum suo statim adventu in campum defert, carbunculatque omnia et adurit.* Margo Vascos. *ἀνακλ. δὲ καθῆκε* dat.

οἷς εἴτι τοιοῦτον ᾖ] Furlanus vertit: *quibus aut idem aut simile aliquid evenit.* Sed cum Basil. *τοιοῦτον ἢ παραπλήσιον* edidit, Heinsius contra *ᾖ παραπλήσιον*. Equidem malim *ὅπου τι τοιοῦτον ἢ παραπλήσιον*. Turnebus: *apud alios si quid tale aut proximum fuerit.* *οἷς τι* dat margo Vascos. et deinceps *τοί τῳ συμβαῖνον* pro vulgato *τοῦτο*.

46. *δι᾽ ὧν ἀναπνέει*] *per quae flatus fiunt* Furlanus, omisso *ὅθεν*. Basil. ante *συμβάλλεται* stellulam apposuit. Equidem *δι᾽ ὧν. ἂν πνέῃ* scribendum censui cum margine Vascos.

κατὰ τὴν παροιμίαν] Furlanus putabat, respici versum in Problemate 49. positum: *εἰ δ᾽ ὁ νότος βορέαν προκαλέσκεται, ἀντικαχείμων*. Sed totus ille locus non convenit cum sententia nostra. Sequens *διὰ* addidit Furlanus, cuius locum in Basil. stellula occupavit. Articulum *τὸν* ante *ἀέρα* addidi cum margine Vascos.

ἀναπνοὴν — οἷος ἂν ὁ ἀὴρ ᾖ. Ὁ δὲ βορέας ἐπὶ τὸν πηλὸν] Vocabulum primum vitiosum puto, et cum margine Vascos. correxi. Saltem *πνοὴν* sufficiebat. Deinceps Basil. *ὁ ἀὴρ ἦν καὶ βορέας ὁ ἐπὶ τὸν πηλὸν τῶν ὄντων, ὅν φησι — αἰτίαν ποιεῖ*. Furlanus ediderat: *οἷος ἂν — ἦν· καὶ βορέας. ὁ δὲ βορέας ἐπὶ*. Sed in Corrigendis verba *καὶ βορέας* deleri, et deinceps *αἰτίαν ποιεῖ* scribi iussit, ubi textus *αἰτίαν ποιεῖν* dabat. In annotatione rectius *ὁ δὲ βορέας ὁ ἐπὶ τὸν πηλὸν* posuit, et verba *τῶν ὄντων* interposita deleri voluit. Heinsiana dedit: *ἦν, καὶ Βορέας. ὁ ἐπὶ τὸν πηλὸν — αἰτίαν ποιεῖν*, sensu plane nullo. Furlanus vertit: *qualis et ipse*

aer est: et Aquilo, qui post lutum spirat, quem dicit proverbium hiemem facere, hac de causa videtur facere. et comparavit proverbium in Problemate positum 49. εἰ βοῤῥᾶς πηλὸν καταλήψεται, αὐτίκα χειμών. Turnebus verterat: *et Aquilo luto superveniens austrino, quem adagia tempestatem excitare praedicat, eadem de causa excitat.* Voluit igitur τῶν νότων addi, quo ducit problema Aristotelicum. ἢ καὶ βορέας margo Vascos. habet et τῶν νότων addit.

καὶ ἀπὸ ποταμῶν] Articulus αἱ excidit aut eius locum καὶ occupavit. Deinceps τιν' εὔλογον Basil. habet, Voss. τὸν εὔλογον. Malim τιν' εὔλογον αἰτίαν vel τινὰ λόγον. Sequens οὖν praeeunte Furlano addidi cum margine Vascos. ubi τινὰ λόγον proponitur.

47. καὶ τοῦ ἑωθινοῦ — τῆς δείλης] Arist. Probl. 22. Διὰ τί προΐεται τοῦ χειμῶνος ἀπὸ της ἕω τὰ πνεύματα, τοῦ θέρους δὲ ἀφ' ἑσπέρας. Sed Probl. 56. habet: Διὰ τί τὸν μὲν χειμῶνα πρωῒ ἀπὸ τῆς ἕω τὰ πνεύματα πνεῖ, τὸ δὲ θέρος δείλης καὶ ἀπὸ δυσμῶν ἡλίου. In Basil. et Voss. est τὸ ἑωθινὸν, quod praefero.

μηκέτι κρατῇ] Furlanus κρατεῖν δύνηται dederat: equidem κρατεῖν vulgatum mutavi in κρατῇ cum margine Vascos. In annotatione Furlani simplex κρατεῖ legitur. Basil. κρατεῖν ποτ' ἐφιέμενος (πότε ἀφ. Vossianus) ἀφ' οὐ τὰ ζεφύρια. Turnebus: *aer ingrediendo contegit, unde Favonii flatus existit.* Aristot. Probl. 22. ἢ ὅτι, ὅταν μηκέτι κρατῇ ὁ ἥλιος, ἀφιέμενος ὁ ἀὴρ ῥεῖ, δύνων τε οὖν ἐκλείπει νέφη, ἀφ' ὧν οἱ ζέφυροι. Codex Paris. ibi vocabulum νέφη a secunda manu habet additum, et deinceps ἀφ' οὗ a prima scriptum. Antea ὅτι ὅταν ex annotatione Furlani restitui; contextus enim et Heinsiana ὅταν tantum dederat.

ἀὴρ ῥεῖ, καὶ δυόμενος] Ex annotatione et versione Furlani verbum ῥεῖ restitui. Sequens καὶ idem inseruit, sed deinceps εἰσδυόμενος cum Basil. dedit; vertit tamen *sol autem occidens nubes relinquit.* ῥεῖ δυόμενος etiam margo Vasc.

συγκαταλείπει] Hoc ex annotatione et versione Furlani restitui, cum textus, ut Heinsiana et Basil., ineptum συγκαλύπτει daret. Aptius erat simplex verbum, quam συγκαταλείπει vel Aristotelicum ἐκλείπει. Voss. ἀνάγει habet.

ἐν τῷ [κάτω] — [ἑωθινὸν] πνεῦμα] Duo vocabula seclusa ex Aristotele addidit Furlanus, ubi simplex οἰκοῦσι est: postea ἐκείνοις τε ζεφύρους ποιήσει καὶ ἐνταῦθα ἀπὸ τοῦ ἑπομένου. Gaza vertit, quasi ὅταν ἐπιτέλλῃ scriptum

legisset. In Basil. et Vossiano est: *κατέναντι δ' ὅταν δύηται· ἐν τῷ κάτω μερίζεται, θέρους μὲν ἐκείνοις ποιήσει· τὸ δ' ἐντεῦθεν ἑωθινὸν πνεῦμα — ἀέρος. αὐτῷ τούτῳ καὶ ἐὰν λάβῃ ἄνεμον, ὡς μὲν οὐ μείζω γίνεται.* Voss. ὅς μὲν habet. Turnebus vertit: *contraque aestate occidens in inferiore latere facit: ex quo flatus matutinus apud nos oritur ex consequente aere: ac si quem alium ventum forte spirantem offendat, is tamen haudquaquam ingravescit accessione. Ac quemadmodum Favonius.* Margo Vascos. ἑῶθι πνεῦμα — τοὐναντίον dat, et deinceps ζεφύρους.

48. *μείζων γίνεται*] Furlanus vertit *maiorem efficit.* Aristoteles: *διὰ τοῦτο κἂν καταλάβῃ ἄλλον ἄνεμον, μείζων γίνεται αἰρομένου, ὅτι προσέθηκε.* ubi Gaza: *augeat eo scilicet, quod nonnihil adiunxerit.* Omisit igitur verbum *αἰρομένου,* quod in Theophrasto deest. Basil. et Voss. habent: *ὥσπερ ὁ ζέφυρος — ἀλλὰ πνεύματα.*

ᾗ τε [*ἐν*] *τοῖς ἄκροις*] In Basil. Voss. *ἐν* deest, quod inseruit Furlanus, vertens *in extrema hemisphaerii parte.* Contra Turnebus: *Ista igitur utraque in plaga ex similitudine quadam eveniunt: ac in extremis diei tempestatibus, velut aquae pluviae aliaque ex consecutione non certa rataque, magnam tamen partem contingunt.* In quibus quaedam vitiosa esse videntur. *οὐ μὴν γε* restitui e Furlani Corrigendis. *οὐ μέν γε* dederat cum Basil. Voss. Heinsiana. *κατὰ* omittit Vossianus. Turnebi rationem equidem probo, sed rationem emendandorum verborum facilem et veram nondum excogitavi.

Εἴωθε δὲ ὥσπερ — καὶ ἐπὶ τῷ κυνὶ πνεῖν [*ὁ νότος*]] Vulgatam *ἕωθεν — καὶ ἐπὶ κοινοῖς πνεῖν, αἴτιον, ὅτι* Furlanus vitium non suspicatus vertit: *quod vero mane communiter et ordinate flatus accidant, ea causa est.* et in annotatione suspicatur, verba *ἔπνεον δ' ἂν πολλοὶ* esse intelligenda aut de favoniis inferioris hemisphaerii, aut de matutinis apud nos. Poterat eum de vitio enormi loci admonere vicinitas Problematum Aristotelicorum ab eo saepe comparatorum cum verbis Theophrasteis. Ibi enim Problema 12. ita habet: *Διὰ τί ἐπὶ κυνὶ ὁ νότος πνεῖ, καὶ τοῦτο ὥσπερ τι ἄλλο γίνεται τεταγμένως; ἢ διότι θερμὰ τὰ κάτω, τοῦ ἡλίου οὐ πόῤῥω ὄντος· ὥστε πολλὴ ἡ ἀτμὶς γίνεται, καὶ πολλοὶ δὲ* (Codex Paris. *δὴ*) *ἔπνεον, εἰ μὴ διὰ τοὺς ἐτησίας. νῦν δὲ οὗτοι κωλύουσιν.* quae partim e Theophrasto corrigi debent. In nostro loco vestigia veteris scripturae secutus *ἕωθε* mutavi in *εἴωθε*: itaque sequens *αἴτιον*

fuit secludendum. Ceteras emendationes comparatio Problematis ipsa vel explicabit vel defendet. In Basil. locus hic ita scriptus legitur: *οὐ μέν γε ἀκρίβειαν ἄλλως ἐπὶ τὸ πᾶν. ἕωθεν δ' ὥσπερ ἄλλο τι τῆς τεταγμένης καὶ ἐπίκοινηνό τε πνεῖν. αἴτιον δὲ ὅτι θερμὰ — ἡλίου πόῤῥω ὄντος.* Ita etiam Vossianus. Vides igitur, *ἐπὶ κυνὶ νότος πνεῖν* latere non adeo tecta in vitiosis istis, *ἐπίκοινηνό τε πνεῖν*, si memineris, pronunciatum fuisse *κοινῇ* et *κυνὶ* plane eodem modo tum, cum librarius libellum describeret. Partem veri vidit Turnebus vertens: *Solent autem tanquam stata vice interdum spirare: ratio, quod* et cet. Ceterum *αἴτιον δὲ* e Basil. et Voss. restitui, cum *δὲ* vulgo deesset. Margo Vascos. *ἐκείνην ὅτε* proponit pro *κοινοῖς πνεῖν*.

49. *τριταῖοι*] Aristot. Probl. 9. *Διὰ τί λέγεται, οὔ ποτε — φέγγος; ἢ διότι ἀσθενῆ τὰ πνεύματα τὰ ἀπὸ τῆς ἄρκτου, ὅταν ᾖ νυκτερινά; σημεῖον γάρ, ὅτι οὐ πολὺς ὁ κινηθεὶς ἀὴρ τὸ τηνικαῦτα πνεῦσαι, ὅτι ὀλίγη θερμότης ὑπῆρχεν. Ἡ ὀλίγη δ' ὀλίγον ἐκίνει ἀέρα. τελευτᾷ δ' ἐν τρισὶ πάντα, καὶ τὰ ἐλάχιστα ἐν τῇ πρώτῃ τριάδι. ὥστε καὶ τοῦτο τὸ πνεῦμα.* unde negationem inseruit Furlanus praeeunte Turnebo ante *πολύς*. Eandem quaestionem repetiit Problemate 14. ubi ratio prima etiam repetita auctior recte ita legitur: *πότερον ὅτι ἀπὸ μικρᾶς καὶ ἀσθενοῦς ἀρχῆς, ἡ τρίτη δὲ κρίσιμος.* quod postremum membrum in Theophrasto post verba *πρώτῃ τριάδι* videtur excidisse. Basil. cum Voss. habet: *τρίτον καὶ τὸ φέγγος — φανερὰ γὰρ ὡς πολύς.* Turnebus: *nocturnum boream nunquam lux tertia vidit.* Margo Vascos. dat: *ὀλίγον γὰρ ἀέρα θερμότης κινεῖ.*

οὐκ αὐτὸ τοῦτο] Arist. Problema 11. quaerit: *Διὰ τί ὁ νότιος ἧττον μετὰ χειμερινὰς νύκτας πνεῖ ἢ μεθ' ἡμέρας;* ubi negationem addendam fuisse, *οὐχ ἧττον*, bene animadvertit Furlanus. Idem, cum Gaza verterit *hibernis noctibus*, monet, voce *χειμερινὰς* significari noctes post solstitium hibernum seu brumam. Verum ut sententia ista e verbis confici posset, scribendum fuerat: *μετὰ τὰς χειμερινὰς τροπὰς νυκτὸς πνεῖ ἢ μεθ' ἡμέραν:* eaque conditio in Theophrasto fuerit addenda. Ceterum Codex Paris. propositionem problematis totam male omisit.

τῆς πρὸς νότον χώρας] Male apud Aristotelem est *τῇ — χώρᾳ*. Deinceps Heinsiana vitium Furlanianae *ἀλεινότεραι* repetiit. Sequens *ἢ* ex Aristotele inseruit Furlanus. Basil. cum Vossiano habet: *ἀλεεινότεραι — ἄρκτον δὲ ἡμέραι· ὁ κινούμενος ἀὴρ καὶ οὐδὲν ἐλάττων.*

καὶ πολὺς ὁ κινούμενος] Ex Aristotele πολὺς inserui, et deinceps vulgatum ἐλάττων correxi. Ibi enim est: ὥστε πολὺς κινεῖται ὁ ἀὴρ (καὶ recte omisit Codex Paris.) οὐθὲν ἧττον (vulgatur ἥττων. Codex Paris. ἐλάττων habet.) ἢ μεθ' ἡμέραν. Turnebus vertit: *illicque noctes tepidiores, quam ad septentrionem dies: et alioqui aeris agitatio quam interdiu non minor, cum praesertim, quo calidiores sunt dies, eo magis flatus impediatur.*

ἀλλ' ὅσῳ θερμότεραι] Problema brevius: ἀλλ' αἱ θερμότεραι ἡμέραι κωλύουσι μᾶλλον πνεῖν ξηραίνουσαι τὰς ὑγρότητας. unde articulum αἱ ante ξηραίνουσαι. additum a Furlano, delevi. Praeterea ut in Problemate ὅσῳ excidit, ita in Theophrasto μᾶλλον inde addendum ante πνεῖν est.

Τάχα δὲ κἀκεῖνο] E Problemate 14. sententiam et verba redintegravit Furlanus, αἴτιον addens et vulgatum κἀκείνων corrigens. Basil. κἀκείνου. Turnebus recte vertit: *Idque fortassis in aquilone usu venit, quod.* Deinceps vulgatum ἔγχυσις correxi, uti habet annotatio Furlani. Problema ita: ἢ ὅτι ἀθρόως ἡ ἔκχυσις, ὥσπερ τῶν ἐκνεφίων· ταχεῖα οὖν ἡ παῦλα.

ἀσθενοῦς δὲ — τὸ μέγεθος] Turnebus: *cum principium magnitudine imbecillum sit.* Furlanus: *contra quae debiliori principio oriuntur, continue etiam augescunt.* Idem δὲ addidit. Mihi latere videtur ratio in Problemate 14. reddita: πότερον ὅτι ἀπὸ μικρᾶς καὶ ἀσθενοῦς ἀρχῆς; unde Theophrasti verba fortassis ita fuerint redintegranda: ἀπ' ἀσθένοῦς δ' ἀρχῆς οὐ πολὺ τὸ μέγεθος.

50. ὁ νότος λάβρος μετὰ χιόνα] Vulgatum λαῦρος μετὰ δὲ χιόνα cum Furlano correxi, qui comparavit Problema 3. Διὰ τί νότος πνεῖ μετὰ πάχνην; ἢ διότι ἡ μὲν πάχνη γίνεται πέψεως γενομένης· μετὰ δὲ τὴν πέψιν καὶ τὴν ἀποκάθαρσιν ἡ μεταβολὴ εἰς τοὐναντίον γίγνεται· ἐναντίος δὲ τῷ βορρᾷ νότος ἐστί; Διὰ τοῦτο δὲ καὶ μετὰ τὴν χιόνα πνεῖ νότος. Iam antea Turnebus: *Est autem fere semper aquilo violentus. Caeterum auster post pruinam et nivem plurimum flare solet.* Margo Vascos. dat καὶ πάχνην πνεῖ νότος, et pro μετὰ πάχνην coniecturam μέγα proponit.

ἑκάτερόν τι πίπτει] Turnebus: *quod utrunque — cadit, secundum quam in contrarium vicissitudo est, austro aquiloni contrario.* Furlanus: *alteruter spiritus — concidit:* vereor, ut recte. Vitium latere videtur.

Δι' αὐτὸ τοῦτο] Problema post superiora habet: ὅλως δὲ ἡ χιὼν καὶ ἡ χάλαζα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη

ἀποκάθαρσις πέψεως σημεῖόν ἐστι. Διὸ καὶ μετὰ ὑετὸν καὶ τὰς τοιαύτας χειμασίας πίπτει τὰ πνεύματα. unde vocabulum χειμασίας (Heinsiana χειμησίας) addidit Furlanus, *tempestates* cum Gaza interpretatus. Turnebus: *Eademque causa est, cur post imbrem, grandinem talesque nimbos plerumque flatus cadere soleant.* Basil. cum Vossiano habet: ὁ νότος τὸ αὐτὸ τοῦτο ὅτι μετὰ τὸν ὑετόν.

51. χώρας ἑκάστοις — ἐπινεφῆ καὶ αἰθρίαι] Coniecturam Furlani scribentis χώρας καὶ τοὺς τόπους ἑκάστους — ἐπινεφῆ καὶ αἴθρια, ut πνεύματα intelligantur, probare non possum. ἐπινέφελα enim et ἐπινεφῆ saepe sola ponuntur pro coelo nubibus obducto. Idem Furlanus sequens δὲ inseruit, et vulgatum antea αἰσχρὸς in ἰσχυρὸς mutavit. Turnebus vertit: *idcirco proverbia celebrantur in nonnullis tractibus de ventis, ut de Argeste et Africo Rhodi Cnidique vulgo usurpatur Libs celer et nubes ducit et aperta serena. Nubes Argestis, sed comes omnis erit.* Voluit igitur scribi: Διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἐν παροιμίᾳ λεγόμενα — ὥσπερ τὸ περὶ ἀργέστου καὶ λιβὸς περὶ Κνίδον καὶ Ῥόδον, λὶψ ταχὺ μὲν νεφέλας, ταχὺ δ' αἴθρια ποιεῖ· ἀργέστῃ δ' ἀνέμῳ πᾶσ' ἕπεται νεφέλη. Basil. ταχὺ δ' αἰθρίας ποιεῖ habet: vulgatum αἰθρίαν Vossianus: equidem αἴθρια dedi. Paulo antea Vossianus ἀργεστάτου καὶ λίβας — αἰσχρός. Denique vulgatum ὅτ' Ἀργέστης mutavi in ὁ δ' Ἀρ. Margo Vasc. ὡς περὶ τοῦ ἀργέστου dedit pro vulgato ὥσπερ τοῦ ἀργ. deinde τάχα μὲν νεφ.

ταχὺ δασύνει] Furlanus *coelum obtegit nubibus*, omisso ταχύ. Aristoteles Meteorol. 2, 6. νέφεσι δὲ πυκνοῦσι τὸν οὐρανὸν καικίας μὲν σφόδρα, λὶψ δ' ἀραιοτέραις. Quod ait Theophrastus τῶν ἐν παροιμίᾳ λεγομένων, (male παροιμίῳ Heinsiana,) videtur ipse paroemiam geminam significasse verbis: ταχὺ δὲ νεφέλας, ταχὺ δ' αἰθρίαν ποιεῖ. alteram istis: ἀργέστῃ δ' ἀνέμῳ πᾶσα ἕπεται νεφέλη. unde distichon satis elegans confecit Turnebus, cum quo sentio.

52. τάχα — εἰς τοὺς ἐναντίους] Turnebus vertit: *siquidem ventorum vices semper in proximos conceduut, mutationes in contrarios.* Furlanus: *id quod absurdum forte non fuerit, quando ventorum circumstantia aut in contrarios aut in illos, qui proximi sunt, mutari soleat:* nec latine nec ad sensum vere. Basil. cum Voss. habet μεταβολὴν εἰς τοὺς ἐναντίους. Margo Vascos. μεταβολὴ proponit.

ἢ περιϊσταμένων] Vulgatum εἴπερ ἱσταμένων (Heinsiana εἶπεν dedit) Furlanus quomodo mutari voluerit, docet ver-

sio: *aut iam vigentibus aut a flatu desinentibus.* Verum vidit Turnebus vertens: *Nam duae sunt istae rationes mutandi aut circitandi aut penitus exanimatos expirandi.* Sequentia in Basil. et Voss. περίστασις εὖρος εἰς τοὺς ἐφεξῆς — ἐπὶ τῶν αὐτῶν, ὅταν ὑπὸ χειμῶνος ὁ ἀρκτία τις ἦν. Turnebus bene emendavit vertendo: *quarum circitatio proximo cessio est, ut vulturni in sequentes: nam illa proxima vicissitudo est, in qua nonnunquam etiam ad eundem reversio, in tempestate praesertim incerta, reperitur.* Voluit igitur scriptum: ὧν ἡ μὲν κατὰ τὴν περίστασιν εἰς τὸ ἐγγὺς, οἷον εὔρου εἰς τοὺς ἐφεξῆς — ἐπὶ τὸν αὐτὸν, ὅταν — ἀοριστία τις ᾖ. Etiam margo Vascos. ἀοριστία τις ᾖ dat. Furlanus pro εὖρος scribi voluit ἐκρέει, sed operae dederunt ἐκρέει εὖρος: de quo vitio bis in Corrigendis monuit: nihilo tamen minus Heinsius vitium repetiit. Vertit autem: *quorum alter circumactione quadam ad proximos transitus est. — in quo saepe ad eadem loca fit conversio.* Operae Furlani deinde dederunt ὁ ἀρκτιάτης repetitum ab Heinsio: verum versio Furlani habet. Vulgatum τῶν αὐτῶν cum Turnebo correxi. Praeterea debebat esse: οἱ μὲν κατὰ τὴν περίστασιν — ὁ δὲ κατὰ τὴν μεταβολήν. nisi ad vocabulum μεταλλαγῇ refertur oratio. Aristoteles Meteorol. 2, 6. paucis rem tetigit: αἱ δὲ περιστάσεις αὐτῶν γίνονται καταπαυομένων εἰς τοὺς ἐχομένους κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου μετάστασιν, διὰ τὸ κινεῖσθαι μάλιστα τὸ ἐχόμενον τῆς ἀρχῆς· ἡ δ' ἀρχὴ οὕτω κινεῖται τῶν πνευμάτων, ὡς ὁ ἥλιος.

33. οὕτω πέφυκεν] Furlanus cum Basil. πέφηνεν, Heinsiana πέφηκεν habet: verum vertit Furlanus. Sequens περὶ inseruit idem et vertit: *quod et terrenae patiuntur aurae ad conversivos illos, quos τροπὰς Graeci dicunt.* Turnebus: *quod genus terreni sunt ad reversiones.* Deinceps Furlanianae vitia ἀπυγαίας et τροπαιᾷ repetiit Heinsiana. Basil. ἀπογαίας ὑπάρχειν — τροπαιᾷ habet cum Vossiano. Vulgatum ὅπερ καὶ περὶ margo Vascos. in ὃ καὶ περὶ mutat.

ἐπιπνεῖ δ' αὐτῷ] Vertit Furlanus *incidit vero in hunc*, quasi ἐπιπίπτει scriptum legisset. Eadem versio paulo antea habet *Idero.* E Stephano Byz. Ἴδυρον fluvium et oppidum Pamphyliae annotavit Furlanus, et comparato Senecae loco Quaest. natur. 5, 17. de peculiaribus locorum quorundam ventis, *Pamphyliam cataegis infestat*, putavit, eundem ventum *Dyrin* etiam *cataegin* vocatum fuisse; quod consequeretur, si in Seneca esset: *Pamphylium mare* vel *sinum cataegis infestat.* Basil. cum Voss. κύματος μεγέθους habet:

deinceps ἐκπεπλευκόσι — θάτερος θατέρῳ δὲ μᾶλλον τοῦτο. Voss. ἐκπεπευκόσι habet.

54. ἔπηξεν ὕλην] Vulgatum πῆξιν praeeunte versione Turnebi, *oblatam materiam statim adstringit*, correxit Furlanus. Idem sequentia ἐξύγρανε — ἐποίησεν vertit: *nam et auster simili ratione humectat et pluvias infert.* Sed intelligitur τὴν προσενεχθεῖσαν ὕλην.

πήξας κατέχειν] Basil. deinceps habet: τὸ πλοῖον — καὶ ταῦτα μὲν — Ἤδη ἐπ' Ὠρίωνος. Furlanus male dedit καὶ πλεῖον. Turnebus vertit: *ut, quaecunque congelaverit, cohibeat: sed et potius durat, quam in humorem solvit. Nimirum flatus sunt hiberni supervenientes invicem alii aliis et dimicantes. Caeterum sub iugulae exortum et occasum flatus immoderate efferuntur, concitanturque, quod in mutationibus omnia semper incerta soleant esse.* Furlanus autem: *ut et concreto persistat aere. Auster autem plus congelet quam dissolvet: atque hi sunt hiemales ex adverso spirantes flatus retortique atque repulsi. Ventorum autem inconstantiae sub ortum et occasum orionis propterea contingunt, quod in mutationibus inconstantiae fieri soleant. Nam in mutationibus semper omnia maxime varia et incerta sunt.* Basileense ἀκρασίαι mutavi ex Aristotele Probl. 14. Διὰ τί ἐπ' Ὠρίωνι γίγνονται αἴολοι μάλιστα αἱ ἡμέραι καὶ ἀκαιρίαι τῶν πνευμάτων; ἢ ὅτι ἐν μεταβολῇ ἀεὶ πάντα ἀοριστεῖ μάλιστα — δύνει δὲ χειμῶνος. Unde Basil. οὔτ' ἔνι μεταβολαῖς — ἀοριστὸν praeeunte Turnebo correxit Furlanus. Praepositionem ἐν omisit Heinsiana. Turnebi rationem totam nondum assequi potui, neque locum Theophrasti persanare. Vossianus: οὔτ' ἔνι — ἂν πάντα.

ἐν ἀρχῇ χειμῶνος] Contra Aristoteles Meteorol. 2, 4. ἄκριτος δὲ καὶ χαλεπὸς ὁ ὠρίων εἶναι δοκεῖ καὶ δύνων καὶ ἐπιτέλλων, διὰ τὸ ἐν μεταβολῇ ὥρας συμβαίνειν τὴν δύσιν καὶ τὴν ἀνατολὴν θέρους ἢ χειμῶνος, καὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἄστρου ἡμερῶν γίνεταί τι πλῆθος. αἱ δὲ μεταβολαὶ πάντων ταραχώδεις διὰ τὴν ἀοριστίαν εἰσί. ad quem locum Vicomercatus p. 223. Theophrasti locum vitiosum censebat, quanquam fassus, Alexandrum Aphrodisiensem iam olim in hoc loco ὀπώρας scriptum legisse. Vicomercato respondit Furlanus et nihil mutandum recte statuit. Cf. etiam quae de ortu Orionis nautis infesto disputantur ad Polybii 1, 37, 4. Definitionem ὀπώρας e scriptoribus graecis collectam posuit H. Mercurialis in Variis Lectionibus.

καθεστάναι μηδὲ μίαν] Seclusi μηδὲ auctore Aristotele,

ubi sequitur: ἀλλὰ τὴν μὲν γίνεσθαι, τὴν δὲ παύεσθαι· διὰ ταῦτα ἀνάγκη — καὶ ἀνατέλλων ὁ Ὠρίων διὰ τὴν — εἶναι καὶ ἀνώμαλον.

διὰ τὸ ἐπαμφοτερίζειν] Basil. cum Vossiano: διαταρίζειν * οἴακα αὐτόθι δὴ χαλεπὸν γίνεται, καὶ δύνων — εἶναι· ἢ ταῦτα μὲν οὖν. Turnebus vertit: *ut, cum tempus utrumque sibi non constet, uno nascente, altero desinente, necesse sit flatus quoque inconstantes alternosque variare et turbare: ut proinde illa et oriens et occidens acerrime et vehementissime saeviat, quod incertus temporis status sit. Haec igitur similiaque in aere totoque coelo eveniunt, alia ad nostram constitutionem pertinent.* Postrema monstrant aliquam rationem lacunae interpolandae, quam Furlani distinctio difficiliorem fecerat: συμβαίνει· τάδε * εἰς — διαθέσεις. Verterat is: *deinceps sunt, quae ad nostrorum corporum pertinent affectiones.* Margo Vascos. proponit: εἶναι καὶ ἀμφοτερίζειν οἷα καὶ αὐτόθι δὴ χαλεποὺς γίνεται.

56. ἐξ ὀλίγου πολὺ] Alterum vocabulum inseruit Furlanus ex Aristotele, cuius inter problemata bis haec eadem leguntur. Libro quidem 26, 44. Διὰ τί ἐν τοῖς νοτίοις βαρύτερον ἔχουσι καὶ ἀδυνατώτερον οἱ ἄνθρωποι; ἢ διότι ἐξ ὀλίγου πολὺ ὑγρὸν γίνεται, διατηκόμενον διὰ τὴν ἀλέαν, καὶ ἐκ πνεύματος κούφου ὑγρὸν βαρύ; Εἶτα ἡ δύναμις ἀτονεῖ. Contra libri 1, 24. est: ἐν τοῖς νότοις — ἢ ὅτι — Ἔτι δὲ ἡ δύναμις ἡμῖν ἐν τοῖς ἄρθροις ἐστί· ταῦτα δὲ ἀνίεται ὑπὸ τῶν νοτίων· δηλοῦσι δὲ οἱ ψόφοι τῶν κεκολλημένων· τὸ γὰρ γλίσχρον ἐν τοῖς ἄρθροις πεπηγὸς μὲν κωλύει κινεῖσθαι ἡμᾶς, ὑγρὸν δὲ λίαν ὂν συντείνεσθαι. ubi Codex Paris. rectius verba collocat postrema: πεπηγὸς μὲν κινεῖσθαι κωλύει ἡμᾶς. unde verba necessaria ad sensum, διατηκόμενον — ἀλέαν, addidi; deinceps articulum ante ἄνθρωποι, et particulam μὲν post πεπηγός. In Basil. et Voss. est: οἷον ἕτερον ἐν τοῖς νοτείοις ἔχουσιν ἀνθρώπων — ἄρτιον δ' ὅτι ἐξ * πολὺ γίνεται, καὶ ἡ πνεύματος ὑγρότης βορέα ἀντὶ κούφου — δύναμις ἐν τοῖς ἀθρόοις τι· ἔπειτα μέντοι κινεῖ· λίαν δ' ὑγρὰ κειμένη συντίθεσθαι. Τὰ δὲ μόρια ποιεῖ τινα συμμετρίαν. Unde apparet, quot verba Furlanus suppleverit. Turnebus verterat: *velut gravitate quadam austrinis diebus homines laborant imbecillioresque sunt, propterea quod humor ex pauco multus evadit, et humoris gravitas pro spiritus levitate succedit. Iam vero vis omnis roburque in articulis sita sunt: cum praesertim articuli moveant, qui nimio humore segnes habiliter tendi nequeunt.* Unde ad

locum emendandum multum profecit Furlanus. Margo Vascos. *καὶ ὑγρότης βαρεῖα ἀντὶ κούφου πνεύματος* dat. deinceps: *ἐπεὶ τὰ μέντοι κινεῖ. λίαν δ' ὑγρὰ κωλύεται συντείνεσθαι.*

τὰ μόρια θέλει] Haec est Furlani emendatio, qui tamen ipse malebat *τὰ δὲ βόρεια ποιεῖ*, quae est Turnebi emendatio et marginis Vascos. quam secutus sum. Idem vitiosum *ἰσχὺν* emendavit. *ἄρθρα* in Aristotele interpretatur Septalius ossium, quae motum a natura sunt sortita, compagem et coniunctionem: quorum coniunctio fit per *νεῦρα*, in quibus omne robur corporis ponebat antiquitas graeca et romana. *τὸ γλίσχρον* est humor ille viscosus, qui articulos ossium iunctorum lubricat atque inungit, commissuris ubique appositus, et in sacculis quibusdam reconditus. De hoc copiose Galenus de usu partium 13. c. 9. et ad eum C. Hoffmann pag. 296. Aristoteles h. a. 3, 5, 8. de nervis seu ligamentis ossium: *ὑγρότης δὲ περὶ αὐτὰ μυξώδης γίγνεται λευκὴ καὶ κολλώδης, ᾗ τρέφεται καὶ ἐξ ἧς γιγνόμενα φαίνεται.* Auctor libelli de spiritu falso inscripti de nervo: *ἡμεῖς δέ φαμεν, ἐκ τῆς ὑγρότητος χλιαρᾶς οὔσης τῆς περὶ τὸ αὐτὸ τρέφεσθαι.* ubi bene monuit Furlanus *γλίσχρας* scribi debere, et comparavit locum Galeni libro 3. de facultatibus naturalibus: *τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς χόνδροις ἐστὶ τὸ περικεχυμένον μυξῶδες καὶ τοῖς συνδέσμοις καὶ τοῖς ὑμέσι καὶ τοῖς νεύροις τὸ παρεσπαρμένον ἐν αὐτοῖς ὑγρὸν γλίσχρον.*

57. *πυρετώδεις*] Problema 1, 23. ita: *διὰ τί οἱ νότοι οἱ ξηροὶ — πυρετώδεις εἰσίν; ἢ ὅτι ὑγρότητα καὶ — ποιοῦσιν; εἰσὶ γὰρ υγροὶ καὶ θερμοὶ φύσει· τοῦτο δ' ἐστὶ πυρετῶδες· ὁ γὰρ πυρετὸς ἐξ ἀμφοτέρας* (Codex Paris. *ἀμφοτέρων*) *τῆς τούτων ἐστὶν ὑπερβολῆς.* Sed libri 26, 53. legitur: *ὑγρότητα θερμὴν ἀλλοτρίαν ἐμποιοῦσιν — ὑπ' ἀμφοτέρων τούτων ἐστὶν ὑπερβολῆς.* Unde apparet, vocabulum *ἐνίοις* in nostro supervacaneum esse: igitur secluseram; sed postea vidi, in eo latere verbum *ἐνιᾶσι.* Margo Vascos. *ἐνίησι* dat. Lectionem *ὑγρότητα καὶ θέρμην ἀλλοτρίαν* praefero alteri, ubi copula omissa *θερμὴν* scribitur, quam vertit tamen Furlanus, etsi contextus in utraque editione *θέρμην* habeat. In Basil. est: *καὶ παλίξηροι καὶ μὴ — ὄντες τόποι πυρετώδεις. — θερμὴν ἀλλοτρίαν· ἔσται θερμοὶ φύσει.* Sic etiam Vossianus, nisi quod *ὑδατώδεις οἰόντες τόποι πυρ. — θερμὸν ἀλλοτρίαν. ἔσται θερμοὶ* habet. Pro voce *τόποι*, omissa ab Editoribus, Turnebus eumque secutus Furlanus in

versione νότοι substituit: quos sum secutus. Idem Turnebus deinceps: *nam calidum humorem et alienum corporibus inserunt calidi suapte natura et humidi.* Margo Vascos. θέρμην ὥτε θερμοὶ proponit.

ὅταν [δὲ] — τὴν ἕξιν] Furlanus δὲ inseruit et locum vertit: *et tamen si cum pluvia spirent, habitum refrigerant.* Hic totus locus plenior extat in utroque problemate. Libri 26, 53. est: ὅταν μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἄνευ ὕδατος πνέωσι, ταύτην τὴν τάξιν· ὅταν δὲ ἅμα τῷ ὕδατι, τὸ ὕδωρ καταψύχει. Contra 1, 23. ὅταν μὲν οὖν ἄνευ ὕδατος πνέωσι, ταύτην ἐν ἡμῖν ποιοῦσι τὴν διάθεσιν· ὅταν δὲ ἅμα ὕδατι, τὸ ὕδωρ καταψύχει ἡμᾶς. Unde apparet, in nostro prius membrum excidisse: in altero vero vulgatum ὑδάτινα correxi. Turnebus: *igitur aquosi pluviique statum corporis humore refrigerant.*

σωμάτων ἐστὶ περὶ ταῦτα ἑξῆς ὥστε καθ'] Furlanus in Corrigendis iussit verbum ἐστὶ deleri, et in annotatione locum ita scribendum censuit: σωμάτων ἐστὶ τοιαῦτα — συμβαίνειν. Vertit autem ita: *eodem modo se habent et alia corpora, quae talia sunt, ut in iis alterutrum contingat fieri: plura enim haec sunt et in pluribus; quorum omnium hae aut similes afferendae sunt causae.* Quae quidem si ipse intellexit, felicem eum possum praedicare. In vulgata scriptura nihil mutavi, nisi quod verbum ἐστὶ et particulam ὥστε post ἑξῆς temere insertam a Furlano delevi. Turnebus vertit: *eodem quoque modo quicquid aliud corporibus hoc in genere evenire deinceps ex utroque solet.* Miror, sagacissimum Turnebi ingenium non assecutum esse emendationem facillimam, quam in textu ponere non dubitavi, ταῦτα ἑξῆς mutatis in τὰς ἕξεις. In Aristotelico problemate 1, 23. sequuntur haec: οἱ δ' ἐκ θαλάττης νότοι καὶ συμφέρουσι τοῖς φυτοῖς· ἐψυγμένοι γὰρ ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀφικνοῦνται πρὸς αὐτά· αἱ δὲ ἐρυσίβαι γίνονται ὑπὸ ὑγρότητος καὶ θέρμης ἀλλοτρίας. quae pertinere suspicor ad eandem tractationem, quae etiam ibi plenior olim extitisse videtur.

58. καὶ τῶν καρπῶν δὲ — διάχυσιν] Vulgatum δὴ — διάλυσιν correxi. Male Furlanus vertit *dissolutionem*, σύστασιν vero *constitutionem*, cum deberet illud *mollitiem*, hoc *firmitatem* interpretari.

συμβαίνει — καὶ ἀνιεμένων] Intellige τῶν ἀψύχων. Furlanus vertit: *et alia quae humectata et dissoluta solvuntur.* Deinceps voculam οἷον cum Turnebo inserui: copulam καὶ maluit Furlanus, qui vertit: *quod evenit et in ipso ferro*

elaborando: plus enim aiunt australi tempore duci. Elegantius Turnebus: *plures enim stricturas austro quam aquilone ducunt. — humefaciunt diluuntque.* Ita scilicet Basileense διανθεῖ emendavit, scribendo διαίνει. Margo Vascos. διαινεῖ dat.

ἰσχύουσι καὶ συντονωτέρως] *et sane dum spirat aquilo, homines et melius et validius habent* Furlanus vertit. Basil. habet διακεχυμένον καὶ ὑπεσκληρυμένον — μᾶλλον ἴσχουσι καὶ συντονωτέρως. Turnebus: *omne enim id liquidius ignaviusque cernitur, quicquid leviter obduruit et diffusum est. Adde quod valentiores etiam multo vegetioresque aquiloniis diebus esse solent.*

59. *ἀνάλογον — ἐφεξῆς*] Furlanus: *tanquam ab uno principio proportione ducta ad reliqua.* Vereor, ut haec sana sint. Deinceps Basil. cum Vossiano δὲ ἡ ἀπορία.

καθ' ἑκάτερον ὄν] Turnebus: *Ceterum istud utrobique magis ambigitur et quaeritur, ut si forte neque rigidus — sit aquilo, sed contra, itemque auster — causam efflagitant.* Furlanus: *quod utrinque communiter evenit, ut si aquilo non afferat siccitatem — sed contraria:* Vitiosa etiam haec verba censeo: ipsam autem quaestionis propositae solutionem excidisse apparet. Deinceps καὶ τοῦ Νότου vulgatum supplevi cum margine Vascos.

συγχωροῦσι δὲ καὶ αὐτοί. δεινοὶ γὰρ — ἐλλιπὲς] Verba haec delenda censuit Furlanus, quia cum superioribus non cohaereant. Sensum hunc esse suspicabatur: Ventos sibi invicem locum cedere, alterumque in alterius locum succedentem supplere id, in quo alter videtur defecisse; id quod putat intelligendum esse de ventis iis, qui sunt iisdem paene qualitatibus praediti, ab iisdemque spirant mundi tractibus. Mihi contra videntur haec verba ad homines pertinere, qui τὰ φαινόμενα et quidem τὰ εὔλογα facile ipsi intelligunt vel interpretantur. Solutio vero problematis propositi, ut antea iam dixi, videtur excidisse. Video nunc mecum sentire Turnebum. Vertit enim: *protinus etiam sine causa probantur, cum a quolibet concedantur, quod unusquisque de suo facile, si quid desit, supplere possit.* Unde vulgatam scripturam et distinctionem levissima mutatione correxi. Margo Vascos. dat συγχωροῦσιν ἄνθρωποι.

60. *θᾶττον ἢ ὁ ἥλιος*] Furlanus ἢ inseruit ex Aristotele 26, 30. 31. ubi eadem male discerpta ita leguntur: Διὰ τί οἱ ἄνεμοι ξηραίνουσι ψυχροὶ ὄντες; ἢ διότι ἀτμίζειν ποιοῦσιν οἱ ψυχρότεροι; Διὰ τί δὲ μᾶλλον ἢ ὁ ἥλιος; ἢ διότι

ἀπάγουσι τὴν ἀτμίδα, ὁ δὲ ἥλιος καταλείπει· ὑγραίνει μὲν οὖν μᾶλλον, ξηραίνει δὲ ἧττον. Basil. hic habet cum Vossiano κατα * διὰ τί ποτ᾽. Turnebus iam olim vertendo locum correxerat. Margo Vascos. dat οἱ ψυχρότατοι ὄντες ἄνεμοι ταύτην.

Διὰ τί ποτε] Recte monuit Furlanus, haec aliunde huc translata alienum locum occupasse. Forma problematis propositi facit suspicionem, ex Aristotelicis assutum fuisse. Ibi extat libri 26, 61. Διὰ τί λέγεται, μή ποτ᾽ ἀπ᾽ ἠπείροιο δὲ δείσῃς, ἀλλ᾽ ἀπὸ πόντου χειμῶνας· θέρεος — ἢ διότι τοῦ μὲν χειμῶνος — ἐλύθη γὰρ ἂν διὰ τὸ ἀλεεινόν. E nostro loco illum supplebis. In Basil. est θέρος δ᾽ ἀπὸ ἠπείροιο.

ὥστε δὴ ἀπὸ τῆς γῆς] Aristoteles ita pergit: ὥστε εἴ τι ἀπὸ τῆς γῆς φέρεται, διὰ μείζονος ἀρχῆς συνέστη· διελύθη γὰρ ἄν, εἰ ἀσθενὲς ἦν. unde verba φέρεται διὰ μείζονος ἀρχῆς inserui, et vulgatum δὴ correxi. Ceterum verba εἴ τις συνέστη — εἴ τις ἀπὸ τῆς γῆς referuntur ad vocabulum νεφέλη in voce νέφος latens: alioqui εἴ τι praeferendum fuerit, quod in altero membro est apud Aristotelem. Basil. cum Voss. haec tantum habet: ὡς ἐπεὶ συνέστηκεν ἰσχυρῶς. ἐλύθη et cetera. Sed iam olim Turnebus locum redintegravit vertendo: *ut si quid in eo constiterit, a valentiori concretum primordio esse videatur: nam alioqui evanesceret in auras loci tepore. — ex quo si quid ex terra extiterit, a maiore quodam conditum principio fuerit; quod imbecillitas facile dissolvatur.* Margo Vascos. dat ὥστε εἴ τι ἀπὸ τῆς γῆς — ἀσθενὲς ἦν.

εἰ ἀσθενὴς ἦν] Basil. εἰς ἀσθένηκαν habet: deinceps νότου λαμπροῦ. Hoc est etiam in Vossiano.

61. Τὸ δὲ, μὴ — ψεῦδος] Haec eadem supra sect. 8. integriora leguntur, ubi tamen ἀπέχοντα est.

παραφέρειν] Furlanus αἰθρίαν φέρειν corrigebat, intellecto verbo φασί. Vertit autem: *austrum vero serenum esse.* Turnebus: *austro nubes differente.*

τοὺς δὲ ἕωθεν] Basil. cum Voss. αἱ δ᾽ ἕωθεν ἐπινηφεῖν. Turnebus: *nubes inducere antelucano — qua sidant nubes.* Furlanus: *at illos mane nubes inducere, donec sol oriatur.* Vulgatum ἐπινέφειν — ἀνίσχει correxi, uti sequens προκαθίσηται. Recte Furlanus *qua consistant.* Margo Vascos. ἔτι δὲ ἕωθεν dat.

62. Ἐν Σικελίᾳ δὲ] Vulgatum ἐν Σικ. κακίαν δ᾽ οὐ κ. correxit Turnebus. Liber Vossianus plane οὐ καλοῦσιν inserta negatione habet. Is. Vossius editioni Heinsianae ad-

scripsit: *καικίαν καλοῦσιν ἄλλως ἀπηλιώτην*. sed margo Vascos. dat: *Σικελίᾳ δὲ καικίαν οὐ καλοῦσιν*. Post ὁ δ' οὐ vulgabatur *πάρεγγυς δὲ * * οἱ μὲν οὖν*. Nomen argestae substituit Furlanus, cuius emendationem tanquam suam confirmare studuit Bodaeus ad Theophr. h. pl. 4, 17. p. 501. ubi est de Olympia: *οἷον ἐν Χαλκίδι τῆς Εὐβοίας Ὀλυμπίας ὅταν πνεύσῃ ψυχρός· ἀποκάει γὰρ τὰ δένδρα. — διὸ καὶ καλοῦσι καυθμόν*. Quae repetuntur de causis 5, 16. Turnebus aliter: *veruntamen finitimi sunt. Igitur Caeciam alii Olympiam — Siculi Circam — Berecynthiam in Ponto.*

θερκίαν] Palmerius *κερκίαν* scribi maluit ex Aristotelis fragmento de positione ventorum, ubi est de *ἀπηλιώτῃ* ita: *ἐν δὲ Προκοννήσῳ καὶ Τέῳ καὶ ἐν Κρήτῃ καὶ Εὐβοίᾳ καὶ Κυρήνῃ Ἑλλησποντίας — πνεῖ δ' ἀφ' Ἑλλησπόντου· ἐν δὲ Σινώπῃ Βερεκυντίας ἀπὸ τῶν κατὰ Φρυγίαν τόπων πνέων· ἐν δὲ Σικελίᾳ καταπορθμίας, πνέων ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ*. De euro vero: *ἐν δὲ Κυρήνῃ Κάρβας ἀπὸ τῶν Καρβανῶν τῶν κατὰ Φοινίκην· διὸ καὶ τὸν αὐτὸν Φοινικίαν καλοῦσί τινες*. Postea de argeste: *κατὰ δὲ Μεγαρικὴν Σκίῤῥων ἀπὸ τῶν Σκιῤῥωνίδων πετρῶν· ἐν δὲ Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Κίρκας, διὰ τὸ πνεῖν ἀπὸ τοῦ Κιρκαίου, ἐν δὲ Εὐβοίᾳ καὶ Λέσβῳ Ὀλυμπίας· τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ τοῦ Πιερικοῦ Ὀλύμπου*. Unde apparet, etiam Turnebum bene antea vulgatum *βερε** redintegrasse. *Κιρκίαν, circium*, maluit Is. Vossius ad Melam, *Κίρκαν* Turnebus. Margo Vascos. dat *κίρκαν — βερέκιν*. Libro Heinsiano adscripsit Vossius: nihil deest, nisi sit *Βερεκυντίαν δὲ οἱ ἐν τῷ Πόντῳ*. quod ipsum dedi. Aliam rationem praescribit locus Arriani in Periplo Euxini ponti: *οὐδὲ τοῦ Θρασκίου μὲν ἐν τῷ Πόντῳ, Σκίρωνος δὲ ἐν τῇ Ἑλλάδι καλουμένου*. quem una cum Gelliano 2, 22. comparavit Ez. Spanheim in margine libri sui.

VI.

AD THEOPHRASTI EXCERPTA DE SIGNIS PLVVIARVM, VENTORVM, TEMPESTATVM AC SERENITATIS.

Quatuor haec fragmenta vel excerpta, quae deinceps sequuntur, et quae in totidem capita digessi, mihi quidem eiusdem libri reliquiae videntur esse, de quo lubet interpretari titulum positum a Plutarcho Quaestionum graecarum se-

ptima, ubi haec inde excerpta leguntur: *Τίνες αἱ πλωϊάδες νεφέλαι; τὰς ὑπόμβρους μάλιστα καὶ περιφερομένας ἐκάλουν πλωϊάδας, ὡς Θεόφραστος ἐν τετάρτῃ περὶ μεταρσίων εἴρηκε κατὰ λέξιν· ἐπεὶ καὶ αἱ πλωϊάδες αὗται νεφέλαι καὶ αἱ συνεστῶσαι, ἀκίνητοι δὲ καὶ τοῖς χρώμασιν ἔκλευκοι δηλοῦσι διαφοράν τινα τῆς ὕλης, ὡς οὔτ᾽ ἐξυδατουμένης οὔτ᾽ ἐκπνευματουμένης.* ubi, ne fallaris, moneo, diversas esse nubes *πλωϊάδας* vocatas, quas Plutarchus recte interpretatur *περιφερομένας*, ab iis, quas *συνεστώσας* dixit Theophrastus, et quas consistentes et quietas licebit appellare. Nihil horum extat in libris superstitibus, nec in his quatuor capitibus, ubi locus erat commodissimus dicendi de nebularum hoc genere. Diogenes 5, 43. inter scripta Theophrasti commemoravit *Τῆς μεταρσιολεσχίας ά.* deinde sect. 44. *Μεταρσιολογικῶν ά. β'.* sect. 45. *περὶ πνευμάτων ά.* (antea sect. 42. *περὶ ἀνέμων ά.* separatim.) sect. 47. *περὶ μετεώρων ά.* Vides negligentiam et socordiam hominis, etiam aliunde satis cognitam, qui nulla ordinis vel temporum vel argumentorum habita ratione collectos undecunque titulos librorum in acervum effudit.

Caput I. sect. 2. *ὅταν ἀνατέλλοντι δύνῃ*] Ante participium *ἅμα* addidi cum margine Basil. Paulo antea *αὐτὰ προσκοπήσαντες* habent Ald. Basil. Infelicem Salmasii coniecturam repudiavit Petavius Uranologii p. 249.

αἱ πλεῖσται τῶν ὀνομαζομένων] *aliorum siderum insignium* Furlanus vertit: proprie magis sunt, quae in hac doctrina omnium maxime spectantur et saepius nominantur.

3. *τῶν τε γὰρ πνευμάτων*] Ita margo Basil. Furl. Heins. pro *τῶν τι* dedit.

4. *Ματρικέτας — Λεπετύμνου*] Plinio 5. s. 39. *Lepethymnus* audit: cum nostro facit Myrsilus Lesbius apud Antigonum c. 17. ad quem locum plura annotavit Niclas p. 28. Matricetae mentionem alibi factam nondum reperi.

Κλεόστρατος — Ἴδης] Plinius 2. s. 6. *Signa deinde in eo* (signifero) *Cleostratus, et prima arietis ac sagittarii* (intellexisse traditur). Hyginus Astronomici libro 2. in Heniocho annotavit Cleostratum primum omnium hoedos inter sidera ostendisse. *Κλεοστράτου τοῦ Τενεδίου ἀστρολογίαν* obiter nominavit Athenaeus 7. p. 278. Cleostratum hunc Tenedium sub nomine *τοῦ ἀστρολόγου* celebravit Scylax in Periplo p. 85. ed. Gronovii. De eius octaeteride compara *Idelerum* (*Historische Untersuchungen über die astronomischen Beobachtungen der Alten*) p. 190. seqq.

Φαεινὸς] Atheniensis hic cum dicatur *μέτοικος*, peregrinus fuit. Eleum facit et Arato invito Diosem. versu 21. pro *φαεινοῦ ἠελίοιο* obtrudit *Φαεινοῦ Ἠλείοιο* Salmasius Exercitat. T. I. p. 519. ab aliis iam refutatus. Ceterum Ald. Basil. bis *Μέντων* scriptum habent. Aeliani v. h. 10, 7. *Μέτων ὁ Λευκονιεὺς ἀνέστησε στήλας καὶ τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς κατεγράψατο καὶ τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν εὗρεν, καὶ ἔφατο αὐτὸν ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐτῶν.* Aetatem et habitationem hominis cognoscees ex Plutarchi Alcibiade et Aeliani v. h. 13, 12.

τὰ περὶ τὰς τροπὰς συνεῖδε] Eadem dictio ad tres nominatos astrologos pertinere videtur; et ad hanc eandem referri sequens, *τοῦτον τὸν τρόπον ἠστρολόγησαν:* quae Furlanus vertere omisit. Priora ita vertit: *qui notarunt solstitia.* Meton ipse solstitium observasse non dicitur, sed *ἀκοῦσαι παρὰ Φαεινοῦ*, quod Furlanus vertit: *Phaini auditor Meto magnum annum constituit undeviginti annorum.* Haud scio, an male. Certe dictionis ambiguitas servanda erat. Metoni tamen coniunctim cum Euctaemone solstitii observationem Athenis factam archonte Apseude tribuit Ptolemaeus Almagesti 3. p. 62. et Diodorus anno 4. Olympiadis 86. eodem archonte ait *ἐννεακαιδεκαετηρίδα* a Metone Pausaniae filio fuisse publicatam. Huic anno magno fundamentum fecerat solstitii observationem. Cf. *Ideleri* librum p. 194. seqq. Denique verba *τὸν τοῦ ἑνὸς — ἐνιαυτῶν συνέταξεν* manca esse, quilibet videt: equidem *κύκλον* excidisse suspicor: Furlanus *μέγαν ἐνιαυτὸν* vertens cogitasse videtur.

5. *τῶν κατ' οἰκίαν ἑτέρων τινῶν τόπων*] *et aliis quae familiaria sunt et a locis et ab affectibus* Furlanus vertit. In verbis *ἑτέρων τινῶν τόπων* vitium inesse non dubito, et suspicor fuisse scriptum: *ἀπό τε τῶν ζώων τῶν κατ' οἰκίαν καὶ ἑτέρων τινῶν τρόπων καὶ παθημάτων.* i. e. *quae sumuntur ab animalium tam domesticorum quam aliorum moribus et affectibus.*

μάλιστα δὲ κυριώτατα ἀπὸ τοῦ ἡλίου] repete *λαμβάνεται.* Ante *κυριώτατα* copulam *καὶ* insertam malim.

αἱ σύνοδοι τῶν μηνῶν] Aratus Diosem. versu 416. seqq. *μάλα δ' ἄρκιον εἴη φράζεσθαι φθίνοντος ἐφισταμένοιό τε μηνὸς τετράδας ἀμφοτέρας· αἳ γάρ τ' ἄμυδις συνιόντων μηνῶν πείρατ' ἔχουσιν, ὅτε σφαλερώτατος αἰθὴρ ὀκτὼ νυξὶ πέλει χήτει χαροποῖο σελήνης.* ubi Buhlii annotationem comparabis.

6. *πλειάς τε δυομένη καὶ ἀνατέλλουσα*] Plinius 18. s. 69, 2. *Duae sunt praeter lunarem* (causae tempestatum et coelestis iniuriae) *paucisque coeli locis constant. Namque Vergiliae privatim attinent ad fructus, ut quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems, semestri spatio inter se messes vindemiasque et omnium maturitatem complexae.*

7. *οἵα τις ἂν ᾖ*] Furlanus vertit: *qualis igitur anni conditio sit.* Omnino particula aliqua, velut *οὖν*, post *ἂν*, vel *καὶ* ante *οἵα* desideratur.

κἂν μεταβάλλῃ, μετὰ τροπάς] Post *τροπὰς* intellige *μεταβάλλει*.

δεῖ ἔχειν ἕως] *talis erit usque ad aequinoctium* Furlanus vertit. Videtur igitur *οὕτως ἔχει* scriptum voluisse. Certe vulgaris scriptura vitiosa est.

8. *αἱ ὀγδόαι*] Haec ita tradit Aratus 73. seqq. *Σήματα δ' οὐ μάλα πᾶσιν ἐπ' ἤμασι πάντα τέτυκται, ἀλλ' ὅσα μὲν τριτάτῃ τε τεταρταίῃ τε πέληται, μέσφα διχαιομένης· διχάδος γε μὲν ἄχρις ἐπ' αὐτὴν σημαίνει διχόμηνον· ἀτὰρ πάλιν ἐκ διχομήνου ἐς διχάδα φθιμένην· δέχεται δέ μιν αὐτίκα τετρὰς μηνὸς ἀποιχομένου, τὴν δὲ τριτάτη ἀπιόντος.* Quae vulgo vitiosissime scripta leguntur, cum Codices scripturae melioris vestigia manifesta offerant. Ceterum Basil. hic *τῇ γῇ τετράδι* scriptum habet.

9. *καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρία*] Furlanus vertit: *aurora scilicet mane, meridie, vespere incipiente, ad vesperas. noctium partes eadem ratione tantundem momenti afferunt ad ventos* et cet. Male Furlani editio et Heinsii post *δειλῇ* punctum, post *ἀνάλογα* incisum positum habent.

κατὰ τὸν ὑπογεγραμμένον τρόπον] Furlanus recte: *singula autem prognostica hac ratione.* Eadem significatione Aristoteles solet *τὸν ὑφηγημένον τρόπον* dicere, in quo interpretes haeserunt.

10. *φαίνηται ἐπιφοινίσσον σημεῖον*] Vulgatum *φαίνοιτο* correxi. Furlanus vertit: *si ante exortum solis in oriente rubescant nubes — ostendunt id et alia signa. Nam si prius fuerint, trium dierum pluviam significant. Occidente etiam sole si rubescunt nubes, idem praesagiunt, minus autem quam oriente.* Quorum parum aut nihil intelligo. Comparavit idem locum Arati versu 102. seqq. *Εἴ τί που ἢ καὶ ἔρευθος ἐπιτρέχει, οἷά τε πολλὰ ἑλκομένων νεφέων ἐρυθαίνεται ἄλλοθεν ἄλλα· ἢ εἴ που μελανεῖ· καί τοι τὰ μὲν ὕδατος ἔστω σήματα μέλλοντος, τὰ δ' ἐρεύθεα πάντ' ἀνέμοιο.* In quo loco sunt, quae cum Theophrasti doctrina minime

conveniunt. Rubor enim venti signum ponitur ab Arato, pluviae a Theophrasto. Quam diversitatem ut explicaret Furlanus, sumsit utriusque signum esse ruborem, sed a Theophrasto hic pluviam memorari, ubi de pluviae signis peculiariter tractetur. Sed maior est loci utriusque diversitas, quam Cretensis censuit. Equidem dubius haereo. Interim vulgatam distinctionem, πρότερον τριταῖα, μάλιστα σημαίνει τὸ ἐπιφ. mutavi. Forte magis huc pertinet locus Arati 134. οὐδ᾽ ὅτε οἱ ἐπέχοντι φανήμεναι ἠῶθι πρὸ φαίνωνται νεφέλαι ὑπερευθέες, ἄλλοθεν ἄλλαι, ἄῤῥαντοι γίγνονται ἐπ᾽ ἤματι κείνῳ ἄρουραι.

11. δύνῃ χειμῶνος — εἰς νεφέλιον] Aratus versu 122. de sole occidente die pluvio: ἤν μὲν ὑποσκιάῃσι μελαινομένη εἰκυῖα ἠέλιον νεφέλη, tum et sequente die pluviam expectare iubet.

νοτόθεν — βοῤῥάθεν] Stephani Thesaurus βόῤῥαθεν scriptum exhibet.

ἐκ νεφελῶν ἔχῃ] vulgatum νεφελῶν ἔχῃ ὑδατικῶν vertit Furlanus: *et si circa orientem nubes erunt pluviae.* Equidem ἀνέχῃ, ὑδατικὸν, nempe σημεῖον, scribendum censeo.

ἀνατείνωσι] Furlanus vertit: *si ante ortum radii se ostendant.* Plinius 18. s. 78. *si ante ortum radii se ostendent, aquam et ventum.* Apertius Aratus versu 137. μηδ᾽ αὔτως ἔτ᾽ ἐόντι πέρην ὁπότε προταθεῖσαι ἀκτῖνες φαίνονται ἐπίσκιοι ἠῶθι πρὸ, ὕδατος ἢ ἀνέμοιο κατοισομένου λελαθέσθαι. Cf. ad Cap. 2, 1.

καταφερομένου] Aratus versu 121. seqq. Καὶ δὴ δυομένου τετραμμένος ἠελίοιο, ἤν μὲν ὑποσκιάῃσι μελαινομένη εἰκυῖα ἠέλιον νεφέλη, ταὶ δ᾽ ἀμφί μιν ἔνθα καὶ ἔνθα ἀκτῖνες μεσσηγὺς ἑλισσόμεναι δίχ᾽ ὤνται, ἦτ᾽ ἂν ἔτ᾽ εἰς ἠῶ σκέπαος κεχρημένος εἴης. Furlanus vertit: *et si nubes, dum cursu suo sol vehitur, constiterit, aqua dissipentur radii, hibernum diem praenunciant.* Debebat: *si solem occidentem subierit nubes, aqua dividantur radii.*

καυματίας δύηται καὶ ἀνατέλλῃ] Furlanus verba δύηται καὶ delenda censuit, et in versione omisit: *si fervens exoritur.* In Basil. legitur δέεται ἀνατέλλῃ.

12. πανσελήνῳ ἀνίσχουσα] Furlanus vertit: *oriens in plenilunio.* Videtur ad πανσελήνῳ intelligi debere νυκτὶ, si scriptura sana est.

ἀσθενέστερα δὲ ὁ μεὶς] Furlanus: *cum vero a sole coepit elongari,* μηνοειδὴς *appellata, incertioris praesagii est.* De voce μεὶς infra dicetur. Vocem εὐδιεινὸν, quam habent

editio Furlani et Heinsii, et reddidit versio Furlani, inseruit coniectura Furlani: sed in annotatione πνευματώδη posuit; quod rationibus Theophrasti magis est consentaneum

ἢ πυρώδης] Vulgatum antea γυρώδης correxit Furlanus vertens *si cornua ignea sunt*. Deinceps vulgatum ὅ,τι ἂν σημαίνει correxi.

σημαίνει — τριταῖος ὁ μεὶς] Tertium et quartum diem Aratus nominavit versu 50. τάων καὶ περὶ μηνὸς ἐφεσταότος κε πύθοιο.

13. Ἀστέρες πολλοὶ — ἢ τὸ ὕδωρ] Idem signum capite sequente repetitur, ubi vide annotanda.

ἀθρόαι ἀνίσχωσιν] *confertim emergunt radii* Furlanus, qui post σημεῖον inseruit ὕδατος. Idem comparavit Arati versum 108. εἰ δέ τοι ἢ ἀνιόντι ἢ αὐτίκα δυομένοιο ἀκτῖνες συνίωσι καὶ ἀμφ' ἐνὶ πεπλήθωσι — ὕδατί κεν καιόντι παρατρέχοι ἤματα κεῖνα. ubi Avienus versu 264. vertit: *ut coeunt radii nebuloso*. Male nupera editio *nebulose* dedit. Idem voluisse videtur Plinius s. 78. *si in ortu aut in occasu contracti cernentur radii, imbrem*.

αυγαὶ οἷον ἐκλείποντος] Aratus versu 130. ἀλλ' ὁπότ' ἠελίοι, μαραινομένῃσιν ὁμοῖαι ἐξαπίνης ἀκτῖνες ἀπ' οὐρανόθεν τανύωνται, οἷον ἀμαλδύνονται, ὅτε σκιάῃσι κατ' ἰθὺ ἱσταμένη γαίης τε καὶ ἠελίοιο σελήνη — ἄῤῥαντοι γίγνονται ἐπ' ἤματι κείνῳ ἄρουραι. Avienus 300. *sed cum radiis marcentibus ardor languet, et in tenui tenduntur acumine frustra Phoebei crines, nimbos aget atra procella*. Plinius s. 78. *Cum oriente radii non illustres eminebunt, quamvis circumdati nube non sint, pluviam portendunt*.

πόκοις ἐρίων] *ut vellera lanae* Furlanus. Aratus 206. πολλάκι δ' ἐρχομένων ὑετῶν νέφεα προπάροιθεν, οἷα μάλιστα πόκοισιν ἐοικότα ἰνδάλλονται. Vulgatum πόκαις Furlano et Heinsianae debetur. Forma ista a Grammaticis quibusdam e proverbiali ὄνου πόκας ficta fuit. Virgilius Georg. 1, 397. ex imbre signum serenitatis posuit: *Tenuia nec lanae per coelum vellera ferri*. Plinius s. 82. *Si nubes ut vellera lanae spargentur multae ab oriente, aquam in triduum praesagient*. Avienus versu 371. *Vellera si coelo volitent*. Ceterum vulgatam εἰσὶν, ὕδωρ σημαίνει vitiosam partim correxi, et scripsi ὦσιν, cetera non mutavi, quanquam σημαίνουσι praestabat. Sequentia verba, Τεχοῦ δὲ σημεῖα, tanquam supervacua seclusi.

πομφόλυγες] Nescio, an huc pertineat Problema Ale-

xandri 2, 39. *Διὰ τί ἐν ὑετῷ πομφόλυγες γινόμεναι σφοδρὸν ὑετὸν δηλοῦσιν;* quod Gaza minus integrum vertit.

14. ἶρις περὶ λύχνον] Aristoteles Meteorol. 3, 4. περὶ τοὺς λύχνους τὰ πλεῖστα νοτίων ὄντων ἶρις γίνεται τοῦ χειμῶνος, μάλιστα δὲ δήλη γίνεται τοῖς ὑγροὺς ἔχουσι τοὺς ὀφθαλμούς· τούτων γὰρ ἡ ὄψις ταχὺ δι' ἀσθένειαν ἀνακλᾶται. Γίνεται δὲ ἀπό τε τῆς τοῦ ἀέρος ὑγρότητος καὶ ἀπὸ λιγνύος τῆς ἀπὸ τῆς φλογὸς ἀποῤῥεούσης καὶ μιγνυμένης. Seneca Q. N. 1, 2. *in balneis quoque circa lucernam tale quiddam aspici solet ob aeris densi obscuritatem, frequentissime autem austro, cum coelum maxime grave et spissum est.* Cf. etiam annotatio ad Eclogas Physicas p. 243.

κατὰ λόγον ὡς ἂν ἔχωσι] Vulgatum ῃς ἐὰν Furlanus vertit: *ventos etiam simili ratione, si et multi et magni sint.*

[ὁ λύχνος] ἀπωθῇ] Verba seclusa Furlanus addidit et locum vertit: *Lucerna quoque, si hieme flammam impellat, remanentibus veluti bullis, futurae pluviae praesagium est: et si in ipsam radii saliant et scintillae fiant.* Idem rectius comparavit Arati versum 245. μηδ' ἢν ὑπὸ χείματος ὥρῃ λύχνων ἄλλοτε μέν τε φάος κατὰ κόσμον ὀρώρῃ, ἄλλοτε δ' ἀΐσσωσιν ἀπὸ φλόγες ἠΰτε κοῦφαι πομφόλυγες, μηδ' εἴ κεν ἐπ' αὐτόφι μαρμαίρωσιν ἀκτῖνες. Avienus 392. *et si nocturnis ardentibus undique testis concrescant fungi; si flammis emicet ignis effluus, aut lucis substantia langueat ultro, convenit instantes praenoscere protinus imbres.* Is aperte scripturam vitiosam Codicum quorundam μαραίνωνται reddidit. Scholiorum auctor alter ita interpretatur verba postrema Arati: καὶ ὅταν αἱ πομφόλυγες ποτὲ μὲν τεταγμένως καὶ κατὰ φύσιν εἰς ὕψος ἀναφέρωνται, ποτὲ δὲ πλαγιάζωνται, καὶ λεπταὶ πομφόλυγες περὶ αὐτὰς γίνωνται, καὶ σπινθῆρες (ita vulgatum σπινθῆρας corrigit Arnaldus) ἀποῤῥέωσι. Maior etiam difficultas inest verbis Theophrasti vitiosis. Verbum enim διαλιπὼν num pertineat ad πομφόλυγας an potius ἀπωθῇ, dubium est. Deinde verba ἐπ' αὐτὸν videntur mutanda in αὐτοῦ, quae Aratus videtur reddidisse ἐπ' αὐτόφι. Virgilius 1, 391. *testa cum ardente viderent scintillare oleum, et putres concrescere fungos.* Ceterum Ald. Basil. habent καὶ ἐὰν τρεῖς νύκτες ἐπιγένωνται.

15. φρύνη λουομένη] Quale genus ranae vel bufonis intelligatur, ignoro. Terrestres nostrates instante pluvia et post pluviam e latebris prodire solent; ceterum aquas petunt plurimi tempore coitus, ut ova feminae ibi deponant.

βάτραχοι μᾶλλον ᾄδοντες] Aratus 214. *ἢ μᾶλλον δειλαὶ γενεαὶ, ὕδροισιν ὄνειαρ, αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων.*

σαλαμάνδραν] Graecam nondum habemus cognitam: nostrates, quae hoc nomine veniunt, in aquis coeunt, et branchiatae iuniores vivunt; adultae in humidis et umbrosis degunt, et ante et post pluvias prodeunt.

χλωρὸς βάτραχος] Hinc Lucianus de mercede conductis c. 28. et adversus indoctum c. 20. *χερσαίου βατράχου δίκην διψῶντα κεκραγέναι.* quam locutionem male de rubeta interpretantur: nec rana aquatica recte sitiens clamare dici potest.

χελιδόνες] Aratus 212. *ἢ λίμνην πέρι δηθὰ χελιδόνες ἀΐσσονται γαστέρι τύπτουσαι αὔτως εἰλυμένον ὕδωρ.* Virgilius Georg. 1, 377. *aut arguta lacus circumvolitavit hirundo.* Plinius s. 87. *hirundo tam iuxta aquam volitans, ut penna saepe percutiat.*

ὁπλὴν λείξας] Aratus 382. *βόες ὁππότε χηλὰς γλώσσῃ ὑπωμαίοιο ποδὸς περιλιχμήσωνται.*

ἀνακύπτων] Aratus 222. *καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο οὐρανὸν εἰσανιδόντες ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο.* Plinius s. 88. *boves coelum olfactantes seque lambentes contra pilum.* Varro Atacinus: *Et bos suspiciens coelum — naribus aereum patulis decerpsit odorem.* Unde Virgilius 1, 375. *aut bucula coelum suspiciens patulis captavit naribus auras.* Contra Aelianus h. a. 7. 8. *βοῦς ἐὰν βοᾷ καὶ ὀσφραίνηται τῆς γῆς, ὕειν ἀνάγκη.*

16. *κορώνη ἐπὶ πέτρας κορυσσομένη*] *si erigatur in scopulis iam fluctu accedente* Furlanus vertit. Aratus 217. *ἤπου καὶ λακέρυζα παρ' ἠϊόνι προὐχούσῃ χείματα ἀρχομένου χέρσῳ ὑπέκυψε κορώνη· ἤπου καὶ ποταμοῖο ἐβάψατο μέχρι παρ' ἄκρους ὤμους ἐκ κεφαλῆς, ἢ καὶ μάλα πᾶσα κολυμβᾷ, ἢ πολλὴ στρέφεται παρ' ὕδωρ παχέα κρώζουσα.* Avienus 378. *improba si cornix caput altis inserit undis, flumine terga rigans, si saevit gutture rauco, plurimus abruptis fundetur nubibus imber.* Geoponica 1, 3. *καὶ κορώνη ἐπ' αἰγιαλοῦ τὴν κεφαλὴν διαβρέχουσα ἢ πᾶσα νηχομένη, καὶ νυκτὸς σφοδρότερον κρώζουσα ὄμβρους προμηνύει.* In Theophrasto quid in loco eo, quem verbum alienum *κορυσσομένη* occupavit, fuerit, ex Arato divinare possumus: verbum ipsum assequi sine Codicum ope vix licet. Nam Turnebi *ἐφιζομένη* Advers. 25, 13. manifesto alienum a sententia est. In Geoponicis unde adverbium *νυκτὸς* venerit, igno-

ratur, nec eius vestigium ullum est in Arato, quem tamen is scriptor sequitur. In Arato suspectum mihi vocabulum χέρσῳ, cuius in loco fuisse videtur aliud, idem significans, quod κύματι vel ὕδατι. Codicum quorundam ὑπέτυψε plane alienum ab hoc loco est. In Theophrasto Ald. Basil. περιτ-τομένη habet pro περιπετομένη.

τούτων ἐὰν ταχὺ] Turnebus Advers. 25, 13. ταύτην ἣν δὶς coniecit. Furlanus vertit: *si bis easdem personet et singultu quodam veluti latret et se concutiat.* Aratus 234. καί που κόρακες δίους σταλαγμοὺς φωνῇ ἐμιμήσαντο σὺν ὕδατος ἐρχομένοιο· ἤ ποτε καὶ κρώξαντε βαρείῃ δισσάκι φωνῇ μακρὸν ἐπιῤῥοιζεῦσι τιναξάμενοι πτερὰ πυκνά. quem locum Scholiorum auctor ita interpretatur: μεγάλως ἠχοῦσι τοῖς πτεροῖς πάντα αὐτῶν τὰ πτερὰ ἀνατιναξάμενος, quem sequitur Turnebus l. c. Avienus difficultatem brevitate effugit, ut Virgilius; ille enim versu 389. *et tenui cum stridunt gutture corvi.* hic versu 381. *e pastu decedens agmine magno corvorum increpuit densis exercitus alis.* Contra Aelianus h. a. 7, 7. laudans Aristotelem auctorem: κόραξ δὲ ταχέως καὶ ἐπιτρόχως φθεγγόμενος καὶ κρούων τὰς πτέρυγας καὶ κροτῶν αὐτὰς, ὅτι χειμὼν ἔσται, κάτεγνω πρῶτος. — Κολοιοὶ δὲ ἱερακίζοντες, ὥς ἐκεῖνος λέγει, καὶ πετόμενοι πῇ μὲν ἀνωτέρω, πῇ δὲ κατωτέρω, κρυμὸν καὶ ὑετὸν δηλοῦσι. Haud scio, an ex hoc loco duxerit Suidas in ἐπιτροχάδην verba κόραξ ἐπιτρόχως φθεγγόμενος χειμῶνα σημαίνει. De voce Aelianus verbum ἐπιῤῥοιζεῖν recte quidem interpretatur, ut additum ab Arato μακρὸν demonstrare videtur; quod ipsum tamen verbum diversam aliquam a celeritate et volubilitate vim vocis arguit. Furlanus unde *singultum* et *latratum* expiscatus sit, equidem non possum divinare; quanquam latratum graece verbo ῥάζω, ἀράζω et ῥύζω significari non ignorem. Verum Turnebus iam olim bene vidit, locum Theophrasti male habitum fuisse a librariis, et male repetita paulo post, sed mutilata, ad eandem sententiam pertinere verba: καὶ ἐὰν κόραξ εὐδίας μὴ τὴν εἰωθυῖαν φωνὴν ἵῃ καὶ ἐπιῤῥοιβδῇ, ὕδωρ σημαίνει. quae Furlanus vertit *mutata voce carptim resorbeat.* Idem in textu posuit ἵῃ καὶ ἐπιῤοιβδῇ, quem Heinsius est secutus. Mihi quidem non dubium est, eandem vocis variationem verbis ἐπιῤῥοιβδεῖν et ἐπιῤῥοιζεῖν significari, in qua reddenda tamen Furlanus aberravit. Alterum vitium in Theophrasti verbis est, ubi iunguntur ἐάν τε εὐδίας ἐάν τε ὕδατος ὄντος. Nam ista, ἐάν τε ὕδατος ὄντος, ab aliena manu accessisse, satis arguit sequens ὕδωρ

σημαίνῃ. Idem pluviae signum futurae Aratus 960. gallinis domesticis assignavit: εὖ ἐφθειρίσσαντο καὶ ἔκρωξαν μάλα φωνῇ, οἷόν τε σταλάον ψοφέει ἐπὶ ὕδατι ὕδωρ. In Theophrasto verba etiam ἐὰν ὑετῶν ὄντων spuria et aliena censeo: solum εὐδίας in postremo membro pertinet ad rem. Ne quis miretur non solum singula verba, sed totam sententiam verbis partim diversis repetitam, facit alterum signum mox tractandum. Verbum ῥοιζεῖν et ῥοιβδεῖν (hoc enim nisi forma aut dialecto ab illo non differre videtur) stridorem corporis per aerem cum vi aut celeriter iactati et lati significat; hinc interdum Grammatici per συρίττειν, sibilare, interpretantur. Verbum Homericum de Scylla ἀναῤῥοιβδεῖν alii cum sonitu eiaculari, alii resorbere cum sonitu interpretantur. In verbis igitur Theophrasteis ἐπιῤῥοιζήσῃ et ἐπιῤῥοιβδῇ, si scriptura vera est utriusque loci, diversitas vocis nulla inesse videtur. Unde igitur Plinius, aut quem is auctorem exscripserat, duxit sect. 87. *Corvique singultu quodam latrantes seque concutientes, si continuabunt, ventos, si vero carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem?* Videtur is sane verbum ἐπιῤῥοιζεῖν vel ἐπιῤῥοιβδεῖν in Theophrasto bis scriptum legisse et pro diverso signo vel imbris vel ventosi imbris utrumque habuisse. Si altero loco ἀναῤῥοιβδῇ olim scriptum fuisse suspiceris, unde Plinius vocem resorptam duxerit, apparet; sed *singultum* unde derivaverit, divinare non possum. De *latratu* iam antea vidimus. Quod addit *si continuabunt*, nisi vim praepositionis verbi ἐπιῤῥοιζήσῃ spectaverit, vocabulum aliquod in Theophrasto additum legit: quod idem Aratus secutus videtur, ubi ait μακρὸν ἐπιῤῥοιζεῦσι. quod reddiderim *producta voce stridorem addunt*. Vides, quantis difficultatibus locus Theophrasti sit impeditus, quem diversae scripturae et interpretationes magis etiam obscurum reddiderunt.

φθειρίζηται ἐπ' ἐλαίας] Furlanus ἐπ' ἀλέας scribendum esse coniecit, causa suspicionis non edita. Equidem idem signum paulo post de accipitre repetitum esse censeo, ubi est: ἐὰν ἱέραξ ἐπὶ δένδρου καθεζόμενος καὶ εἴσω εἰσπετόμενος φθειρίζηται, ὕδωρ σημαίνει. In corvo arboris nomen certum posuit, in accipitre non item.

17. κόρακες ἐάν τε κολοιοὶ — σημαίνουσι] Aratus 231. Δή ποτε καὶ γενεαὶ κοράκων καὶ φῦλα κολοιῶν ὕδατος ἐρχομένοιο Διὸς πάρα σῆμ' ἐγένοντο φαινόμενοι ἀγεληδὰ καὶ ἰρήκεσσιν ὁμοῖον φθεγξάμενοι. Arateum ἀγεληδὰ non est in Theophrasto. Pressius Aelianus 7, 7. κολοιοὶ ἱερακίζοντες

καὶ πετόμενοι πῇ μὲν ἀνωτέρω, πῇ δὲ κατωτέρω. unde suspicari licet, eum in Theophrasto scriptum legisse *ἄνω πέτωνται καὶ κάτω ἱερακίζοντες*. Aratum lócum reddiderunt Geoponica 1, 3.

οἳ βιοτεύουσιν ἐν νήσῳ] Hanc partem observationis, reliquis omissis, repetiit Aratus 249. *μηδ' ἢν θέρεος μέγα πεπταμένοιο νησαῖοι ὄρνιθες ἐπασσύτεροι φορέωνται*. ubi vulgatum *νήσσαῖοι* interpretantur Scholia; sed nostram correctionem approbat locus Theophrasti. Avienus locum praeteriit.

ὄρνιθες καὶ ἀλεκτρυόνες] Intellige *ὄρνιθας κατοικιδίους*, gallinas domesticas. Duplex signum repetiit Aratus 228. *καὶ τιθαὶ ὄρνιθες, ταὶ ἀλέκτορος ἐξεγένοντο, εὖ ἐφθειρίσσαντο, καὶ ἔκρωξαν μάλα φωνῇ, οἷόν τε σταλάον ψοφέει ἐπὶ ὕδατι ὕδωρ*. unde Geoponica 1, 3. *καὶ κατοικίδιαι ὄρνιθες πυκνῶς κονιώμεναι καὶ κρώζουσαι*. ad quem locum bene monuit Niclas, Arateo *φθειρίσσεσθαι* respondere *κονιᾶσθαι*, in pulvere volutari; quod facere videntur gallinae propter pediculos. Aelianus 7, 7. ex Aristotele refert: *ἀλεκτρυόνες γε μὴν καὶ ὄρνιθες οἱ ἠθάδες πτερυσσόμενοι καὶ φρυαττόμενοι καὶ ὑποιρύζόντες χειμῶνα δηλοῦσι*. ubi suspicor *φθειριζόμενοι* scriptum fuisse.

18. *νῆττα ἥμερος — γεῖσα*] Aratus 238. *καὶ νῆσσαι οἰκουροὶ ὑπωρόφιοί τε κολοιοὶ ἐρχόμενοι κατὰ γεῖσσα τινάσσονται πτερύγεσσιν*. Deinceps *ὕδωρ σημαίνουσι* praestabat. In Basil. *ἐὰν* ante *ὑπιοῦσα* deest, et deinceps *κολιοὶ* scriptum.

ἐρωδιὸς ὄρθριον] Aratus tempestatis futurae signum facit ardeam cum clamore in siccum properantem versu 181. contra versu 240. *ἢ ἐπὶ κῦμα διώκει ἐρωδιὸς ὀξὺ λεληκὼς* signum pluviae ponit. Noster capite sequenti: *ἐρωδιὸς ἀπὸ θαλάσσης πετόμενος καὶ βοῶν πνεύματος σημεῖόν ἐστι· καὶ ὅλως βοῶν μέγα, ἀνεμώδης*. ubi vides in extremo verbo variatum; hoc enim nostro in loco *ἀνεμῶδες* rectius legi videtur. Ecce Aelianus 7, 7 ex Aristotele retulit haec: *Ἐρωδιὸς δὲ κνεφαῖος βοῶν τὰ αὐτὰ ἔοικεν ὑποδηλοῦν*, (nempe *χειμῶνα ἰσχυρὸν*) *ὡς αὐτὸς Ἀριστοτέλης φυλάξας λέγει· πετόμενος δὲ ἐρωδιὸς τῆς θαλάσσης εὐθὺ ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ ῥαγήσεσθαι αἰνίττεται*. Vides, Theophrasti *ὄρθριον* Aelianum vocabulo *κνεφαῖος* reddidisse, quod saepius crepusculum significat.

19. *Καὶ ὁ σπίνος — ἢ χειμῶνα*] Furlanus vulgatum *πῖλος* in *πελλὸς* mutatum *ardea pella* vertit. Correctio nostra debetur Salmasio Exercit. p. 315. Tribus locis noster de

spino memorat. Primum hoc in loco, deinde p. 437. σπίνος στρουθὸς σπίζων ἕωθεν χειμέριον. Postea ibidem: καὶ σπίνος ἐν οἰκίᾳ οἰκουμένῃ φθεγγόμενος, χειμέριον. Tertius locus est infra in hoc capite: σπίνος φθεγγόμενος ἕωθεν μὲν ὕδωρ σημαίνει ἢ χειμῶνα, δείλης δὲ ὕδωρ. Arato 292. καὶ σπίνος ἠῷα σπίζων est signum χειμῶνος. reliqua signa omisit. Heinsiana vocem οἰκίᾳ male omisit.

χύτρα περίπλεως] *cum plena in igne ferveat, ut scintillas referre videatur* F. Aratus versu 251. μηδὲ σύ γ', ἢ χύτρης ἠὲ τρίποδος πυριβήτεω σπινθῆρες ὅτ' ἔωσι περιπλέονες, λελαθέσθαι. ad quem Scholia: ὅταν σπινθήρων πλῆθος περὶ αὐτοὺς βλέπηται. Geoponica 1, 3. inde retulerunt: ἔτι δὲ καὶ εἰς χύτραν ἢ χαλκεῖον σπινθῆρες γινόμενοι ὄμβρους δηλοῦσι. In Arato vulgaris distinctio σπινθῆρες, ὅτ' ἔωσι movisse videtur Hermannum ad Orphica p. 702. ut scribere mallet σπινθήρων. In Theophrasto vocabulum περίπλεως suspectum mihi est, et totus locus sententiam dubiam habet non minus quam Arateus. Planius est signum in Geoponicis; quanquam, si in Arato περὶ πλέονες divisim scripseris, sententiae obscuritatem removebis.

ἴουλοι] Idem signum sequenti capite repetit. Plinius s. 88. *item vermes terreni erumpentes.*

ἀναδυόμενος πυκνὰ] Plinius s. 87. *delphini tranquillo mari lascivientes flatum, ex qua veniunt parte: item spargentes aquam turbato, tranquillitatem.* Cicero de Divinat. 2, 70. *Gubernatores cum exsultantes loligines viderint aut delphinos se in portum coniicientes, tempestatem significari putant.* Verbum ἀναδυόμενος F. vertit *sese mergat*, cum deberet *emergat.* Plinius, nisi aliunde sua duxit, locum Theophrasti integriorem legisse videtur.

20. ἄνυδρος καλούμενος] Quae infra sequuntur, τῆς δὲ νυκτὸς ὅταν τὸν Ὑμηττὸν κάτωθεν τῶν ἄκρων νεφέλη διαζώσῃ, ut et ea, qua de signis in Aeginetico Iovis Hellenii templo traduntur, et de Euboea et Pelio referuntur, male discerpta videntur a librario; pertinent enim ad Atticam omnia, cuius domestica fuerunt signa. Eodem referendus capite sequente Ὑμηττὸς μέσος διεζευγμένος νότιος. et capite tertio plura signa ex Parnethe, Brilesso et Hymetto sumta, veluti postremum: καὶ ἐὰν χειμῶνος ὄντος νεφέλη μακρὰ ἐπὶ τὸν Ὑμηττὸν ᾖ, χειμῶνος ἐπίτασιν σημαίνει. Postea iterum: τῆς Πάρνηθος ἐὰν τὰ πρὸς ζέφυρον ἄνεμον καὶ τὰ πρὸς Φύλης φράττηται νέφεσι βορείων ὄντων, χειμέριον τὸ σημεῖον. In Attica Phainus solstitia in monte Lycabetto dicitur observasse a nostro;

et Meton, aequalis Phaini, annorum undeviginti periodum constituisse videtur ex observationibus in montibus Atticis ab eo ipso et Phaino institutis. Unde in iisdem montibus signa deorum constituta memoravit Pausanias 1, 32. In Pentelico monte enim fuit templum Minervae, in Hymetto Iovis Hymettii cum ara Iovis Pluvii (ὀμβρίου) et Apollinis προοψίου. Hesychius Ἀπόλλωνα Ὑμήττιον annotavit. In Parnethe signum aeneum Iovis Parnethii fuit cum ara Iovis Σημαλέου, alia Iovis Pluvii et Ἀπημίου. In Anchesmo fuit signum Iovis Anchesmii. Hos deos Attici ἐπακρίους vocare solebant, veluti Δία ἐπάκριον, testante Etymol. M. p. 352. l. 49. Mons Parnes latus Atticae septentrionale ad dextram, sinistra Cithaeron cingit versus Boeotiam; inter utrumque est locus Harma dictus; atque infra Harma ad eandem Parnethem, montem, Phyle est sita. De Parnethe et Cithaerone latus septentrionale cingentibus testatur locus Platonis in Critia p. 43. Lycabettus est in latere orientali contra collem Πνύκα, in quo Asty erat, positus, ut ait Plato l. c. p. 46. In eodem latere erat Φελλεὸς, locus montuosus et asper, nominatus ab Aristophane Nubium versu 71. et Acharn. 273. testante Platone l. c. qui τὰ Φελλέως νῦν ὀνομασθέντα πεδία tanquam aspera et sterilia memorat. Aristophanes Nubium versu 322. βλέπε νῦν δευρὶ πρὸς τὴν Πάρνηθ'. ἤδη γὰρ ὁρῶ κατιούσας ἡσυχῇ ταύτας. (τὰς νεφέλας) — χωροῦσ' αὗται πάνυ πολλαὶ διὰ τῶν κοίλων καὶ τῶν δασέων, αὗται πλάγιαι. — παρὰ τὴν εἴσοδον. Parnethi aliquatenus appositus Brilessus est, atque uterque includit demos Ἀφίδνας, Deceliam aliosque. Cf. Thucydidis 2, 23. Supra Parnethem erat locus Λειψύδριον vocatus, de quo Suidas h. v. et Herodotus 5, 62 Infra urbem versus Sunium in latere meridionali excurrebat Hymettus, atque infra hunc Laurium usque ad promontorium Sunium. Hymetti partes a Theophrasto memoratas nescio an alius scriptor memoraverit. Post ἐὰν videtur praepositio ἐν excidisse.

21. λὶψ πνεύσῃ] Pessime F. vertit: *Aphricus si meridie flabit, pluviam afferet.* Aristoteles Probl. 26, 27. quaerit: διὰ τί, ἐὰν περὶ ἰσημερίαν λὶψ πνεύσῃ, ὕδωρ γίνεται; et causam rei reddit multis verbis. ubi recte Gaza vertit *circa aequinoctium.*

μᾶλλον ἄνεμον ἢ] ὕδωρ] Verba seclusa inseruit Furlanus auctore Plinio libro 18. s. 81. *tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana.* Idem paulo antea: *Cum aestate vehementius tonuit, quam fulsit, ventus ex ea parte denunciat: contra si minus tonuit, imbrem. Cum sereno coelo*

fulgetrae erunt et tonitrua, abhiemabit. Atrocissime autem, cum ex omnibus quatuor partibus coeli fulgurabit. Cum ab Aquilone tantum, in posterum diem aquam portendit; cum a septentrione, ventum eum, cum ab austro vel Coro aut Favonio nocte serena fulguraverit, ventum et imbrem ex iisdem regionibus demonstrabit.

ἀκρωρείας] Vulgatum ἀκροορείας vertit F.: *si a montis cacumine flante austro fulgurabit, ab austro, si fulgurabit a Favonio ad Aquilonem, hiemem futuram aut imbrem portendit. aestiva vero fulgura et vespertina statim imbrem nuntiant aut post triduum: et autumno si fulgebit ab Aquilone, expectanda pluvia est.* Annotationis nihil ad haec addidit. Gemina traduntur verbis paulo minus vitiosis capitis sequentis sectione 7. ubi vide annotanda. Aratus Dios. 193. καὶ θέρεος βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ ἔνθεν ἴωσιν, ἔνθεν ἐπερχομένοιο περισκοπέειν ἀνέμοιο. versu 201. αὐτὰρ ὅτ᾽ ἐξ εὔροιο καὶ ἐκ νότου ἀστράπτῃσιν, ἄλλοτε δ᾽ ἐκ ζεφύροιο, καὶ ἄλλοτε πὰρ βορέαο, δὴ τότε τὶς πελάγει ἔνι δείδιε ναυτίλος ἀνὴρ, μή μιν τῇ μὲν ἔχῃ πέλαγος, τῇ δ᾽ ἐκ Διὸς ὕδωρ. In quibus, ut in Plinii loco supra posito, nihil est, quod conatum emendandi textus Theophrastei possit adiuvare. Furlanus ἀπ᾽ ἀκρωρείας scriptum voluisse videtur. Equidem, quid mentio ἀκρωρείας faciat ad significationem fulgetrae, non intelligo. Insolens praeterea ζέφυρος ἀστράπτων, non minus quam cap. sequentis sect. 8. ἕωος ἀστραπαῖος. Sequens πρὸς βορείου Furlanus πρὸς βοῤῥᾶν scriptum voluisse videtur. Ad verba βοῤῥάθεν ἀστράπτων deest aut nomen venti aut Ζεύς. Post multam et diuturnam dubitationem succurrit tandem locus capitis 3. s. 4. ubi est ὀλολυγὼν ᾄδουσα μόνη ἀκρωρείας χειμέριον. Aratus interpretatus est τρύζει ὀρθρινὸν, ut Cicero de Divinatione 1, 8. *et matutinis acredula vocibus instat.* Apparet igitur, ἀκρωρίαν (ita enim scribendum censeo, ut ab ἀκρωρεία, summo monte, distinguatur) Atticis aut Excerptori libellorum Theophrasteorum significare noctem extremam et diluculum, vocabulo ab ὥρα aut ωρος, *nox*, derivato. Hoc igitur posito, et comparato Plinii loco supra posito, coniicio, scriptum hic olim fuisse deinceps: καὶ ζέφυρος ἀστράπτων καὶ βορέας ἢ χειμῶνα ἢ ὕδωρ σημαίνει. Addam observationem Atticorum hominum ex Sophoclis Aiace versu 257. οὐκ ἔτι (μαίνεται)· λαμπρᾶς γὰρ ἄτερ στεροπᾶς ᾄξας ὀξὺς νότος ὣς λήγει. unde patet, austrum, si sine fulgetra fuerit, in Attica celeriter transiisse; de tempore tamen certo id valere puto.

22. Εὔβοια ὅταν διαχωσθῇ μέσῃ] F. vertit: *Euboea*

insula cùm media in mari latitet. Equidem non dubitavi διαζώσθῃ scribere; qua dictione noster etiam de Hymetto monte in signis usus est. Deinceps *πέλιον* Furlanus et Heinsius, in versione tamen ille *Pelium montem* dederat.

ὀξεῖς ἥλιοι — ἐκ νεφέλης] *si soles acuti e nebula prodeant* F. In nostri h. pl. 8, 10. *διαπόλλυσι δὲ καὶ ἥλιος ὁ ἐκνέφελος ἄμφω, καὶ μᾶλλον πυρὸν ἢ κριθὴν, ὥστε μηδ' ἐπίδηλον εἶναι τὸν στάχυν τῇ ὄψει ὄντα κενόν.*

ἐν κοίλῳ χωρίῳ — ἐκ τῆς μυρμηκίας] Ordo postulabat *ἐκ τ. μ. ἐν κ. χωρ.* Aratus 224. *καὶ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ὤεα πάντα θᾶσσον ἀνηνέγκαντο.* Virgilius 1, 379. *Saepius et tectis penetralibus extulit ova angustum formica terens iter.* Plinius s. 88. *formicae — concursantes aut ova progerentes.*

23. *ἄλως αἱ μέλαιναι*] Cf. dicenda ad Cap. 4, 1.

ἡ φάτνη] Aratus versu 160—176. Aldinae et Basileensis *οὗ φάτνη* correxit Furlanus. Margo Basil. *ὃν* habet.

δημόσιον — μυίας] Aratus 974. *μηδ' εἴ κεν ἐπὶ πλέον ἠὲ πάροιθε δάκνωσιν μυῖαι καὶ ἐφ' αἵματος ἱμείρωνται.*

24. *τῆς δὲ νυκτὸς — κάτωθεν — λευκὴ καὶ μακρὰ*] Idem videtur pluviae signum, quod supra verbis diversis significatur. Nebula ibi *λευκὴ καὶ ἐκ πλαγίου*, sed *ἄνωθεν* consistere dicitur, hic *λευκὴ καὶ μακρὰ κάτωθεν τῶν ἄκρων*. Verbo hic *διαζώσῃ* utitur, ut Hymetti cacumina duo, maiorem et minorem vel *ἄνυδρον* Hymettum, significet. Verum praeterea hic noctem signo definit, et dies paucos futurae pluviae, quas notas supra omisit. Ceterum in A. B. est *νεφελῶν*. Cf. dicenda ad Cap. 2. sect. 9.

Αἰγίνῃ καὶ ἐπὶ] Equidem copulam omittendam censeo. Iovis enim templum in alto situm montis locum obtinet, unde nebularum signum conspici et agnosci possit. Pausanias 2, 30. *Ἐν Αἰγίνῃ δὲ πρὸς το ὄρος τοῦ Πανελληνίου Διὸς ἰουσίν ἐστιν Ἀφαίας ἱερόν. — Τὸ δὲ Πανελλήνιον ὅτι μὴ τοῦ Διὸς τὸ ἱερὸν ἄλλο τὸ ὄρος ἀξιόλογον εἶχεν ουδέν.* Panhellenium vocat Pausanias, quem Pindarus cum Theophrasto Nemeon. 5, 19. *Ἑλλάνιον.* ad quem locum Scholion: *Ἑλλήνιος Ζεὺς τιμᾶται ἐν Αἰγίνῃ παρὰ τῷ οὕτως Ἑλληνίῳ ἀκρωτηρίῳ καλουμένῳ.*

χιόνες πολλαὶ — εὐετηρία] Aratus versu 356. *ἀλλὰ χιὼν εἴη πολλὴ μεγάλαις ἐπ' ἀρούραις μήπω κεκριμένη μηδὲ βλωθρῇ ἐπὶ ποίῃ, ὄφρα τις εὐετυῖ χαίρῃ ποτιδέγμενος ἀνήρ.* ubi Codicum scripturam *εὐεστοῖ* probo cum Hermanno ad Orphica p. 703. Causam, cur nivium multitudo annonae utilis sit cum

pluviis borealibus, demonstravit Theophrastus c. plant. 2, 2. Cf. ad sect. 25.

25. *Καὶ εἰ ἐν ἀστράσι — προσημαίνειν*] Vulgatum *προσημαίνει* correxi. Heinsiana coniunctionem *εἰ* omisit. F. vertit: *si in stellis veluti grando quaedam appareat.* Ineptias huiusmodi quis ferat? Equidem *ἄνθραξι λαμπροῖς* scribendum censeo. Aratus 309. *ἄνθρακι δὲ ζώοντι χαλάζης (ἔπι τεκμήραιο), ὁππότε λαμπρὸς αὐτὸς ἐείδηται, μέσσῳ δέ οἱ ἠΰτε λεπτὴ φαίνηται νεφέλη, πυρὸς ἔνδοθεν αἰθομένοιο.* Plinius s. 84. inter signa tempestatis pluviosae habet: *et cum carbo vehementer perlucet.* Reliquum signum de miliaceis notis, nisi ad lucernam ardentem pertinent, ceteri scriptores omiserunt.

πρῶτον — βόρειον ὕδωρ νοτίου καὶ τοῖς φυομένοις]. Respicere puto vocabulum *πρῶτον* ad hiemem, ex qua initium annus rusticus et annona ducit. Longa autem oratione noster de causis plantarum 2. c. 2. demonstravit: *καλὸς χειμὼν, ἐὰν πολυϋδρίαν τε ἔχῃ βόρειον καὶ χιόνος πλῆθος καὶ τὸ ὅλον ψύχῃ χωρὶς πάγου. — διὸ συμφέρει τοὺς τε ὄμβρους βορείους, μὴ νοτίους εἶναι.* Idem repetiit 3, 29. et pluribus locis. Sed ex isto loco (3, 29.) lubet addere Clidemi annotationem ad hanc tractationem pertinentem, ubi est de satione Vergiliis occidentibus: *ἐπιγίνεσθαι γὰρ ὕδατα καὶ πολλὰ τῇ ἑβδόμῃ μετὰ τὴν δύσιν.* Quam Theophrastus sine dubio etiam in libro integro collectam posuerat.

καὶ ὅταν ὀχέωσι πρόβατα — χειμῶνος μακροῦ] Basil. *αἶγας* habet. Infra est Cap. 3. *πρόβατα ἐὰν πρωῒ ὀχεύηται, πρώϊον χειμῶνα σημαίνουσι.* et Cap. 4. *πρόβατα ὀψὲ ὀχευόμενα εὐδιεινὸν ἀποτελοῦσι τὸ σημεῖον.* In nostro loco lacunam indicat etiam locus Arati 336. *θήλειαι δὲ σύες, θήλειά τε μῆλα καὶ αἶγες ὁππότ' ἀναστρωφῶσιν ὀχῆς, τὰ δέ γ' ἄρσενα πάντα δεξάμεναι πάλιν αὖτις ἀναβλήδην ὀχέωνται, αὔτως καὶ σφήκεσσι μέγαν χειμῶνα λέγοιεν· ὀψὲ δὲ μισγομένων αἰγῶν μήλων τε συῶν τε, χαίρει ἄνολβος ἀνὴρ, ὅ οἱ οὐ μάλα θαλπιόωντι εὔδιον φαίνουσι βιβαιόμεναι ἐνιαυτόν.* ubi vulgatum *θήλεια δὲ* correxi, deinceps *αὐτῷ* vulgatum vel *αὖτις* Codicis Wratisl. Arnaldus. Geoponica 1, 4. *καὶ αἶγες καὶ οἶες ὀχευθεῖσαι καὶ πάλιν ὀχεύεσθαι βουλόμεναι μακρότερον σημαίνουσι χειμῶνα.* Aelianus 7, 8. ex Aristotele tradit: *πρόβατα — ἀναβαινόμενα τὰ αὐτὰ πῶεα χειμῶνα ὁμολογεῖ.* ubi *ἀναβαινόμεναι* debet esse *iterum copulatae et inscensae.* In Theophrasto, nisi plura exciderunt verba, certe *πάλιν* deest. Praeterea *ὀχευθῶσι* scribendum videtur.

AD CAPVT II.

Καυματίας κἂν μὴ ἀποστίλβῃ] Versio: *fervidus nec lucidus*. Alioquin κἂν est *etiamsi*. Idem signum, omissis verbis κἂν μὴ ἀποστ., in sequentibus etiam Capitibus repetitur.

κοῖλος] Plinius s. 78. *concavus oriens pluvias praedicit.* Aratus 96. ἀλλ' οὐχ (ὑπεύδιος), ὁππότε κοῖλος ἐειδόμενος περιτέλλῃ.

σχίζωνται] Aratus 97. οὐδ' ὁπότ' ἀκτίνων|αἱ μὲν νότον, αἱ δὲ βορῆα σχιζόμεναι βάλλωσι, τὰ δ' αὖ περὶ μέσσα φαείνῃ, ἀλλά που ἢ ὑετοῖο διέρχεται ἢ ἀνέμοιο. Virgilius 1, 445. *aut ubi sub lucem densa inter nubila sese diversi rumpent radii.* Plinius s. 78. *si in exortu spargentur radii partim ad austrum, partim ad aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluviam tamen ventosque significabunt.* Aratum Scholiorum graecus auctor alter ita interpretatur: εἰ τὸ μέσον αὐτοῦ φαίνοιτο μόνον, τὸ δὲ ἑκατέρωθεν διὰ νέφους πυκνότητα μὴ ὁρῷτο. Hic igitur cum Plinio facit, qui τὰ μέσσα περιφαείνει accepit, uti interpretatur etiam Heyne ad Virgilium l. c. Contra alter Scholiorum auctor ita: τὰ δὲ μέσα τοῦ δίσκου φαίνεται ἄνευ τινῶν ἀκτίνων; is itaque vulgatam sequitur scripturam. Difficile est iudicium de vera interpretatione. Nam locus Theophrasti, ex quo iudicium omne pendet, vitiosus et lacunosus est in verbis τούτου μέσου ὄντος κατ' ὄρθρον. Male enim Furlanus vertit *solque ipse medius oriens.* Si Plinius alium auctorem quam Aratum fuit secutus, tum facile secundum eius interpretationem iudicabimus, Theophrastumque emendabimus: τοῦ μέσου ὄντος λαμπροῦ. Ceterum Basil. κατ' ὄρθριον habet. Locus et signum est simile Cap. 1. s. 11. ἐὰν ἀκτῖνες ἀνίσχοντος ἀνατείνωσι, πρὶν ἀνατεῖλαι, κοινὸν ὕδατος σημεῖον καὶ ἀνέμου. Καὶ ἐὰν καταφερομένου τοῦ ἡλίου ὑφίστηται νέφος, ὑφ' οὗ ἐὰν σχίζωνται αἱ ἀκτῖνες, χειμερινὸν τὸ σημεῖον. Qui locus coniecturam nostram confirmare videtur. Alexander Aphr. ad Aristotelis Meteorol. 3, 4. ubi est de iride, signum hoc commemoravit: *cum orientis solis radii disiecti et supra terram sublimes elati, vixque et obscure ad terram fusi, pluviam futuram declarant, utpote ab aere humidiore affecti.*

2. *μέλανα — ἐρυθρὰ*] Aratus de luna 71. πάντα δ' ἐρευθομένῃ, δοκέειν ἀνέμοιο κελεύθους, ἄλλοθι δ' ἄλλο μελαινομένῃ, δοκέειν ὑετοῖο. Geoponica 1, 2. ἐρυθροτέρα οὖσα ἄνεμον σημαίνει (Gudianus nondum comparatus liber προφηνύει habet)· ἐάν τι μελαινόμενον αὐτῆς φανῇ, ὑετὸν

δηλοῖ. Huc pertinet etiam locus extremae huius sectionis: σημαίνει ζοφώδης — πυρώδης δὲ πνεῦμα. qui sedem alienam occupasse videtur. Ceterum in Basil. copula καὶ deest, quam seclusi.

ὁ μεὶς — ὀρθὸς] Furlanus et Heinsius μεῖς dederunt; ille recte admonuit, dici pro σελήνη μηνοειδὴς, luna post novilunium, quando sexangulum habet ad solem adspectum. Nam in quarto adspectu, quem habet ad solem dimidiata, διχότομον dici; in triangulo vero ἀμφίκυρτον, dimidio orbe maiorem; πανσέληνον vero e diametro soli oppositam; plenilunium vocant Romani. Ab hoc nominativo μεὶς est sequens genitivus μηνὸς; certe eodem sensu adhibetur. Idem deinceps σελήνιον dicetur. Stobaeus Eclog. Physic. p. 556. auctore Chrysippo tradit: Μῆνα καλεῖσθαι τὴν τοῦ δρόμου αὐτῆς περίοδον. Μεὶς δ' ἐστὶ τὸ φαινόμενον τῆς σελήνης πρὸς ἡμᾶς, ἢ σελήνη μέρος ἔχουσα φαινόμενον πρὸς ἡμᾶς.

ἡ κεραία τοῦ μηνὸς] *cornu superius pronum aquilonium mensem significat* versio F. Addidit igitur, quod oppositum ἡ κάτω flagitat, eumque secutus inserui, ἡ ἄνω. Plinius s. 79. *cornu eius septentrionale acuminatum atque rigidum illum praesagit ventum, inferius austrum: utraque recta noctem ventosam.* Aliter Aratus 62. εἰ δέ κεν οἱ κεράων τὸ μετήορον εὖ ἐπινεύοι, δειδέχθαι βορέω, ὅτε δ' ὑπτιάῃσι, νότοιο.

καὶ εὔκυκλος] Hoc idem initio sequentis capitis ita repetitur: τὸ σελήνιον ἐὰν ὀρθὸν ᾖ μέχρι τετράδος καὶ εἰ εὔκυκλον, χειμάσει μέχρι διχοτόμου. ubi vide adscripta. Deinceps vulgatum ἔωθε correxi.

3. νῆτται [πτερυγίζουσαι] καὶ ἄγριαι] Intempestive interpositum participium seclusi, et recte omisit Furlani versio, quae pro δυόμεναι dedit *si laventur.* Aratus 210. πολλάκι λιμναῖαι ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες ἄπληστον κλύζονται ἐνιέμεναι ὑδάτεσσιν. unde Geoponica 1, 3. ἔτι δὲ καὶ αἱ ὄρνεις αἱ λιμναῖαι καὶ αἱ θαλάττιαι ἐπὶ ὕδατος συνεχῶς λουόμεναι χειμῶνα δηλοῦσι.

πτερυγίζουσαι] Aratus 186. πολλάκι δ' ἀγριάδες νῆσσαι ἢ εἰναλίδινοι αἴθυιαι χερσαῖα τινάσσονται πτερύγεσσιν. unde addendum fuisse videtur in hoc loco ἐν χέρσῳ. Idem versu 238. καὶ νῆσσαι οἰκουροὶ ὑπωρόφιοί τε κολοιοὶ ἐρχόμενοι κατὰ γεῖσσα τινάσσονται πτερύγεσσιν. Aelianus h. a. 7, 7. tanquam ex Aristotele tradit: νῆτται δὲ καὶ αἴθυιαι πτερυγίζουσαι πνεῦμα δηλοῦσιν ἰσχυρόν.

κέπφοι] Aratus 916. καί ποτε καὶ κέπφοι, ὁπότ' εὔδιοι

ποτέωνται, ἀντία μελλόντων ἀνέμων εἰληδὰ φέρονται. Quem locum bene interpretatur Festus Avienus versu 353 seqq. Plutarchi et Theonis scholiis usus, nisi quod male *κέπφον* interpretatur *sturnum edacem*. Ceterum h. l. post *πέτωνται* additum *ἐκεῖθεν* malim.

θορυβοῦντες] *a vespere trepidantes passeres* F.

ἐρωδιὸς — ἀνεμώδης] Aratus 181. *καὶ δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρωδιὸς οὐ κατὰ κόσμον ἐξ ἁλὸς ἔρχηται φωνῇ περὶ πολλὰ λεληκὼς, κινυμένου κε θάλασσαν ὕπερ φορέοιτ' ἀνέμοιο.* Virgilius V, 363. *notasque paludes deserit atque altam supra volat ardea nubem.* Observationis partem iam supra Capite 1. habuimus.

ἄμπωτις — νότιον] In Basil. erat *ὁ ἄμπωτις*, sed margo correxit. Male discerpta legebantur post telae aranearum mentionem et alterum signum verba *ἐὰν μὲν γὰρ — μεταβάλλει.* Nititur observatio opinione de origine accessus et recessus maris. Stobaeus Ecl. Physic. pag. 634. Heeren. *Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης ὑπὸ τοῦ ἡλίου τά γε πλεῖστα τῶν πνευμάτων κινοῦντος καὶ συμπεριφέροντος, υφ' ὧν ἐμβαλλόντων μὲν προωθουμένην ἀνοιδεῖν τὴν Ἀτλαντικὴν θάλατταν καὶ κατασκευάζειν τὴν πλημμύραν, καταληγόντων δ' ἀντιπερισπωμένην ὑποβαίνειν· ὅπερ εἶναι τὴν ἄμπωτιν.* Idem refert cum Galeno Plutarchus de Placitis Philosoph. 3, 17. Noti sunt, qui mare Atlanticum commovent, aquilones qui repellunt. Noster de Causis plant. 2, 26. *ἐπ' ἐνίων δ' ἄστρων καὶ αὐτὴ ἡ γῆ καὶ ἡ θάλαττα μεταβάλλει.*

ἀράχνια πολλὰ] Aratus 301. *μηδ' ὅτε νηνεμίῃ ἐν ἀράχνια λεπτὰ φέρηται.* Causam quaerit Aristoteles Problem. 26, 64. *διὰ τί τὰ ἀράχνια τὰ πολλὰ ὅταν φέρηται, πνεύματός ἐστι σημεῖα;* Plinius 11, s. 28. *iidem sereno non texunt, nubilo texunt; ideoque multa aranea imbrium signa sunt.* Avienus versu 445. *si solvit aranea casses, tenuia si toto vehit auster licia coelo.* Apud nos auctumno plurimae telae aranearum vento dispersae apparent, de quibus vide annotata Goetzio ad Listerum de Araneis p. 32. seqq.

θάλασσα οἰδοῦσα — ἀνεμώδης] Aratus 177. *σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο καὶ οἰδαίνουσα θάλασσα γινέσθω, καὶ μακρὸν ἐπ' αἰγιαλοὶ βοόωντες, ἀκταί τ' εἰνάλιαι, ὁπότ' εὔδιοι ἠχήεσσαι γίγνονται, κορυφαί τε βοώμεναι οὔρεος ἄκραι.* Virgilius 1, 356. *continuo ventis surgentibus aut freta ponti incipiunt agitata tumescere, et aridus altis montibus audiri fragor, aut resonantia longe littora misceri, et nemo-*

rum increbescere murmur. Plinius s. 85. *Litora ripaeque si resonabunt tranquillo, asperam tempestatem: item maris ipsius tranquillo sonitus spumaeve dispersae aut aquas bullantes. — Saepe et silentio intumescit, flatuque altius solito iam intra se esse ventos fatetur. Equidem et montium sonitus nemorumque mugitus praedicunt.*

βορέας λήγων] Basil. *βορείας λ.* Deinceps vulgatum *παρήλιοι* correxi e Basil. Aristoteles enim ita et ceteri veteres scriptores; Aratus versu 880. *νεφέων τὰ παρήλια* primus dixit, eumque secutus Posidonius apud Theonem ad Aratum et Seneca Q. Nat. 1, 11.

5. *ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν*] Vulgatum *τριῶν* Furlanus vertit: *a tribus primis hibernis.* Mihi correctionis auctor est Aristoteles Probl. 26, 12. *Ἔστι δὲ καὶ ἡ μετὰ τὰς χειμερινὰς τροπὰς πεντεκαιδεκάτη νότιος.* Causam ibidem addidit Philosophus.

ξηραίνει πάντα — ὑγραίνει] F. vertit: *aquilones exsiccant, austri humefaciunt.* Igitur *βόρεια γινόμενα* et *νότια* scriptum voluisse videtur. Vulgata certe scriptura vitiosa est.

ψοφῇ [*τι*] *τῶν κεκολλημένων*] Aristoteles Problem. 1, 24. *διὰ τί ἐν τοῖς νότοις βαρύτερον ἔχουσι καὶ ἀδυνατώτερον οἱ ἄνθρωποι; — ταῦτα δὲ (τὰ ἄρθρα) ἀνίεται ὑπὸ τῶν νοτίων. δηλοῦσι δὲ οἱ ψόφοι τῶν κεκολλημένων.* In vulgata *τι* addidit Furlanus, sed temere *νότια* mutavit in *βόρεια.*

Ἐὰν δὲ πόδες οἰδῶσι] F. vertit: *si pedes tumescunt, austri mutatio sequitur, portenditur et procella. Praesagit et echinus terrestris, si dextrum pedem commoveat. Facit ille* et cet. Partim obscure, partim male. Disiuncta enim et diversa copulavit et coniunxit. *ἐκνεφίαν* procellam vertit, in annotatione tamen genus ventorum certum agnovit, de sanitate loci et sententia dubitans. Idem dubitat de verbis *ὀδαξῶν τὸν δεξιόν.* ubi male versio apud ipsum Furlanum et in Heinsiana dedit *commoveat,* cum annotatio habeat rectius *commordeat.* Equidem non dubitavi post *δεξιὸν* punctum ponere, et separare sententiam de tumore pedum et pruritu dextri.

Ἐχῖνος — ἀνέμου μέγεθος] Eadem Aristoteles h. a. 9. c. 7. et plures alii graeci latinique scriptores.

Ἐὰν ἄκραι μετέωροι — πλείους] Aristoteles Meteorol. 3, 4. de origine iridis a refractis radiis disputans: *διόπερ αἵ τε ἄκραι ἀνεσπασμέναι φαίνονται ἐν τῇ θαλάττῃ καὶ μεί-*

ζω τὰ μεγέθη πάντων, ὅταν εὖροι πνέωσι· καὶ τὰ ἐν ταῖς ἀχλύσιν, οἷον καὶ ἥλιος καὶ ἄστρα ἀνίσχοντα καὶ δύνοντα μᾶλλον ἢ μεσουρανοῦντα. Iis quae annotavi ad Eclogas Physicas p. 241. seqq. addo nunc narrationem Thomae Cantipratani in Bono universali de apibus 2, 29. p. 560. editionis Duacensis 1627. *Eundem fratrem Henricum (Theutonicum, quondam Lectorem fratrum praedicatorum Coloniae) et istud valde mirabile narrantem audivi. Eo existente Priore Provinciali fratrum praedicatorum in partibus transmarinis, accidit, ut in Aconensem civitatem gratia visitandi fratres secundum ordinem advenisset. Facta autem cena uno vespere, secundum morem suum totum conventum, ut eis collationem faceret, extra claustri ambitum convocavit. Est autem locus prope mare ad partem occiduam civitatis. Considentibus ergo cunctis, super mare prope litus nebula conscendebat, qua post paullulum adnullata, apparuit super mare mons altus atque diffusus, et super montem structura in modum castri, murorum ambitu, turribus ac palatiis decentissima dispositione mirabilis, et ab ipso castro usque ad littus pons ingens cum multa diffusione protensus, per quem equites et pedites diversi schematis atque figurae adscendere et descendere videbantur. Cum ergo fratres aliquamdiu tali spectaculo nimirum attoniti tenerentur, dixit fratribus dictus Provincialis, frater Henricus, Surgamus, fratres, eamus ad orationem, illudit enim diabolus oculis nostris, ut curiositate nos teneat, et a dei opere torpeamus. Secedentibus fratribus, aliqui curiositate ducti usque in finem eventus immobiles permanserunt, videruntque, instante nocte, ut prius, maris undis nebulam superspargi, et post modicum nebula disparente, nullam structurae illius subsistentiam comparere. Horum similia multa videri antiquitus in Angliae partibus dicebantur, sed praedicatione veritatis figmenta falsitatis nunc credimus adnullari.*

[βόρειον,] λευκῇ] Furlanus prius vocabulum inseruit.

Αἱ ἅλωνες — ταύτῃ πνεῦμα] Furlanus verba σημαίνουσι δὲ πνεῦμα, ἐντεῦθεν ἄνεμος in versione omisit omnia.

ἅλωνες] Cf. cap. 1. sect. 23. et dicenda ad cap. 4, 1.

Ἐπινεφέλων ὅθεν ἂν ἀνατέλληται, — ἄνεμος] Furlanus ante et post ἐπὶ νεφελῶν (sic scriptum) comma posuit, Heinsius post ἐπὶ ν. punctum. Sensus est: a qua coeli nubibus obtecti parte sol oriens primum conspicitur, ab ea parte ventus erit.

αἱ κηλάδες νεφέλαι] Furlanus vertit *siccae nebulae*, derivans scilicet a vocabulo *κῆλον*. Infra cap. 4. est: *αἱ κοιλάδες νεφέλαι χειμῶνος ἐνδειτικαί.* ubi F. *nubes cavas* vertit. Hesychius: *κηλὰς νεφέλη, ἄνυδρος, καὶ χειμερινὴ ἡμέρα.*

θέρους ἄνεμον σημαίνουσιν] Heinsiana sola, omissis verbis deinceps his, *ἐὰν ἀστραπὴ — σημαίνει*, dedit hoc ipsum *σημαίνει*.

7. *θέρους ὅταν ἀστραπαὶ*] Aratus 192. *καὶ θέρεος βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ ἔνθεν ἴωσιν, ἔνθεν ἐπερχομένοιο περισκοπέειν ἀνέμοιο.* unde non dubitavi vulgatum *ὅταν* mutare in *ὅθεν ἄν*. Plinius 18. s. 81. *Cum aestate vehementius tonuit quam fulsit, ventos ex ea parte denunciat; contra si minus tonuit, imbrem.* Vide dicta supra ad capitis 1. sect. 21. ubi plane similia, sed verbis etiam magis vitiosis traduntur.

πνεύματα αἱ ἀστραπαί] Heinsiana sola articulum *αἱ* omiserat.

8. *ἐὰν ἑῷος*] *Subsolanus, si fulgurat, cessabit post triduum* Furlanus vertit. Videtur *ἑῷος, ἐὰν ἀστράπτῃ*, scriptum voluisse.

οἱ δὲ δειλινοὶ παύονται] Pertinet huc locus Comici nescio cuius in Scholio ad Sophoclis Aiacem versu 257. *ἀλλ' ἔπεσε ταχέως· δειλινὸς γὰρ ἤρξατο.*

οι βορέαι — περιτταῖς, οἱ δὲ νότοι ἐν ἀρτίαις] Plinius 2. s. 48. *Septentriones impari fere desinunt numero.*

παύσωσιν, ἐπιτείνει] F. vertit: *Si sol ac luna orientes sedarint flamina, mox illa surgunt alacriora.*

Πρὸς κορυφῆς] F. versio: *Si ad cacumen montis undequaque protendatur nebula, inde flabit ventus.* Aratus 920. *ἢ νεφέλη ὄρεος μηκύνεται ἐν κορυφῇσιν.* Equidem *κορυφὰς* scripsi; malim etiam *ὅπου ἂν* scriptum. Supra cap. 1. s. 24. Hymettum nocte cingens infra verticem nebula alba et longa intra paucos dies pluviam significare dicitur. Hic vero idem fere signum est venti. Rationem explicare videtur locus Aristotelis Meteorol. 2, 8. de signis terrae motum antecedentibus: *ἢ μεθ' ἡμέραν ἢ μικρὸν μετὰ δυσμὰς αἰθρίας οὔσης νεφέλιον λεπτὸν φαίνεται διατεῖνον καὶ μακρὸν, οἷον γραμμῆς μῆκος εὐθύτητι διηκριβωμένον, τοῦ πνεύματος ἀπομαραινομένου διὰ τὴν μετάστασιν.*

αἱ — προσίζουσαι] Malim: *εἰ ἐκ τῶν ὄπισθεν προσίζουσι, καί.* F. vertit: *nebulae post montes conglobatae flatus etiam retro dabunt.*

[Ὑμηττὸς] μέσος] Nomen montis supplevit Furlanus.

κομῆται] De his plura ad Caput IV. extremum dicentur.

μετὰ χιόνα — πάχνην] Noster de Ventis p. 412. μετὰ δὲ χιόνα καὶ πάχνην, ὅθεν καὶ ἡ παροιμία· φιλεῖ δὲ νότος μετὰ πάχνην. Aristoteles Problem. 26, 3. διὰ τί νότος πνεῖ μετὰ πάχνην; — διὰ τοῦτο δὲ καὶ μετὰ τὴν χιόνα πνεῖ νότος.

μύκητες — σημαίνουσιν] De fungis lucernarum ardentium pluribus locis infra dicetur.

10. Αἱ δὲ στάσεις — γράμματι] F. versio: *Ventorum situs sic habet, ut in descriptione apposuimus.* Aristoteles Meteorol. 2, 6. ὑπογραφὴν dicit pro γράμματι, et θέσεις vocat, quas noster στάσεις.

τοῖς ἄλλοις ἐπιπίπτουσι] Pro πνέουσι Basil. πνεύσαντι habet. Aristoteles l. c. Ἐπιπίπτουσι δὲ τοῖς ἄλλοις μάλιστα καὶ παύουσιν ἀπαρκτίαι καὶ θρασκίαι καὶ ἀργέσται, διὰ τὸ ἐγγυτάτω τὴν ὁρμὴν αὐτῶν εἶναι· πολλοί τε καὶ ἰσχυροὶ πνέουσι μάλιστα οὗτοι· διὸ καὶ αἰθριώτατοί εἰσι τῶν ἀνέμων. πνέοντες γὰρ ἐγγύθεν μάλιστα ἀποβιαζόμενοί τε ἄλλα πνεύματα παύουσι καὶ ἀποφυσῶντες τὰ συνιστάμενα νέφη ποιοῦσιν αἰθρίαν, ἂν μὴ ψυχροὶ σφόδρα τύχωσιν ἅμα ὄντες· τότε δ' οὐκ αἴθριοι· ἂν γὰρ ὦσι μᾶλλον ψυχροὶ ἢ μεγάλοι, φθάνουσι πηγνύντες ἢ προωθοῦντες.

εἰς τοὺς ἐχομένους ἐπὶ δεξιά] Male Furlanum secutus Heinsius τὴν ἐχομένην dedit; versio tamen *in proximos mutantur* habet. Aristoteles l. c. αἱ δὲ περιστάσεις γίνονται αὐτῶν καταπαυομένων εἰς τοὺς ἐχομένους κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου μετάστασιν, διὰ τὸ κινεῖσθαι μάλιστα τὸ ἐχόμενον τῆς ἀρχῆς· ἡ δὲ ἀρχὴ οὕτω κινεῖται τῶν πνευμάτων, ὡς ὁ ἥλιος. Οἱ δ' ἐναντίοι ἢ ταὐτὸ ποιοῦσιν ἢ ἐναντίον. Plinius 2. s. 48. *Omnes venti vicibus suis spirant maiore ex parte, aut ut contrarius desinenti incipiat. Cum proximi cadentibus surgunt, a laevo latere in dextrum, ut sol, ambiunt.*

καὶ ὁ εὖρος] Aristoteles Meteor. 2, 6. ξηροὶ δ' ἀργέστης καὶ εὖρος· ἀπ' ἀρχῆς δ' οὗτος ξηρὸς, τελευτῶν δὲ ὑδατώδης.

διὰ λεπτῶν] F. vertit: *attenuando autem imbres affert.*

ὑγροὶ δὲ μάλιστα] Aristoteles Meteor. 2, 6. ὑγροὶ λὶψ καὶ καικίας, ὃν ἑλλησποντίαν ἔνιοι καλοῦσι, καὶ εὖρος, ὃν ἀπηλιώτην.

χαλαζώδης] Aristoteles l. c. χαλαζώδης δ' ὁ ἀπαρκτίας

καὶ θρασκίας καὶ ἀργέστης· καυματώδης δὲ νότος καὶ ζέφυρος καὶ εὖρος.

νιφετώδης] Aristoteles l. c. νιφετώδης δὲ μέσης καὶ ἀπαρκτίας μάλιστα· οὗτοι γὰρ ψυχρότατοι.

προσπίπτωσι] Vulgatum προσπίπτουσι correxi.

δασύνουσι] Aristoteles Meteor. 2, 6. νέφεσι δὲ πυκνοῦσι τὸν οὐρανὸν καικίας μὲν σφόδρα, λὶψ δ' ἀραιοτέρως. — αἴθριοι δὲ ἀπαρκτίας, θρασκίας, ἀργέστης. ἡ δ' αἰτία εἴρηται πρότερον.

ἐκνεφίαι] Aristoteles Meteor. Ἐκνεφίαι δὲ γίγνονται μετοπώρου μάλιστα, εἶτ' ἔαρος· καὶ μάλιστα ἀπαρκτίας καὶ θρασκίας καὶ αργέστης· αἴτιον δ', ὅτι οἱ ἐκνεφίαι γίνονται μάλιστα, ὅταν ἄλλων ἐκπνεόντων ἐμπίπτωσιν ἕτεροι· οὗτοι δὲ μάλιστα ἐμπίπτουσι τοῖς ἄλλοις πνέουσιν. Ἡ δ' αἰτία εἴρηται καὶ τούτου πρότερον.

Ἀστραπαῖος] Aristoteles Meteor. ἀστραπὰς δὲ ποιοῦσι μάλιστα οὗτοί τε (ἀπαρκτίας, θρασκίας, ἀργέστης) καὶ ὁ μέσης· διὰ μὲν γὰρ τὸ ἐγγύθεν πνεῖν, ψυχροί εἰσι, διὰ δὲ τὸ ψυχρὸν ἀστραπὴ γίνεται. ἐκκρίνεται γὰρ συνιόντων τῶν νεφῶν· διὸ καὶ ἔνιοι τῶν αὐτῶν τούτων χαλαζώδεις εἰσί· ταχὺ γὰρ πηγνύουσιν.

Ἐὰν ἐν τῇ θαλάσσῃ — μέγαν] Aratus 189. ἤδη καὶ πάπποι λευκῆς γήρειον ἀκάνθης σῆμ' ἐγένοντ' ἀνέμου, κωφῆς ἁλὸς ὁππότε πολλοὶ ἄκροι ἐπιπλώωσι, τὰ μὲν πάρος, ἄλλα δ' ὀπίσσω. unde Avienus *florum volitare senectam* posuit. Plinius s. 86. *et sine aura quae sentiatur, folia ludentia. Lanugo populi aut spinae volitans, aquisque pluma innatans.* Ceterum vulgatum antea πάττοι correxit Furlanus.

ἀστέρες διάττωσι] Aratus 194. καὶ διὰ νύκτα μέλαιναν ὅτ' ἀστέρες ἀΐσσωσι ταρφέα, τοὶ δ' ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνωνται, δειδέχθαι κείνοις αὐτὴν ὁδὸν ἐρχομένοιο πνεύματος· εἰ δέ κε πολλοὶ ἐναντίοι ἀΐσσωσιν, ἄλλοι δ' ἐξ ἄλλων μερέων, τότε δὴ πεφύλαξο παντοίων ἀνέμων, οἵτ' ἄκριτοί εἰσι μάλιστα, ἄκριτα δὲ πνείουσιν ἐπ' ἀνδράσι τεκμήρασθαι. Geoponica 1, 11. p. 47. Virgilius 1, 365. *Saepe etiam stellas vento impendente videbis praecipites coelo labi noctisque per umbram flammarum longos a tergo albescere tractus.* In Arato dedi cum Codd. ἄλλοι δ' ἐξ ἄλλων, et ex Theophrasto εἰ δέ κε πολλοὶ pro vulgato εἰ δέ κεν ἄλλοι. Noster Cap. 1. de signis pluviarum: ἀστέρες πολλοὶ διάττοντες ὕδατος ἢ πνεύματος: καὶ ὅθεν ἂν διάττωσιν, ἐντεῦθεν τὸ πνεῦμα ἢ τὸ ὕδωρ. Plinius s. 80. *discurrere stel-*

lae videntur interdum, ventique protinus sequuntur, in quorum parte ita praesagivere. Deinceps Arati locum expressit ita: *Si volitare plures stellae videbuntur, quo feruntur albescentes, ventos ex iis partibus nunciabunt.* Alexander Aphrodisiensis Problem. 1, 72. *Διὰ τί ἀνέμου σφοδροῦ μέλλοντος κινεῖσθαι, ὡς ἀστέρες διατρέχοντες προδηλοῦσιν αὐτόν; ἢ ὡς ἀστραπαί; καὶ μάλιστα καθαροῦ ὄντος τοῦ ἀέρος, φημὶ ὅτι ἤρξατο μὲν κινεῖσθαι, καὶ ἡμῖν μὲν ὡς παχυμερέσι τοῖς σώμασι καὶ δυσαισθήτοις οὔπω κατάδηλός ἐστι, τὸν μέντοι ἀνώτερον ἀέρα ὡς λεπτομερῆ καὶ αἰθεροειδῆ κινῶν ἐκπυροῖ αὐτὸν, καὶ μέρη αὐτοῦ σπινθηροειδῆ ὁρῶμεν· καὶ οὕτω λοιπὸν τῷ χρόνῳ σφοδρότερος γιγνόμενος ὁ ἄνεμος κινεῖ καὶ τὸν περίγειον καὶ τὸν παχύτερον ἀέρα, καὶ οὕτως αἰσθανόμεθα.*

AD CAPUT III.

εἰς μὴ καθαρὸν] Contrarium signum serenitatis habet Caput sequens.

ἀπολειφθείη] Vulgatum *ἀπολειφθῇ* correxi. F. locum vertit: *qui prout partibus suis occupatur nubibus, sic et dies omnino fiunt, ut si tertia totius globi parte aut dimidia.* Idem comparavit Plinium s. 78. *Si nubes solem* (occidentem) *circumcludent, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidior tempestas erit: si vero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior.* et Aratum versu 121. seqq. qui locus vitiosus etiam videtur, et satis obscurus.

τὸ σελήνιον] F. vertit: *Lunae cornu alterum si rectum stabit usque ad quartam diem, et bene rotundum, hiemabit ad septimam.* Male. Supra enim Cap. 2. sect. 2. idem erat: *ἐὰν δ' ὀρθὸς (ὁ μεὶς) καὶ μὴ καλῶς ἐγκεκλιμένος μέχρι τετράδος καὶ εὔκυκλος, ἔωθε χειμάζειν μέχρι διχομηνίας.* Sententiam eandem puto tradi ab Arato versibus 56—61. quorum sensum Scholia ita explicant: *ἐὰν οὖν γ' ἡμέραν ἀπὸ συνόδου ἔχουσα ἀμφοτέροις τοῖς κέρασι μήτε νευστάζῃ, ὡς ἐπὶ ἀνατολῆς, μήτε ὑπτία φαίνηται, ἀλλ' αἱ κεραῖαι αὐτῆς ὀρθαὶ οὖσαι κυκλοτερεῖς φαίνωνται, τότε — τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ πρὸς τὴν ἑσπέραν μετ' ἐκείνην τὴν νύκτα — γενήσεται ἄνεμος.* Quod vero ait significare *μέχρι διχοτόμου*, idem Aratus versu 74. *ἀλλ' ὅσα μὲν τριτάτῃ τε καὶ τεταρταίῃ τε πέληται, μέσφα διχαιομένης.* Ceterum vulgatam antea scripturam, *τὸ ἥμισυ σελήνιον, ἐὰν ὀρθὸν ᾖ,* correxit Furlanus.

Γέρανοι — σημαίνουσι] Aratus 299. *οὐδ' ὑψοῦ γεράνων μακραὶ στίχες εὐθυκέλευθοι τείνονται, στροφάδες δὲ παλίμπετες ἀπονέονται.* ubi vulgatum *αὐτὰ κέλευθα* ex Scholiis antiquioribus correxi; recentiora enim pravam sequuntur lectionem. Idem versu 343. *χαίρει καὶ γεράνων ἀγέλαις ὡραῖος ἀροτρεὺς ὥριον ἐρχομέναις· ὁ δ' ἀώροις αὐτίκα μᾶλλον.* (Vulgatum *ἀώριος* ex Scholiis correxit Buttmannus, *αὐτίκα* pro *αὖ* accipiens, ut versu 880.) *Αὔτως γὰρ χειμῶνες ἐπέρχονται γεράνοισι· πρώϊα μὲν καὶ μᾶλλον ὁμιλαδὸν ἐρχομένῃσι πρώϊον· αὐτὰρ ὅτ' ὀψὲ, καὶ οὐκ ἀγεληδὰ φανεῖσαι, πλειότερον φορέονται ἐπὶ χρόνον, εὖ μάλα πολλὴ ἀμβολίη χειμῶνος ὀφέλλεται ὕστερα ἔργα.* Vulgatum *οὐδ' ἅμα πολλαὶ* correxi e Codice Vindobon. Geoponica 1, 2. *γέρανοι θᾶττον ἐρχόμεναι χειμῶνα εὐθέως ἔσεσθαι δηλοῦσι.* Ceterum *ἀθρόαι — πετόμεναι* (vulgabatur *πετώμενοι*) scribendum censeo, deinde *ὑποστρεφοῦσι.* *retro se vertant* F. vertit.

2. *χῆνες*] Aratus 289. *καὶ χῆνες κλαγγηδὸν ἐπειγόμεναι βρωμοῖο χειμῶνος μέγα σῆμα.* Plinius s. 87. *anseres continuo clangore intempestivi.* Geoponica: *καὶ χῆνες μετὰ κλαγγῆς ἐπειγόμεναι πρὸς τροφήν.*

σπίνος] Versio: *item spinus, passer et fringilla matutini.* Aratus 292. *καὶ σπίνος ἠῷα σπίζων, καὶ ὄρνεα πάντα ἐκ πελάγευς φεύγοντα, καὶ ὀρχίλος ἢ καὶ ἐριθεὺς δύνων ἐς κοίλας ὀχεάς.*

ὀρχίλος ὡς εἰσιὼν] Vitiosum est *ὡς*, ut sequens *σημαίνουσι.* Postea antiquum *ἐριθὺς* Furlanus et Heinsius repetierunt.

3. *ἐν οἰκίᾳ οἰκουμένῃ*] Vulgatum *ἐὰν οἰκίᾳ οἰκουμένῃ* correxit Furlanus, qui locum ita pervertit: *et spinus domesticus si mane canat. Et sane quaecunque pluviam praesagiunt, eadem et tempestatem apportant. Nam si non pluviam, nivem et tempestatem certe afferent.*

καὶ πολύπλοκον] Vulgatum *πολύποδον* mutavit Furlanus et vertit locum: *et litora mugitu vario resonantia.* *πολύπλαγχθον* coniecit Ez. Spanheim in margine sui libri.

πνεύμονες] Plinius 18. s. 85. *Pulmones marini in pelago plurium dierum hiemem portendunt.*

4. *μετοπώρῳ ἐὰν πρόβατα ἢ βόες*] Aratus 350. *εἰ δὲ βόες καὶ μῆλα μετὰ βρίθουσαν ὀπώρην γαῖαν ὀρύσσωσιν, κεφαλὰς δ' ἀνέμοιο βορῆος ἀντία τείνωσιν, μάλα κεν τότε χείμαρον αὐταὶ πληϊάδες χειμῶνα κατερχόμεναι φορέοιεν.* Geoponica 1, 4. *ἐὰν τὰ βοσκήματα τὴν γῆν κατορύττῃ καὶ τὰς κεφαλὰς πρὸς βοῤῥᾶν τείνῃ, χειμῶνα μέγαν προαγορεύουσι.*

ubi Graece dicendum fuerat ὀρύττῃ. Aelianus 7, 8. πρόβατα ὀρύττοντα ταῖς ὁπλαῖς τὴν γῆν ἔοικε σημαίνειν χειμῶνα. Ceterum antiquum πρὸς ἀλλήλων correxit Furlanus.

βόες ἐσθίοντες] Aelianus 7, 8. ἄδδην δὲ βόες καὶ πέρα τοῦ ἔθους ἐσθίοντες δηλοῦσι χειμῶνα.

ἐπὶ τὸ δεξιὸν κατακλινόμενοι] In sinistrum enim plerumque decumbere solent: cuius rei causam in ventriculo triplice praeponderante quaesivit Italus *Brugnone*.

ὦτα κρούων] *asinus aures quatiens* versio F., cui graeca non respondent. Suspicor potius οὖδας κρούων scriptum olim fuisse.

τρίζοντες καὶ ὀρχούμενοι] Aelianus 7, 8. γαλᾶς ὑποτριζούσας et μύας nominavit. Aratus 395. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ μύες τετριγότες εἴποτε μᾶλλον εὔδιοι ἐσκίρτησαν, ἐοικότες ὀρχηθμοῖσιν, ἄσκεπτοι ἐγένοντο παλαιοτέροις ἀνθρώποις· οὐδὲ κύνες· καὶ γάρ τε κύων ὠρύξατο ποσσὶν ἀμφοτέροις, χειμῶνος ἐπερχομένοιο δοκεύων.

5. κύων — ὀρύττουσα] Geoponica 1, 3. καὶ κύνες ὀρύσσοντες τὴν γῆν. Furlanus vulgatum antea πολλοῖς in ποσὶ mutavit.

ὀλολυγὼν — ἀκρωρείας] Aratus 216. ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών. Geoponica 1, 3. καὶ ὀλολυγὼν τρύζουσα ἑωθινὸν χειμῶνα δηλοῦσι. Cicero Divin. 1, 8. *acredula* vertit. Theophrasteum ἀκρωρείας Aratus ὀρθρινὸν reddidit; quare ἀκρωρίας scripsi: de qua voce supra ad cap. 1. §. 21. dixi. Male Heinsiana praepositionem ἐπὶ inseruit.

γῆς ἔντερα] Aratus 225. καὶ ἀθρόον ὤφθεν ἴουλοι τείχη ἀνέρποντες, καὶ πλαζόμενοι σκώληκες κεῖνοι, τοὺς καλέουσι μελαίνης ἔντερα γαίης.

πῦρ μὴ θέλῃ — σημαίνει] Aratus 303. ἢ (ὅτε) πῦρ αὔηται σπουδῇ καὶ ὑπεύδια λύχνα, πιστεύειν χειμῶνι. ubi vulgatam σποδιῇ correxi e Scholiis, ubi est: ὅταν πῦρ ἐφάπτηται μετὰ κακοπαθείας καὶ βραδέως, καὶ τὰ ὑπαίθρια λύχνα. In nostro loco vulgatum antea πυρῶν μὴ θέλῃ σκέψασθαι correxit Furlanus.

τέφρα πηγνυμένη] Aratus 305. δὴ γὰρ καὶ ἀεικέϊ τέφρῃ αὐτοῦ πηγνυμένῃ νιφετοῦ ἔπι τεκμήροιο.

λύχνος — χειμῶνα σημαίνει] Vulgatum antea Λυχνίας, ὠδίας ἡσυχαῖος correxit Furlanus. Lacunosum hunc locum arguit cap. 4. sect. 5. λύχνος χειμῶνος καιόμενος ἡσυχαῖος εὐδίαν σημαίνει. ubi Aratus additum χειμῶνος omisit versu 267. nec huius contrarii signi is meminit. Sed vide annotationem sequentem.

μύκαι μέλαιναι] Aratus 244. *ἢ λύχνοιο μύκητες ἀγείρωνται περὶ μύξαν νύκτα κατὰ σκοτίην· μηδ' ἢν ὑπὸ χείματος ὥρῃ λύχνων ἄλλοτε μέν τε φάος κατὰ κόσμον ὀρώρῃ, ἄλλοτε δ' ἀΐσσωσιν ἀπὸ φλόγες, ἠΰτε κοῦφαι πομφόλυγες· μηδ' εἴ κεν ἐπ' αὐτόφι μαρμαίρωσιν ἀκτῖνες.* ubi videtur mihi Theophrasti locum integriorem reddidisse. Nam verba *λύχνος εὐδίας ἡσυχαῖος καιόμενος* inest illis: *ἢν ὑπὸ χείματος ὥρῃ λύχνων ἄλλοτε μέν τε φάος κατὰ κόσμον ὀρώρῃ.* quod est idem, quod *ὅταν ἄλλοτε μὲν ἡσυχαίως καίηται.* Exciderunt igitur reliqua in Theophrasto, et prius membrum habuit olim additum *ὁτὲ μὲν*, quibus verbis sublatis lacunae indicium fuit abolitum. Simile signum *χειμῶνος* habet Aratus 302. *μηδ' ὅτε νηνεμίῃ — καὶ φλόγες αἰθύσσωσι μαραινομένοιο λύχνοιο.* quae Scholia interpretantur: *ὅταν ἀμαυρὸν ἢ τὸ περὶ τοὺς λύχνους φέγγος καὶ μὴ εἰς ὕψος ἀνάπτηται, ἀλλὰ περιαστράπτηται.* Ceterum *μύκαι* pro *μύκητες* alii etiam scriptores dixerunt, quorum testimonia posuit Athenaeus.

κέγχροις — κατάπλεως ᾖ] *et lucerna veluti milii granis impleatur* versio habet. Heinsiana *κατάπλεων* habet. Hoc signum etiam in alienum locum immigrasse videtur sect. 6. capitis sequentis: *καὶ ἐὰν ἐπ' ἄκρῳ οἷον κέγχρους ἔχῃ λαμπρούς· καὶ ἐὰν ἐν κύκλῳ τὴν μύξαν περιγράφῃ λαμπρᾷ γραμμῇ.* Postremum signum poterat videri idem esse cum eo, quod h. l. ita ponitur: *καὶ ἐὰν κύκλῳ περὶ τὸ λαμπρὸν ὦσιν — χιονικόν.* Sed potius illud signum est Arateum: *μηδ' εἴ κεν ἐπ' αὐτόφι μαρμαίρωσιν ἀκτῖνες.*

κύκλῳ — χιονικὸν] Si locum Arati 253. *μηδὲ κατὰ σποδιὴν ὁπότ' ἄνθρακος αἰθομένοιο λάμπηται περὶ σήματ' ἐοικότα κεγχρείοισιν, ἀλλ' ἐπὶ καὶ τὰ δόκευε περισκοπέων ὑετοῖο*, comparaveris, facile in suspicionem incides, post *περὶ τὸ λαμπρὸν* excidisse *τοῦ ἄνθρακος* vel *τῶν ἀνθράκων.* Est tamen alter versu 307. *καὶ λύχνῳ χιόνος (ἔπι τεκμήραιο), κέγχροις ὅτ' ἐοικότα πάντῃ κύκλῳ σήματ' ἔχῃ πυριλαμπέος ἐγγύθι μύξας.* qui magis cum Theophrasteo convenire videtur.

6. *εἰ συνίσταται*] *si concrescat* versio habet. Aratus 167. de praesepi: *ἥτε καὶ ἐξαπίνης, πάντῃ Διὸς εὐδιόωντος, γίνετ' ἄφαντος ὅλη· τοὶ δ' ἀμφοτέρωθεν ἰόντες ἀστέρες ἀλλήλων αὐτοσχεδὸν ἰνδάλλονται. οὐκ ὀλίγῳ χειμῶνι τότε κλύζονται ἄρουραι.*

ἀστραπὴ — μένῃ] Hoc signum etiam ventorum et pluviarum bis supra posuit, ubi loca scriptorum comparavi.

ἐὰν λάμψῃ [*κατὰ*] *Πάρνηθα*] Praepositionem *κατὰ* Heinsiana inseruit. Versio: *item si in Vergiliarum occasum fulgeat. Si nubes Parnethem, Briletum et Hymettum montes Atticae totos operiant, tempestas magna significatur.* Diligenter de coelo servabant Athenis ob sacrificia quaedam. Strabo 9. pag. 405. de Harmate Boeotiae circa Mycalessum: *ἑτέρα οὖσα τοῦ Ἅρματος τοῦ κατὰ τὴν Ἀττικὴν, ὅ ἐστι περὶ Φυλὴν δῆμον τῆς Ἀττικῆς, ὅμορον τῇ Ταγάγρᾳ. Ἐνταῦθα δὲ ἡ παροιμία τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἡ λέγουσα, ὁπότε δι᾽ ἅρματος ἀστράψῃ· ἀστραπήν τινα σημειουμένων κατὰ χρησμὸν τῶν λεγομένων Πυθαϊστῶν, βλεπόντων ὡς ἐπὶ τὸ Ἅρμα, καὶ τότε πεμπόντων τὴν θυσίαν εἰς Δελφοὺς, ὅταν ἀστράψαντα ἴδωσιν. Ἐτήρουν δ᾽ ἐπὶ τρεῖς μῆνας, καθ᾽ ἕκαστον μῆνα ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας ἀπὸ τῆς ἐσχάρας τοῦ Ἀστραπαίου Διός· ἔστι δὲ αὕτη ἐν τῷ τείχει μεταξὺ τοῦ Πυθίου καὶ τοῦ Ὀλυμπίου.* Scholia ad Sophoclis Oedip. Colon. versu 1047. *Φιλόχορος ἐν τῇ Τετραπόλει γράφων οὕτως. Ὅταν δὲ σημεῖα γένηται* [*τὰ*] *παραδεδομένα ἐν τοῖς ἱεροῖς, τότε ἀποστέλλουσι τὴν θεωρίαν οἱ ἐκ τοῦ γένους Πυθιασταὶ καὶ Δηλιασταὶ* (editur *Πυδίαι δὲ καὶ Δηλιάδες*), *ὁπότερα* (scribo *ὁποτέρᾳ*) *ἂν καθήκῃ αὐτοῖς. Θύει δὲ ὁ μάντις, ὅταν μὲν τὰ εἰς Δελφοὺς πόμπιμα γένηται, καὶ θεωρία πέμπηται, ἐν Οἰνόῃ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ Πυθίῳ, εἰ δ᾽ εἰς Δῆλον ἀποστέλλοιτο ἡ θεωρία, κατὰ τὰ προειρημένα θύει ὁ μάντις εἰς τὸ ἐν Μαραθῶνι Δήλιον. Καὶ ἔστιν ἱεροσκοπία τῆς μὲν εἰς Δελφοὺς θεωρίας ἐν τῷ ἐν Οἰνόῃ Πυθίῳ, τῆς δ᾽ εἰς Δῆλον ἐν τῷ Μαραθῶνι Δηλίῳ.*

Ὑμηττὸν ᾗ] *in Hymettum incumbat* versio F., qui vulgatum *ἢ* mutavit in *ᾗ*. Sed lectio ita persanata nondum est.

ἐν τῷ ἀέρι — τιλλόμενον] Versio: *in vere extensa et discerpta nubecula.* Reddidit igitur scripturam pravam *ἔαρι*. An huc pertinet Plinii locus s. 82. *Coelo quamvis sereno nubecula quamvis parva ventum procellosum dabit?*

7. *ἐὰν δὲ τοὐναντίον, καὶ ἔαρ*] F. vertit: *si e contrario, et ver sero veniet.* Deficientia verba supplere quis ausit sine librorum auctoritate?

ἐὰν ἡ ὀπώρα γίνηται] Vulgatum *σκωρία* correxit Furlanus, sed repetiit Heinsius. *γίνεται* ipse correxi. F. vertit: *si extremum aestatis bene habeat, pecoribus plerumque pestis oboritur.*

καὶ [*τὸ*] *μετόπωρον*] Articulum *τὸ* inserui.

8. *πρῖνοι — εὐκαρπῶσι*] Aratus 315. *πρῖνοι μὲν θα-*

μινῆς ἀκύλου κατὰ μέτρον ἔχουσαι χειμῶνός κε λέγοιεν ἐπὶ πλέον ἰσχύσοντος. quae Scholia interpretantur συμμέτρως ἔχουσαι τῶν καρπῶν. Geoponica 1, 4. πρῖνοι καὶ δρύες τὸν καρπὸν πολὺν φέρουσαι ἐπὶ πλεῖον ἔσεσθαι τὸν χειμῶνα δηλοῦσι. Eadem 2, 14. φασὶ τὴν πρῖνον, ἐὰν πολύκαρπος γένηται, εὐκαρπίαν σημαίνειν. Quae sententia in verbis Arati latet, si cum Plutarcho ibi versum 317, legas: εἰ δὲ ἄδην ἔκπαγλα περιβρίθοιεν ἁπάντῃ. quanquam ille sensum plane contrarium ex versu sequenti elicuerit, cuius scripturam diversam in suo libro habuisse videtur. Cf. dicenda ad extremum caput.

Ἀρχίλοχος — Γλαῦχ' ὅρα] Heraclides Allegor. Homeric. c. 4. p. 12. ed. Schow. Ἀρχίλοχος ἐν τοῖς Θρακικοῖς ἀπειλημμένος δεινοῖς τὸν πόλεμον εἰκάζει θαλαττίῳ κλύδωνι λέγων ὧ δέ πως· Γλαῦκε ὅρα, βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασι ταράσσεται πόντος, ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεὸν ὄρπον ἵσταται νέφος, σῆμα χειμῶνος, κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος. Vitiosa habet verba eadem Plutarchus de Superstitione p. 72. ed. Hutten. ubi rectius tamen ἀμφὶ δ' ἄκρα ὀρθὸν legitur, quod temere tentarunt viri docti. Ibidem est γυρεῦον; in Codice Xylandri erat γύρων, in margine πετρῶν, unde Xylander eliciebat Gyras petras Aiacis Oilei exitio nobilitatas Odysseae 4, 500. Alii item Codices γυρῶν et γυρεύων dant. Virorum doctorum conatus enarravit doctissimus Iacobs ad Analecta Brunckiana T. I. p. 158. qui recte h. l. comparavit. Solus Theophrastus vocabulum γυρεὸν vel γυρεῦον omisit; quod an recte factum sit, ex metri lege iudicabunt peritiores. Verba postrema ὅ ἐστι σημεῖον χειμῶνος videntur ex interpretatione Grammatici accessisse, et Theophrastus dedisse ipsa poetae verba σῆμα χειμῶνος. Sed miror viros doctos, qui fragmenta Archilochi collecta dederunt, nondum vidisse, eiusdem esse poetae verba, quae fragmento priori et de eadem tempestate loquens subdidit Plutarchus, de nauta tempestatem fugiente: φεύγει μέγα λαῖφος ὑποστολίσας (i. e. ὑποστειλάμενος) ἐρεβώδεος ἐκ θαλάσσης.

Ἐὰν νεφέλη ὁμόχρως] Hoc membrum versio omisit Furlani, qui vocabulum νεφέλη inseruit et cum Heinsio vulgatam ἐὰν ὁ πομόχρως ᾖ correxit. Idem comparavit locum Plinii s. 82. *nube gravida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit.*

ἑστώτων — ἐπιφέρηται] Aratus 386. καὶ ὁππότε ταὶ μὲν ἔωσιν αὐτῇ ἐνὶ χώρῃ νεφέλαι, ταὶ δ' ἄλλαι ἐπ' αὐταῖς, ταὶ μὲν ἀμειβόμεναι, ταὶ δ' ἐξόπιθεν φορέωνται.

9. *διαλάμψας*] Verba *Ὁ ἥλιος* inseruit Furlanus. Deinceps vulgatum *χειμέριος* mutavi.

Ἑρμοῦ] Hunc locum integriorem excerpsit Proclus ad Timaeum Platonis p. 285. ed. Basil. prioris, ubi de astronomorum praedictionibus est: *Θαυμασιωτάτην δ' εἶναί φησιν ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν χρόνοις τὴν τῶν Χαλδαίων περὶ ταῦτα θεωρίαν, τά τε ἄλλα προλέγουσαν καὶ τοὺς βίους ἑκάστων καὶ τοὺς θανάτους, καὶ οὐ τὰ κοινὰ μόνον, οἷον χειμῶνας καὶ εὐδίας· ὥσπερ καὶ τὸν ἀστέρα τοῦ Ἑρμοῦ χειμῶνος μὲν ἐκφανῆ γενόμενον ψύχη σημαίνειν, καύματα δὲ θέρους, εἰς ἐκείνους ἀναπέμπει. Πάντα δ' οὖν αὐτοὺς καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινὰ προγινώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων, ἐν τῇ περὶ σημείων βίβλῳ φησὶν ἐκεῖνος.* Plura de Chaldaeis dicta sunt ad Vitruvii 9, 6, 2. in Curis Posterioribus.

ἀλλ' αὐτοῦ ἐν τῇ εὐδίᾳ] Vulgatam restitui, quam temere cum Furlano Heinsius interpolavit scribendo: *ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ σμήνους.* Aratus 296. *οὐδ' ἂν ἐπὶ ξουθαὶ μεγάλου χειμῶνος ἰόντος πρόσσω ποιήσαιντο νομὸν κηροῖο μέλισσαι, ἀλλ' αὐτοῦ μέλιτός τε καὶ ἔργων εἱλίσσονται.* Aristoteles h. a. 9, 40. *οὐκ ἀποπέτονται γὰρ, ἀλλ' ἐν τῇ εὐδίᾳ αὐτοῦ ἀνειλοῦνται.* Unde scriptura vulgaris satis defenditur.

λύκος ὠρυόμενος] Aratus 392. *καὶ λύκος ὁππότε μακρὰ μονόλυκος ὠρύηται.*

τριῶν ἡμερῶν] F. vertit: *Lupus triduo postquam natus est, si petat culta loca aut intret hiberno tempore, statim secutura tempestas est.* Aratus 393. de lupo: *ἢ ὅτ' ἀροτρήων ὀλίγον πεφυλαγμένος ἀνδρῶν ἔργα κατέρχηται σκέπαος χατέοντι ἐοικὼς ἐγγύθεν ἀνθρώπων, ἵνα οἱ λέχος αὐτόθεν εἴη, τρὶς περιτελλομένης ἠοῦς χειμῶνα δοκεύειν.* Unde vitium vulgatae scripturae, *χειμῶνα σημαίνει· λύκος τριῶν ἡμερῶν ὅταν πρὸς*, vidit Niclas ad Geoponica 1, 3. p. 21. ubi est: *καὶ λύκος ὁμοίως πλησίον τῶν οἰκημάτων θρασυνόμενος.* Scribi igitur voluit vir doctus: *χειμῶνα σημαίνει διὰ τριῶν ἡμερῶν. Λύκος ὅταν πρὸς τὰ ἔργα* et cet. In Arato nihil est, quod hanc emendationem adiuvet. Ille enim generatim de hoc et aliis signis addit, valere id de primo, altero et tertio die post visum: *αὐτὴν ἠὲ μετ' αὐτὴν ἢ τριτάτην ἔτ' ἐς ἠῶ.* Possis igitur eodem iure scriptum fuisse suspicari: *χειμῶνα σημαίνει ἢ εὐθὺς ἢ διὰ τριῶν ἡμερῶν.* Aelianus h. a. 7, 8. *λύκοι φεύγοντες ἐρημίαν καὶ εὐθὺ τῶν οἰκουμένων ἰόντες χειμῶνος ἐμβολὴν μέλλοντος ὅτι πεφρίκασι, μαρτυροῦσι δι' ὧν δρῶσι.*

10. *σφῆκες*] Aratus 332. *αὐτὰρ ὅτε σφῆκες μετοπωρινὸν*

ἤλιθα πολλοὶ πάντη βεβρίθωσι, καὶ ἑσπερίων προπάροιθε πληϊάδων, εἴποι τις ἐπερχόμενον χειμῶνα, οἷος ἐπὶ σφήκεσσιν ἐλίσσεται αὐτίκα δῖνος.

ὄρνιθες λευκοί] Aelianus 7, 7. φανέντες δὲ ὄρνιθες πολλοὶ μὲν τὸν ἀριθμὸν, λευκοὶ δὲ τὴν χρόαν, χειμὼν ὅτι ἔσται πολὺς, ἐκδιδάσκουσι. Plinius s. 87. *et albae aves cum congregabuntur.*

τὰ ἄγρια θηρία] Aeliani 7, 8. λέοντος ἐν τοῖς καρπίμοις χωρίοις ἐπιδημία αὐχμὸν δηλοῖ. et: λαγωοὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς χωρίοις ὁρώμενοι πολλοὶ δηλοῦσιν εὐδίαν.

11. καὶ [τὸ] μετόπωρον] Articulum τὸ inserui.

12. οἱ πρῖνοι — αὐχμοὺς — γίνεσθαι] Observatio supra posita repetitur cum auctario; atque hunc ipsum locum expressisse videtur Aratus versu 317. et 318. ubi post verba supra posita addit: μηδὲ ἄδην ἔκπαγλα περιβρίθοιεν ἁπάντη, τηλοτέρω δ' αὐχμοῖο συνασταχύοιεν ἄρουραι. ubi Plutarchi scholion habet: εἰ δὲ ὑπερβάλλει τοῦ καρποῦ τὸ πλῆθος, οὐκ ἀγαθὸν τὸ σημεῖον· ἄμετρον γὰρ ἐπομβρίαν καὶ πλεονασμὸν ὑγρότητος ἢ περὶ τὸν ἀέρα ἄνεσις καὶ θηλύτης δηλοῖ. Legit igitur scriptum: εἰ δὲ ἄδην ἔκπαγλα. In Codice Mosq. est μή μευ ἄδην, in Barb. μὴ μὲν ἄδην. Sequentis autem versus scripturam quam Plutarchus sit secutus, difficile est divinare. In vulgata enim sensus contrarius inest. Alter Scholiastes vulgatam secutus alterum versum ita interpretatur: τότε γὰρ ἐκ τοῦ αὐχμοῦ αἱ ἄρουραι θάλλουσαί εἰσι — πορρωτέρω οὖσαι τοῦ αὐχμοῦ πληθύνουσι τοῖς ἀστάχυσι. Quae habent sententiam geminam contrariam sibi. Siccitas enim frugibus nocet, nec proficit. Testatur ipse Aratus versu 364. περιδείδιε δ' αἰνῶς ἀμήτῳ, μή οἱ κενεὸς καὶ ἀχυρμιὸς ἔλθῃ, αὐχμῷ ἀνιηθείς. Igitur particula δὲ delenda, et sententia fuerit per votum poetae interpretanda. Ceterum οἱ πρῖνοι hic et supra genere masculo dicuntur, cum frequentius et rectius αἱ πρῖνοι appellentur.

σπάλακα — πιθάκνην] Vulgatum hoc vocabulum in σκολόπακα mutatum voluit et gallinaginem vertit Furlanus, qui etiam rectum πιθάκνην in annotatione, in contextu orationis, ut Heinsius, πιθακὴν posuit. Aldina cum Basil. σπάκα λαβὼν — πιθακὴν habet cum signo asterisci. De varietate lectionis in Aristotelis h. a. 9, 8. et 26. ubi editur ἀσκαλώπας, Codices vero ἀσκολόπας habent, dixi ad Eclogas Physic. p. 41. Hesychius cum Nemesiano *scolopacem* nominavit. Argilla substernitur, in qua scolopax rimetur rostro longo vermes, quibus in cibo utitur.

μύες περὶ φορυτοῦ] Versio habet: *cum mures certant de congestis cibariis et auferunt.* quasi hoc publicum spectaculum observationi communi locum dederit! Contra Aratus 391. εὔδιοι οὐδὲ σύες φορυτῷ ἐπιμαργαίνουσαι. ubi Scholia φορυτὸν interpretantur βόρβορον, ὅταν ἀπλήστως ἔχωσι πρὸς τὸν βόρβορον. Sed statim additur: τὸν γὰρ ἐσόμενον δεδοικότες χειμῶνα καὶ συγκλεισμὸν τοῖς βοσκήμασιν ἐγχρονίζειν βούλονται. Plutarchus de sanitate tuenda p. 129. Reiskii, p. 388. Hutten. ἄτοπον γάρ ἐστι κοράκων μὲν λαρυγγισμοῖς καὶ κλωσμοῖς ἀλεκτορίδων καὶ συσὶν ἐπὶ φορυτῷ μαργαινούσαις, ὡς ἔφη Δημόκριτος, ἐπιμελῶς προσέχειν, σημεῖα ποιουμένους πνευμάτων καὶ ὄμβρων. Unde Clemens in Protreptico: ὗες ἥδονται βορβόρῳ μᾶλλον ἢ καθαρῷ ὕδατι, καὶ ἐπὶ φορυτῷ μαργαίνουσι κατὰ Δημόκριτον. quem laudavit Bochartus Hieroz. I. p. 706. Contra Plinius s. 88. *turpesque porci alienos sibi manipulos foeni lacerantes.* De his locis et vocabulo φορυτὸς bene disputavit Conr. Gesner Histor. Quadrup. p. 1000. In Aeliano est h. a. 7, 8. ὗες δὲ ἐν τοῖς ἀρόμασι φαινόμενοι ὑετοῦ φυγὴν διδάσκουσι. quod signum alibi traditum non reperi. Sed est locus Arati 407. seqq. qui magis huc pertinere videtur: καὶ μύες ἡμέριοι ποσσὶ στιβάδας στρωφῶντες κοίτης ἱμείροντες, ὅτ' ὄμβρου σήματα φαίνοι· κἀκεῖνοι χειμῶνα μύες τότε μαντεύονται. In nostro loco definire non licet, μύες an ὗες verum sit; sententia etiam ipsa dubia manet propter varietatem significationis, quae vocabulo φορυτὸς inest.

AD CAPVT IV.

καυματίας] Plinius 18. s. 78. *Sol purus oriens atque non fervens, serenum diem nunciat. — Si et occidit pridie serenus et oritur, tanto certior fides serenitatis.* Geoponica: ὁ ἥλιος καθαρὸς ἀνατέλλων εὐδίαν σημαίνει. Aratus versu 90. μή οἱ ποικίλλοιτο νέον βάλλοντος ἀρούρας κύκλος, ὅτ' εὐδίου κεχρημένος ἤματος εἴης, μηδέ τι σῆμα φέροι, φαίνοιτο δὲ λιτὸς ἁπάντη. Εἰ δ' αὔτως καθαρόν μιν ἔχοι βουλύσιος ὥρη, δύνοιτ' ἀννέφελος μαλακὴν ὑποδείελος αἴγλην, καί κεν ἐπερχομένης ἠοῦς ἔθ' ὑπεύδιος εἴη. Ceterum vulgatum ἐνίων in ἀνιὼν mutavit Furlanus.

πανσελήνῳ] Geoponica 1, 2. καὶ πανσέληνος οὖσα ἐὰν καθαρὰ φανῇ, εὐδίαν σημαίνει.

χειμάζοντος ἡ δύσις] Vereor, ne excerptor libri haec

inepte repetierit, quae iam antea dicta fuerant: καὶ δυόμενος ἥλιος χειμῶνος εἰς καθαρὸν εὐδιεινός.

ὠχρὸς ἦ] Aratus versu 118. καὶ εἴποτε χείματος ὥρῃ ὠχρῆσαι κατιών. repete εὔδιός κε φέροιτο. Deinceps vulgatum ἐν εὐδίᾳ σημαίνει correxit Furlanus.

2. μεὶς ἐὰν τριταῖος] Geoponica 1, 2. τριταία καὶ τεταρταία οὖσα ἡ σελήνη καὶ λεπτὴ καὶ καθαρὰ φαινομένη εὐδίαν δηλοῖ. Aratus versu 51. λεπτὴ μὲν καθαρή τε περὶ τρίτον ἦμαρ ἐοῦσα εὔδιος κ' εἴη.

ὄνου φάτνη — φαίνηται] Editum φαίνεται correxi. Aratus versu 264. ἐς φάτνην ὁράαν, τὴν καρκίνος ἀμφιελίσσει, πρῶτα καθαιρομένην πάσης ὑπένερθεν ὁμίχλης· κείνη γὰρ φθίνοντι καθαίρεται ἐν χειμῶνι.

ἅλως — μαρανθῇ] Plinius s. 78. *si oriens sol cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, expectetur ventus; si totus defluxerit aequaliter, serenitatem dabit.* Aratus versu 115. πολὺς δ' ὅτε οἱ περὶ κύκλος οἷον τηκομένῳ ἐναλίγκιος εὐρύνηται πρῶτον ἀνερχομένοιο καὶ ἂψ ἐπὶ μεῖον ἴῃσιν, εὔδιός κε φέροιτο. Huc refer signa cap. 1. s. 23. ἅλως αἱ μέλαιναι. et cap. 2. s. 6. Interpretatur haec locus Aristotelis Meteorol. 3. c. 3. ubi de area: διὸ καὶ σημεῖον ἡ μὲν σύστασις ὕδατός ἐστιν. Αἱ μέντοι διασπάσεις ἢ μαράνσεις αὗται μὲν εὐδίας, αἱ δὲ διασπάσεις πνεύματος. Ἐὰν μὲν γὰρ μήτε καταμαρανθῇ μήτε διασπασθῇ, ἀλλ' ἐαθῇ τὴν φύσιν ἀπολαμβάνειν ἑαυτῆς, ὕδατος εἰκότως σημεῖόν ἐστι· δηλοῖ γὰρ ἤδη γίγνεσθαι τοιαύτην τὴν σύστασιν, ἐξ ἧς τὸ συνεχὲς λαμβανούσης τῆς πυκνώσεως, ἀναγκαῖον εἰς ὕδωρ ἐλθεῖν. Διὸ καὶ μέλαιναι γίγνονται τὴν χρόαν αὗται μάλιστα τῶν ἄλλων. Ὅταν δὲ διασπασθῇ, πνεύματος σημεῖον. ἡ γὰρ διαίρεσις ὑπὸ πνεύματος γέγονεν, ἤδη μὲν ὄντος, οὔπω δὲ παρόντος. Σημεῖον δὲ τούτου, διότι ἐντεῦθεν γίγνεται ὁ ἄνεμος, ὅθεν ἂν ἡ κυρία γίγνηται διάσπασις. Ἀπομαραινομένη δὲ εὐδίας· εἰ γὰρ μὴ ἔχει πως οὕτως ὁ ἀὴρ, ὥστε κρατεῖν τοῦ ἐναπολαμβανομένου θερμοῦ, μηδ' ἔρχεσθαι εἰς πύκνωσιν ὑδατώδη, δῆλον ὡς οὔπω ἡ ἀτμὶς ἀποκέκριται τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ξηρᾶς καὶ πυρώδους· τοῦτο δὲ εὐδίας αἴτιον. Hinc apparet, verbum παγῇ, si est positum pro συνίστηται, ad rem non pertinere, sed potius contrarium, i. e. pluviam, significare. Quare suspicor, τακῇ scriptum fuisse, vel ῥαγῇ, ut de Ventis sect. 36.

κοιλάδες] Cf. ad cap. 2. s. 6.

κορυφὰς καθαρὰς] Plinius s. 82. *Si cacumina montium pura fient, disserenabit.*

παραζωννύῃ] Plinius s. 83. *Nebulae e montibus descendentes, aut coelo cadentes, vel in vallibus sidentes serenitatem promittunt.* Virgilius versu 401. *At nebulae magis ima petunt campoque recumbunt.* Aratus versu 256. εἴ γε μὲν ἠερόεσσα παρὲξ ὄρεος μεγάλοιο πυθμένα τείνηται νεφέλη, ἄκραι δὲ κολῶναι φαίνωνται καθαραί, μάλα κεν τόθ' ὑπεύδιος εἴης. Εὔδιός κ' εἴης καὶ ὅτε πλατέος περὶ πόντου φαίνηται χθαμαλὴ νεφέλη, μηδ' ὑψόθι κύρῃ, ἀλλ' αὐτοῦ πλαταμῶνι παραθλίβηται ὁμοίη. Pro αὐτὴν malim αὐτάς, ad κορυφὰς referens.

3. γέρανοι — ἀνακάμπτωσι] Aratus versu 278 seqq. Καὶ δ' ἂν που γέρανοι μαλακῆς προπάροιθε γαλήνης ἀσφαλέως τανύσαιεν ἕνα δρόμον ἤλιθα πᾶσαι, οὐδὲ παλιρρόθιοί κεν ὑπεύδιοι φορέοιντο. Plinius s. 87. *grues silentio per sublime volantes, serenitatem.*

ἡσυχαῖον φθεγγομένη] Aratus v. 267. καὶ νυκτερίη γλαὺξ ἥσυχον ἀείδουσα μαραινομένου χειμῶνος γινέσθω σοι σῆμα. Aelianus h. a. 7, 7. εἰ δ' εἴη χειμέρια, ᾄσασα γλαὺξ, εὐδίαν μαντεύεται· ἐὰν δ' εὐδία μὲν ᾖ, ἡ δ' ὑποφθέγγηται, χειμῶνα δεῖ προσδέχεσθαι. Geopon. 1, 2. καὶ γλαὺξ ᾄδουσα συνεχῶς ἐν νυκτὶ καὶ κορώνη πραέως ἐν ἡμέρᾳ κρώζουσα καὶ κόρακες πλείονες ἀγεληδὸν ὥσπερ χαίροντες καὶ κρώζοντες ἀνομβρίαν δηλοῦσι. Plinius s. 87. *noctua in imbre garrula, serenitatem: at sereno tempestatem.* Virgilius versu 402: *Solis et occasum servans de culmine summo nequidquam seros exercet noctua cantus.* In Theophrasto signa corruptelae manifesta sunt. Primum in verbis γλαὺξ — ἐν χειμῶνι desideratur vocabulum ἡμέρας, ut sequenti νύκτωρ opponatur. Sed hoc ferri poterat. Quod autem sequitur, θαλαττία δὲ γλαὺξ — εὐδίαν σημαίνει, non solum autea fuit dictum, sed additum etiam epitheton noctuae θαλαττία antiquitas Graeca non agnoscit. F. versio haec tantum posuit: *Noctua si placide strepat in tempestate, serenum nunciat; in sereno tempestatem.* Reliqua verba plane omisit, neque omissorum rationem in annotatione reddidit. Ceterum Heinsiana ὑποσημαίνει dedit pro vero προσημαίνει.

μόνος — κράζων] Aratus versu 271. καὶ κόρακες μοῦνοι μὲν ἐρημαῖοι βοόωντες δισσάκις, αὐτὰρ ἔπειτα μέγ' ἀθρόα κεκλήγοντες. Ita enim vulgatum μεταθρόα correxi auctore Buttmanno meo. Virgilius 410. *Tum liquidas corvi presso ter gutture voces aut quater ingeminant.*

4. κορώνη] Aratus versu 269. καὶ ἥσυχα ποικίλλουσα ὥρῃ ἐν ἑσπερίῃ κρώζῃ πολύφωνα κορώνη. ubi vel ἡνίκα pro

ἥσυχα cum Stephano scribendum est, vel κἄν. Sed prior ratio melior mihi videtur; quanquam Geoponica vulgatum interpretari videantur: καὶ κορώνη πραέως ἐν ἡμέρᾳ κρώζουσα. Aelianus h. a. 7, 7. Κορώνη ἐπὶ δείπνῳ ὑποφθεγγομένη ἡσυχῇ, εἰς τὴν ὑστέραν εὐδίαν παρακαλεῖ. Ita etiam Democritus Fabricii p. 338. αὐχμὸν δὲ σημαίνουσι κόρακες ἢ κορῶναι ἡσυχῇ φθεγγόμεναι. Ceterum vocabulum ὅθεν seclusi, ut superfluum; omisit Heinsiana. Eadem cum Furlano deinceps ἑσπέραν dedit.

ἐξ ἐρκίων] Furlani Editio antiquum ὀρκίων tenuit, et deinceps οἰκείας dedit, versio vero: *Orchilus a nido aut domo volitans.*

χειμῶνος βορεύοντος] *flante aquilone alba nebula a septentrione appareat* versio. Verbum βορεύω ignorant Lexica. Deinceps βόῤῥαθεν edidit Furlanus cum Edd. antiquis, Heinsiana βοῤέαθεν habet.

ὑπόληψις] Furlanus νεφέλη bis scriptum maluit, atque ita interpretatus est. Idem vocabulum νότοθεν post λευκὴ positum delevit.

πεφασμένη] Vulgatum antea πεφαγμένη correxit Furlanus, *magna ac tumida nebula* vertens.

5. ὀψὲ ὀχευόμενα] Aratus versu 340. ὀψὲ δὲ μισγομένων αἰγῶν μήλων τε συῶν τε χαίρει ἄιολβος ἀνὴρ, ὅ οἱ οὐ μάλα θαλπιόωντι εὔδιον φαίνουσι βιβαιόμεναι ἐνιαυτόν.

βοῦς ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν] Aratus versu 384. de bobus: ἢ κοίτῳ πλευρὰς ἔπι δεξιτερὰς τανύσωνται, ἀμβολίην ἀρότοιο γέρων ἐπιέλπετ' ἀροτρεύς. ubi Scholia annotant: τὸ γὰρ φυσικὸν σχῆμά ἐστιν αὐτῶν [εἰς addo] τὰ εὐώνυμα. Aeliani h. a. 7, 8. βοῦς, ἐὰν μέλλῃ ὕειν ὁ Ζεύς, ἐπὶ τὸ δεξιὸν κατακλίνεται — ἐὰν δ' εὐδία, πάλιν ἐπὶ τὸ λαιόν.

Λύχνος] Haec usque ad εὐδίαν σημαίνει sana praestiterim; sequentia non item. Aratus versu 267. καὶ φλόγες ἡσύχιαι λύχνων. Contra capite antecedente erat: λύχνος εὐδίας ἡσυχαῖος καιόμενος, χειμῶνα σημαίνει. ubi vide adscripta.

ἐπ' ἄκρῳ] Vulgatum ἄκρον correxi. Versio habet *in extremo ellychnio.* Aratus versu 307. καὶ λύχνῳ χιόνος (ἔπι τεκμήραιο), κέγχροις ὅτ' ἐοικότα πάντη κύκλῳ σήματ' ἔχῃ πυριλαμπέος ἐγγύθι μύξης. Idem versu 253. ὁπότ' ἄνθρακος αἰθομένοιο λάμπηται περὶ σήματ' ἐοικότα κεγχρείοισιν signum facit pluviae. Igitur initio sententiae καὶ ἐὰν ἐπ' ἄκρῳ excidit vocabulum, quod nivem aut pluviam significat,

λαμπρᾷ γραμμῇ] Equidem λαμπρὰ γραμμὴ malim, atque hoc item pluviae signum poni existimo.

6. σχίνου καρπὸς] Vulgatum σχοίνου correxi cum Turnebo. Aratus versu 312. οὐδὲ μέλαιναι σχῖνοι ἀπείρητοι. 319. Τριπλόα δὲ σχῖνος κυέει, τρισσαὶ δέ οἱ αὖξαι γίνονται καρποῖο· φέρει δέ τε σήμαθ' ἑκάστη ἑξείης ἀρότῳ· καὶ γάρ τ' ἀροτήσιον ὥρην τριπλόα μείρονται, μέσσην καὶ ἐπ' ἀμφότερ' ἄκρα. Πρῶτος μὲν πρώτην ἄροσιν, μέσσος δέ τε μέσσην καρπὸς ἀπαγγέλλει· πυμάτην γε μὲν ἔσχατος ἄλλων. Ὄντινα γὰρ κάλλιστα λοχαίη σχῖνος ἄρηται, κείνῳ γ' ἐξ ἄλλων ἄροσις πολυλήϊος εἴη· τῷ δέ γ' ἀφαυροτάτῳ ὀλίγη, μέσσῳ δέ τε μέσση. Geoponica 11, 12. τρὶς δὲ καρποὺς φέρειν φασί· καὶ εἰ μὲν ὁ πρῶτος καρπὸς καλὸς γένοιτο, τὸν πρῶτον σπόρον καλῶς καρποφορεῖν σημαίνει· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Lentiscum in loco Arati interpretatur Cicero de Divin. 1, 9.

ὡς ἂν τούτων κλίνῃ] Vulgatum ὡς in ὃς mutatum voluit Niclas ad Geoponica p. 809. Sequens κλίνῃ vitiosum videtur. Furlanus vertit: *quicunque igitur ex his gravitate maxime ponderet et bene sit maturus.* Si compares locum hist. plant. 7, 12, 6. de re eadem: ὅσαι γὰρ ἂν αὗται γένωνται (αἱ ἀνθήσεις τῆς σκίλλης), καὶ οἱ ἄροτοι σχεδὸν οὕτως ἐκβαίνουσιν. quae pessime vertit Gaza: *quot enim fuerint isti, totidem et arandi tempora ferme occurrunt.* In isto loco scriptum fuisse a Theophrasto ὡς γὰρ ἂν αὗται, res ipsa docet, ut ad eum locum demonstravi. Igitur h. l. Niclasii correctionem recipere dubitavi. σχῖνος est scillae cognatum genus bulborum, de quo plura ad historiam plantarum dicta sunt.

7. ζόφος ᾖ] Furlano *caligo.* Sequens τὰ ἄνευ ὕδατος debetur Furlano, cum antea legeretur τὰ ἀνύδατος. Idem vertit: *et sine pluviis venti dissipent.* Nullo plane sensu. Forte vocabulum νέφη excidit, aut gravius ulcus latet.

ἀμφοτέρων ἀριθμουμένων] F. vertit *utroque tempore numerato,* nulla addita annotatione. Equidem locum non intelligo. Idem Furlanus sequens εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον vertit *anno illo futuros flatus significant.* Cuius interpretationis rationes non magis intelligo.

8. Κομήτας Αἰγύπτιοι] Contra Aratus 359. μηδ' εἶεν καθύπερθεν ἐοικότες ἀστέρες αἰεὶ, μήθ' εἷς μήτε δύω, μήτε πλέονες κομόωντες· πολλοὶ γὰρ κομόωσιν ἐπ' αὐχμηρῷ ἐνιαυτῷ. Aristoteles Meteor. 1, 7. ὅτι σημαίνουσι γιγνόμενοι οἱ πλείους πνεύματα καὶ αὐχμούς — ὅταν μὲν οὖν πυκνοὶ καὶ

πλείους φαίνονται, ξηροὶ καὶ πνευματώδεις γίνονται οἱ ἐνιαυτοὶ ἐπιδήλως· ὅταν δὲ σπανιώτεροι ἢ ἀμαυρότεροι τὸ μέγεθος, ὁμοίως μὲν οὐ γίνεται τὸ τοιοῦτον, οὐ μὴν ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνεταί τις ὑπερβολὴ πνεύματος ἢ κατὰ χρόνον ἢ κατὰ μέγεθος. Aegyptii an primi nomen cometis indiderint, ignoro; multas tamen Aegyptiorum fuisse observationes de cometis testatur locus Aristotelis Meteor. 1, 6. Supra Cap. 2. οἱ κομῆται ἀστέρες ὡς τὰ πολλὰ πνεύματα σημαίνουσιν· ἐὰν δὲ πολλοὶ, καὶ αὐχμόν.

Τοῖς δ' ἄστροις] F. vertit: *In stellis etiam plerumque signa et in solstitiis aequinoctiisque, non in iis quidem ipsis, sed aut ante aut post.* Debebat *in exortu stellarum* vel *siderum.* Deinceps vulgatum ἐπ' αὐταῖς ἄλλαις, ἢ πρὸ αὐτῶν correxit Furlanus.

VII.

AD FRAGMENTVM DE LASSITUDINE.

Praeter Diogenem librum Theophrasti περὶ κόπων agnovit Galenus de tuenda valetudine libro tertio p. 248. ed. Basil. ubi de κόπῳ agit: ὑπὲρ οὗ πολλάκις μὲν ἤδη πολλοῖς οὐκ ἰατροῖς μόνον ἢ γυμνασταῖς ἀλλὰ καὶ φιλοσόφοις εἴρηται, ὥσπερ καὶ Θεοφράστῳ βιβλίον ὅλον ὑπὲρ αὐτοῦ γράψαντι. Librum hunc integrum Photius patriarcha a se lectum excerpsit, eiusque excerpta antea inedita publicavit H. Stephanus; sed initium ibi omissum est cum causis et generibus lassitudinis, quae Galenus copiose fuit exsecutus in libro antea nominato, unde huic fragmento multum lucis affulget. Plurimum tamen profuit Problematum Aristotelicorum de eodem argumento comparatio.

ἢ τισιν ὡς πρῶτον; πότερον ὡς Ἐπιγένης] Vulgatum, κόπος, τίσιν ὡς προτυπότερον, (Vossianus πρωτοτυπώτερον) ὡς ἐπίγον ὑπελάμβανε· φλεβὶ, correxit Furlanus vertens: *in qua sit corporis parte lassitudo, quaestio est. An, ut Epigenes existimavit, in venis et nervis.* In annotatione ὡς πρώτου scriptum legitur, quod interpretatur: *quarum corporis partium primo ac per se affectus sit lassitudo.* Equidem ὡς πρώτοις praetulerim. Epigenem veterem physicum memoravit ex Plutarcho de Placitis et Clemente Alexandrino. Sed Plutarchus 3, 2, 4. simpliciter Epigenem nominavit in historia astrologiae; Rhodium nominavit Seneca Quaess. natur. 7, 3. in eadem historia: male Byzantinum facit notitia praeposita Plutarchi editioni a Beckio curatae.

τούτου γὰρ καὶ ἡ κίνησις· ἢ] Vulgatum τοῦτο γὰρ καὶ ἡ κίνησις ἢ διακινεῖ· καὶ correxi, quod Furlanus vertit: *hos enim et motus et nimia liquatio corporis agitat.* Is nempe Aldinum διακίνη mutavit in διακινεῖ; sed in annotatione praeferebat διατήκει; quanquam nec in hoc ipso acquiescens. Equidem conieci scriptum fuisse: ἢ ὑπερβολὴ συντήξεως διὰ κίνησιν. Καὶ ἁπλῶς οὗπερ πόνος et cetera. Eo ducit Vossiani libri διακίνης. Tertia nempe causa lassitudinis traditur orta e συντήξει, quam deinceps saepius commemorat auctor. A verbis καὶ ἁπλῶς incipit argumentatio, qua singulae partes corporis antea nominatae pertractantur, et quaeritur sedes cum causa lassitudinis. Non dubitavi coniecturam in textu ponere.

οὗπερ πόνος] Ita Furlanus Aldinum et Vossianum πόνον οὗπερ αὐτὴ καὶ ὁ κόπος correxit. Sequens κοπιῶν Furlano est *qui laborat.*

ὁ κόπος ἐνείη] Aldinum ὁ κόπος ἔνιαι mutavit Furlanus in ὁ κ. εἴη. Vossianus ἔνι habet. Deinceps Ald. Basil. dabant ὁ κόπος ἐξαλλαγή τις, ἄτοπον τοῦ μή. quae correxit Furlanus vertens: *verum si lassitudo commutatio quaedam est, absurdum alioquin est, iis non attribui partibus, quibus et motus peragitur et sentitur dolor.* Voss. ὁ δὲ τόπος.

ἐπιῤῥοὴ τῆς συντήξεως] Proprie dicendum erat τοῦ συντήγματος, humoris colliquefacti et contracti. Ipsa enim actio σύντηξις dicitur. Furlanus recte monuit, hoc esse genus illud κόπου, quod Galenus libro tertio de valetud. tuenda p. 248. ἑλκώδη κόπον dixit, atque ita descripsit: *γίνεται ἐπὶ πλήθει περιττωμάτων λεπτῶν τε ἅμα καὶ δριμέων, ἅπερ ἐν τῷ γυμνάζεσθαι γεννᾶται κατὰ διττὴν αἰτίαν, ἤτοι τῶν παχυτέρων περιττωμάτων χυθέντων τε καὶ λεπτυνθέντων, οὐχ ἁπάντων δ' ἐκκριθέντων, ἢ τακείσης τινὸς ἤτοι πιμελῆς ἢ σαρκὸς ἁπαλῆς· ἀνάγκη γὰρ ὑπὸ τῶν τοιούτων ὑγρῶν λεπτῶν καὶ δριμέων ὑπαρχόντων κεντεῖσθαί τε καὶ οἷον τιτρώσκεσθαι τό τε δέρμα καὶ τὰς σάρκας, ὥστε καὶ φρίκην ἐνίοτε γίνεσθαι καί τι καὶ ῥίγους, ὅταν ἰσχυρῶς ᾖ δριμέα τε ἅμα καὶ πολλά.* Hoc idem genus habet auctor libri 2. de victu sanorum inter Hippocraticos c. 12. ubi est: *τὰ μὲν οὖν εἴδεα τῶν κόπων τοιαῦτά ἐστιν· ἡ δὲ δύναμις αὐτέων ὧδε ἔχει. Οἱ μὲν γὰρ ἀγύμναστοι ὑγρὴν τὴν σάρκα ἔχοντες, ὁκόταν πονῶσι θερμαινομένου τοῦ σώματος σύντηξιν πολλὴν ἀφιᾶσιν. Ὅ, τι μὲν οὖν ἐξιδρώσῃ ἢ ξὺν τῷ πνεύματι ἀποκαθαρθῇ, οὐ παρέχει πόνον ἄλλον ἢ τῷ κενωθέντι τοῦ σώματος παρὰ τὸ ἔθος· ὅ, τι δ' ἂν ἐμμείνῃ τῆς*

συντήξεως, οὐ μόνον τῷ κενωθέντι τοῦ σώματος παρὰ τὸ ἔθος παρέχει τὸν πόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δεξαμένῳ τὸ ὑγρόν· οὐ γὰρ ἐστι ξύμφορον τῷ σώματι, ἀλλὰ πολέμιον. Εἰς μὲν δὴ τὰ ἄσαρκα τῶν σωμάτων οὐ ξυνίσταται ὁμοίως, εἰς δὲ τὰ σαρκώδεα· ὥστε τούτοισι πόνον παρέχει, ἕως ἂν ἐξέλθῃ et cetera. Similiter Aristoteles Problem. 5, 7. ἐπεὶ δὲ ὁ κόπος ὑντηξιν ποιεῖ· ἡ δὲ σύντηξις περίττωμά ἐστι, τοῦτό ἐστιν, ὃ τὸν κόπον ἐν ἡμῖν ποιεῖ, πλανώμενον ἀτάκτως καὶ προσπίπτον ὀστοῖς καὶ νεύροις καὶ τοῖς ἐντὸς τῆς σαρκὸς ἀραιοῖσι οὖσι καὶ ἀνεῳγμένοις.

2. ὡς ἄμφω] Si locus sanus, intellige: ὡς ἐν κινουμένοις καὶ ὡς ἐν δεχομένοις τὴν ἐπιῤῥοὴν γίνεσθαι τὸν κόπον. Sequens κατὰ abundare vidit etiam Furlanus: igitur seclusi.

διίκηται] Scilicet ἡ ἐπιῤῥοὴ vel ἡ σύντηξις. Sequens κόπος vulgato antea κόπου substituit Furlanus, qui locum male vertit: *nam quando propter multum dolorem intro fluxerit, in ossibus defatigatio est.*

καλοῦσι συγκεκόφθαι] Ita Ald. Basil. καλοῦ συγκεκόφθαι ὃ διαθέντος correxit Furlanus, vertens: *quod dicunt confringi atque disrumpi.* Rectius comparavit locum Galeni libro 2. de Symptomatum causis p. 233. Basil. τρίτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐν τοῖς κόποις αἴσθησις, ἤτοι τεθλᾶσθαί τε καὶ συγκεκόφθαι δοκούντων, ἢ τείνεσθαι πάντη τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, ἢ οἷον ἕλκη πολλὰ διεσκεδασμένα δοκούντων ἔχειν, ἐπειδὰν κινῶνται. — Ὁ δὲ τρίτος κόπος, ἐν ᾧ φασιν ὀστοκόπῳ συνέχεσθαι, κινήσεως μὲν οὖν οὐδὲ βραχυτάτης ἀνέχεται, θερμότητος δ' ἐπιφανοῦς ἐστιν αἴσθησις αὐτοῖς ἅμα καὶ τάσεως καὶ δήξεως ἀναπεμπομένης εἰς ὅλον τοῦ ζῴου ὄγκον κακοχυμίας δαψιλοῦς. Οὐδεὶς δ' ἐπιχειρεῖ τῶν οὕτως ἐχόντων σκορδινᾶσθαι, δεδιὼς ἅπασαν κίνησιν· ἐν δὲ τοῖς ἑτέροις δυσὶ κόποις et cet. De eodem in tertio ὑγιεινῶν ita p. 248. ἡ δὲ τρίτη τοῦ κόπου διαφορά, καθ' ἣν ὥσπερ τεθλασμένων ἢ φλεγμαινόντων αἰσθανόμεθα τῶν μορίων, τηνικαῦτα μάλιστα συμπίπτειν εἴωθεν, ὅταν ἐκθερμανθέντες ἱκανῶς οἱ μύες ἐπισπάσωνταί τι τῶν περικεχυμένων ἑαυτοῖς περιττωμάτων. Εἰ δὲ καὶ περὶ τοὺς τένοντάς τε καὶ νεῦρα τὴν αὐτὴν γενέσθαι διάθεσιν συμβαίνει, ὀστοκόπον ὀνομάζουσι τὸ πάθημα, τῷ βυθίῳ τῆς αἰσθήσεως ἐπὶ τὰ διὰ βάθους κείμενα μόρια τοὔνομα φέροντες. Ceterum in verbis vitium inesse censeo, et scribendum ὀστεοκόπους καὶ ὀστάγρας καλοῦσιν. Vocabulum ὀστάγρα, quod Galeno genus est volsellae, hic dicitur de dolore, quemadmodum

ποδάγρα et χειράγρα. Hippocrates de victu in morbis acutis p. 396. Foesii: τό τε σῶμα ὥσπερ ὑπὸ ὀστεοκόπου ἐχόμενον κοπιᾷ καὶ ἀλγεῖ. Itaque scriptura ὀστοκόπος vitiosa videtur esse. Xenophon de re equestri 1, 4. et 8, 7. equum dicit κόπτειν τὸν ἀναβάτην, cum sessoris artus quasi confringit ingressu duro.

αὐτῶν τούτων] Vulgatum τούτοις correxi. Furlanus *atque harum nonnullis* vertit.

3. καμπτομένοις] Vulgatum antea καλυπτομένοις correxit Furlanus. Ad totum hoc membrum intellige γίνεται ὁ κόπος.

τὴν γαστέρα ἐκοπίασε] Recte Furlanus comparavit Aristotelici Problem. 5, 5. verba postrema de ventre: ἢ ὅτι ἥκιστα πονεῖ· καμπὰς γὰρ οὐκ ἔχει. Causam et sedem κόπου Problema 7. assignat.

οὐ γὰρ ἂν ἔτι] Furlanus vertit: *non enim propter motum solum, cum necessarium non sit, ut lassitudo a motu sequatur, sed ut magis.* Scilicet is deinceps scribi voluit: ἀλλὰ μᾶλλον, ὅταν πόνος τισὶν ἀκολουθῇ. Verum mihi emendatio haec sensum loci adiuvare non videtur. Sequentia enim docent, κόπον non pendere omnino a motu: accidit enim sedentibus etiam stantibusque et decumbentibus. Verba praescripta interpretor: *ita enim lassitudo non fieret propter motum. At id necesse non est* (ut e motu nascatur lassitudo). In sequentibus igitur vitium latere videtur.

πληγή τις] Vulgatum antea πάγη τις correxit Furlanus.

4. ὑπὸ πλησμονῆς — ἥ τε γὰρ πλησμονὴ κρατοῦντος τοῦ σώματος] Verba intermedia ἅπαντα — ὑγρότητος Furlanus omisit, cetera ita vertit: *repletio enim humoris est qui corpus occupat.* Quae cum graecis non congruunt. Aristoteles Problem. 5, 7. οἱ γὰρ πλεῖον βεβρωκότες καὶ πεπωκότες, ἔλαττον πονήσαντες ἢ νήστεις ὄντες, μᾶλλον κοπιῶσι, διὰ τὸ μὴ τὴν οἰκείαν χώραν ἔχειν τὰ σιτία οντα ἄπεπτα. Unde suspicor, hic negatione inserta scriptum fuisse οὐ κρατοῦντος.

τὴν θρέψιν] Vulgatum antea τρίψιν ita correxit Furlanus, inter πέψιν et θρέψιν fluctuans.

ὠμότης — διάθεσις] Furlanus vertit: *estne igitur affectio haec lassitudo an cruditas? quae et a somno sequi solet:* quasi scriptum voluerit ἢ ὠμότης ἡ διάθεσις. Theophrastus ὕπνους dicere videtur plurali numero somnum immodicum.

5. ὑπαρχούσης οὐδαμοῦ, κοπιῶσι] Vulgatam hanc antea

scripturam Furlanus ita mutavit, ut ὅμως κοπιῶσι scriberet. Sed distinctio prava tantum corrigenda fuerat: male enim ante οὐδαμοῦ incisum erat, quod postponendum censui. Rectius monet, intelligi quartum genus a Galeno his verbis descriptum: ἔστι γὰρ δή τις καὶ ἄλλη διάθεσις ἐξαπατῶσά τινας ὡς κόπος· ἡ μὲν γένεσις ἐν τῷ ξηρανθῆναι τοὺς μῦς περαιτέρω τοῦ προσήκοντος, ὥστε ἅπαν αὐχμηρὸν καὶ προςεσταλμένον φαίνεσθαι τὸ σῶμα, καὶ πρὸς τὰς κινήσεις ὀκνεῖ ἀτρέμα. — γίνεται μὲν οὖν ἐν εὐχύμοις τε ἅμα καὶ γυμναστικοῖς σώμασιν, ὅταν ἄμετρον γυμνασθέντα μὴ καλῶς ἀποθεραπευθῇ.

εἴ τις — λέγοι] Vulgatum λέγει correxi. *nisi quis, ubi labor est, ibi liquationem esse dicat* Furlani versio. Equidem suspicor, in verbis ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι vitium inesse, sensum autem hunc: *in horum partibus tantum quibusdam inesse colliquefactionem.*

γένηταί τις] Antiquam scripturam male Furlanus in γίνεται mutavit, qui deinceps rectius antiquum ὑπὸ καθέδρας mutavit: malebat tamen καθέδραις.

βαρυνθῇ τὸ σῶμα] Furlani versio sensum absolvit addens *lassitudo sequitur.*

6. Ταῦτα μὲν οὖν ἄγαν] Vulgatum antea μὲν οὐκ ἄγαν Furlanus in μὲν γὰρ οὐκ ἄγαν mutavit et vertit: *atque haec distinguere non admodum difficile est.*

κόπῳ λύουσα τὸν κόπον] Fortasse fuit: καὶ ἡ τῷ κόπῳ λύουσα. Galenus libro 3. ὑγιεινῶν p. 250. ἀκοῦσαι γοῦν ἐστι τῶν μὲν φασκόντων, ὡς κόπῳ χρὴ λύειν τὸν κόπον, ἑτέρων δὲ et cet. ubi distinguit genus, cui praeceptum hoc conveniat. Proverbium habet etiam Antiphanes Athenaei 2. p. 167. Schw. φίνῳ τὸν οἶνον ἐξελαύνειν, κόπῳ κόπον.

μαλάξεως] Antiquum μάλ' ὀξέως correxit Furlanus, qui deinceps mendosa verba καὶ πλείω τόπον emendavit. Ceterum malim distinctius scriptum: μαλάξεως μὲν δεῖται — ἡ δὲ κίνησις καὶ ὁ πόνος.

Οὐχ ἅπασι δὲ, οὐδὲ πάντως — θεραπειῶν] Antiquum οὐχ ἅπασιν, οὐδὲ πάντως αἱ τοιαῦται τῶν πατρίως· ἀλλ' οἷς bene correxerat Furlanus, uti docet annotatio, sed operae dederunt vitiose οὐχ' δὲ ἅπασιν πάντως, quod repetiit Heinsiana. Deest tamen adhuc verbum, quod Furlanus supplevit vertens: *non omnibus curationes eiusmodi adhibere oportet.*

7. πληγὴν καὶ ἐπίθεσιν] Furlanus vertit: *premunt enim magis et refrangunt maiore contentione, id quod defatigationis*

est causa. Haud scio, an *πίεσιν* aptius vocabulum sit: quod sequens *ἀποπιέζειν* videtur postulare.

κοπιαρώτερον] Ita antiquum *συντομίαν πλείω κοπηρότερον δὲ τὸ τοιοῦτο καὶ δόξειεν* Furlanus correxit.

ὥστε καὶ τοῦτο ἐχρῆν — ἀποπιέζειν] Ante Furlanum erat *ταῦτα*. Is deinceps dedit *Οὐκ ἔτι:* vertit autem: *quia oporteret fortasse et hoc contrapremere ac reniti; hoc autem verum non est.* Videtur igitur *ἀντιπιέζειν* scriptum maluisse, sane aptius vulgato. *Ἀποπιέζειν* ab hoc loco alienum esse, docebitur ad Fragmentum XI. de resolutione nervorum.

ὡς πιεστὰ] Ante Furlanum erat: *ἀπίεστα — χρόνῳ ποιεῖν — τοιοῦτον. τινὰ δὲ πιεστά.*

8. *καὶ ἐπεὶ δῆλον*] Furlanus vertit: *quod si ita est, perspicuum est, quod suppositum est multo temporis spatio, cedere et non reniti.* Equidem suspicabar scribendum: *ἐπεὶ δῆλον ὅτι ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ καὶ μᾶλλον ὑπείκει ὑποκείμενον τὸ τοιοῦτον.*

καὶ τὴν τροπὴν] Ante Furlanum erat *τροφήν τ' ἀλλ' ἐνδίδωσι,* qui correxit et vertit: *ad haec et in motu et in conversione sunt, quae cedant et alicuius mutationis causae sunt: quanquam propter haec non videatur id pene contingere.* Annotatio monet, mutationem situs etiam in duris sedilibus stratisve maxime facere ad tollendas lassitudines. Dicere autem Theophrastum, quae dura sunt et sua natura *ἀπίεστα*, propter mutationem tamen assiduam videri in se cedere, ac propterea non adeo delassare. Equidem haec non magis intelligo, quam graeca vulgo ita scripta: *μεταβολὴν τάδε. οὐ διὰ ταῦτα δέ πως. καὶ τὰ ἐπίπεδα* et cetera. quae secutus vestigia loci Aristotelici mox comparandi emendavi. Sunt *τἆλλα,* quae dicuntur *πιεστά*: haec ipso motu et conversione corporis incubantis mutantur et cedunt: quod non faciunt *τὰ δὲ*, id est *τὰ ἀπίεστα*.

9. *Καὶ τὰ κυρτὰ*] Vulgatum *καὶ κατάκυρτα* correxi. Statim enim sequitur *τὸ μὲν οὖν κυρτόν.* Deinceps ante Furlanum erat *τούτου δὲ μᾶλλον τὸ κοῖλον.* Correxit is, auctore Aristotele Probl. 5, 11. *διὰ τί τὰ ἐπίπεδα κοπιαρώτερα ἐγκατακεῖσθαι τῶν κοίλων ἐστίν; ἢ διὰ τὸ αὐτὸ καὶ τὰ κυρτὰ τῶν ἐπιπέδων; ἐφ' ἕνα γὰρ τόπον συναθροιζόμενον τὸ βάρος ἐν τῇ καθέδρᾳ ἢ κατακλίσει τῇ θλίψει ποιεῖ πόνον. Τὸ μὲν οὖν κυρτὸν τοῦ εὐθέος, τοῦτο δὲ τοῦ κοίλου μᾶλλον τοιοῦτόν ἐστι· τὸ γὰρ σῶμα ἡμῶν ἐστι περιφερέστερον ἢ εὐθύτερον· τῶν δὲ τοιούτων κατὰ πλέον ἅπτεται τὰ κοῖλα ἢ τὰ ἐπίπεδα. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὰ ἐνδιδόντα*

τῶν μὴ ἐνδιδόντων ἀκοπώτερά ἐστι καὶ ἐγκατακλιθῆναι καὶ ἐνέζεσθαι. quae sunt multo integriora, quam locus Theophrasti.

10. ἢ τὰς κνήμας] Ante Furlanum erat καὶ τὰς κνήμας, qui comparavit Problema 26. ubi est: διὰ τί τοὺς μηροὺς μᾶλλον ἢ τὰς κνήμας κοπιῶσι;

ὁ πόνος τις] *quod dolor continui corporis est divisio* vertit Furlanus, verba non reddens singula. Inepte τις additum est. Aristoteles l. c. ἢ διὰ τὸ συμφυὲς μᾶλλον εἶναι τοὺς μηρούς· μάλιστα γὰρ πονοῦσι τῇ τοῦ συνεχοῦς διαστάσει.

νεύρων διάπτασις καὶ ἐν τούτῳ. Καὶ ἐγγυτέρω] Vulgatam distinctionem, διάστασις· καὶ ἐν τούτῳ καὶ ἐγγυτέρω, mutavi. Furlanus vertit: *praeter quam quod et nervorum fit solutio tum in hoc, tum prope locum.*

ἐγγυτέρω τοῦ τόπου] Vulgatum antea ἐνδοτέρω correxit Furlanus ex Aristotele, ubi est prima ratio: πότερον ὅτι ἐγγὺς τοῦ τόπου τοῦ ἔχοντος τὸ περίττωμα· ὥστε ἂν ὑπερβάλλῃ διὰ τὴν κίνησιν τῇ θερμότητι, συσπῶσιν οἱ μηροὶ μᾶλλον καὶ πλεῖον ἢ αἱ κνῆμαι: quae Gaza vertit: *itaque ubi ea pars agitata nimium recaluerit, femora expeditius ac plenius attrahere possunt quam tibiae:* unde Furlanus verba συσπῶσιν οἱ μηροὶ inseruit. Praeterea τε abundat.

ἡ ἀνάρτησις] Furlanus vertit: *quod enim in crurum suspensione et venae et nervi simul perpetiantur, bubonum tumores indicio sunt. Nam etsi infernae partes percussae sint, hi nihilosecius intumescunt.* Debuerat eum advertere locus Aristotelis: ἢ ὅτι, καθάπερ οἱ βουβῶνες γίνονται πληγέντες διὰ τὴν συνάρτησιν τῶν φλεβῶν καὶ νεύρων, οὕτω καὶ οὗτος; ἐγγυτέρω δὲ τῆς ἀρχῆς ὁ μηρός. Ita enim Codex Parisinus habet, ubi vulgatur διὰ τὴν ἄρσιν. Verum vertit Gaza: *an, quomodo inguina per ictum oriri novimus propter venarum et nervorum societatem, ita etiam lassitudo in femur potius incumbit, quod quidem ab initio propius abest.* In nostro loco ἀνάρτησις propius abest a vero, mutanda in συνάρτησις, *connexio.* Deinde in Aristotele πληγέντος τοῦ κάτω τόπου scriptum fuisse videtur.

ἐνταῦθα βουβώνων] Restitui scripturam, a Furlano mutatam in βουβῶνες. Deesse enim vocabulum aliquod, veluti πόνος vel ἄλγος, videtur. Rem ipsam tractat Problema Cassii 40. Διὰ τί, προσπταίσματος γινομένου, τὰ μὲν σύνεγγυς οὐ συμπάσχει, τὰ δὲ πολὺ ἀφεστῶτα συνδιατίθεται, οἷον βουβῶνες τοῖς ἐν τοῖς ποσὶ προσπταίσμασιν. Item: Διὰ τί ἐκ προσπταίσματος βουβὼν γίνεται; Alexandri Aphrodis. Problema 2, 12.

Idem 1, 107. *Διὰ τί ἐπὶ τῷ προσπταίσματι τοῦ ἐν ποδὶ δακτύλου βουβὼν ἐπανίσταται;*

11. *τῷ αἴρειν τὸ σῶμα*] Aristoteles Probl. 24. paulo integrius: *μὲν τὰ κατάντη — ἢ ὅτι ἀναβαίνοντες μὲν τῷ αἴρειν τὸ σῶμα· ἅπαν γὰρ γίνεται φορτίον τὸ σῶμα. ᾧ οὖν ἅπαν ἐπίκειται, καὶ ᾧ αἴρομεν, τοῦτο μάλιστα πονεῖ. Ἡ δὲ κνήμη τοῦτο· ἔσχατον γὰρ, μῆκος ἔχον, καὶ οὐχ ὥσπερ ὁ ποὺς πλάτος ἔχει· διὸ σαλεύεται.* ubi post *αἴρειν τὸ σῶμα* excidit verbum *πονοῦμεν.* In nostro loco vocabulum *ἱκανὸν*, vulgo post *γίνεται· ᾧ* insertum, retraxi, et post *γίνεται* collocavi. Ald. Basil. habent: *γίνεται. ἱκανὸν οὖν ἅπαν ἐπίκειται τὸ βάρος καὶ ὁρώμενον τοῦτο μάλισθ' ὁ πόνος.* quae correxit Furlanus. In Stephani Excerptis legitur: *καταβαίνοντες μὲν τόπον κατάντη — ὁ πόνος τοῦ αἴρειν φορτίον τὸ σῶμα — γίνεται, ᾧ οὖν ἐπίκειται τὸ βάρος, καὶ ᾧ αἴρεται, τούτῳ μάλιστα ὁ πόνος.*

σαλεύεται] Furlanus vertit: *minus firma est, sed loco movetur et cedit.* Gaza: *unde fit, ut hoc minus se valeat stabilire.*

ὥστε ἐπὶ τούτῳ] Furlanus in brevius contraxit, verba non reddidit. Malim *ἅτε.* In Ald. Basil. est *τῶν ὤμων.* Aristoteles: *ὥστε οἷον τῷ ὤμῳ τὰ βάρη κινοῦμεν, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἔχομεν· τοιγαροῦν καὶ πονοῦμεν τὸν ὦμον μάλιστα.* Unde forlasse aliquis hic malit: *ὥστε καθάπερ ὑπὸ τοῦ βάρους — πονοῦσι, καὶ ἐπὶ τούτῳ.*

12. *ἐπιπίπτειν*] Stephani Excerpta: *ἐν δὲ τ. κ. ὁ πόνος ἐν τῷ ἐμπίπτειν γίνεται τὸ σῶμα καὶ παρωθεῖν παρὰ φύσιν. ὥστε οὖν ᾧ μάλιστα ἐμπίπτει καὶ σαλεύει, τούτῳ μάλιστα καὶ τὸν πόνον ἐμποιεῖ.* Aristoteles: *καταβαίνοντες δὲ* (*πονοῦμεν* intellige) *τῷ ἐμπίπτειν* (ita Codex Paris. pro *ἐκπίπτειν. deorsum se defert* Gaza vertit.) *τὸ σῶμα κάτω καὶ προωθεῖν παρὰ φύσιν ὁ πόνος ἐστίν· ὥστε ᾧ μάλιστα ἐκπίπτει* (lege *ἐμπίπτει*) *καὶ σαλεύει, τούτῳ* (Codex *τοῦτο*) *παρέχει τὸν πόνον. Ἡ μὲν οὖν κνήμη μένει, τὸ δὲ βάρος ὁ θώραξ γίνεται· ὁ δὲ μηρὸς δέχεταί τε καὶ σαλεύεται, διὰ τὸ μῆκός τε ἔχειν καὶ στρέφεσθαι ἄνωθεν, ᾗ ὁ θώραξ ἐπιπίπτει.* (ita Codex pro *ἐκπίπτει.*) Unde patet, hic scribi debuisse: *ὁ πόνος ἐν τῷ ἐπιπίπτειν τὸ σῶμα καὶ προωθεῖν παρὰ φύσιν.* In Ald. Basil. est: *ὥστε καὶ ὁμαλῆς ἐπιπίπτει καὶ σαλεύει τοῦτο μάλιστα, καὶ π. τ. π.* Ex Excerptis Stephani *μᾶλλον* post *κνήμη* inserui.

Ἁπλῶς δὲ] Furlanus *δὲ* inserere voluit, operae *τε* dederunt, quod repetiit Heinsiana. Stephani Excerpta: *Διότι δὲ*

τὰ βάρη κάτω φέρεται, χαλεπώτερον τὸ ἀναβαίνειν τοῦ καταβαίνειν.

13. διὰ κενῆς] Antiquum Διογένης Furlanus correxit e Stephani Excerptis, ubi est rectius: διότι σπασματωδέστερον· οὐ γὰρ ἀπερείδεται. Aldina ἔστι habet; ἔτι dedit Furlanus. σπασωδέστερον peius est in Edd. pluribus. Aristotelis Probl. 8. rectius habet: τὸ διὰ κενῆς ῥίπτειν ἢ λιθάζειν. ἢ ὅτι σπασματωδέστερον τὸ διὰ κενῆς ἐστιν; οὐ γὰρ ἀπερείδεται πρὸς οὐδὲν, ὥσπερ ὁ βάλλων πρὸς τὸ ἐν χερὶ βέλος. Ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ πένταθλος πρὸς τοὺς ἁλτῆρας, καὶ ὁ θέων παρασείων πρὸς τὰς χεῖρας. διὸ ὁ μὲν μεῖζον ἅλλεται ἔχων ἢ μὴ ἔχων ἁλτῆρας, ὁ δὲ θᾶττον θεῖ παρασείων ἢ μὴ παρασείων.

καὶ ὁ πένταθλος] Copulam inseruit Furlanus. Deinceps Ald. Bas. habent: πρὸς τοὺς ἀρτῆρας καὶ τοὺς καρπούς. διὸ ὁ μὲν μεῖζον ἅλλεται — θᾶττον θεῖ μὴ παρασείων. quae correxit et supplevit ex Aristotele Furlanus, qui bene comparavit locum Aristotelis de incessu animalium c. 3. διὸ καὶ οἱ πένταθλοι ἅλλονται πλεῖον ἔχοντες τοὺς ἁλτῆρας ἢ μὴ ἔχοντες, καὶ οἱ θέοντες θᾶττον θέουσι παρασείοντες τὰς χεῖρας· γίνεται γάρ τις ἀπέρεισις ἐν τῇ διατάσει πρὸς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς καρπούς. ubi versio latina Guilelmi, omissis verbis ἐν τῇ διατάσει, scriptum ἀντερείσει legit et vertit. Unde existimabit lector, an recte ex Edd. antiquis revocaverim verba καὶ τοὺς καρποὺς a Furlano omissa, et praepositionem πρὸς secluserim.

ὁ δὲ ἧττον σπᾶται — βάρος] Haec desunt in Aristotele. Furlanus vertit: *qui minus moveat, convellitur facile propter gravitatem.* Male! refertur enim sententia ad eum, qui lapidem manu emittit aut aliud pondus.

14. βραχεῖς] Edd. primae Εἰ δὲ βρ. — τῷ δ' ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι. quae correxit Furlanus.

ἵστασθαι συμβαίνει] *saepius gradum sistat aliquis, necesse est* Furlanus vertit. Aristot. Probl. 12. διὰ τί οἱ βραχεῖς περ. κοπώδεις εἰσίν; ἢ ὅτι ἀνώμαλοί εἰσι; πολλάκις γὰρ ἵστασθαι ποιοῦσι. τὸ δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου εἰς τὸ ἐναντίον πυκνὰ μεταβάλλειν κοπῶδές ἐστι· συνήθειαν γὰρ οὐδετέρῳ ποιεῖ, ὅ ἐστιν ἄκοπον· ἀμφοῖν δ' ἅμα οὐκ ἐνδέχεται συνήθειαν γίνεσθαι. Idem Probl. 35. Διὰ τί κοπώδεις οἱ βρ. τῶν περιπάτων; ἢ ὅτι πολλάκις συνίστανται, καὶ οὐχ ὁμαλῶς κινοῦνται περὶ τὰς καμπάς· τὸ δὲ τοιοῦτον κοπῶδες. In nostro loco complexio duarum quaestionum facit solutionem atque orationem obscuram. Excerpta tamen Photiana recte separarunt,

unamque ita proposuerunt quaestionem: *Ὅτι οἱ ὁμαλοὶ περίπατοι τῶν ἀνωμάλων κοπιαρώτεροι, διότι ἡ πολλὴ κίνησις ποιεῖ κόπον· πολλὴ δὲ ἡ συνεχὴς καὶ μία· αἱ δ' ἀνώμαλοι κατὰ τὰς μεταβολὰς ποιοῦσιν ἀνάπαυσιν, ἐν δὲ τοῖς ὁμαλοῖς ἡ ὁμοιότης τοῦ σχήματος ἀπεργάζεται συνεχῆ τὴν κίνησιν.* Unde patet, in nostro loco membrum *τὸ δ' ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι* (*περιπατεῖν* intellige) *χαλεπὸν καὶ κοπῶδες* pertinere ad *περιπάτους ὁμαλούς;* idque vocabulo *κοπῶδες* absolvi et concludi. Deinceps sequitur: *Οὐδ' ἐκεῖνο ὑπεναντίον, ὡς* et cetera. Quare vocabulum *Οὐδὲν* seclusi. In annotatione Furlani video scriptum *καὶ οὐδὲν οὐδ' ἐκεῖνο ὑπεναντίον,* in quo conatum emendandi vitii agnosco. Idem male locum vertit: *hoc autem in eadem corporis habitudine facere laboriosum et difficile est. Neque illud adversatur nobis* et cet. Proprie tamen Stephani excerpta continent sectionem nostram 15. In nostro loco nec *ἵστασθαι* nec *συνίστασθαι* placet, sed *ἐφίστασθαι, subsistere*, malim.

Θᾶττον βαδίζουσι] Aristoteles Probl. 10. *Διὰ τί κοπιῶσι μᾶλλον μὲν ἐν τοῖς ὁμαλοῖς ἢ ἐν τοῖς ἀνωμάλοις τόποις, θᾶττον δὲ βαδίζουσι τὴν ὁμαλὴν ὁδὸν ἢ τὴν ἀνώμαλον; ἢ ὅτι ἀκοπώτερον μέν ἐστι τὸ μὴ ἀεὶ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν, ὃ συμβαίνει ἐν τῇ ἀνωμάλῳ πορείᾳ μᾶλλον. Θᾶττον δὲ πορεύονται, ὅτι ἧττον παρὰ φύσιν κινοῦνται. Ἐν μὲν οὖν τῷ ὁμαλῷ μικρὰ ἡ ἄρσις καὶ θέσις καὶ πυκνή ἐστιν· ἐν δὲ τῷ ἀνωμάλῳ τοὐναντίον. Ἔστι δὲ τὸ αἴρειν παρὰ φύσιν· βίᾳ γάρ ἐστι πᾶσα ἄρσις. τὸ δὲ παρ' ἑκάστην βάσιν γινόμενον μικρὸν πολὺ γίνεται παρὰ πολλάς.* Ubi vides *ἄρσιν καὶ θέσιν* dici, quae hic *ἀναφορὰ* audit. In via *ὁμαλεῖ* dicitur haec fieri ibi *μικρὰ καὶ πυκνή*, hic vero *ἐλάττω τὴν ἀναφορὰν ἔχει ἡ ἐν τῷ ὁμαλῷ βάδισις.* Deest igitur *πυκνήν:* et deinceps quaedam excidisse videntur, quo referantur sequentia: *τὸ δὲ παρ' ἑκάστην πορείαν γινόμενον* [*μικρὸν πολὺ*] *γίνεται παρὰ τὰς πολλάς.* quae alioqui prioribus non satis apte connexa haerent. Furlanus, qui ex Aristotele vocabulum *πολὺ* tantum inseruit, quod sine altero *μικρὸν* sensum non perficit, hoc membrum ita interpretatur: *Quod in singulis passibus non adeo multum videtur, in multis multum fiat, necesse esse: quamobrem cum multa fiat passuum* (pedum) *ἀναφορὰ sive elatio, non posse nos in locis inaequalibus celeriter ambulare, quod per loca aequalia commode fit.* Idem vulgatum *παρὰ τὰ πολλὰ* intactum reliquit, quod ex Aristotele correxi. Ceterum editiones antiquae totum hoc membrum ita scriptum habent: *κοπιῶσί τε μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς ὁμαλοῦσι — κοπιαρότερον*

μὲν γὰρ τὸ ἐν αὐτῷ σχήματι. Ipse ante *αὐτῷ* articulum *τῷ* inserui.

15. *κοπιαρώτεροι*] In Aristotelis Probl. 1. additur *εἰσὶ* verbum: deinceps est *βραχεῖς δὲ* sine articulo.

κόπον καὶ ἰσχυρά· τοιαύτη δὲ ἡ] Vulgatam distinctionem, *κόπον· καὶ ἰσχυρὰ τοιαύτη*, a Furlano versione redditam correxi, admonitus a praecedente *τε*. Aristoteles: *καὶ ἡ ἰσχυρά· τοιαύτη δὲ ἡ σπερματώδης*. Ita enim Codd. et Edd. antiquae, quas secutus est Gaza: recentiores verum *σπασματώδης* substituerunt, uti fieri iusserat Mercurialis Var. Lect. 1, 9. Indidem *δὲ ἡ* inserui, ubi Furlanus *καὶ* dederat.

ἂν ἔχωσι μῆκος, αἱ μεταβολαὶ] Pessime cum Furlano Heinsius distinxit post *μεταβολαί*. Aristoteles: *ἐὰν ᾖ μακρὰ, ἀνάπαυσις γίνεται ἡ μεταβολή· καὶ οὐ μικρὰ ἡ κίνησις οὐδὲ ἵππων αὐτῶν διὰ τὴν μεταβολήν.* ubi Gaza: *facitque, ut longa non sit ne ipsorum quidem equorum propter mutationem.* Legit igitur *οὐ παρὰ* scriptum. Ceterum propter sequens *ὅταν δ' ᾖ βραχεῖα* praestat scriptura librorum Aristotelis.

οὐ διαλαμβάνει] Aristoteles addit: *οὐδὲ ἀναπαύει τὰ μέρη.* Gaza vertit pessime: *similitudo et paritas nihil interpellat nec membris ullam quietem praestat.* Nec melius Furlanus: *habitudinis similitudo neutiquam reficit.* Septalius in Aristotele paulo melius: *non dividit neque recreat partes.* Est dispertiri laborem profectionis et motus per diversas corporis partes.

πλῆθος τῆς κινήσεως] Aristoteles addit: *ἐν τοῖς ἐπιπέδοις οὐ γίνεται κόπος· ἐν δὲ τοῖς ἀνάντεσι διὰ τὸ τὴν μεταβολὴν ἰσχυρὰν γίνεσθαι καὶ ἐναντίαν, ὁτὲ μὲν ἄνω, ὁτὲ δὲ κάτω, ποιεῖ κόπον· τοιαύτη δὲ (ὥς φαμεν) ἐν τοῖς ἀνάντεσιν· ἐν δὲ τοῖς πεδινοῖς τοὐναντίον.* quae nostro loco medelam, ut noster vicissim illi, afferre possunt. Furlanus et Heinsius pessime non solum *ὅταν δ' ἡ βραχεῖα* repetierunt, sed etiam *ἐν δὲ τοῖς παιδίοις* ediderunt. In Edd. antiquis est: *ἐν δὲ τοῖς παιδίοις τοὖθ' ὅτι θερμά τε καὶ κάθυγρα τὰ σώματα.* Furlanus e Stephani Excerptis, ubi est: *Ὅτι ἐξονειρωκτικοὶ οἱ κοπιῶντες, διότι θερμὰ καὶ κάθυγρα τὰ σώματα γίνεται διὰ τὴν σύντηξιν — σπερματική. Ὅτι καὶ ὕπτιοι κατάκεινται — ἔκλυσιν· συνεργεῖ δὲ τὸ σχῆμα τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς ἐξονειρωγμούς:* hinc igitur Furlanus supplevit verba: *ἐξονειρωκτικοὶ δέ εἰσιν οἱ κοπιῶντες;* sed pessime repetiit *τοὖθ' ὅτι θερμὰ* et cetera. Ex Aristotelis autem loco *τοὐναντίον* supplevit, quod ipsum latet in depravato illo *τοὖθ'* ὅτι Edd. veterum. Igitur locum

lacunosum potius e Photianis excerptis a Stephano editis interpolare malui: scripsi tamen initio *Διότι* propter sequens *ὅτι*, et quoniam illo *διότι* excerptor nostri libelli saepius alibi usus fuit. Edd. antiquarum *σύνταξιν* correxit Furlanus. Aristotelis Probl. 31. ita habet: *Διότι ἐξονειρωκτικοί εἰσιν οἱ κοπιῶντες καὶ φθισιῶντες; ἢ ὅτι ὅλως ἐξονειρωκτικοὶ οἱ θερμοὶ καὶ ὑγροί; τὸ γὰρ σπέρμα τοιοῦτόν ἐστι τὴν φύσιν. Τὸ τοιοῦτο δὲ ἐξ οὕτω διακειμένων μάλιστα γίνεται, ὅταν ἡ ἀπὸ τοῦ ὕπνου θερμότης προσγένηται· μικρᾶς γὰρ ῥοπῆς τὰ σώματα δεῖται, καὶ ταύτης ἔσωθεν, ἀλλ' οὐκ ἔξωθεν. Οἱ δὲ φθισικοὶ καὶ κοπιῶντες οὕτω διάκεινται· οἱ μὲν γὰρ κοπιῶντες διὰ τὸν κόπον καὶ τὴν κίνησιν σύντηγματος θερμοῦ πλήρεις εἰσίν· οἱ δὲ φθισικοὶ διὰ τὸν καιάῤῥουν καὶ τὴν γινομένην θέρμην ὑπὸ τῆς φλεγμασίας.* ubi vulgatam scripturam et distinctionem, *μάλιστα γίνεται· ὅταν δὲ ἡ ἀπὸ — προσγένηται μικρᾶς ῥοπῆς,* e Codice Paris. emendavi.

ἐν τούτῳ γὰρ τῷ σχήματι] Furlanus emendare voluit *τοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα,* sed operae non paruerunt, nec Heinsius fuit obsecutus. Praeterea admonuit Furlanus, medicos praecipere iis, qui nocturna pollutione et qui seminis fluxu laborant, ut ne supini cubent, quod relaxetur facultas alioqui imbecilla, calefiantque loca, in quibus semen gignitur. Ceterum *σχῆμα ἄνισον* interpretatur incommodum minimeque conveniens, sed vertit locum: *hoc enim situ requiescunt maxime, qui tamen geniturae fluxum adiuvat.* Guastavinus ad Aristotelem p. 253. locum vertit: *in hac autem figura aut situ maxime inaequalitas est.*

ἅμα τῇ τροφῇ] Articulum *τῇ* inseruit Furlanus. De somni causa Aristot. Probl. 3, 25. *ὅτι δεῖ πρὸς τοὺς ὕπνους ὑγρότητα ἐνυπάρχειν θερμήν· αὕτη γὰρ εὔπεπτος. ἂν δὲ μὴ ἐνῇ ὑγρότης ὀλίγη ἢ δύσπεπτος, οὐ γίνεται ὕπνος. Διὸ ἐν τοῖς κόποις καὶ μετὰ τὰ σιτία καὶ τοὺς πότους* (*πόνους* Cod. Paris.) *ὑπνωτικώτατοι γίνονται ὑπὸ τῆς θέρμης.*

17. [*κόπους*] *ἀλείμματα*] Inseri *κόπους*, quod Furlanus *labores* vertit: qui ad verba *τοῦ θέρους μᾶλλον* intelligi censebat *θεραπεύονται οἱ κόποι.* Deinceps pergunt Edd. antiquae: *ἡδονὴ σιτία· κοινὸν μέν, οἰκειότερον.* quae correxit Furlanus. Rem eandem tradit Aristoteles Probl. 5, 36. *Διὰ τί δεῖ τοὺς μὲν θερινοὺς κόπους λουτρῷ ἰᾶσθαι, τοὺς δὲ χειμερινοὺς ἀλείμματι; ἢ τούτους μὲν διὰ τὰς φρίκας καὶ τὰς γινομένας μεταβολάς· θερμῷ γὰρ δεῖ λούειν, ὃ ποιήσει ἀλεάζειν· τὸ δ' ἔλαιον θερμόν· ἐν δὲ θέρει καθυγραίνειν· ἡ γὰρ ὥρα ξηρά, καὶ οὐ γίνονται φρίκαι διὰ τὴν ἀλέαν. Ὀλιγοσιτία δὲ καὶ*

κωθωνισμὸς θέρους τὸ μὲν ὅλως, τὸ δὲ μᾶλλον· ὁ μὲν πότος θέρους ὅλως διὰ τὴν ξηρότητα, ἡ δ' ὀλιγοσιτία κοινὸν μὲν, μᾶλλον δὲ θέρους· ἐκθερμαίνεται γὰρ μᾶλλον διὰ τὴν ὥραν ὑπὸ τῶν σιτίων. ubi vulgatum θερμῷ οὐ δεῖ λύειν correxi e versione Gazae. Codex Paris. negationem omittit, et λύειν mutat in λούειν. Ceterum non solum oratio Aristotelica ibi integrior, quam in nostro loco, sed est etiam idem argumentum paene iisdem verbis traditum libri I. Probl. 40. ubi tamen scriptum legitur: ἀλείμμασιν; ἢ τοὺς μὲν ἀλείμματι διὰ τὰς φρίκας κ. τ. γινομένας μεταβολάς· θέρμῃ γὰρ λύειν (Codex Paris. λούειν) δεῖ, ὃ ποιήσει — ὥρα ξηρὰ καὶ οὐ φοβεραὶ αἱ φρίκαι διὰ τὴν εἰς ἀλέαν ἔκκλισιν — ἐκθερμαίνεται γὰρ διὰ τὴν ὥραν ὑπὸ τῶν σιτίων. Postrema Gaza ita vertit, ut ad verbum ἐκθερμαίνεται corpus (τὸ σῶμα) intellexerit. Furlanus contra: *incalescunt enim praeter temporis aestum a cibis homines.* De significatione ἀλείμματος postremo loco videbimus.

18. τὸ δὲ σκληρὸν ἰσχυρότερον μὲν] Cum in Ald. Basil. esset τὸ δ' ἰσχυρότερον μὲν, ἀπαθέστερον δὲ, οὐ πρὸς ἅπασαν ἀπάθειαν τὸ σκληρὸν, οἷον πρὸς θραῦσιν, Furlanus dare voluit, quod posui, sed operae non paruerunt, quarum errorem, τὸ δὲ σκληρὸν, τὸ δ' ἰσχυρότερον μὲν, fideliter Heinsius repetiit. Photiana excerpta ita: Ὅτι τὰ ὑγρὰ σώματα κοπιαρώτερα τῶν σκληρῶν, διότι ἀσθενέστερα· εἰ καὶ ἄλλον τρόπον τὰ σκληρὰ εὐθραυέστερα.

ἅπασαν ἀπάθειαν] Furlanus vertit: *quae non facile patiantur, non tamen in universum. Nam et rumpi et scindi et frangi et collidi possunt, sed minime quae lentiora sunt.* Scilicet articulum τὰ ante γλισχρότερα addi voluit; quod feci. Sententiam loci Furlanus interpretatur: *Humida corpora molliaque citius defatigari, quod debiliora sunt, licet non sint absolute debiliora: nam dura siccaque citius franguntur et dirumpuntur, quam mollia et humida. Sed cum incessus constet, ut ait Aristoteles libro de Incessu animalium, tractione et pulsione, humida corpora utrique operi minus sufficiunt. Contra sicca ad trahendum et ad pellendum magis apta sunt: minus igitur delassabuntur haec; magis illa.*

κόπος [ἐστὶν] ἐκ] Furlanus verbum inseruit. In Ald. Basil. erat deinceps ἐκπλυκτικῆς. Versio habet: *habet labor vim attrahendi et contundendi: nam in mutatione incessus habet omnia et continuitatem.* Reliqua omisit.

Superest, ut de ἀλείμματι videamus, quanquam in ipso illo vocabulo nihil insit difficultatis. Sed est problema Aristotelis 5, 6. ubi usus unctionis accuratius definitur, quem hic considerabimus. Ait ibi Philosophus, omnium optime lassitudinem curari, ὅταν τις τῷ ἐλαίῳ ὕδωρ συμμίξας ἀνατρίψηται, id est, si quis oleo cum aqua mixto corpus perfricuerit atque unxerit, quoniam ita oleum penitius intret atque diutius intra cutem haereat, quam vel aqua sola vel oleum per se facere soleat. Aquam praeterea oleo admistam corpus emollire, cum oleum per se magis exsiccet. Addit: πρὸς δὲ τοὺς κόπους ἀξύμφορόν ἐστιν ἡ ξηρασία καὶ ἡ σκληρότης, μετὰ δὲ τοῦ ὕδατος ἀνατριφθὲν ἧττον ξηραίνει. ad quem locum Septalius recte comparavit locum Galeni de simplicium medicamentorum facultate libri 2. c. 25. ubi plane eadem de usu olei cum aqua misti (quod Graeci ὑδρέλαιον vocant) docet, praeterquam quod usum ad primum genus κόπου, ab ipso ἑλκῶδες vocatum, peculiariter referre videtur. Addit, Graecos usum olei cum aqua misti in corpore humano perfricando atque ungendo verbo χυτλοῦσθαι significare: olei vero per se altero ξηραλοιφεῖν. Cum quo Grammatici graeci consentiunt, quorum tamen testimonio non est tanta fides atque auctoritas, quanta Galeno. Locus antiquissimus est Homericae Odysseae 6, 80. εἵως χυτλώσαιτο σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξί. ubi tamen simpliciter usus olei in unctione post balneum significari videtur.

Verbum ξηραλοιφεῖν nunc demum plane intelligere coepi e loco Galeni. Hesychius pariter ξηράλειψιν interpretatur τὸ χωρὶς λουτροῦ ἀλείφεσθαι ἢ ξηροτρίβεσθαι. quod erat athletarum et qui in palaestra exercebantur. Contrarium igitur χυτλοῦσθαι ex Hesychii mente erat μετὰ λουτροῦ ἀλείφεσθαι. Idem eodem modo usurpatum ξηραλουτρεῖν annotavit. Grammaticus Coislinianus p. 492. in Anecdotis Bekkeri I. p. 284. ξηραλοιφεῖν τὸ ἐν ταῖς παλαίστραις γυμναζόμενον κόνει χρῆσθαι. Rectius alius ibidem: ξηραλοιφεῖν· τὸ χωρὶς λουτροῦ ἀλείφεσθαι. Cf. Valesium ad Harpocrationem in h. v. Praeterea ad locum Aristotelis annotabo locum Galeni libri 2. ὑγιεινῶν p. 233. ubi ait: τὸ τῆς ἀνατρίψεως ὄνομα συνηθέστερον τοῖς παλαιοῖς ἐστι, τὸ δὲ τῆς τρίψεως τοῖς νέοις. Idem de verbo ἀνατρίβεσθαι valet. Hinc προσανατρίβεσθαι, luctari cum aliquo, apud Platonem Theaeteti 68. p. 374. Heind. Theophrastum Char. 10, 1. Plutarchum Amatorii p. 9. Hutten.

VIII.

AD FRAGMENTVM DE VERTIGINE.

Inscriptionem libri περὶ ἰλίγγων καὶ σκοτώσεων habet Diogenes 5, 44. unde vocabulum alterum addendum videtur.

ἢ ἀπὸ τροφῆς οἷον * * ἢ τοῦ οἴνου] Lacunae signum ante haec verba cum Ald. et Basil. posuit Furlanus: sed alteram post οἷον non animadvertit; potius versione obscuravit: *aut excrementitia humiditas ad caput venerit, sive ab alimento aliquo, ut a vino, sive ab humore quovis alio.* Potest quidem vinum referri ad alimentum, verum ita particula ἢ post οἷον abundat. Deesse igitur videtur vocabulum generis alicuius cibi flatulenti. Paulo antea ἐπὶ τὴν κεφαλὴν malebat Furlanus, quod vertendo reddidit. Equidem vulgato περὶ substitui εἰς e Photianis excerptis, ubi locus hic ita legitur: Ὅτι οἱ ἴλιγγοι — ὅταν πνεῦμα — ἢ ἀπό τινος τροφῆς, ὡς ἀπὸ τοῦ οἴνου, ἢ ἀπό τινος ἄλλου χυμοῦ· ἔτι δὲ καὶ ὅταν τις κινῇ τὴν κ. κ. — ὑγρὸς ὢν, ὅταν δέξηταί τι πλέον ἀλλότριον, τὸ δὲ βιάζηται διαδυόμενον πρὸς τὰς φλέβας, ὠθεῖ — τὸ προϋπάρχον ὑγρόν. Ald. Basil. κινῇ τις habent.

πνεῦμα ἀλλότριον — καὶ πρὸς] πλέον ἀλλότριον Voss. cum Photio. Sequens καὶ omittit Voss. recte: igitur post φλέβας inserui: quo ducit etiam scriptura Photiana, in qua προϋπάρχον praefero.

τὸ αὐτὸ συμβαίνει] Comparavit Grangerius locum Galeni de locis affectis libro tertio p. 280. Basil. *Καὶ προσέτι τὸ καλούμενον σκοτωματικὸν πάθος εὔδηλον ὂν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς προσηγορίας ὁποῖόν ἐστι· σκοτοῦνται γὰρ ἐπὶ σμικραῖς προφάσεσιν οἱ πάσχοντες, ὡς καὶ καταπίπτειν ἐνίοτε, μάλιστα μὲν, ὅταν αὐτοί ποτε ἐν κύκλῳ περιστραφῶσιν· ὅπερ γὰρ τοῖς ἄλλοις ἐπὶ πολλαῖς περιστροφαῖς συμβαίνει, τοῦτ' ἐκείνοις ἐπὶ μιᾶς· κἂν ἕτερον δέ τινα περιστρεφόμενον ἴδωσι, σκοτοῦνται, κἂν τροχὸν ἤ τι τοιοῦτον περιδινούμενον, αὐτάς τε τὰς καλουμένας δίνας ἐν τοῖς ποταμοῖς. Συμβαίνει δ' αὐτοῖς ταῦτα μᾶλλον, ὅταν ἡλιωθῶσιν ἤ πως ἄλλως θερμανθῶσι τὴν κεφαλήν. Ἔοικεν οὖν, ὅπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐκ τοῦ περιστραφῆναι πολλάκις ἐν κύκλῳ συμβαίνει, τοῦτο ἐκείνοις ἄνευ τοῦ περιστραφῆναι γίγνεσθαι. Τοῖς δὲ περιστρεφομένοις πολλάκις ἐν κύκλῳ ἀνώμαλός τε καὶ ταραχώδης καὶ ἄτακτος κίνησις τῶν τε χυμῶν καὶ τοῦ πνεύματος ὡμολόγηται γίγνεσθαι. Εὔλογον οὖν τοῖς ἐν τῷ σκοτωματικῷ πάθει καθεστῶσι τοιοῦτόν τι συμβαίνειν. Διὸ καί τινες αὐτῶν*

ἀρτηριοτμηθέντες ὤναντο, διαιρουμένων δηλονότι τῶν ὄπισθεν τῶν ὤτων ἀρτηριῶν ὅλων ἄχρι βάθους, ὡς οὐλὴν μεταξὺ γενέσθαι τῶν δυο μερῶν — γίνεσθαι τὸ πάθος εὔλογόν ἐστιν ἀτμώδους καὶ θερμοῦ πνεύματος — ἀναφερομένου καὶ πληροῦντος τὸν ἐγκέφαλον. Ἐγχωρεῖ δὲ καὶ κατ' αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον ἀνώμαλόν τινα δυσκρασίαν γενέσθαι τοιούτου πνεύματος γεννητικήν.

διαφέρει] Voss. deinceps εἰ addit.

μὴ συνεχοῦς ὁμοίως] Furlanus vertit: *veluti vortex quidam est humoris non eodem modo cohaerentis agitatio.* Idem ad verbum ἀντικροῦον vocabulum πνεῦμα intelligi monuit et vertit: *repugnans ille propellit et sistit.* At omisit τὸ ὑφιστάμενον, i. e. *subsidens humor.* Hic autem dicitur ἀντικρούειν. Equidem cum Photio δὲ post Οὔσης inserui: idem καὶ post φορᾶς inserit. Ceterum cum saepius vorticis natura in causa vertiginis commemoretur, nec eius naturam in vertendo vel animadvertisse vel recordatus esse videatur Furlanus, breviter de eo admonendum censeo. Vorticis (δίνης) ea est natura, ut leviora ad extremum remota ferantur, graviora autem in medium coacta circumagantur. Simul atque autem motus hic continuus turbatur, et corpora aliena eum intercipiunt interposita (διΐστησι), aut plane sistunt (ἵστησι), tum vero graviora deorsum subsidentia corpus a motu cessans in latus impellunt, et, ut procidat, efficiunt. Hoc est, quod infra sect. 9. dicitur: τὰ ἐν τῷ κινεῖσθαι σωζόμενα (i. e. συμμένοντα) διΐστησιν ἡ στάσις τῆς ὄψεως. et quod sequitur: διϊστάμενα καὶ χωριζόμενα τὰ βαρέα καταβαρύνει. Sequitur ibi de vortice sect. 10. διΐστησιν ἡ δίνη τά τε βαρέα καὶ τὰ κοῦφα — τὰ μὲν εἰς τὸ μέσον ἄγουσα, τὰ δ' εἰς τὸ ἔσχατον. quae verba pessime vertit Furlanus. Hippocrates vertiginem δῖνον appellavit: deinde σκοτόδινος eadem affectio dici coepit et ἴλιγγος; quod vocabulum eandem cum δίνῳ significationem habet, ab ἰλέω, εἰλέω, *verto*, *volvo* derivatum. Σκότωσις videtur serius accessisse, et est quasi accessio vertiginis. Primum vocabulum δῖνος occasionem primis philosophis et medicis dedisse videtur, affectus huius naturam et causam ut e natura vorticis (δίνης) explicare conarentur.

τὸ δὲ ἱστάμενον — ὁμοίως αὐτῇ] Furlanus: *qui vero mansit, quod non eodem modo agatur, fertur per illum locum, quem nactus sit.* Sed αὐτῇ non potest referri ad antecedens φοράν. Igitur aut αὐτῷ aut αὑτῷ scribendum videtur. Excerpta Photii brevius: τοῦ μὲν προλαμβάνοντος,

τοῦ δὲ ὑστεροῦντος, διὰ τὸ μὴ ἰσοῤῥοπεῖν ὁμοίως, τὸν ἴλιγγον ποιεῖ καὶ καταβάλλει πολλάκις.

καταβάλλει] Ald. Basil. Voss. *κατα* cum signo lacunae, quam e Photio supplevit Grangerius.

2. *διὰ τὴν λεχθεῖσαν αἰτίαν*] Furlani versio: *Etenim quod ea, quae liquida sunt, difficile possunt in vorticem agi, causa est, quod in ovis accidit:* vitium loci celavit, sensum pervertit, et quaedam omisit. Voss. *διανοεῖσθαι* vitiosum habet.

τὰ δὲ ἑφθὰ δύναται] Comparavit Furlanus Problema Aristotelicum 6, 4. *Διὰ τί ἀνισταμένοις ἴλιγγος μᾶλλον γίνεται ἢ καθιζάνουσιν; ἢ διότι ἠρεμοῦσι τὸ ὑγρὸν εἰς ἓν μόριον ἀθρόον ἀποκλίνει; διὸ καὶ τὰ ὠμὰ ὠὰ οὐ δύναται δινεῖσθαι, ἀλλὰ καταπίπτει. Κινούμενον δὲ τὸ ὑγρὸν ὁμοίως ἔχει. Ἀνίστανται μὲν οὖν ἠρεμήσαντες, ὅτε οὕτως διάκεινται· καθιζάνουσι δὲ ἐν κινήσει γενόμενοι, ὅτε ὁμαλῶς ἔχει τὸ ὑγρὸν καὶ ἐσκέδασται.* quae Gaza vertit: *An quoniam quiescenti humor universus unum in membrum se colligit: ex quo cruda etiam ova nequeunt circumverti, sed protinus decidunt: moventi autem humor se aeque expandit. Surgimus igitur a quiete, qua ita affecti sumus: sedemus vero a motu, quo humor aequabili modo quaquaversus se porrigit.* Gazam merito reprehendit Furlanus, qui ὁμοίως pro ὁμαλῶς dictum censet, et *uno modo* vertit. Multo peius verba Aristotelis vertit Septalius, quanquam rem ipsam bene intellexisse videatur. Is addit, signo hoc mulieres in Italia experiri, an ova bene cocta sint. In loco Aristotelis *κινουμένοις* rectius scriptum vertit Gaza.

διότι τὰ μὲν — τὰ δὲ] Haec Furlanus e Photianis excerptis Stephani inseruit; omiserat tamen verba *τοῦ ἐντὸς* post *συνεχοῦς*, quae indidem adieci. Est autem ita ibi scriptum: *Ὅτι τὰ ὠμὰ ὠὰ διὰ τοῦτο οὐ περιδινεῖται, ὥσπερ τὰ ἑφθὰ, διότι — Ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς θεωρίας ἐπιλύεται καὶ τὸ, διὰ τί κύκλῳ περιπατοῦντες ἰλιγγιῶσι, καὶ ὅτι μᾶλλον, ἐὰν ἐν ἐλάττονι κύκλῳ, καὶ ἔτι ἐὰν θᾶττον θέωσι, καὶ ὅτι, εἰ μετὰ πολλῶν μᾶλλον ἢ μόνοι· καὶ διὰ τί ἐπ' ἀριστερὰ θέοντες μᾶλλον ἢ ἐπὶ δεξιά· πάντων γὰρ τούτων καὶ τῶν ὁμοίων προείρηται ἡ αἰτία.* Ceterum *τὰ δ' οὖ, διὰ τὸ μὴ* scribendum esse, inserta negatione, viderat etiam Furlanus. Superest difficultas in verbis *τὸ σφάλλον ὑφιστάμενον.* Furlanus: *quod non habeant quod turbationis est causa.* Omisit igitur, ut supra, *τὸ ὑφιστάμενον, id quod subsidit.* Equidem articulum *τὸ* repetitum malim.

3. τὰ καθ᾽ ἕκαστα] Vulgatum τοῖς cum Furlano correxi, qui vertit: *quo etiam referenda sunt, quae in singulis rebus ab his accidunt, de quibus dubitatio est.*

ἔτι μᾶλλον καὶ ὅσῳ] Equidem ὅτι μᾶλλον malim, ut in Photio est. Sequens καὶ ut inutile seclusi.

καὶ θᾶττον θέωσι σφοδρότερον] Equidem malim καὶ ἔτι vel καὶ ὅτι ἄν. Deinceps Ald. Basil. Voss. ἢ μόνον. Verba ἢ ἐπὶ δεξιὰ inserui e Photio.

αἰτιᾶται] Vitiosum verbum agnovit Furlanus, qui ἡ αἰτία εἴρηται malebat. Grangerius ἐν τοῖς ὕστερον scripsit. Male!

ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ στρέφοιτο, τάχιστ᾽ ἂν] Ita vulgabatur. Photius: ἐάν τις ἐν τῷ αὐτῷ στρέφῃ τὴν κεφαλὴν, δῆλον, ὡς, εἴ τις ἐγγὺς τούτου στρέφοιτο, τάχιστα καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ἰλιγγιῴη· ἐγγυτάτω δὲ ὁ ἐν ἐλάττονι κύκλῳ στρέφων τὴν κεφαλὴν· καὶ ὅσον ἂν θᾶττον, μᾶλλον. Apparet, repetitum verbum στρέφῃ et στρέφοιτο librario occasionem errandi praebuisse, ut media omitteret. Mecum sentit Grangerius.

ἰλιγγιῴη ὁ ἐγγυτάτω· ἢ ὁ ἐν — στρέφων· καὶ ὅσῳ] Hanc vulgatam e Photio correxi. Voss. liber habet ἰλιγγιῶν· ἢ ἐγγιῶν· ἢ ἐγγυτάτω, ἢ ὁ.

Διόπερ καὶ] Copulam inserui e Photio, ut deinceps verba μᾶλλον ἰλιγγιῶσι. Ceterum οἱ ταχέως τῶν βραδέως intelligendi videntur οἱ περιπατοῦντες. Huic interpretationi convenit scriptura Excerptorum: τῶν βραδέως, (θέουσι γὰρ ἐγκεκλικότες πρὸς τὸ κέντρον) μᾶλλον ἰλιγγιῶσι. Contra vulgata, θέουσι γὰρ οἱ ἐγκεκλικότες π. τ. κ. (ubi verbum ἐγκ. supplevit Grangerius), postulare videtur, ut ad ista, οἱ ταχέως τῶν βραδέως, intelligamus θέοντες. Verum οἱ βραδέως θέοντες inepte dici mihi videntur. Causae demonstrationem omisit Excerptor. Ceterum Furlanus monuit, in gymnasiis cursu in gyrum (περίδρομον vocabant) exercitari Graecos solitos fuisse. Equidem articulum ante ἐγκεκλικότες abesse malim.

5. τὰ μήκη αὐτῶν ἐκπίπτῃ] Furlanus vertit: *ut, quando rectae ferantur earum longitudines, ad unum concidant apicem, exindeque conum fieri accidat, cuius basis circulus sit.* Latera vel radios circuli in visum vel oculum incurrentes interpretatur Furlanus.

πλεονάκις ἐν τούτῳ] Omisit ἐν τούτῳ versio Furlani. Fortasse ἐν τῷ αὐτῷ fuit.

μακροτέροις δὲ μᾶλλον, ὅσῳ] Intellige συμβαίνει, et μᾶλλον repete ad ὅσῳ. Ald. Basil. ἐγκλείουσι emendavit Furlanus, ut deinceps Aldinum ἔχειν. Sequens ἴσην non vertit

Furlanus: εἰσὶν habet Voss. aeque vitiosum. Inepte Furlanus ὅσῳ ἐγκλίνουσι vertit *quod corpus reclinant*. Debebat: *quo magis corpus proclinant ad centrum*. Suspicor fuisse: συμβαίνει στρέφεσθαι ἔσω ἔχοντα τὴν κεφαλήν.

ἴσως νεύουσι] Male Furlanus *longe magis reclinant*, omisso ἴσως, quod in ἔσω mutandum existimavi. Excerpta Photii: Οἱ δ' ἐπ' ἀριστερὰ θέοντες τῶν ἐπὶ δεξιὰ μᾶλλον, διότι ὀξυτέραν γ. π. π. τ. κ. ἐμβρ. γ. ὄντα τὰ δεξιὰ προςβιάζεται μᾶλλον ἐντὸς διὰ τ. ἀ. τ. ἀριστερῶν. unde omissum hic ἐντὸς inserui. Ald. Basil. Voss. προσαποβιάζεται μᾶλλον αὐτοῖς. Voss. tamen ἐν τοῖς habet pro vulgato αὐτοῦς. Furlanus: *propellit magis et intro agit*.

καὶ ἐὰν — θέωσι] Excerpta: καὶ εἰ μετὰ πολλῶν θέουσι, μᾶλλον καὶ ἢ μόνοι· διότι πρὸς τῇ κύκλῳ περιφορᾷ καὶ ἡ ὄψις προσβάλλουσα τοῖς θέουσι μὴ συνεχὴς οὖσα ποιεῖ τ. κ. ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ καὶ ταραχὴν, διότι ἰλιγγιῶσι μᾶλλον, διὰ τὸ διπλῆν τὸν ἐγκέφαλον ὑφίστασθαι κίνησιν, τήν τ' ἀπὸ τῆς περιδινήσεως, καὶ ἣν ἡ ὄψις παθοῦσα τῷ ἐγκεφάλῳ παρέπεμψε. unde vulgatum περιφερείᾳ correxi, praeeunte Grangerio, αὕτη autem, praeeunte Furlani versione. In Voss. est καὶ ἐὰν μὴ μετὰ.

μὴ συνεχὴς οὖσα] Negationem et praepositionem ἐν e Photio addidi, ne quis συνεχὴς copularet cum ἐγκεφάλῳ.

7. ἰλιγγιᾷν συμβαίνει] Photius: ἰλιγγιῶσι πολλάκις — ἐπειδὰν τοῖς κύμασιν ἐμβλέψωσι. Deinceps ἀπολλῶν Voss. habet.

ὅλων ἄστρων] Omisit prius vocabulum versio Furlani, et videtur vitiosum. Nec satis intelligo, quis sit astrorum motus tam celer et interdiu tam conspicuus, ut navigantibus vertiginem aspectu creare possit. Verba καὶ τῇ — συλλαβούμενοι praeteriit Photius.

αἰώρας] Furlano *pensilia*. Verba ἢ καὶ — τὴν ὄψιν omisit Photius.

κινεῖν τὰ ἐντὸς καὶ ταράττειν] Furlanus locum Archigenis apud Aetium libro 6. comparavit, ubi est: τὸ γὰρ ὀπτικὸν πνεῦμα προσπίπτον τῷ περικινουμένῳ τροχῷ κινεῖται, καὶ αὐτὸ συμπεριφερόμενον ἐκείνῳ, καὶ οὕτως ἀνώμαλον καὶ ταραχώδη καὶ ἄτακτον τόν τε χυμὸν καὶ τοῦ πνεύματος τὴν κίνησιν ἐργάζεται. Ceterum in h. l. Ald. Basil. κινεῖν τὰ ἐντὸς καὶ ταράττειν ἀνομάλως habent: Furlanus et Heinsius ταράττειν ἄνω μᾶλλον. Versio tamen Furlani: *et inaequabili agitent motu*. Equidem ἀνωμάλως transposui.

8. τὰ ὑψηλὰ — ἀποβλέποντες] Ald. Basil. Voss. τῶν

ἰλιγγιῶν δὲ, καὶ οἱ — μακρὰ ἀποτεινομένην — ταράττει καὶ κινεῖ. Furlanus vertit: *qui alta, magna et praerupta loca conspiciunt.* inepte: debebat *despiciunt.* Photius habet: οἱ πρὸς τὰ ὑψηλὰ — μακρὰν τεινομένην — σειομένη δὲ καὶ κραδαινομένη ταράττει καὶ κινεῖ τὰ ἐντός. Vulgatum σειομένην — κινουμένην correxi: contra Furlanus male vulgatum ταράττει καὶ κινεῖ mutavit.

ἀναβλέπουσι δ' οὔ] Ita Ald. Basil. Voss. Cum Furlano Heinsius: *Τοῖς δὲ ἀναβλέπουσιν οὔ.* Verbum ἀποτείνειν est pro ἀποτείνεσθαι positum.

ἀποτέμνεσθαι ἐν τῷ φωτὶ] Graugerius ad h. l. ita: Ratio haec e Platonis schola manasse videtur. Nam etsi Theophrasto cum Aristotele magistro et reliquis philosophis, qui de videndi ratione disseruerunt, in eo convenit, quod medium, in quo excitatur species rei obiectae, lumine illustratum esse oporteat, ut aspectum moveat: tamen nisi cum Platone radium igneum (non adurentem quidem, ut loquitur in Timaeo, sed aethereum, qui solis radio simillimus sit) ex oculis pari celeritate atque solis radium efferri posuerimus, qui cum medii lumine, ut naturae suae cognato, coniunctus faciat, ut rerum imagines, quas εἰδωλοποιΐας appellat, oculis repraesententur, cur aspectus in ipso lumine interceptus efficiat, ne, qui sursum spectant, vertigine tententur, intelligi non potest. Hoc autem posito, rationis, quam affert Theophrastus, totam vim ex cognatione naturae, qua aspectus cum lumine medium aerem illustrante iungitur, pendere facile intelligitur. Qua de re qui plura desiderat, legat Galenum libro 10. de usu partium c. 12. et seqq. et libro 7. de placitis Hippocr. et Platonis c. 5. et 6.

9. Γίνεται δ' ἴλιγγος — τὸ αὐτὸ] Ald. Basil. Voss. δι' ἴλιγγος — εἰς τοῦτο. Photius: γίνονται ἴλιγγοι καὶ ὅταν βλέπωσι συνεχῶς καὶ ἐνατενίζωσιν· διὸ καὶ διαπορεῖται, διὰ τί ποτε τὸ αὐτὸ πάθος συμβαίνει. unde αὐτὸ inserui.

ἄτοπον — ἐναντίων] Photius his omissis pergit: Τὸ δ' αἴτιον τῆς μὲν κύκλῳ φορᾶς εἴρηται· διὰ τί δὲ ἐν τῇ ἐπιστάσει καὶ τῷ ἀτενισμῷ τὸ αὐτὸ συμβαίνει πάθος. ubi Excerptor sensu aberrasse videtur in verbis τῆς κ. φορᾶς.

διΐστησι καὶ ἡ στάσις] Copulam alienam a sensu et a Furlano non redditam seclusi. Omisit etiam Photius, qui dedit: διότι τὰ ἐν τῇ κινήσει σωζόμενα ἡ στάσις διΐστησι· στάσης οὖν τῆς ὄψεως καὶ τὰ ἄλλα συνεχῆ τὰ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἵσταται· ἱστάμενα δὲ καὶ συνίσταται, καὶ χωρίζεται τὰ βαρέα καὶ καταβαρύνει, καὶ ποιεῖ τὸν ἴλιγγον. καὶ ἡ κύκλῳ

φορὰ δὲ διΐστησι τὰ βαρέα καὶ τὰ κοῦφα. quae ducunt nos ad emendationem certam vulgatae scripturae.

διάστασις ἑνὸς μορίου· καὶ τἄλλα τὰ συνεχῆ — διΐσταται] Haec ita, uti vulgabantur, vertit Furlanus: *obtutus enim oculorum alius partis est disiectio; et quae in cerebro continua sunt, consistunt disiecta separataque, quae ex iis graviora sunt, praeponderant, et vertiginem inferunt.* Annotatio copulat verba *καὶ ἡ στάσις τῆς ὄψεως διάστασις ἑνὸς μορίου:* quae vertuntur ibi: *fixus oculorum aspectus fatigat animalem spiritum: a quo vertigo fit.* *ἑνὸς μορίου* interpretatur *τοῦ ἐγκεφάλου;* praefert tamen scripturam *τινός.* Apparet, Furlanum a sententia plane aberrasse, nec vorticis naturam cogitasse, ex qua loci sententia et interpretatio pendet. Equidem duce Photio corrigo: *διΐστησιν ἡ στάσις τῆς ὄψεως· στάντος δὲ ἑνὸς μορίου, καὶ τἄλλα τὰ συνεχῆ. ἐν τῷ ἐγκ. ἵσταται· ἱστάμενα δὲ καὶ διΐσταται καὶ χωρίζεται τὰ βαρέα καὶ καταβαρύνει, καὶ ποιεῖ τὸν ἴλιγγον.* Scripturam Ald. Basil. Voss. *ἐγκεφάλῳ συνίστασθαι* emendavit Grangerius.

τήνδε τὴν κίνησιν] Furlanus vertit: *namque ad certum motum natura destinata sunt, per hunc consociata servantur, siquidem, ut ait Heraclitus, et cyceon agitatione constat.* Omisit reddere *ἄλλοτε*, et *τήνδε τὴν κίνησιν*, quae κυκλοφορίαν designant, male certum motum interpretatur. *συμμένειν* nunc proprie dicuntur, quae antea *σώζεσθαι* et *σωζόμενα* dicebantur.

εἰ δὲ μὴ — διΐσταται κινούμενος] Ita cum Ald. Basil. habet. Cum Furlano Heinsius *συνίσταται* dedit, nec de varietate Furlanus admonuit. Memorat tamen atque improbat coniecturam *κινούμενα:* ipse scribendum censet: *εἰ μὲν δὴ καὶ ὁ κυκεὼν συνίσταται κινούμενος.*

10. *ἀποδιδόναι*] *Porro idem etiam rotationi tribuendum est* Furlanus vertit. debebat: *eadem ratio potest etiam ad motum circularem transferri.* Sequentia rectius reddidit: *disiicit enim gravia leviaque: haec ad imum, illa ad medium, quae alioquin una esse conduceret:* graviter tamen lapsus in eo, cum *τὸ ἔσχατον imum* verteret, nec vorticis (*δίνης*) naturam cogitaret. Scriptum igitur voluit id quod dedi pro vulgato *διΐσταται γὰρ ἡ δίνη· τὰ δὲ βαρέα καὶ κοῦφα δέον ἅμα εἶναι, τὰ μὲν* et cet. Atque ita plane Photiana excerpta: *καὶ ἡ κύκλῳ φορὰ δὲ διΐστησι τὰ βαρέα καὶ τὰ κοῦφα. Ποιεῖ δὲ καὶ τὸ κύπτειν ἰλίγγους· καὶ γὰρ ἐν τῷ κύπτειν χωρίζεται τὰ βαρέα καὶ τὰ ἐλαφρὰ* et cet. unde ar-

ticulum τὰ ante ἐλαφρὰ inserui. Vossianus quoque liber verum διΐστησι vulgato διΐσταται substituit. In verbis δέον ἅμα εἶναι vitium inesse puto. Sequens locus, χωρίζεται γὰρ τὰ βαρέα — δεῖ δὲ ἅμα εἶναι, καθάπερ ἐλέχθη, huc respisere videtur. An fuit δέοντα ἅμα εἶναι?

11. ὡς δοκεῖ τὸ πάθος] Ald. Basil. ἐναντίωσιν correxit Grangerius: lacunam supplevi e Photio receptis verbis τὸ πάθος. Ibi est: Ποιεῖ δὲ τὸ πάθος καὶ πλησμονὴ καὶ ἔνδεια· ἡ μὲν ἔνδεια σύντηξιν, ἡ δὲ πλησμονὴ περίττωσιν ποιοῦσα, ὥστε πλήρεις γίνεσθαι τ. π. unde verba παρ' αὐτὰ inserui in locum Aldini ταῦτα. Furlanus αὕτη maluit, cum sensum formulae παρ' αὐτά, i. e. παραχρῆμα, ignoraret. Versio tamen habet *mox descendunt*. Grangerius τὸν ἴλιγγον suppleverat.

τὰς περιόδους] Furlanus circuitus naturales interpretatur spirituum cerebri, atque improbat Grangerii coniecturam ταῖς περιόδοις scribentis, et vaporibus circuitus tribuentis. Ipse vertit pessime *circuitus deturbant cerebri*. Cogitavit Theophrastus, ni fallor, motus circulares humorum cerebri, quo consociati feruntur et servantur; disiuncti vero et turbati graviores deorsum feruntur et faciunt vertiginem.

καὶ ὅσα ἄλλα] Vitium Furlanianae τῆς ὅσα ἄ. repetiit Heinsiana.

12. τὰς δοκοὺς] Ald. Basil. τοὺς σκρωτῆρας ἢ δοκοὺς — οὔπω καὶ *τᾶσθαι τὸν δὲ μεθύειν ἡ ἱλαρότης ἡ ἀλλοτρία γάρ, emendavit Grangerius partim e Photio, qui excerpsit haec: Ὅτι καὶ αἱ μέθαι καὶ αἱ φαρμακεῖαι καὶ τὰ παραπλήσια ποιοῦσιν ἰλίγγους. ἡ γὰρ ὑγρότης ἡ ἀλλοτρία ἐμπίπτουσα ποιεῖ τὴν ταραχήν. Vossianus codex cum Ald. Bas. consentit, nisi quod ἱλαρότης habet et articulum τὰς ante δοκοὺς inserit. Male Furlanus *trabes et laquearia* vertit.

οὔπω κεκαθάρθαι] Quod attinet ad ebrios, eorum vertiginem explicat Aristotelicum Problema 3, 9. de purgantibus vero medicamentis annotavit Grangerius locum Alexandri Aphrodis. 2, 33. Sed problema Aristotelicum 3, 20. subobscure eandem rem tradit his verbis: Διὰ τί τοῖς μεθύουσι σφόδρα κύκλῳ πάντα φαίνεται φέρεσθαι· καὶ ἤδη ἁπτομένης μᾶλλον τῆς μέθης ἀριθμεῖν τὰ πόῤῥω οὐ δύνανται; διὸ καὶ σημεῖον τῆς μέθης ποιοῦνται αὐτό τινες. Verum idem 3, 9. rectius habet ἀθρεῖν, cum qua scriptura ipsa argumentatio congruit. In Alexandri Problemate haec sunt, quae ad rem pertinent, e versione Gazae: *Cur medicina purgante epota oculi primum perturbantur et caligant, post purgatione*

peracta emendantur atque acutius vident? Quae graece in editione Sylburgii leguntur integriora hoc modo: Διὰ τί ἐν ταῖς καθάρσεσιν, ὅταν ἀριθμεῖν δύνωνται τὰς δοκοὺς ἀκριβῶς, ἀδοκούντως ἐκαθάρθησαν; — καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὀπτικὸν πνεῦμα καὶ τὸ φρονοῦν μὴ ὂν καθαρὸν, ἀνομοίους ὁρᾷ τὰς δοκοὺς, μετὰ δὲ τὴν κένωσιν καθαροῦ γενομένου, δίδωσι τῷ ὀφθαλμῷ κατ' ἀλήθειαν ὁρᾶν καὶ τῷ φρονοῦντι καλῶς κρίνειν.

διάστασιν] Furlanus vertit: *aut quae in cerebro sunt serie sua deturbari:* in annotatione vero *disiectionem* posuit. In Ald. Bas. erat: ὑγρότητος γίνεσθαι πα * ἢ καὶ τῶν ὑπαρχόντων διάστασις. Grangerius lacunam supplevit scribendo γίγνεσθαι τὸ πλῆθος. Voss. liber cum Ald. Bas. πλῆθος omittit, sed verum διάστασιν habet.

13. ἀνιστάμενοι — σφαλερὸν — ἓν μόριον] Ald. Basil. Voss. φανερὸν — ἓν μόνον correxit Grangerius eumque secutus Furlanus. Photiana: Ὅτι ἀνιστάμενοι — ἰλιγγιῶσι, διότι ἠρεμούντων μὲν — κινοῦνται, διΐσταται καὶ εἰς ἓν μόριον ἐμπίπτον ποιεῖ τὸν ἴλιγγον. unde particulam μὲν inserui. In Aristotelico problemate 6, 4. quod supra apposui ad sect. 2. est: διότι ἠρεμοῦσι τὸ ὑγρὸν εἰς ἓν μόριον ἀθρόον ἀποκλίνει. Unde apparet, vulgatum ἄγον vitiosum esse. Guastavinius ad locum Aristotelis vidit dissensum discipuli a magistro pag. 267. sed tollere non potuit. Theophrastus nisi ipse sibi hic et supra sect. 2. contradicere voluit, credere oportet, membra sectionis extremae permutata fuisse a librario. Verum enim est de quiescentibus, quod ait etiam magister: ἠρεμούντων μὲν τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ σφαλερὸν γίνεται καὶ εἰς ἓν μορίον ἀθρόον ἄγον ποιεῖ τ. ἴλ. plane uti magister ait: ἠρεμοῦσι τὸ ὑγρὸν εἰς ἓν μόριον ἀθρόον ἀποκλίνει. De transpositione igitur verborum a librariis facta, sed perantiqua, quia Photius eandem in libro suo reperit, equidem non dubitandum censeo. Supersunt adhuc alia vitia ab ingeniis felicioribus tollenda, nempe πλέον, quod Furlanus non reddidit, et verbum ἄγον ab hoc sensu alienum.

IX.

AD FRAGMENTVM DE SVDORIBVS.

Libellum hunc versione et commentariis illustrare conatus est Benedictus Grangerius Gallus, a Furlano nominatus in Praefatione. Fabricius in Bibliotheca Theophrasti libel-

lum de sudoribus atque alterum de vertigine ait annotationibus et versione illustratum a Bonaventura Grangerio prodiisse Parisiis anno 1576. forma chartae octuplicatae. Librum diu quaesitum tandem e bibliotheca Guelferbytana humanitas *Langeri* suppeditavit; unde didici, plura esse Grangerii merita, quam e Furlani annotationibus arguere licebat. Is enim plures Galli emendationes atque interpretationes nimis arroganter pro suis usurpavit. Diogenes Laertius librum Theophrasti περὶ ἱδρῶτος commemoravit: argumentum idem tractant quaestiones problematum Aristotelicorum sectionis secundae; unde multis huius Fragmenti locis vitiosis et lacunosis lux et medela accessit. Parum enim profeci e varietate scripturae Codicis Vossiani No. 25. signati, forma quarta, et in Bibliotheca Lugdunensi Batavorum asservati, ubi similiter περὶ ἱδρώτων inscribitur. Ceterum hoc Fragmentum cum sequentibus de Vertigine, de Lassitudine, de Paralysi, de Animi defectione et Fragmento latino de Suffocatione, quod extat in Oribasii Synopsi VIII. c. 57., in linguam germanicam transtulit *C. G. Gruner* in *Bibliothek der alten Aerzte in Uebersetzungen und Auszügen* T. II. pag. 581 — 598. qui quod in Praefatione posuit, de auctoritate fragmentorum dubitari posse, quoniam a spiritu plurimae ducantur causae, cui tantum Aristoteles non tribuerit, quantum Erasistratus cum secta pneumaticorum, id me quidem non movet, qui graviora argumentorum pondera expectabam.

μεθ' ὑγρότητος] Furlanus ἐξ ὑγρότητος malebat. Deinceps vulgatum διϊέντος — καταψυχόμενος correxi, praeeunte versione Grangerii: *ex spiritu, utpote qui carnem permeet, deinde extra cogatur, atque, ubi refrixit, concrescat.* Vossianus liber in καταψυχόμενον consentit. Sed laborat structura verborum, quam fulcire conabar scribendo: ὡς διϊόντος διὰ τῆς σαρκὸς, εἶτ' ἔξω τοῦτο πήγνυται καὶ συνίσταται καταψυχόμενον. Perspiratio corporis nomine πνεύματος significatur hic et ab auctore libri de Flatibus, cuius locum cap. 4. comparavit Grangerius: τοῦ δὲ πνεύματος προσπίπτοντος πρὸς τοὺς πόρους τοῦ σώματος οἱ ἱδρῶτες γίνονται· τὸ δὲ πνεῦμα συνιστάμενον εἰς ὕδωρ ἔρχεται, καὶ διὰ τῶν πόρων ἐξελθὸν ἔξω περαιοῦται τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἀπὸ τῶν ἑψομένων ὑδάτων ὁ ἀτμὸς ἐπανιών. Aristoteles, quem sequitur Theophrastus, Meteorol. 2, 3. τοῦ πινομένου καὶ τοῦ ἐν τῇ τροφῇ ὑγροῦ γλυκέος ὄντος περίττωμα non solum sudorem, sed urinam etiam esse tradit.

ἔστω λόγος. — νῦν πειρατέον] Liber Vossianus: λό-

γοις. — νῦν δὲ πειρατέον. Si verbis transpositis esset νῦν δὲ πειρατέον θεωρεῖν, διότι ἁλμυρὸς, ferrem. Pro ἔστω alibi etiam ἔσται scriptum legitur.

2. ἐν τῇ προσφύσει τῆς σαρκὸς] Vulgatum πρὸς φύσιν τ. σ. ita praeeunte Grangerio mutilaverat Furlanus vertens: *id quod carnis adcretioni incommodum est, cum, quod dulcissimum ac levissimum in alimento est, confectum ac digestum sit.* Sed haec sententia non inest in graecis verbis, quae vitiosa et lacunosa convincit comparatio problematis Aristotelici 2, 3. ἢ διότι γίνεται ὑπὸ κινήσεως καὶ θερμότητος, ἀποκρινούσης ὅσον ἀλλότριον ἔνεστιν, ἐν τῇ προσφύσει τῆς τροφῆς πρὸς αἷμα καὶ τὰς σάρκας; τοῦτο γὰρ τάχιστα ἀφίσταται, διὰ τὸ μὴ οἰκεῖον εἶναι, καὶ ἔξω ἐξικμάζει. Ἁλμυρὸς δ' ἐστὶ, διὰ τὸ τὸ γλυκύτατον καὶ κουφότατον εἰς τὸ σῶμα ἀνηλῶσθαι, τὸ δὲ ἀλλοτριώτατον καὶ ἀπεπτότατον ἀπολύεσθαι. Τὸ τοιοῦτον δὲ ἐν μὲν τῇ κάτω ὑποστάσει οὖρον καλεῖται, ἐν δὲ σαρκὶ ἱδρώς· ἄμφω δὲ ἁλμυρὰ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Unde vulgatam restitui, et distinctionem mutavi, inciso posito post verbum ἐκκρίνεται. In Excerptis tamen Photii est: ἐκκρίνεται τῇ προσφύσει τῆς σαρκὸς — τοιοῦτον περίττωμα ἐν μὲν τῇ κατὰ τὴν κύστιν ὑποστάσει — καλεῖται· ἐκκρίνεται δὲ ὁ ἱδρὼς διὰ κίνησιν ἢ πόνον ἢ διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ καὶ τ. πν. δύναμιν.

συνεχὲς [δὲ] ἧττον [ἢ] ἢ] Furlanus δὲ et ἢ inseruit vertens: *quamobrem et illa* (urina) *nunquam non est continua, hic vero* (spiritus) *non semper continuus est, ac minus sane quam corporis halitus, qui nec sensu percipitur; quippe semper exhalante corpore.* Grangerius coniecit: συνεχὲς μὲν οὖν ἧττον ἢ τοῦ πνεύματος ἔκκρισις. Neutra emendatio laboranti structurae verborum succurrit, ubi ἄφαντος δὲ (vulgatum ἄφατος recte Grangerius correxit) ad sudorem refertur, cum ad transpirationem corporum (πνεῦμα) referri debeat. Sententia apparet e problemate 2, 22. Διὰ τί ἀεὶ ῥέοντος τοῦ σώματος, καὶ τῆς ἀποῤῥοῆς γινομένης ἐκ τῶν περιττωμάτων, οὐ κουφίζεται τὸ σῶμα, ἐὰν μὴ ἀφιδρώσῃ; ἢ ὅτι ἐλάττων ἔκκρισις; Unde suspicor, olim hic scriptum fuisse: συνεχὴς δὲ ἡ τοῦ πνεύματος ἔκκρισις, ἄφαντος δέ. Ad verba τὸ δ' οὐκ ἀεὶ intellige repetendum verbum ἐκκρίνεται.

3. [Ἁλμυρὸς δὲ ὅτι] ἄπεπτος] Verba seclusa addidit Furlanus, et vulgatum ἄπεπτον correxit: sed facem praetulerat Gallus corrigens: τὸ μὲν ἁλμυρὸν ἄπεπτον, τὸ δέ. Annotatio refellit Grangerium, qui τὸ ἐπιπολῆς interpretatus

erat sudorem qui in superficie corporis sit; ipse Furlanus vertit *leviter coctum*, abusus Galeni glossa: ἀκροσαπὲς, τὸ ἐπιπολῆς μεταβεβληκός. deinde ἐπιπολῆς in Glossa ista explicat per ἐπὶ βραχὺ, quod habent codices aliqui pro ἐπιπολῆς. Neutri sententiae possum accedere. Locus est lacunosus. Comparaverat Theophrastus sudoris naturam cum phlegmate, lacrimis et saliva, ex quibus interdum saliva et lacrima fit salsa. Sed initium comparationis deest: et in singulis verbis frustra laboramus. De lacrimis Aristoteles Problem. 7, 35. τὸ γὰρ θερμὸν ποιεῖ ἱδρῶτας, τὸ δὲ δάκρυον ἱδρώς τίς ἐστι. διὸ καὶ γίνονται ὑπὸ θερμασίας ἄμφω ταῦτα, καὶ ἁλυκὰ ὁμοίως.

εὐλόγως] Intellige verbum *γίνεται*, nisi excidit. φλέγμα fieri ait ab alimentis, lacrimam ἀπὸ τῶν περὶ τὸν ἐγκέφαλον.

καὶ τύπῳ τοιαύτῃ] Furlanus vertit: *et figura talis sic manat etiam ex cerebro: quando et ex hoc, cum liquatio aliqua sit, aut alius quidam morbus, ut saliva et lacrimae salsiores exeunt*: quae vereor ut lector intelligat magis quam graeca, ubi ὥσπερ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον scribendum mihi videbatur pro vulgato ὥστε κ. τ. ἐγκ.

ἢ ἄλλου τινὸς πάθους] Vulgatum antea πάθου inserta particula ἢ correxit Furlanus: sed deest adhuc verbum συμβῇ vel simile. An fuit olim ἐξ ἄλλου τινὸς πάθη?

4. τούτῳ μὲν μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ] Furlanus vertit: *idque superiorem confirmat sententiam, sudorem scilicet omnem salsum esse*: quasi scriptum legisset aut voluisset ἢ τοῦτο — τῷ λόγῳ τῷ πρότερον. Ald. Basil. ὅτε ἱδρώς. Operarum vitium Furlani ἀλυκώτερον repetiit Heinsiana.

οὗτος — εἴη] Hanc Ald. Basil. scripturam in οὕτως — δόξειεν ἀλλοτρίου ἡ ἔκκρισις εἶναι mutavit Furlanus vertens: *sic enim est adcretioni incommodior: quocirca et a natura secernitur*. Sed graeca, si sententiam hanc inde elicere volebat, ita scribenda erant, ut articulus τοῦ ante τῇ adderetur. Grangerius coniecerat: οὗτος δὲ μᾶλλον ἐν τῇ προσφύσει ὢν, δόξειεν ἂν ὅτι οὐ ἁλυκοῦ ἡ ἔκκρισις ἀλλότριον εἴη· τὸ δ' ἁλμυρὸν πάλιν ἀλλότριον. Sed ipse sibi non satisfecit. Equidem scripturam antiquam restitui, quae est etiam in Vossiano, praeterquam quod is οὐκ ἂν ἀλυσίου habet, in qua verum ingenia feliciora indagabunt.

4. τό γε μᾶλλον] Furlanus vertit: *nisi quod alius magis, alius minus manifesto*. quasi scriptum legisset: πλὴν ὅτι ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἧττον φανερῶς.

5. *πως τούτων αἰτίας*] Articulum *τῆς* inserui ad sensum necessarium. Deinceps *ἄνοσμος* est in Vossiano.

κακωδίας ἅπτονται· καὶ γὰρ ταῦτα] Furlanus: *et alii foetidi sudoris modi, qui, ut in genere dicam, cruditatis sunt.* Verbum *ἅπτονται* vitiosum videtur. Deinceps Ald. Basil. *ἀπεψίης* habent cum Vossiano, qui *ἅπτονται γὰρ ταῦτα ὡς γένη λαβεῖν ἀπεψίης.* in quo veri vestigia facile indagavi: *κακωδίας· ἅπτονται γὰρ ταῦτα τῆς ἀπεψίας.*

πολλάκις δὲ — προσφοραί· — τινὰ δυσωδίαν] Haec a priori sententia separanda censui: causam enim non *ἀπεψίας*, sed *κακωδίας* continent, ita supplenda: *τῆς κακωδίας αἴτιοί εἰσι.* Deinceps *τινὰς δυσωδίας* dedit cum Furlano Heinsius, deserta antiqua scriptura.

6. *καί τι ἂν — κράσει*] Vossianus *κρατήσει* habet. Praecedens *ἂν* abundare videtur.

ἐπεὶ ὅτι γε τῇ καχεξίᾳ] *nam quod et a malo habitu plerumque sudoris foetor proveniat, aegroti argumento sunt et qui rebus venereis dediti habitum exinde multum contraxerunt* Furlanus vertit, ubi male editum extat *malum* pro *multum.* Ad membrum hoc intellige: *γίνονται δυσώδεις οἱ ἱδρῶτες*, vel simile aliquid.

θεραπευτῶν] Furlanus coniecturam suam, *ἀθεραπεύτων*, i. e. *incurabilium*, interpretatur hecticos, tabidos et qui elephantiasin patiuntur. Aristotelis *ἕξιν θεραπευτικὴν καὶ κακόποιητικὴν* Politic. 7, 14, 8. comparavi in annotat. pag. 509. ubi plura videbis.

7. *δόξειε τούτοις εἶναι*] Seclusi inutile pronomen, a Furlano omissum.

ἀλλ' ἡ βαρύτης τοῦ χρώματος· καίτοι πεπτικωτάτη] Revocavi ex Ald. Basil. Vossiano verba a Furlano omissa: quae, quanquam aperte lacunosa et vitiosa, vestigia tamen latentis integrioris scripturae servare videntur, quam feliciores indagabunt.

γερόντων παντελῶς] Furlanus vertit *minimam et pene nullam seniorum*, quasi *οὐδαμῶς* scriptum legisset. Paulo antea *καί τι* est in Ald. Basil.

τῶν ἐν ἥβῃ] Furlanus: *quod puberes ad venerem maxime concitantur, quo tempore iis et meatus corporis relaxantur et mutatio sequitur corporis.* In graecis deest *τὰ σώματα* vel simile nomen. Vossianus liber deinceps: *πόλων ἄμυξις καὶ μεταμολή.*

πρεσβυτέρων οἷά τις] Signum lacunae ante *οἷά τις* habent Ald. Basil. Vossianus: quod sustuli, et apposui dein-

ceps post εὔπνοιαν. Furlanus vertit: *contra virorum certus ac firmatus habitus — nam in senibus cutis laxitas et facilis transpiratio causa est: quocirca.*

καὶ εὔπνουν] Hoc voluit dare et vertit Furlanus, sed operae aberrarunt: vitiosum ἄπνουν repetiit Heinsiana. In Ald. Basil. Voss. est: ὕπνουν * * ἀπερίπτωτον καὶ οὐδ * * εται τοιοῦτον. quam lacunam interpolavit Furlanus, praeeunte Grangerio, qui coniecturam secutus dederat: διὸ καὶ οὔτε περιττωματικὴ, ἅμα δὲ καὶ εὔπνουν ποιεῖ τὸ σῶμα καὶ ἀπερίττωτον, καὶ οὐδὲν ἐργάζεται τοιοῦτον, ἀφ᾽ οὗ γίγνοιτ᾽ ἂν τὸ τοιοῦτον.

9. ἄοσμος [ὁ ἱδρὼς] ἢ ἧττόν γε τοῦτ᾽ ἐκ τοῦ] In Ald. Basil. Voss. est: λογισμὸς ἢ ἧττόν γε τά τε ἐκ τοῦ. Correxit et supplevit Furlanus, vocabulum ἱδρὼς tamen addere non ausus. Aristoteles Probl. 2, 6. *Διὰ τί ὁ ἱδρὼς ἐκ τῆς κεφαλῆς ἢ οὐκ ὄζει ἢ ἧττον τοῦ ἐκ τοῦ σώματος; ἢ ὅτι εὔπνους ὁ τῆς κεφαλῆς τόπος; δηλοῖ δὲ μανὸς ὢν τῇ τῶν τριχῶν ἐκφύσει· δυσώδεις δὲ οἱ τόποι καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς γίνεται, ὅσα μὴ εὔπνοα.* Male Furlani et Heinsii editiones τοῦτ᾽ ἐκ τοῦ σώματος habent. Grangerius dederat: λογισμὸς ἢ οὐκ ὄζει ἢ ἧττόν γε τῶν τε τοῦ σώματος.

ἡ τῶν τριχῶν ἔκφυσις τὴν μανότητα] Cum in Ald. Basil., ut in Vossiano, esset: ἡ διὰ τῶν τρ. ἔκφυσις * * τὴν μανότητα· δυσώδεις δὲ τόπος καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ὡς ἂν μὴ εὔπνοια. cetera bene correxit Furlanus ex Aristotele, sed male posuit: δηλοῖ δ᾽ ἡ διὰ τῶν τριχῶν * * τὴν μανότητα. recte tamen vertens: *id quod pilorum ostendit generatio.* Sed iam antea Grangerius scripserat: δηλοῖ δ᾽ ἡ τῶν τριχῶν ἔκφυσις ταύτης τὴν μανότητα. Δυσώδης δ᾽ ὁ τόπος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, ᾧ ἂν μὴ εὔπνοια.

καὶ ἡ κοιλία ποιεῖ] Recte Furlanus, praeeunte Grangerio, *quod cavi sunt loci* vertit. In Ald. Basil. Voss. est καὶ ποικιλία π. Sequens ὅλον τὸ σῶμα debetur eidem Furlano, quanquam editio eius, ut Grangeriana, vetus ὅλως repetierit.

10. ὅταν ἀναδοθῶσιν] Vulgatum ἀναδίδωσιν correxi, quod Grangerius vertit: *quacum inducuntur, effertur.* Furlanus: *quando scilicet in corpus immittunt.* Rectius tamen comparavit problema Aristotelicum 2, 13. ubi est: διὰ τί τὸ πήγανον δυσώδεις τοὺς ἱδρῶτας ποιεῖ καὶ ἔνια τῶν μύρων; ἢ ὅτι ὧν ἐν τῇ ὀσμῇ βαρύτης ἔνι, ταῦτα κεραννύμενα ταῖς περιττωματικαῖς ὑγρότησι κακωδεστέραν ποιεῖ τὴν ὀσμήν; unde sensus verbi ἀναδίδοσθαι elucescit. In verbo λεκτέον

desinit primum orationis membrum: sequitur deinceps oratio lacunosa; quare post λεκτέον interpunxi, post ὑπὲρ ὧν autem signum lacunae apposui.

κακεργασία — οἷα τις ὑγρότης] *haec enim veluti mala quaedam elaboratio et mutatio est, certa quaedam humiditas* Furlanus vertit. Deinceps ἐκεῖνο δὲ Ald. Basil. Voss. correxit Grangerius.

κατακεκρατημένη] Grangerius vertit: *neque a calore victae.* Furlanus: *naturalis non est neque a natura confecta, qualia sunt et olida alvi excrementa.* Contra Theophrastus negare videtur, excrementa in *ventriculo* adhuc servata male olere. Totus hic locus laborat adhuc multis vitiis et obscuritate verborum, ab istis usque: ἡ δὲ ἀπεψία — τῆς εἰς τὴν κακωδίαν. ubi fuisse videtur: ἡ δὲ ἀπεψία αὕτη. et sic vertit Furlanus: *differt haec cruditas.* Quae statim sequuntur, si de ἀπεψίᾳ sunt ea, quae est sudorum causa frigidorum, non intelligo, quomodo altera ἀπεψία, quae est causa foetoris, dici possit similis esse μεταβολῇ μέν τινι καὶ ἀλλοιώσει, οὐ φυσικῇ δὲ οὐδὲ κατακεκρατημένῃ: cum excrementorum statim memoratorum foetor sit e concoctione et confectione naturali intestinorum. Si κακεργασία recte habet, refertur sane hoc membrum ad sudorum frigidorum causam, sed sequens laborat in causa foetoris reddenda. Quodsi contra prius membrum est de causa foetoris, tum κατεργασίᾳ scribendum fuerit, fortasse etiam μεταβολῇ τῆς ὑγρότητος, sequens autem pertinet ad causam sudoris frigidi. Atque in hac opinione interim persistam.

11. ἀρχομένων τε καὶ μεσούντων] Copulam καὶ Furl. et Heins. omiserant. Deinceps Furlanus malebat μᾶλλον βαθύτερος vel παχύτερος. Posterius ipse etiam praefero.

12. αἵματι εἰκάσαι] *et sanguini assimilasse* Furlanus vertit, qui sanguinei sudoris meminit ex Aristotelis h. a. 3. et tertio de partibus. Equidem εἰκάσθαι vel εἰκασθῆναι scriptum malim. Recte Grangerius: *sudori quandoque cum sanguine similitudinem esse:* qui eadem Aristotelis loca comparaverat.

δῆλον ὡς] Ald. Basil. Voss. δῆλος ὡς ἐπισπασθεὶς καὶ πλείονος correxit Furlanus, qui verba ἀνακεχωρισμένης ταύτης vertit *et veluti segregato.* Voluit igitur καὶ ὥσπερ ἀνακεχ. Sed iam antea Grangerius: *in extimam corporis superficiem quasi secedente.* Vossianus ἀνακεχρωσμένης habet. Deinceps καὶ αὐτὸ ἅμα γίνεται Ald. Basil. Correxit Grangerius.

13. *συνεξικμάζει*] Furlanus: *simul attrahat cum sudore ad superficiem.* annotat tamen, proprie significari intimae humiditatis ad extimas partes coniunctam distractionem. In Aristotelis Problem. 5, 27. *Διὰ τί ἐνίοις, ὅταν πονήσωσιν, ἕλκη ἐκφύουσιν; ἢ ὅταν τὸ σῶμα ἀκάθαρτον ᾖ, ἡ κίνησις θερμαίνουσα καὶ ἄλλα περιττώματα συνεξικμάζει μετὰ τοῦ ἱδρῶτος; παχέα δὲ ὄντα καὶ χυμοὺς ἔχοντα μοχθηρούς, ὀξεῖς καὶ π. καὶ ἁλμυροὺς τὰ περιττώματα ἐκκρίνεσθαι μὲν οὐ δύναται διὰ πάχος, ἐξαίρεται δὲ διὰ τῆς σαρκὸς καὶ ἐξελκοῖ διὰ πικρότητα τοῦ χυμοῦ.* Gaza vertit: *excrementa alia etiam cum sudore vaporatim destringit.* Ex isto loco Grangerius nostrum correxit, ubi Ald. Basil. dabant: *ἱδρῶτος * ὑπέρευ·* (*εἴπερ εὖ* Vossianus) *ὅτε — οἷον ἕξεις — μὲν, οὖ δύνασθαι* (Voss. *δύναται*) *δὲ διὰ τὸ πλῆθος· ἐξαιρεῖται δὲ καὶ ἐξέλκει.* Primum *ὑπέρευ* mutavit cum eo Furlanus in *ὕπερθεν,* quod ad rem non facit. Heinsius *ὕπερβεν* dedit. Deinde *πλῆθος,* praceunte Grangerio, mutavi in *πάχος,* et *ἐξαίρεται* scripsi pro *ἐξαιρεῖται.* Superest vitium adhuc in structura verborum: aut enim *ὄντα* mutandum in *ἐστὶ,* aut *ὅτε* in *ὅτέ.* Priorem rationem Furlani versio sequitur, qui cum Septalio comparavit locum Hippocratis Epidemiorum 6. sect. 5. partic. 34. *ἕλκεα ἐκφύουσιν, ἂν ἀκάθαρτος ἐὼν πονήσῃ.*

14. *ὧν πειρῶνται καὶ δὴ — ἀντικαθιστάντες*] Vossianus habet: *σπειρῶνται καὶ δεῖν — ἀντισπῶντας καὶ ἀντικαθιστάντας.* Furlanus vertit: *quam nonnulli et alio modo sedare nituntur, revulsione nempe et in contrarium aversione.* In verbis *καὶ δὴ* et *ἀντικαθιστάντες* vitium adhuc inest, quod sanandum aliis commendo. De re dicetur ad sect. 16.

διαφέροντα, καθ' αὑτὰ] Signum lacunae post *διαφέροντα* habet cum Basil. Heins. Vossianus. Grangerius edidit *αὐτὰ καθ' αὑτά:* aliam coniecturam posuit in annotatione: *αὐτὰ καθ' ἕκαστα.* Idem copulam *καὶ* ante *τί διαφέροντα* inseruit.

15. *οὐ γὰρ ὅτι*] *non enim erumpunt ideo, quod labore externoque motu corporis indigeant* Furlanus. Heinsiana *πόνον* habet. Sequentia *ὑπὸ τῶν κρατούντων* vertit Furlanus: *a validioribus evicta causis.* Grangerius edidit: *ἀλλὰ τὰ δι' αυτῶν διωθεῖται.* Nempe Ald. Basil. habent: *ἀλλὰ τὰ δι' αὐτῶν διωθεῖται.*

ὥρᾳ κρινόμενα] Ald. Basil. Voss. *διακρινόμενα.* deinceps Voss. *τῇ ἐκ ταύτης θερμότητος.*

πλῆθος ἀεὶ αὐτῶν. ἢ τοῦ αἰτίου γέ τι χυλοῦ] Haec

manifeste vitiosa vertit Furlanus: *propter copiam excrementorum aut succi, qui causae locum teneat.* Voluit igitur scribi: περιττωμάτων ἢ τοῦ αἰτίου ἔτι χυλοῦ.

ἐνοδίων] *tuberculis, quae iter facientibus accidunt* Furlanus vertit, secutus coniecturam Grangerii. Sequens ἐπιπλεῖον vertit: *nonnunquam et latius extenduntur: nam nonnullis inflammantur et tibiae.* Idem recte Plauti *flegmina* Epidici 5, 2, 5. comparasse videtur, de quibus dixi ad Vegetii Mulomed. 3, 48, 1. p. 60. pauca ad Columellam 6, 12. p. 326. Grangerius e coniectura scripserat: ἐπὶ τοὺς μεῖον ὁδεύειν εἰωθότας, ὁτὲ — οἷς αἱ κνῆμαι. Ald. Basil. habent: ἐνοδίων μάλιστα μὲν ἐπὶ τοὺς μει * * ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἔστι δὲ αἷς καί.

16. ἀλλ' ἐῶν] Vulgatum ἐὰν repetiit Heinsiana, quanquam Furlanus rectum a Grangerio positum verterit: *sed mittantur, ut sponte desinant: motu enim adiuvatur impetus: quod accidit et in corporis tumoribus.* Vulgatum deinceps συνεγκυλεῖσθαι mutavi, quanquam nec ita locum persanatum putem. τὰ ἐξαιρόμενα sunt excrementa, quae cutem sublevant erumpere conantia. Sed vitium inest in dictione πρὸς τὰ ἐξ. συμβαίνει.

ἐρεθισμῷ κνησμώδει] In Ald. Basil. ut Voss. erat μῷ τινὶ κνισμώδει. Grangerius dederat ὑπὲρ χυμῷ τινὶ, Furlanus ἐρεθισμῷ: equidem κνησμώδει scripsi. Furlanus vertit: *pruritu — eruptiones varis similes.* Has comparat cum Hippocrateis ἱδρώοις.

συμφέρει οὔτε κινεῖν] Furlanus vertit: *quos laedit, qui movet ac fricat, praeterquam quod ea parte non succedit excretio: et qui molitur reprimere.* Ald. Basil. cum Vossiano τοῦ κινεῖν habent, unde verum τὸ κινεῖν cum Grangerio restitui.

θερμολουσία ἢ ψυχρολουσία] Ald. Basil. cum Vossiano genitivum habent: unde fortasse malis θερμολουσίαις ἢ ψυχρολουσίαις.

περικαύσει] *fomento tepido eoque non multo* Furlanus vertit, rectius ex Hippocratis Epidemiorum sexto sect. 6. πρὸς πῦρ ἀλείψει interpretatus, de qua plura ad hunc locum pertinentia dixi in Curis posterioribus ad Vitruvii 5, 10, 5. Hippocraticam πυρίην intelligi suspicatus erat Grangerius.

17. κατὰ τοὺς ἄλλους πόνους] Vitiosum πόρους, a Furlano recte conversum, correxi cum Grangerio.

ἐνδιδόντες ἑαυτοὺς — συντήκεσθαι] Vulgatum συντίκτουσιν ita Grangerius correxit: ἐνδιδόντες τοῦτο ποιοῦσιν,

ἑαυτοὺς ὥσπερ συντήκουσιν, ὡς. Furlanus: *verum qui sibi indulgentes velut colliquantur, faciunt id quod Antiphanes.* Locum persanatum nondum puto. Historiam Antiphanis Delii et Hyriadae ignoro. Vossianus liber ἃς Ἀντιφάνης habet.

18. καίπερ θερμὰ] Ald. Basil. cum Vossiano καθάπερ θερμὰ — ὥσπερ γοῦν κεκλειμένους. nisi quod Vossianus κεκλιμένους ἔχον habet. unde Furlanus et Heinsius ὥσπερ νῦν fecerunt, cum deberent συγκεκλειμένους, praceuntibus Excerptis Photianis, ubi haec ita traduntur: Ὅτι οἱ παῖδες — καὶ μάλιστα τὰ παιδία, καίτοι τὴν φύσιν ὄντα θερμὰ καὶ ὑγρὰ, ἐξ ὧν ἡ τῶν ἱδρώτων γένεσις. Unde etiam hic ἐκ τούτων πως γινομένου scriptum malim. Grangerius edidit: καθάπερ θερμὰ — γινομένου τὴν αἰτίαν — τῶν παίδων ὥσπερ γυναικῶν, κεκλεισμένους ἔχων τοὺς πόρους. a quo coniecturam egregiam γυναικῶν accepi. Idem ordinem vulgatum, χρὼς τῶν παιδίων — ὁ τῶν παίδων, correxit. Excerpta: διότι πυκνότατοι τῶν παίδων οἱ χρῶτες καὶ ὥσπερ συγκεκλεισμένοι.

19. γίνηται περίττωμα] Ita Ald. Basil. Voss. γένηται Furl. et Heins. cum Grangerio et Excerptis Photii. Deinceps Excerpta dant: εὔρους γὰρ ὡς ἐπίπαν ἡ τῶν παιδίων. In Ald. Basil. est εὔροια γάρ. unde εὔροα fecit Furlanus, qui tamen vertit: *habent enim liquidiorem alvum.* Scilicet Grangerius dederat εὔρους — ὑγροτέρα τῶν παιδίων. Vulgatum ὑγρότερα τῶν παίδων correxi.

μανόχροοι] Excerpta: μανόχροες — ὕλην ὑπάρχειν τὸ ὑγρόν. unde verba τὸ ὑγρὸν inserui.

ἄλλως δὲ] Ald. Basil. Voss. ἀλλὰ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο κύπνουν. unde Furlanus effecerat ἄλλως δὲ καὶ αὐτὸ τὸ εὔπνουν, vertens: *quanquam et ipsa corporis laxitas transpirandique libertas.* Excerpta: ἄλλως τε καὶ αὐτὸ τὸ εὔπνουν καὶ μανὸν ἱκανὴν τὴν ἔκκρισιν ποιεῖ, καὶ τῷ συνεχῶς γίνεσθαι καὶ τῷ μὴ πολλὰ ἐνυπάρχειν τὰ ὑγρά. unde καὶ post τε inserui, et verba τῶν ὑγρῶν.

πλείων ἡ ξηρότης] Vulgatum antea πλειόνων et a Grangerio correctum repetiit tamen Furl. et Heins.

ἀπέρασις ἡ κατὰ τὸν αὐτὸν ἑκατέρα] Furlanus male vertit *impedimentum*, in annotatione *sudoris interceptionem, quando humor per alias vias excernitur ac propterea fine suo ac termino frustratur,* inepte nomen a verbo περᾶν derivans. Verba ἡ κατὰ τὸν αὐτὸν ἑκατέρα non intelligo, et videntur vitiosa esse.

20. *καὶ εἰς κύστιν*] Ald. Basil. *διὰ τοῦτο καὶ γὰρ ὧν — ἡ ἐπίῤῥοια. πλείω δ' οἱ ἱδρῶτες, ὅτι πᾶν.* Vossianus inserto *οἷος* habet *καὶ οἷς εἰς κύστιν* et cetera, ut Ald. Basil. Excerpta Photiana: *Διὰ ταῦτα καὶ ὧν αἱ κοιλίαι ὑγραὶ καὶ εἰς κύστιν ἡ ἐπιῤῥοὴ τοῦ περιττώματος, οὐκ εὐΐδρωτες, διότι πᾶν τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ὥρμησεν.* Furlanus et Heinsius *καὶ οἷς εἰς κύστιν ἡ ἐπίῤῥοια, πλεῖον δυσίδρωτες* dederunt. Furlanus tamen nec *πλεῖον* nec *πλείων*, quod dedi, vertendo reddidit. Grangerius *ἡ ἐπίῤῥοια, οὐκ εὐίδρωτες* dederat.

ἐπίσχεται τὰ τῆς κοιλίας] Ald. Basil. Voss. *ἐπὶ τὰ σῖτα τῆς κ.* Grangerius edidit: *πάλιν ἐπὶ τὰ σῖτα τῆς κοιλίας καὶ κύστεως ἀνάῤῥοια, ουτοι.* Felicius correxit Furlanus.

ἐπεὶ καὶ — σιτίων ὄντων] Rectius Excerpta: *Ὅτι οἱ μὴ πέψαντες τὰ σιτία καὶ οἱ ἀγρυπνήσαντες εὐΐδρωτες, διότι ἡ πέψις μερίζει τὴν ὑγρότητα καὶ ὁ ὕπνος πέττει.* Unde vulgatum *ἐκπέμπειν* correxi, praeeunte Grangerio. Furlanus scripturam vitiosam recte vertit: *tamen et somnus concoquendi vim habeat.* Idem Grangerius e coniectura dedit: *ἐπεὶ καὶ ἄπεπτα τὰ σιτία ἔχοντες, καὶ.*

21. *εὖ ἔχοντες εὐΐδρωτες*] Ald. Basil. Voss. *συνέχοντες ἱδρῶτες — ἀγύμναστοι κακῶς, καὶ πεπεμμένην δὲ καὶ — δ' ἄτοπον * γεγυμνασμένοι τῶν ἀνὰ τὰ σώματα — πόρους· ἔχει δὲ * τοὺς ἱδρῶτας — αφιδρώσεις εἰ * * ἔτι* et cetera. Excerpta Photiana: *Ὅτι οἱ γυμναζόμενοι καὶ εὖ ἔχοντες εὐΐδρωτες μᾶλλον τῶν ἀγυμνάστων. Ὅτι καὶ οἱ πεπεμμένην καὶ οἱ ἄπεπτον ἔχοντες τὴν τροφὴν εὐΐδρωτες· καί τοι δόξει ἄτοπον εἶναι· οὐκ ἔστι δέ· οἱ μὲν γαρ γεγυμνασμένοι τῷ μανὰ τὰ σώματα ἔχειν καὶ γεγυμνασμένους τοὺς πόρους, καὶ τῷ συνήθεις εἶναι πρὸς τοὺς ἱδρῶτας, εὐΐδρωτες· τῶν δὲ μεμύκασιν οἱ πόροι διὰ τὸ μὴ χρῆσθαι.* Unde Furlanus effecerat: *γεγυμνασμένοι μανὰ τὰ σώματα καὶ ἀνεῳγμένους ἔχοντες πόρους, ἔχουσι πολλοὺς τοὺς ἱδρῶτας. διὰ τουτο γὰρ* et cetera. Ita etiam antea Grangerius, praeterquam quod is dederat: *ἔχοντες τοὺς πόρους, ἔχει γε πολλούς.* Equidem duce scriptura antiqua et Excerptorum felicius lacunam interpolasse mihi videor. Furlanus vertit: *iidemque sudare assueti, quo fit, ut, qui diutinas sudationes faciunt, facile sudent.*

22. *οἱ μὴ χρονίως*] Vulgatum a Furlano et Heinsio *οἱ μὲν* recte iam correxerat Grangerius ex Aristot. Problem. 2, 7. *διὰ τί μᾶλλον ἱδροῦσιν, ὅταν μὴ διὰ πολλοῦ χρόνου χρῶνται ταῖς ἀφιδρώσεσιν; ἡ διότι οἱ ἱδρῶτες γίνονται οὐ μόνον δι'*

ὑγρότητα, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τοὺς πόρους ἀνεῶχθαι μᾶλλον. καὶ ἀραιὰ τὰ σώματα εἶναι. Τοῖς μὲν οὖν μὴ χρωμένοις συμμεμύκασιν οἱ πόροι, τοῖς χρωμένοις δὲ ἀναστομοῦνται quae Gaza mire vertit: *Cur magis sudamus, cum non longo interposito tempore sudor evocatur.* Clarius Septalius: *Cur magis sudant, quando non multo interposito tempore sudationibus utuntur?* Interpretatur enim de sudoribus usu vaporariorum balneorumve evocatis. Sed non solum in balneis vaporariisque et Laconicis, sed etiam in palaestra desudabant. Plautus Bacchid. 1, 1, 33. *penetrare huiusmodi in palaestram, ubi damnis desudascitur.* Proprie graecum ἀφιδροῦν reddidit Plautus. Caelius Aurelianus Chronicorum 2, 13. satis bene ἀφίδρωσιν *sudorum affectationem* interpretatur. Male eum Furlano Heinsius vitiosum οἱ μὲν revocavit. Male deinceps interpuncta oratio et scripta erat: εὐΐδρωτες. ἔτι τῶν μεν. quam ex Aristotele correxi.

Συμβαίνει δὲ τούτοις — αἰτίαν] Graeca sana non esse arguit oratio scabra et hiulca. Integrior locus est in Excerptis: Οἱ δὲ μὴ πεπεμμένην ἔχοντες τὴν τροφὴν τῷ πλήθει τῆς ὑγρότητος εὐΐδρωτες· οἱ δὲ μὴ πεπεμμένην, τῷ τὴν ὑγρότητα διακεκρίσθαι τῇ πέψει τοῦ ἄλλου χυλοῦ, ῥᾳδίαν ἔχουσι τὴν ἐξόρμησιν. Grangerius edidit συμβαίνει δὲ τουτοῖ. Furlanus vertit: *Hoc idem accidit eadem de causa iis, qui cibum concoxerunt.* Voluit igitur scribi συμβαίνει δὲ τὸ αὐτὸ τοῖς καταπεπεμμένην τὴν τροφὴν ἔχουσι: quod probo.

23. ἡ μὲν γὰρ — σύντηξιν] Ald. Basil. οἱ μὲν γὰρ — σύντηξις. Correxit Grangerius; vulgatum tamen σύντηξις propagavit Heinsius.

ἡ μὲν ξηρὰ τῶν ὑγρῶν, ἡ δὲ ψυχρὰ ἀντιπερίστασίν τινα τοῦ θερμοῦ [ποιεῖ]] Vulgabatur: ἡ δὲ ὑγρὰ εἶναι περίστασίν τινα τοῦ θερμοῦ καὶ κατάστασιν. Grangerius vitium loci bene vidit, et rectam viam emendandi ingressus dedit: τὰ μὲν ξηρὰ τῶν ὑγρῶν, τὰ δὲ ψυχρὰ εἶναι περίστασίν τινα τοῦ θερμοῦ καὶ κατάστασιν. quae male vertit: *quod siccum humidi, frigidum vero calidi adversa vi compulsum undique tenetur.* Furlanus dedit ἡ μὲν ξηρὰ — ἡ δὲ ὑγρὰ τῶν ξηρῶν εἶναι, et locum vertit: *siccum humidi causam esse, humidum sicci, cohibitionem coactionemque caloris quandam esse.* In annotatione suspicatur, scriptum fuisse καὶ κατάστασιν τοῦ ὑγροῦ, et ad verba ἡ μὲν ξηρὰ — ἡ δὲ ὑγρὰ intelligi censet αἰτία; ineptissime! Rectius Grangerius ὑπερβολὴ repeti posse censuerat. Equidem ὥρα inserui, quod unice ad rem pertinet. Sensum enim bene divinavit Grangerius, sed verbis graecis et versione

male repraesentavit: a quo viam in rectam inductus locum persanasse mihi videor. Recte idem comparavit locum de igne: *συνέσταλται δ' ἐν τῷ χειμῶνι καὶ συγκατακέκλεισται τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ πέριξ ἀέρος. καὶ τὰ σώματα πέπτει τὰς τροφὰς μᾶλλον καὶ ὅλως ἰσχυρότερα τοῖς χειμῶσίν ἐστιν, ὅτι συνήθροισται καὶ ἀντιπεριέστηκε τὸ θερμόν.* Ex quo loco vulgatum *εἶναι περίστασιν* in *ἀντιπερίστασιν* mutavi, et verbum *ποιεῖ* necessarium addidi. Denique scripturam Ald. Basil. *ὡσεὶ ποιοῦντος* correxit Grangerius.

καὶ διαιτήσονται] Restitui scripturam Ald. Basil. *διατήκεται* dederat Grangerius, *διαιτῶνται* Furlanus, vertens: *plurimum vescuntur humidis, ut constet, hac de causa inaequabiles sudores fieri.* Remedium verum vitiosae scripturae alii afferent. *διαιτήσονται* est in Vossiano libro.

24. *ἄνω μᾶλλον*] Vulgatum *ἀνώμαλον* correxi ex Aristot. Problem. 2, 4. *διὰ τί τὰ ἄνω ἱδροῦσι μᾶλλον τῶν κάτω;* ubi rationes eaedem planius explicantur. Indidem articulum *τὰ* inserui. Formam *ἱδρῶσι* Theophrasto an librario adscribam, dubito. In Aristotele hodie ubique *ἱδροῦσι* legitur. Propter ambiguitatem *ἱδρῶσι* vitasse videri Attici possint. Homericum *ἱδρῶσα* Iliad. 4, 27. *ἱδρώη* Hippocratis de aere et locis c. 17. comparavit Buttmannus in Grammat. gr. p. 241. Eadem est ratio et diversitas in forma *ῥιγοῦσι* Aristot. Probl. 27, 8. in Camotiana, ubi libri editi *ῥιγῶσι* habent. Problem, 8, 6. et 7. *ῥιγοῦσι* legitur, sed probl. 5. *ῥιγῶσι.* Probl. 16. est *ῥιγοῦν,* sed Codex Sylburgii *ῥιγᾷν,* ut supra passim *ῥιγῶντες* et *ῥιγῶσι,* ut de generat. animal. 3, 2. Iterum Probl. 8, 20. est *οὐ ῥιγοῦσιν,* ubi Codex Sylburgii *ῥιγῶσιν;* et ubi Probl. 8, 22. *ῥιγοῦντες* legitur, in eodem problemate numero 2. *ῥιγῶντες.* Compara dicta in Lexico sub verbo *ῥιγόω.*

ὅταν παύσωνται] Ald. Basil. Voss. *οὐδὲ συγγεγονότες οὐδὲ κατέχοντες τὸ πνεῦμα ἀλλ' ὅταν ὦσιν ἐν τούτοις ἡ αἰτία.* Excerpta Photiana: *Ὅτι οὐ πονοῦντες, ἀλλ' ὅταν παύωνται μᾶλλον ἱδροῦσιν, οὐδὲ συντείνοντες οὐδὲ κατέχοντες τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ὅταν ἀνῶσι.* In Aristot. Probl. 2, 1. est: *διὰ τί οὐδὲ συντείνουσιν οὐδὲ κατέχουσι τὸ πνεῦμα γίνεται ἱδρὼς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνεῖσιν;* Problema 20. *Διὰ τί οἱ πονοῦντες, ὅτε παύσωνται, ἱδροῦσιν;* Denique Problema 23. *Διὰ τί ἧττον ἱδροῦσιν ἐν αὐτῷ τῷ πονεῖν ἢ ἀνέντες;* Tertium tamen spurium videtur: ineptae enim rationes afferuntur. Scripturam nunc vulgatam debes Grangerio, qui deinde vulgatam antea *πάντων* in *πονούντων* mutavit.

Ἔπειτα δὲ καὶ — ῥᾷον ἐκπίπτει] Haec sectio vulgo legi-

tur collocata post verba: *Καὶ ἡ κάθεξις — ἐμφράττοντος.* Sed Grangerius eam ductu Problematis Aristotelici 20. et sententiae suam in sedem reduxerat, quanquam nihil de hac memorabili emendatione annotare Furlanus dignatus sit. Ald. Basil. habent: *τὰ δὲ καὶ ἡ — ὅταν δ' ἐπαίσθηται πόνων.* Vossianus: *ἔπειτα δὲ καὶ ἡ — ἐπὶ πολλῆς — ὅταν δὲ παίσθηται — ὥστ' εἰ καί.* quae vitia correxit Grangerius: *πόνων* tamen reliquit Furlanus. In Aristotele est ita: *ἢ ὅτι πονούντων μὲν ἀποκρίνει ἡ κίνησις ἐκ τοῦ συμπεφυκότος ὑγροῦ πνεῦμα, καὶ διὰ θερμότητα τὴν ἀπὸ τῆς κινήσεως γίνεται τὸ ὑγρὸν πνεῦμα ἐπιπολῆς; ὅταν δὲ παύσηται πονῶν, ἅμα καὶ ἡ θερμότης λήγει, καὶ ἐκ τοῦ πνεύματος πυκνουμένου ὑγρότης γίνεται ὁ καλούμενος ἱδρώς.* Unde apparet vitium scripturae vulgatae: *διὰ τῶν πόρων ἐκ τοῦ ὑγροῦ πνεύματος η καὶ ἄγει πρὸς τὸ ἐπιπολῆς.* Grangerius scripsit: *Ἔπειτα δὲ καὶ η ἀπόκρισις ἡ ἀπὸ τῆς θερμότητος γινομένη διὰ τῶν πόρων ἐκ τοῦ ὑγροῦ συμπεφυκότος τὸ πνεῦμα ἴησι καὶ ἄγει πρὸς τὸ ἐπιπολῆς.* Equidem malim: *Ἔπειτα δὲ καὶ η ὑπὸ τῆς κινήσεως γινομένη θερμότης διὰ τῶν πόρων ἐκ τοῦ ὑγροῦ πνεῦμα ἀποκρίνει καὶ ἄγει πρὸς τὸ ἐπιπολῆς.* Possis etiam leviore mutatione scribere: *ἡ ἀπόκρισις ἡ ὑπὸ τῆς θερμ. γινομένη διὰ τ. π. τοῦ ὑγροῦ πνεύματος ἐξάγειαι πρὸς τὸ ἐπιπολῆς.*

θερμότης ἅπασα λήγει] Vulgatum *διΐει*, quod Grangerius vertit *universus calor extra profertur*, correxi ex Aristotele, praeeunte versione Furlani.

26. *Καὶ ἡ κάθεξις*] Ald. Basil. Voss. *καχεξία — ὅταν γε πλη ** δύσις τις ἐπιλάβη. ὅταν δ' ἀναισθητῇ, τότ' ἐξέρχεται.* Vossianus tamen plenius habet *πλήρους δύσις.* Photiana Excerpta: *διότι πονούντων μὲν ὑπο τοῦ πνεύματος αἱ φλέβες ἐμφυσώμεναι συμμύειν ποιοῦσι τοὺς πόρους, ὥστε δι' εὐρυτέρων μᾶλλον ἐξέρχεται τὸ ὑγρόν. Καὶ ἡ κάθεξις δὲ τοῦ πνεύματος πληροῖ τὰς φλέβας, ὥστε κωλύει διϊέναι.* Aristot. Probl. 20. *ἔδει γάρ, ὥσπερ ὁ πόνος αἴτιος, ὅταν πονῶσι· πότερον, ὅτι πονούντων μὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος αἱ φλέβες ἐμφ. τοὺς πόρους συμμεμυκέναι ποιοῦσι — εὐρυτέρων γινομένων τῶν πόρων ῥᾶον διέρχεται τὸ ὑγρόν.* In primo Problemate est: *ἢ ὅτι τὸ πνεῦμα κατεχόμενον πληροῖ τὰς φλέβας, ὥστε κωλύει ἐξιέναι, ὥσπερ τὸ ὕδωρ — ὅταν πλήρεις ουσας ἐπιλάβῃ τις· ὅταν δ' ἐξέλθῃ, πολὺς γίνεται, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἐπιληψίᾳ ἀθροισθῆναι κατὰ μικρόν.* Unde partem emendationis Grangerius duxit, qui dedit: *κωλύει διϊέναι — ὅταν πεπληρωμένων αὐτῶν δύσιν τις ἐπιλάβῃ· ὅταν δ' ἀνεθῇ, τότ' ἐξέρχεται.* Nostram scripturam Furlanus excogitavit, sed male *διέναι*

cum eo dedit Heinsius. Ubi Furlanus dederat ἐναθροισθῇ, Grangerius ἀνεθῇ, equidem ἀφεθῇ substitui, quod veritati congruit, et usurpatur in eadem comparatione ab Aristotele Problem. 2, 24. Quod si locum Empedoclis apud Aristotelem de respiratione c. 7. et Problem. 16, 8. comparaveris, clepsydrae formam et usum plane intelligere poteris. Poeta nominat vas aeneum, quo aqua hauriri potest. Partes eius enumerat has: αὐλοῦ πορθμὸν, πόρον, fistulam: alteram oppositam τρήματα πυκνὰ, βένθεα χαλκοῦ, πύλας ἰσθμοῖο vel potius ἠθμοῖο δυσηχέος. Clarius Aristoteles primum αὐλὸν, et partem oppositam fistulae τρυπήματα, foramina: deinde partem foraminosam καρδίαν, vel, ut Codex Parisinus habet rectius, κωδύαν, caput, appellat, item ἰσθμὸν, vel, ut Codex habet, ἠθμὸν, colum: postea fistulae orificium (αὐλοῦ στόμα et ἄκρα) commemorat: αὐλὸν ipsum στενὸν nominat vel angustum: denique fistulae et capitis opposita foramina in aqua demersae obliquae clepsydrae commemorat, ubi est: πλαγίας μὲν οὖν βαφείσης τῆς κλεψύδρας διὰ τῶν ἐναντίων τοῖς ἐν τῷ ὕδατι τρυπημάτων ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐξέρχεται. Itaque etiam fistulae orificium foraminibus pertusum fuisse videtur: alioqui plane est similis clepsydra parti indutili vasorum eorum, quibus hortorum areas irrigamus. Ex usu autem eius et tractatione ab Empedocle et Aristotele tradita plane mihi constitit de falsitate coniecturae Furlani; itaque non dubitavi ei verbum ἀφεθῇ substituere, quod rei et veritati congruit, et usurpatur in eadem comparatione ab Aristotele Problem. 2, 24.

27. ἐν τῇ σκιᾷ] Excerpta: Ὅτι μετὰ τοὺς πόνους καὶ τοὺς δρόμους οἱ ἐν σκιᾷ μᾶλλον καθεζόμενοι ἱδροῦσιν ἤπερ οἱ ἐν τῷ ἡλίῳ, διότι ὁ ἥλιος ἀναξηραίνει καὶ πυκνοῖ τοὺς πόρους. unde articulum οἱ bis et verbum καθεζόμενοι inserui. Deinceps Ald. Basil. Voss. πολὺ τὸ θερινὸν — διὰ τὸ ἐκτὸς εἶναι habent. Grangerius dederat: πολὺ τὸ θερμὸν ἄγαν, οὔτ' ὀλίγον διὰ τὸ ἐκτὸς εἶναι χρή.

πολὺ πῦρ] Ald. Basil. Voss. πολὺ ὕδωρ — παρορμῶντος τοῦ σήμματος συνεργεῖ καὶ τὸ ἐπ. Correxit Furlanus ex Aristotele, sed ita vertit, ut graeca longe facilius intelligas. Explicatius Aristoteles 2. Probl. 11. et 32. haec eadem enarrat. De usu ἀλειπτηρίων dixi ad Vitruvii 5, 10, 5. Grangerius dederat πίῃ τις πολὺ ὕδωρ.

29. τοῖς διῃρημένοις] Furlanus vertit: *Eiusdem rationis est cum iis, quae declarata sunt, quod accidit iis, qui, dum in cursu sunt.* Grangerius antea: *cum iis, quae disseruimus.* Formam ἱδρῶσιν cum Furlano Heinsius mutavit in

ἱδροῦσιν. Eandem quaestionem tractavit Aristoteles Probl. 2, 24.

30. *Τὰ δ' ὑπὸ τοῦ ὕδατος — οὐχ ἱδρῶσιν*] Scripturam vulgatam reliqui, praeterquam quod Ald. Basil. Voss. οὐ διϊδρῶσι mutavi. Furlanus σώματος, οὐδὲ ἱδροῦσιν fecerat, et vertit: *et quae corporis partes in aqua sunt, idcirco non sudant.* Scilicet is reddidit scripturam Aristotelici Problematis 2, 2. διὰ τί οὐχ ἱδροῦσι τὰ ἐν θερμῷ ὕδατι μέρη, οὐδ' ἂν θερμὰ ᾖ; Contra Excerpta: Ὅτι τοὺς πόδας οἱ τῷ ὕδατι ἐμβαλόντες οὐχ ἱδροῦσι, διότι τὸ ὕδωρ κωλύει τὴν τῆξιν. ὁ δὲ ἱδρὼς τῆξίς ἐστι τῶν κακῶς προσῳκοδομημένων ταῖς σαρξὶν, ὅταν ἐκκρίνηται διὰ τὸ θερμόν. Unde hic scriptum fuisse suspicor: *Οἱ δὲ τὰ κάτω μέρη τοῦ σώματος τῷ ὕδατι ἐμβαλόντες οὐχ ἱδρῶσιν.*

τὴν τῆξιν] Aristoteles: ἢ διότι κωλύει τὸ ὕδωρ τήκεσθαι; ὁ δ' ἱδρὼς τὸ κακῶς προσῳκοδομημένον ἐστὶν ἐν τῇ σαρκὶ, ὃ κωλύει τήκεσθαι, ὅταν ἐκκρίνηται διὰ θερμότητα. quae vitiosa et lacunosa Codex Paris. minime correctiora habet. Equidem vulgatam nostri loci, ἐστιν οἷον τῶν, transpositione vocis οἷον emendavi.

31. *διαλιπόντες*] Ald. Basil. Voss. διαπαλαίοντες τῷ τρέχειν — συνεχῶς ἀθροίζεται διαπανόμενον ἡ ὑγρότης εἶτα ταύτην — ὕστερον ἢ πάλιν καὶ ὁ δρόμος. Voss. tamen ὅτι ἀθροίζεται διαπανόμενον. quae pessime Furlanus mutavit ita: διαλείποντες — συνεχῶς· ὅτι συναθροίζεται καὶ διαπαύεται ἡ ὑγρότης· εἶτα ταύτην et cet. Excerpta: Ὅτι τὸ γυμνάσιον, ἐὰν γίνοιτο συνεχῶς, ἀναξηραίνει, καθάπερ ὁ ἥλιος· διὸ ἧττον ἱδροῦσιν. Non recordabatur Furlanus Problematis 7. ubi est: *Διὰ τί οἱ γυμναζόμενοι, ἐὰν διαναπαυσάμενοι παλαίωσι, μᾶλλον ἱδροῦσιν, ἢ ἐὰν συνεχῶς; ἢ διὰ τὸ ἀθροίζεσθαι διαναπαυομένων, ἔπειτα τοῦτον τὸν ἱδρῶτα ἐξάγει ὕστερον ἡ πάλη· ἡ δὲ συνεχὴς ἀναξηραίνει, ὥσπερ ὁ ἥλιος.* unde facile erat codicum συναθροίζεται καὶ διαπανόμενον ἡ ὑγρότης corrigere. Grangerius dederat: διαλείποντες τῷ τρέχειν — συναθροίζεται γὰρ καὶ διαπανομένων — ὕστερον ἡ πάλη — ἣν δὲ συνεχής.

32. *Διότι μᾶλλον*] Ita Ald. Basil. Voss. deinceps: τὸ — καὶ ἡ θερμότης καὶ ἡ πρὸς τῆς πλείων — κωλύεται καὶ ἡ διάστασις ἐκ τῶν ἀνωμάλων. quae Grangerius mutavit ita: διότι μᾶλλον — εἰ καὶ ἡ θερμότης καὶ ἡ ὑγρότης πλείων — καὶ ἡ διάστασις ἐκ τῶν ἄνω μᾶλλον, ὅτι et cet. Furlanus in *Διὰ τί* male, cetera satis bene, praeter θλίψιν, quam voluit substitui vulgato τρίψιν. Verba καὶ διάτασις — ἄνω

μᾶλλον e loco inferiore male huc translata fuisse censebat. Mihi totus hic locus a verbis inde ὅτι διὰ obscurus et vitii suspectus est.

ὅτι ὅπου πόνος] Dedi emendationem Grangerii. Vulgatae, ὅτι οὐδὲ πόνος, hanc, ὅτι δὲ οὐ πόνος ἐνταῦθα, καὶ ἱδρὼς, Furlanus substituit et vertit. Deinceps Ald. Basil. Voss. ἡ διάστασις. In editione Grangerii verba ἅμα δὲ καὶ ἡ διάτασις — ἐκεῖθεν exciderunt.

33. καὶ μανὴ] Ald. Basil. ὑγρὰ κόμα * δὲ πνευμονότητος. ἀλλά τε — μάλισθ' ἱδροῖσιν τὸ μέτωπον. Vossianus: κόμαι * * ητα δὲ πευμονότητος. ἀλλά τε — ἱδροῦαι. Correxit Grangerius. Excerpta: Ὅτι τὸ μέτωπον πρῶτον καὶ μάλιστα ἱδροῦσι διὰ τὸ ὑπὸ τον ἐγκέφαλον εἶναι ὑγρὸν ὄντα, καὶ η κεφαλὴ δὲ μάλιστα ἱδροῖ, διὰ τὸ μανόν· σημεῖον δὲ αἱ τρίχες· καὶ διότι τοῦ πνεύματος ἡ κάθεξις διατείνεταί πως εἰς τὴν κεφαλήν. Aristotelicum Problema 2, 17. eandem quaestionem verbis paulum diversis explicat.

34. ἱδροῦσι] Furlanus in ἱδρῶσιν mutaverat. Deinceps κἂν τἄλλα dedit Grangerius: postea τούτῳ τῷ τόπῳ.

πνεῦμα τούτῳ κατέχουσι] Ald. Basil. Voss. πνεῦμα οὕτω κατέχουσι — ἱδροῦσιν, τοῦ ἔχοντος (ἔχοντες Voss.) μάλιστα το πνεῦμα μάλιστα κατέχουσιν· εἶτα καὶ χειρὶ τριβομένων συμπονούμενοι ἄλλων, ὅταν ἄλλο τι μέρος τριβώμεθα· τῇ. Aristoteles 2. Probl. 5. Διὰ τί τας χεῖρας γυμναζομένοις μάλιστα (ita Codex Paris. pro μᾶλλον) ἱδρως γίνεται, ἐὰν τὰ ἄλλα ὁμοιοσχημονῶμεν; ἢ διότι ἰσχύομεν μάλιστα τούτῳ τῷ τόπῳ· τούτῳ γὰρ τὸ πνεῦμα κατέχομεν [τῷ ἔγγιστα τοῦ ἰσχύοντος· πονοῦντες δὲ μᾶλλον ἰσχύομεν· οὕτω δὲ ἔχοντες τὸ πνεῦμα μᾶλλον κατέχομεν·] εἶτα καὶ τῇ χειρὶ τριβομένῃ συμπονοῦμεν μᾶλλον ἢ ὅταν ἄλλο μέρος τριβώμεθα. (Ita Codex pro τρίβωμεν.) τῇ γὰρ καθέξει τοῦ πνεύματος καὶ τριβόμενοι γυμναζόμεθα καὶ τρίβοντες. Verba seclusa inserui e Codice Parisino, quae vertit e suo etiam Gaza. Unde vulgatam huius loci scripturam, τῷ ἐγγυτάτω ἰσχύοντες· πονοῦντες δὲ μᾶλλον ἱδρῶσιν· τούτῳ γὰρ μάλιστα τὸ πνεῦμα κατέχουσιν· εἶτα καὶ χειρὶ τριβομένῃ — καθέξει τοῦ πνεύματος καὶ γυμναζόμεθα καὶ τρίβοντες μᾶλλον ἱδροῦμεν, correxi, quod Furlano non licuit, cum graeca Aristotelis manca legeret. Grangerius dederat: τούτῳ κατέχουσι τῷ ἐγγυτάτω ἰσχύοντες· πονοῦντες δὲ μᾶλλον ἱδροῦσιν· οὕτω δὲ ἔχοντες τὸ πνεῦμα μάλιστα κατέχουσιν· εἶτα καὶ χειρὶ τριβομένων συμπονοῦμεν μᾶλλον ἢ ὅταν ἄλλο τι μέρος τριβώμεθα. — καὶ τρίβοντες· διὸ καὶ μᾶλλον ἱδροῦ-

μὲν. A quo postrema διὸ καὶ mutuatus sum. Ceterum recte monuit primus Grangerius, intelligi a Theophrasto exercitium istud, quod Graeci verbo ἀκροχειρίζεσθαι significarunt. Posuit idem locum Hippocratis de diaeta sanorum 2, 11. ἀκροχειρίη (alii libri ἀκροχείριξ, ἀκροχείριξις, optime Vindobon. ἀκροχειρισμὸς) ἰσχάνει καὶ τὰς σάρκας ἕλκει ἄνω. Καὶ κωρυκομαχίη καὶ χειρονομίη τὰ παραπλήσια διαπρήσσεται. Πνεύματος δὲ κάθεξις τοὺς πόρους διαναγκάσαι, καὶ τὸ δέρμα λεπτῦναι, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ δέρματος ἐξῶσαι δύναται.

35. κνήμας ἐν τῷ] Ald. Basil. Voss. κνήμας ἵν' ἐν τῷ ὕδατι ἔχωσι — ἄλλο σχῆμα διά τε τὰ εἰρημένα. Supplevit praeeunte Grangerio Furlanus, nisi quod ille dederat: τὸ ἄλλο τὸ σχῆμα, διά τε τὰ εἰρημένα. Idem deinceps edidit: ἱδρῶτα· καὶ ποδῶν θερμαινομένων μάλισθ' ἱδρῶτες γίνονται, ὅτι διαθερμαινομένων τούτων et cet. Annotavit autem haec: Verba haec καὶ ποδῶν — γίνονται ex Aristotelis Probl. 2, 19. adieci, quod, quae in Theophrasti vulgatis exemplaribus leguntur, conveniunt cum iis, quibus Aristoteles rationem reddit, cur capite et pedibus excalefactis sudores maxime erumpere solent. Locus ita habet: διὰ τί ποτε ἐκ τῶν ποδῶν καὶ τῆς κεφαλῆς μάλιστα ἱδρῶτες θερμαινομένων; ἢ ὅτι τὸ θερμαινόμενον ἐφέλκει ἐφ' ἑαυτὸν τὸ ὑγρόν; τὸ δὲ ὑγρὸν οὐκ ἔχει ὅπῃ καταναλίσκηται, διὰ τὸ εἶναι τοὺς τόπους τούτους ὀστώδεις· ἐκπίπτει οὖν ἔξω. Vides, ipsam quaestionem paulo diversam, et rationes esse plane alias. Nihilo minus laudo ingenium Grangerii, qui vulgatae scripturae vitium et lacunam vidit, quam probabili satis coniectura conatus est interpolare. Imitari tamen eum non sum ausus, sed signa lacunae apposui. De hoc loco nihil plane annotavit Furlanus, qui τὸ ἄνω scripsit.

36. ἱδρῶσι] Furlanus ἱδροῦσι fecerat. Deinceps Ald. Basil. Voss. καὶ τὸ μὴ ἥκιστα. unde Furlanus effecerat ἢ τὸ ἥκιστα. Excerpta: Ὅτι οἱ ἀγωνιῶντες τοὺς πόδας ἱδροῦσι, τὸ δὲ πρόσωπον οὔ· διότι ἡ ἀγωνία οὐ μετάστασις θερμότητος, ἀλλ' αὔξησις, καθάπερ ὁ θυμός. διὸ τὸ μὲν πρόσωπον ἐξέρυθρον γίνεται, καὶ οὐχ ἱδροῦσι, διὰ τὸ μᾶλλον ἐκθερμαίνεσθαι· ξηραίνει γὰρ ἡ θερμότης ἐπιπολάζουσα· τὸ δ' ἐν τοῖς ποσὶ συντήκει, διὰ τὸ ἐλάττων εἶναι, ὥστε ξηρᾶναι, πλείων δὲ τῆς ἐμφύτου καὶ προϋπαρχούσης.

περὶ τὴν καρδίαν] Articulum inserui ex Aristotele Problem. 26. Excerptorum ductu scripturam Ald. Basil. Voss. ἀλλὰ τὸ μὲν οὐ διὰ τὸ, τὸ μὲν πρὸς τὸ μᾶλλον (Voss. πρὸς

ὃ αὐτὸ μᾶλλον) θερμαίνεσθαι correxit praeeunte Grangerio Furlanus, nisi quod ille θερμαίνεσθαι dedit. Minus integre Probl. 26. καὶ ὁ ἀγωνιῶν οὐ διὰ φόβον καὶ διὰ ψύξιν πάσχει, ἀλλὰ διὰ τὸ μέλλον. ubi Codex Paris. μέλος habet, Gazae versio *membri ipsius affectione*. Septalius μέλον corrigebat.

37. τὸ ἐν τῷ προσώπῳ ὑγρὸν] Arist. Probl. 27. Διὰ τί τὸ πρόσωπον ἐξέρυθροι γίνονται, οὐχ ἱδροῦσι δέ; ἢ διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι, ὥστε τὸ μὲν ἐν τῷ προσώπῳ ὑγρὸν ξηραίνει ἡ θερμότης ἐπιπολάζουσα, τὸ δ' ἐν τοῖς ποσὶ συντήκει, διὰ τὸ ἐλάττω μὲν εἶναι, πλέω δὲ τῆς ἐμφύτου καὶ προϋπαρχούσης. unde verba seclusa supplevit Grangerius, qui similiter ex συμφύτου debebat τῆς ἐμφύτου efficere. Ceterum non solum ex Aristotele, sed etiam ex Excerptis et e tota sententia apparet, propter similitudinem verborum quorundam excidisse in nostro propositionem novam, quam inserui usus verbis Excerptoris διὸ - ἐκθερμαίνεσθαι. Lacunam non animadvertit nec Grangerius nec Furlanus.

38. Ἐνίοις δ' ἱδροῦσιν] Ald. Basil. ἔνιοι δ' ἱδροῦσιν ἂν — ὕδατι· συμβάνει γὰρ ναυτιᾶν οὐκ ἀλόγως, καὶ ὅτι — ἀθρόον ἐστί· πότερον οὐχὶ ῥιγοῦν, καὶ ὅτι — τὸ ἴδιον καὶ ἔξω γινόμενον — ἀναπνευστικῷ. Etiam Vossianus συμβαίνει γὰρ ναυτιᾶν — πότερον οὐχὶ ῥιγοῦν — ἴδιον καὶ ἔξω habet. Aristot. Probl. 2, 18. Διὰ τί οἱ ἱδροῦντες ἐὰν ψυχθῶσιν ἢ ὕδατι ἢ πνεύματι, ναυτιῶσι; πότερον τὸ ὑγρὸν τὸ ψυχθὲν ἐστιν ἀθρόον, ἔμπροσθεν ἠρεμοῦν διὰ τὸ ῥεῖν; ἢ καὶ τὸ πνεῦμα διϊὸν ἔξω, γινόμενον ἱδρὼς διὰ τὴν ψύξιν, τοῦτο ἔσω ψυχθὲν, πρὶν ἐξελθεῖν, ὑγρὸν ἐγένετο, καὶ προσπεσὸν ποιεῖ τὴν ναυτίαν. unde locum nostrum suppleverat Furlanus, sed minus recte. Verba enim ἱδρὼς διὰ τὴν ψύξιν, τοῦτο ἔσω ψυχθὲν πρ. ἐξ., ὑγρὸν ἐγένετο καὶ ipse inserui ad sententiam necessaria. Furlanus male ediderat πνεῦμα τὸ διϊὸν καὶ ἔσω γινόμενον, προσπεσὸν τῷ et cet. Ceterum is verba τῷ ἀναπνευστικῷ τόπῳ rectius abesse in Aristotele censebat, quia refrigeratio statim in os ventriculi redundet. Ita scilicet iudicaverat Grangerius, qui ἀνατρεπτικῷ malebat, ventriculum intelligens, quod graecum non est. Is totum locum ita scriptum dedit: ἔνιοι δὲ ἱδροῦντες ναυτιῶσιν, ἐὰν — ὕδατι· συμβαίνει γὰρ ναυτιᾶν — ἔστη ἔμπροσθεν, οὐκ ἠρεμοῦν διὰ τὸ ῥεῖν· καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἴδιον, καὶ ἔξω γινόμενον ὕδωρ προσπεσὸν τῷ ἀναπνευστικῷ τόπῳ π. τ. ναυτίαν. Quid e Grangerii studio profecerit Furlanus, vides. De ventriculo tanquam causa nauseae Grangerio assentior.

Hippocrates de diaeta 2. c. 11. deambulationes matutinas ait ventrem solvere, *διότι θερμὴ ἐοῦσα (ἡ κοιλίη) τοῦ ψυχροῦ πνεύματος ἐπεισπίπτοντος ἄνωθεν ὑποχωρέει τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ*. Denique *ἔστη* pro *ἐστὶ* vertit etiam Gaza *constiterit*.

39. *Οἱ δ' ἐν ἱματίῳ δρόμοι*] Ald. Basil. *οἱ δ' ἡματιοδρόμοι καὶ ἱδρῶτες καὶ **ψεις εἰς ἱμάτιον ἀθρόους ποιοῦσι· διότι ἡ — ἐκ τῆς ὑπολήψεως — καὶ διαπνέοντας.* Vossianus: *καὶ — ψεις — ἀθρόους — ἐπιπολλῆς — ἐν τῶν — ὑπολήψεως — συνεστάμένας — διαπνέονται.* Grangerius edidit: *οἱ δ' ἱματιοδρόμοι — καὶ ἀλείψεις — ἀχρόους — ἡ εὔχροια — ὑπαλείψεως — τοὐναντίον εὔχροοι. καὶ γὰρ καταψύχει.* Vulgatam dedit Furlanus, corrigens ex Aristotelis Probl. 38, 3. *διὰ τί οἱ μὲν ἐν τῷ ἱματίῳ δρόμοι καὶ ἡ τοῦ ἐλαίου εἰς ἱμάτιον χρίσις ἄχρους ποιεῖ;* ita enim Codex Paris. ubi *εὔχρους* vulgatur, quod ex errore Furlani et Heinsii editio dedit, cum rectum versio Gazae et Furlani, item editio Grangerii, reddiderint.

τοῦτο δὲ συμβαίνει] Aliter Aristoteles: *ἄμφω δὲ ταὐτὸν ποιεῖ ἡ ἐν τῷ ἱματίῳ ἴδισις καὶ ἡ εἰς τὸ ἱμάτιον ἄλειψις· ἐγκατακλείεται γὰρ ἡ θερμότης· οἱ δὲ γυμνοὶ δρόμοι εὔχρουν ποιοῦσι διὰ τοὐναντίον, ὅτι καταψύχει ὁ ἀὴρ τὰς — καὶ διαπνεῖ τὸ σῶμα.* unde vulgatum *διὰ τοὐναντίον· εὐχροιοῖ γὰρ καὶ καταψύχει — διαπνεῖ* correxi et supplevi. Grangerius dederat *ὅθεν καὶ διαπνεῖ τὸ σῶμα*, ubi Ald. Basil. *διαπνέονται* dant. Ceterum Furlanus comparavit Hippocratem de diaeta 2, 11. *οἱ δὲ ἐν ἱματίῳ δρόμοι τὴν μὲν δύναμιν τὴν αὐτὴν ἔχουσι, θᾶσσον δὲ διαθερμαίνοντες ὑγρότερα τὰ σώματα ποιέουσι καὶ ἀχροώτερα δὲ, διότι οὐκ ἀποκαθαίρει προσπίπτον τὸ πνεῦμα τὸ εἰλικρινὲς, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ ἐγγυμνάζεται πνεύματι. Συμφέρει οὖν καὶ τοῖσι ξηροῖσι καὶ τοῖσι πολυσάρκοισι ὅστις καθελεῖν τὴν σάρκα βούλεται, καὶ τοῖσι πρεσβυτέροισι διὰ ψύξιν τοῦ σώματος.* Denique *ἄλειψιν εἰς ἱμάτιον* significat versus Sophoclis in Peleo apud Harpocrationem in v. *ξηραλοιφεῖν*, ubi ait: *καὶ ξηραλοιφῶν εἵματος διὰ πτυχῶν.*

40. *ὅτι ὑγρότατα*] Uti sequens *ὁ* ante *ἱδρὼς*, ita h. l. *καὶ* interseruit Furlanus ex Excerptis, ubi est: *Ὅτι ἐν τοῖς ὕπνοις μᾶλλον οἱ ἱδρῶτες ἢ κατὰ τὴν ἐγρήγορσιν, διότι καὶ τὰ ὑγρὰ καὶ τὰ θερμὰ μᾶλλον διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν· ἐξ ἀμφοῖν δὲ τούτων ὁ ἱδρώς.* Aristot. Probl. 2, 16. *διὰ τί οἱ καθεύδοντες μᾶλλον ἱδροῦσιν; ἢ διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν; ἀθροισθὲν γὰρ τὸ θερμὸν ἐντὸς ἐξελαύνει τὸ ὑγρόν.* Probl.

28. διὰ τί καθεύδοντες ἱδροῦσι μᾶλλον ἢ ἐγρηγορότες; ἢ ὅτι ἔσωθεν ἡ ἀρχὴ τοῦ ἱδρῶτος; θερμότερα δὲ τὰ ἐντός· ὥστε ἐκκρίνει διαχέουσα ἡ ἐντὸς θερμότης τὸ ἐντὸς ὑγρὸν, ὅτι ἀεὶ ἔοικεν ἀποῤῥεῖν τι τοῦ σώματος· ἀλλὰ διὰ τὸ μηθὲν εἶναι, πρὸς ὃ προσπίπτον ἀλισθήσεται, λανθάνει· σημεῖον· τὰ γὰρ κοῖλα τοῦ σώματος ἀεὶ ἱδροῖ.

X.

AD FRAGMENTVM DE ANIMI DEFECTIONE (λειποψυχία).

Λειποψυχία dicitur animi defectio et deliquium: eadem etiam ἔκλυσις, teste Galeno Θεραπευτικῶν libro I. ad Glauconem p. 204. εἰώθασι γὰρ οἱ ἰατροὶ καθ' ἑνὸς πράγματος ἄμφω ταῦτα τὰ ὀνόματα φέρειν. Quod ait Gorraeus in Definitionibus, λειποθυμίαν a λειποψυχία differre eo, quod illa vitalis facultatis exsolutionem, haec animalis, significet, vanum esse puto. Accedit quartum vocabulum μικροψυχία, quo utitur Aristoteles Problem. 9, 9. διὰ τί ἡ θαψία καὶ ὁ κύαθος τὰ ὑπώπια παύει; — ἢ ὁ μὲν κύαθος, ὥσπερ τοῖς μικροψυχοῦσι τὸ ὕδωρ; ἀπαντῶσα γὰρ ἡ ψύξις κωλύει ἐξιέναι τὸ θερμὸν ἐκ τοῦ αἵματος ἐξ ἐπιπολῆς, διὰ τὴν πληγὴν συνδραμόντος, καὶ ὅταν ἐξέλθῃ τὸ θερμὸν, πηγνυμένου. Sed hic unus est locus, ubi verbum hac notione repertum a me fuerit. Verbum ἐκλύεσθαι in Aristotelico Problemate 5, 2. διὰ τί τοῖς λειποψυχοῦσι καὶ τοῖς ἐκ τῶν γυμνασίων διαλυομένοις ἐλάττους τε οἱ ὄγκοι, substituendum est ei, quod quidam alieno loco inseruerunt, διαλυομένοις.

ἢ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ] Male haec Furlanus et Heinsius omiserunt; sed recte deinceps alteram lectionem a Stephano annotatam vulgatae antea ἄλλως θέρμης substituerunt.

ἐν ἡμῖν θερμὸν] Inserui θερμὸν, praeeunte Furlani versione.

4. τὸ πλέον θερμὸν] Male iterum cum Furlano Heinsius θερμὸν omisit, et deinceps ἐπιπολὺ dedit, et λυόμενοι pro λουόμενοι.

5. διότι καὶ] Copulam omisit cum Furlano Heinsius.

6. (ἀντιπεριΐσταται γὰρ)] Recte alteram Stephaniani codicis scripturam praetulit Furlanus, cum vulgatus codex verba γὰρ, ὠφελεῖ omitteret. De usu aquae frigidae in animi defectu posui supra locum Aristotelis: eundem habet Galenus Θεραπευτικῶν ad Glauconem I. pag. 204. ubi causas

diversas deliquii et curationes enarrat: *τοῖς μὲν ἐπὶ χολέραις καὶ διαῤῥοίαις καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς πολλαῖς καὶ ἀθρόαις κενώσεσιν ἐκλυομένοις ὕδωρ τε ψυχρὸν προσραίνειν καὶ τοὺς μυκτῆρας ἐπιλαμβάνειν, καὶ ἀνατρίβειν τὸ στόμα τῆς γαστρός.* et p. 206. deliquio facto a colore *ψυχρὸν ὕδωρ προσραίνων καὶ ῥιπίζων καὶ πρὸς ἄνεμον τρέπων καὶ τρίβων τὸ στόμα τῆς κοιλίας* medeberis.

7. *πρὸς τὸν πνευματικὸν τόπον*] Furlanus vertit *ad inspirationis locum*, quasi *ἀναπνευστικὸν τόπον* scriptum legisset, quem initio libelli interpretatur *loca quae respirationi serviunt.* Iniuriam igitur facit Theophrasto in annotatione, dum falsum ait esse argumentum; in gaudio enim spiritum et sanguinem non confluere ad vitae principium, sed potius inde effluere ac dissipari ad partes externas. At enim ὁ *πνευματικὸς τόπος* loca sunt, quae spiritus animalis permeat. Verum de lassitudine sect. 12. ὁ *πνευματικὸς τόπος* sine dubio pulmonis et respirationis situm et locum designat.

XI.

AD FRAGMENTVM DE RESOLVTIONE NERVORVM.

Παράλυσιν Latini nervorum resolutionem interpretati sunt, eosque imitatus Furlanus: ubi meminisse oportet, *νεῦρα* antiquissimis Graecis, ut *nervos* Latinis, dici ossium ligamenta et tendines musculorum in ossa desinentes eaque regentes. Multo serior est usus nervorum de sensuum instrumentis e cerebro et medulla ortis. Galenus de locis affectis 3, 10. paralysin interpretatur *ὡς ἐπίπαν κινήσεως ἐνεργείας τε πάρεσιν.*

ὑπὸ πνεύματος] Furlanus vertit: *a flatu fieri (flatuosa enim est affectio), alii a spiritus defectu et privatione.* Tam ineptus non fuit Theophrastus, ut in eadem paragrapho idem vocabulum diversa significatione usurparet. Suspicor igitur, participium *ἀποψυχομένου* vel *καταψυχομένου* excidisse, ut sit sententia: *resolutionem fieri aut spiritu animali refrigerato, aut deficiente, aut extincto.*

ὅλως ποιοῦν] Male cum Furlano Heinsius *ποιῶν* dedit. Sequens *ἀποπιεσθῶσιν* Furlanus vertit: *quando aut sedendo aut situ quovis alio comprimantur;* quasi *ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ* scriptum legisset: quam scripturam ipse etiam praefero.

Verbum *ἀποπιέζω* male vertit Furlanus: est enim *ἀπολαμβάνειν πιέζοντα*, comprimendo intercipere. Ita de igne: τοὺς *ἄνθρακας τῇ ἀποπιέσει σβεννύουσιν.* ubi Furlanus: *carbones pressione restinguunt:* cum deberet: *comprimendo et aere intercipiendo extinguunt.* In Fragmento de lassitudine sect. 7. *ἀποπιέζειν* male scriptum legitur, ubi Furlanus *ἀντιπιέζειν* vertit.

διαλαμβάνει] Furlanus *intercipitur spiritus*, quasi *διαλαμβάνεται* scriptum legisset. Sed intelligitur *ἡ καθέδρα*, sessio. Deinceps peiorem scripturam codicis *δυναμένην* praetulit Furlanus certissimae Stephani coniecturae, quam tamen vertendo reddidit. Sed praeterea structuram impeditam explicabis scribendo *ὃ οὐ δυνάμενον*, quod in versione secutus est Furlanus.

XII.

AD FRAGMENTVM DE PISCIBVS IN SICCO DEGENTIBVS.

De inscriptione libelli huius dicetur infra ad sect. 10. Commentarium M. Aurelii Severini, Neapoli editum anno 1659. folii integri forma, inspexi quidem, sed nihil in eo reperi, quod excerpere et ad usum lectoris apponere liceret. Editio Turnebi Parisiis anno 1578. procurata a Feder. Morello textum Aldinum fere ubique repetiit, neque additam, ut liber de lapidibus, habet interpretationem latinam.

Τῆς — διαμονῆς] Signa lacunae apposui, quam Furlani versio ita interpolavit: *Ex iis piscibus, qui solent in sicco degere, (videtur enim quasi illorum naturae adversari, aere refrigescere,) sunt aliqui, qui magis aerem attrahunt, quicunque scilicet et aquam accipiunt, et hac ratione servantur.* Equidem cum ipso libelli initio paene ipsa vestigia sententiae integrae periisse puto, quam tamen ex indicio sectionis 3. extremae ita fere redintegrandam censeo: *διαμονῆς θαυμάζουσι πολλοί· δοκεῖ γὰρ — καταψύχεσθαι τὰ μὴ δεχόμενα τὸν ἀέρα, καὶ μᾶλλον ὅσα δέχεται τὸ ὑγρὸν καὶ διὰ τοῦτο σώζεται.* Saltem vulgatam, *τὰ μὲν — μᾶλλον ὅσα*, correxi, addita copula *καὶ*, et *μὲν* in *μὴ* mutato; recte etiam Voss. *μὴ* habet.

εἴπερ δύναται δρᾶν] *si hoc facere potest* Furlanus. In graecis *τοῦτο* deest. De exocoeto dictum ad Aeliani h. a. 9,

36. et in Histor. litter. piscium p. 23. Voss. liber ἐξωκεέτου habet.

τῇ ἀναγωγῇ] Furlanus vertit: *propter cibum et alimoniam*. Rectius διαγωγῇ dedit Turnebi editio et Vossianus liber, qui deinceps ἡ μῦς habet, unde verum ἡ ἐμὺς effeci; testudinem fluviatilem vocabulum significat. *mus marinus* Furlano. Plinius 9. s. 35. *Exeunt in terram et qui marini mures vocantur et polypi et muraenae.* Idem 9. s. 76. *Mus marinus in terra scrobe effosso parit ova, et rursus obruit terra: tricesimo die effossa aperit, fetumque in aquam ducit.* Quae eadem de testudine palustri refert Aristoteles h. a. 5, 28. Idem de respiratione c. 10. χρῆται δὲ πάντα τῷ ἀέρι καὶ ὅσα διατρίβει καὶ ποιεῖται τὸν βίον ἐν τοῖς ὕδασι, οἷον τὸ τῶν ὕδρων γένος καὶ βατράχων καὶ κροκοδείλων, καὶ αἱ ἐμύδες (vulgatur μῦδες) καὶ αἱ χελῶναι αἱ θαλάττιαι καὶ αἱ χερσαῖαι καὶ αἱ φῶκαι. Πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τίκτει ἐν τῷ ξηρῷ καὶ καθεύδει ἢ ἐν τῷ ξηρῷ ἢ ἐν τῷ ὑγρῷ ὑπερέχοντα τὸ στόμα διὰ τὴν ἀναπνοήν. Ὅσα δὲ βράγχια ἔχει, πάντα καταψύχεται δεχόμενα τὸ ὕδωρ. Error igitur Plinii manifestus est, qui ἐμύδα *murem marinum* interpretatus est.

φύσει μὲν οὖν] Furlanus, omissa particula οὖν, male πρὸς τὴν χρείαν vertit *necessitatis causa:* peius sequentia: *cum tamen tam aere quam aqua ad vitam servandam uti videantur, peculiaris horum vis et natura videri possit.* Postremum enim membrum pertinet ad exocoetum, priora ad delphinem et similia genere, quae πρὸς χρείαν, i. e. ad usum et victum, aerem et aquam recipiunt intus: cum exocoetus aerem respiret non ad victum, quaerendum necessarium, sed ut egressus requiescat sub divo in littore. Apparet, in graecis, mutata distinctione vulgari, ἄττα. φύσει μὲν οὖν, scribi debere ἄττα, φύσει μὲν, omissa particula οὖν, et transposita post ἄτοπος. ubi liber Vossianus habet ἄτοπος δ' ἂν τοῖς. Equidem scribo: Ἄτοπος ἂν οὖν αὐτοῦ ἡ φύσις — εἴη. Certe hoc membrum ad solum exocoetum pertinet. Turnebus ἄτοπος δ' ἄν τις ἡ φ. edidit.

2. ὅσῳ τὸ ὀλίγον χρόνον ἢ πολὺν] Furlanus: *quatenus minus mirum est pauco id tempore et multo omninoque fieri;* inepte! cum ἢ *quam* vertere debuisset. τελευταῖον vitiosum est.

μαζίναις] Athenaeus 8. p. 332. ex h. l. retulit: Ἐν Ἰνδοῖς δὲ φ. Θεόφ. τοὺς ἰχθῦς ἐκ τῶν ποταμῶν εἰς τὴν γῆν ἐξιόντας καὶ πηδῶντας πάλιν εἰς τὸ ὕδωρ ἀπιέναι, καθάπερ

τοὺς βατράχους, ὁμοίους ὄντας τὴν ἰδέαν τοῖς μαξίνοις καλουμένοις. Plinius 9. s. 35. *Quin et in Indiae fluminibus certum genus piscium in terram exit, ac deinde resilit: nam in stagna et amnes transeundi plerisque evidens ratio est, ut tutos fetus edant, quia non sint ibi, qui devorent partus, fluctusque minus saeviant.* Auctor θαυμασίων ἀκουσμ. c. 72. ἐν Ἰνδοῖς ἐν τῷ Κέρατι καλουμένῳ ἰχθύδιά φασι γίνεσθαι, ἃ ἐν τῷ ξηρῷ πλανᾶται καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς τὸν ποταμόν. In Athenaeo scripturam μαξίνοις Casaubonus approbare lectoribus studuit e loco Dorionis 7. p. 315. Ὄνος, ὃν καλέουσί τινες γάδον. Γαλλερίδας, ὃν καλέουσί τινες ὀνίσκον τε καὶ μάξινον. Vulgatum Theophrasti librorum μαζίναις comparabat ibidem cum Epicharmi loco 7. p. 372. συναγρίδας μαζούς τε συνόδοντάς τ' ἐρυθροποικίλους. In priore loco Dorionis Epitome Athenaei sola μυξῖνον nominat: quam scripturam probabat Casaubonus; contra nuperus Editor reprobavit. Egregius *Coray* ibidem comparabat glossam Hesychii: Λαζίνης, χαραδρίας, πηλαρίας ἰχθύς. quae vulgatam huius loci scripturam μαζίναις satis tueri videtur; nec erat, cur Furlanum secutus Heinsius μυξίναις substitueret. Accedit locus Xenocratis de alim. ex aquatil. c. 10. p. 32. ἥπατος ἢ μαζέας τρυφερὸς μέσως, εὔθρυπτος, λελυμένος, εὔστομος. ubi Rasarii versio habet *Hepatus hemaxias.* Conr. Gesner coniecit ἢ λεβίας, Italus Ancora μαξεινός.

τρώγλαις] Ald. Basil. Voss. στρογγύλαις correxit Furlanus, comparato e θαυμ. ἀκουσμ. c. 73 unde verba ἐπὶ τὰς ἅλως post ἐξιόντας inserui: nam reliqua ibi ad verbum repetita leguntur cum varietate exigua lectionis, veluti ἀνακινεῖν ibi est pro vero ἅμα κινεῖν. Plinius 9. s. 83. *Piscium genera etiamnum a Theophrasto mira produntur: circa Babylonis rigua decedentibus fluviis, in cavernis aquas habentibus remanere quosdam: inde exire ad pabula pinnulis gradientes, crebro caudae motu, contraque venantes refugere in suas cavernas, et in iis adversos stare: capita eorum esse ranae marinae similia, reliquas partes gobiorum, branchias ut ceteris piscibus.* Pravam editionis Harduini distinctionem, *manere.* *Quosdam inde exire,* servavit Brotier, qui ex editione principe et Codd. Pariss. *gobionum* dedit. Aelianus h. a. 5, 22. Theophrastum breviter excerpsit. L. Theod. Gronovius ad Plinii locum putabat, siluri genus aliquod intelligi. Rana marina est e genere Lophiorum, capitis magnitudine praecellens.

3. εἴπερ — διαγένηται] Pessime Heinsiana διαμένηται. Vitiosum tempus saltem in διαγίνεται mutandum censeo. Furlanus vertit inepte: *omnino vero si in aere degunt, absurdum non est:* cum debuisset: *omnino vero, si in aere et in sicco vitam tolerare possunt.*

καὶ ἄλλοι δ', ὥς φασι] Aldinum καὶ ἀλλοῖοι δ', ὥς φασι, correxit Furlanus.

ταῖς ἐνύδροις — ταῖς ἐν τῇ γῇ] E praecedente oratione τροφαῖς repetendum videtur, et ad alterum membrum praeterea verbum χρῆσθαι.

φύσιν ὁμοίως — ἀνάλογον] Furlani versio *ut natura eadem proportione resarcire videatur* sensum obscuravit.

ὥσπερ εἴπομεν] Ex hoc indicio libelli initium vitiosum et lacunosum redintegrandum esse, monui supra. Furlanus non bene vertit: *si quod animal iisdem partibus et instrumentis potest modo aerem modo aquam intra se sumere.* Ceterum hinc apparet, quid sit, quod saepius noster, ut Aristoteles, ait ὕδωρ vel θάλατταν δέχεσθαι vel εἰςδέχεσθαι, partibus nempe organicis respirationi definitis aquam vel mare assumere vel admittere.

εἰ ὅτε μὲν] Vulgatum ἢ cum Casaubono ad Athenaeum p. 317. et versione Furlani correxi. Ad γινόμενον malim articulum τὸ additum. *aut ad aliud commodum, quod a respiratione proficiscitur* Furlanus. Liber Aristotelicus de respiratione varias philosophorum veterum opiniones de usu respirationis tradit, e quibus refrigerationem Theophrasti magister est amplexus.

οὐ γὰρ δέχονται τὴν θάλατταν] Athenaeus 7. p. 317. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διατριβόντων ζώων οὐ δέχεσθαί φησι τοὺς πολύποδας τὴν θάλατταν. Idem p. 312. Θεόφ. ἐν τῷ πέπτῳ περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διαιτωμένων ἔγχελύν φησι καὶ μύραιναν πολὺν χρόνον δύνασθαι ἔξω τοῦ ὑγροῦ ζῆν, διὰ τὸ μικρὰ ἔχειν βράγχια καὶ ὀλίγον δέχεσθαι τὸ ὑγρόν. ubi vocabulum πέπτῳ, ab aliena manu additum videtur; quod viderat etiam Casaubonus, qui comparavit Aristotelem de partib. anim. 4, 10. Ad locum priorem Casaubonus adhibuit locum h. a. 4, 1. ubi est: πρὸ τοῦ κύτους δὲ ὑπὲρ τῶν πλεκτανῶν ἔχουσι κοῖλον αὐλὸν, ᾧ τὴν θάλατταν ἀφιᾶσι δεξάμενοι τῷ κύτει, ὅταν τι τῷ στόματι λαμβάνωσι. Addit, ut Theophrastum defendat: *At non sponte eam aquam haurit, sed accipit intrantem simul cum cibo deglutito, eamque protinus respuit per eundem canalem, per quem etiam atramentum suum emittit.* Scilicet

Philosophus minime potuit negare, quod inspectio corporis polypi docet, aquam marinam non solum cum cibo per os intrare, sed etiam per fissuram illam magnam transversam, infra tentacula inferiore corporis parte apertam. Agnovit etiam intra hanc fissuram partes, quas *τὰ τριχώδη* vocavit (h. a. 4, 1. 5, 18.), ut in *μαλακοστράκοις*, veluti cancris et astacis, et in conchyliis; sed non agnovit usum, quem praestant eae partes; quae vices branchiarum in piscibus gerunt. Hinc negavit cum eo Theophrastus, aquam marinam a polypis, carabis, astacis et cancris suscipi, intus ad calorem internum refrigerandum, id est ad usum respirationis. Ceterum signa lacunae ex Aldina repetita, et post *θάλατταν* et *τὰ τοιαῦτα* apposita, sustuli, quoniam sententia sic satis integra mihi videtur esse; nisi quod structura verborum pro *καὶ* repetito toties negationem *οὔτε* postulare videtur.

μικρὰ τὰ βράγχια] Foramen branchiarum potius intelligi videtur, quam ipsum organum respiratorium.

καὶ τὴν μύραιναν — ἄτοπον] Intelligendum videtur *πολὺν χρόνον δύνασθαι ζῆν ἔξω τοῦ ὑγροῦ*. Verba *ἢ καὶ τὸ ὅλον ὀφιῶδες* Furlanus vertit: *Idem autem et muraenae et si quid aliud tale genus est, et omnino piscium generi anguineo contingere.* Recte is ineptum *ἢ* omisit, quod seclusi.

5. *καὶ τὸ ἐν τῷ ὕδατι*] Articulum Furlanus inseruit, et habet Voss. Consecutio ratiocinationis postulare videbatur mihi, uti sequens negatio *μὴ* deleretur, si sententia ad solas anguillas referatur. Contra si ad muraenas aliosque marinos pisces, et si ratio redditur, cur hi in aqua dulci vivere nequeant, novum plane argumentum exordiri statuendus est Theophrastus. Tum vero molestum est illud *μᾶλλον*. Equidem ad eam opinionem inclinatum habeo animum, ut putem, de piscibus marinis loqui philosophum, qui dulcem propter tenuitatem et propter frigiditatem non ferunt.

καὶ τὸ φύσει γε] Haec vitiosa ita corrigebam: *καὶ τὸ ὕδωρ φύσει ψυχρότερόν ἐστι.* Furlanus vertit: *quin et quod frigidior est, quam illorum naturae conveniat;* quae sententia e graecis extorqueri non potest.

διὸ — οὐκ ἔστιν] Athenaeus 7. p. 317. *ἐν δὲ τῷ περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφορῶν ὁ Θεόφραστος πολύποδας οὐ γίνεσθαί φησι περὶ Ἑλλήσποντον· ψυχρὰ γὰρ ἡ θάλαττα αὕτη καὶ ἧττον ἁλμυρά· ταῦτα δὲ ἀμφότερα πολέμια πολύποδι.* Mollusca in Ponto omnino nulla esse ait Aristoteles

h. a. 5, 28. Cf. idem 9, 37. et dicta in Historia naturali Sepiarum germanica p. 17.

Οἱ δ' ἰχθύες — διαφθείροντες ἰχθῦς] Haec Plinius excerpsit 9. s. 35. cuius verba posui supra ad sect. 2. Formam geminam ἰχθύες — ἰχθῦς librariis ineptis deberi, non est quod moneam.

6. ἐξ ἐκείνου — τῷ μὴ] Putabam τοῦ μὴ scribendum fuisse. Ad articulum geminatum τὰ intellige ζῶα; ad pisces solos retulit Furlanus.

ἧττον ἀεὶ θερμὰ — κατεχόμενα] Vulgatum ἥττω correxi. Furlanus vertit: *frigidiora esse animalia, quae illa ambit et continet, necesse est.* quasi scriptum voluerit: ἧττον δεῖ εἶναι θερμά. Pro verbo κατεχόμενα malim ἐγκατεχόμενα aut περιεχόμενα scriptum. τούτῳ referendum ad ὕδωρ, non ad aerem, ut fecit Furlanus. Ad ἐγγυτέρω γοῦν intellige ἐστὶ, et πῦρ solem interpretare. Sed equidem malim ἐγγυτέρω γ' ὤν.

πρὸς τὰ νῦν — λεγομένην] Furlanus iam monuit, respici opinionem Empedoclis, Menestoris et asseclarum, frigida esse animalia, quae in calido vivant alimento, et contra, quae in frigido.

7. καθάπερ τῶν — τῶν ἐν τῷ Πόντῳ] Seclusi articulum, qui sententiam inepte interpellat. Furlanus vertit: *sunt enim alicubi tales, ut Heracleae et in Ponto, oriuntur propter fluvios et loca stagnantia.*

συστέλλεσθαι] Furlanus: *paullatim se contrahant. — maneant tamen in humido perinde ac viventes sale conditi, aut in latibulis torpescentes.* Eadem narrat auctor θαυμασ. ἀκουσμ. c. 74: Ἐν Ἡρακλείᾳ δὲ τῇ ἐν τῷ Πόντῳ καὶ ἐν Ῥηγίῳ γίνεσθαί φασιν ὀρυκτοὺς ἰχθύας· τούτους μάλιστα κατὰ τὰ ποτάμια καὶ τὰ ἔνυδρα χωρία. συμβαίνειν δέ ποτε, ἀναξηραινομένων τῶν χωρίων κατά τινας χρόνους, συστέλλεσθαι κατὰ γῆς· εἶτα μᾶλλον ἀναξηραινομένης διώκοντας τὴν ὑγρότητα δύεσθαι εἰς τὴν ἰλύν· εἶτα ξηραινομένης (καὶ ταύτης?) διαμένειν ἐν τῇ ἰκμάδι, ὥσπερ τὰ ἐν ταῖς φωλείαις διαρκοῦντα· ὅταν δ' ἀνασκάπτωνται, πρὶν ἢ τὰ ὕδατα ἐπιγενέσθαι, τότε κινεῖσθαι. In quibus quaedam sunt loca integriora; quaedam vitiose scripta correxi, veluti quod vulgabatur: διΐστασθαι εἰς τὴν ὕλην — τῇ ἐν ταῖς φωλεαῖς. Codex Vindob. nomini Ῥηγίῳ substituit Ῥυθίῳ. Plinius 9. s. 83. *Circa Heracleam et Cromnam et Lycum et multifariam in Ponto unum genus esse, quod extremas fluminum aquas sectetur, cavernasque faciat sibi in terra, at-*

que in his vivat, etiam reciprocis omnibus siccato littore. Effodi ergo, motu demum corporum vivere eos approbant. Athenaeus 8. p. 331. τούς τε ὀρυκτοὺς ἰχθύας καλουμένους, οἳ ἐν Ἡρακλείᾳ γίγνονται καὶ περὶ Τίον τοῦ Πόντου, τὴν Μιλησίων ἀποικίαν, ἱστοροῦντος περὶ αὐτῶν Θεοφράστου. Ex his locis integritatem Theophrasteae narrationis, excerptoris studiosa brevitate deminutam, restituere licet; sed antea varietatem scripturae in loco Plinii comparare oportet, ab Harduino temere neglectam. Romana et Parmensis editio aliaeque habent: *Circa Heracleam et Toronem et Lycum amnem et multifariam in Ponto.* Codex Tolctanus et Salmanticensis a Pintiano inspectus: *Circa Heracleam et Scronu et multifariam.* Chiffletianus: *Circa Heracleam et Crenam et multif. in Ponto.* unde Pintianus scribi voluit: *Circa Heracleam ad Lycum amnem, et Cromnam et multifariam in Ponto.* Idem in loco θαυμασ. ἀκουσμ. pro Ῥηγίῳ scribi voluit Τίῳ: quam coniecturam non parum adiuvat scriptura Vindob. Ῥυθίῳ. Eandem coniecturam in loco nostro tentavit Schweighaeuser ad Athenaeum p. 484. scribendo; καθάπερ περὶ Τίον, περὶ Ἡράκλειαν καὶ ἄλλοθι τῶν ἐν Πόντῳ. Ingeniosa sane ratio, in qua desidero medelam alterius istius molesti articuli τῶν ante ἐν τῷ Πόντῳ. Ceterum idem vir doctus Τίῳ e Codicis scripti vestigiis restituit Archestrato 8. pag. 325. ubi et aphyarum mentio et vicinia locorum reliquorum Τίῳ postulat. De Heraclea ad Lycum est locus Xenophontis Anab. 5, 10, 3. Cromnam et Tion Paphlagoniae assignat cum aliis Plinius 6. s. 2.

καθάπερ ἂν ἐντυριχευομένους] Hoc membrum, ab auctore θαυμασ. ἀκουσμ. omissum, vitia contraxit a librariorum socordia. Equidem πηλῷ omissum suspicor, et scribendum: καθάπερανεὶ ταριχευομένους ἐν τῷ πηλῷ ζῆν, ἢ (καθάπερ) τοὺς et cet. Voss. liber φολίνως habet, et διαψηκοῦντες, plane ut in auctore θαυμασ. est διαρκοῦντα.

8. καὶ τὸ ἐπὶ τῶν] Articulum inserui, et vulgatum ὅθεν περιλαμβάνονται correxi. Furlanus vertit: *Atque huic non est absimile, quod in Ponto accidit, ubi gelati pisces capiuntur in glacie.* Athenaeus 8. p. 331. ex nostro: ὁ δ᾽ αὐτὸς οὗτος φιλόσοφος καὶ περὶ τῶν πηγνυμένων διὰ χειμῶνος τῷ κρυστάλλῳ ἱστόρησεν, οἳ οὐ πρότερον αἰσθάνονται οὐδὲ κινοῦνται, πρὶν ἂν εἰς τὰς λοπάδας ἐμβληθέντες ἕψωνται.

ὁ κωβιὸς] Plinius 9. s. 83. *Eadem in Ponti regione apprehendi glacie piscium maxime gobiones, non nisi pa-*

tinarum calore vitalem motum fatentes. Est in his quidem tametsi mirabilis tamen aliqua ratio.

τοιαύτας ἀρχὰς] Praeter ova existere aliam generandorum animalium materiam et principium, antiquitas exemplo anguillarum et lumbricorum credidit, in quibus organa sexuum nulla deprehendere potuit.

9. δοκεῖ δὲ αὕτη — ποταμὸν] Haec luxata ita vertit Furlanus: *Videtur enim haec sponte et centriscus, quem vocant, fieri, ut Heracleae in Lyco fluvio.* Voluisse is videtur scriptum αὕτη αὐτομάτη. Centrisco idem ex Aristotele h. a. 4, 1. κορῖνος aut e Suida κεστρῖνος substituendum censuit. κεστρῖνον pro κεστρεῖ nominavit Anaxandrides comicus Athenaei 7. p. 307. Equidem hanc coniecturam unice probandam censerem, si de usu prosaico vocabuli κεστρῖνος aliunde constaret. Nunc vero formam κεστρινίσκος praefero, qua usus Athenaeus esse reperitur. Recte autem Furlanus admonuit e sexto histor. animal. c. 15. esse genus mugilum, quod sponte gignatur. Plura loca posui in Histor. litter. piscium p. 74. Ibidem p. 32. posui locum Strabonis 4. p. 17. ed. Sieb. ubi κεστρέα fossilem memorat. Meliore ordine haec excerpsit Plinius 9. s. 83. *Circa Heracleam eamdem eodemque Lyco amne decedente, ovis relictis, in limo generari pisces, qui ad pabula petenda palpitent exiguis branchiis, quo fieri non indigos humoris: propter quod et anguillas diutius vivere exemptas aquis. Ova autem in sicco maturari, ut testudinum.* ubi Pintiani emendationem et laudem vindicavit sibi Harduinus. Antea legebatur: *quod fieri non indigo.*

τὴν διαμονὴν — εἶναι] Formam vertendo recte mutavit Furlanus: *indeque pisces geniti in terra degunt: id quod consentaneum est.*

ᾠῶν τὴν πρώτην] Pessime Heinsiana τὴν τροφὴν dedit, quod versio Furlani etiam reddidit.

οὐ μὴν μέγεθός γε] Aldinum et Voss. μέγεθός τε ita correxi. Furlanus et Heinsius μέγεθός τι fecerunt.

10. παντελῶς ὑπάρχει] Vulgatum ὑπάρχειν praeeunte Furlani versione correxi.

πολλῆς δεομένων] Vulgatum δεομένου correxi. *quasi parum refrigerari opus habeant* vertit Furlanus. Deinceps Ald. διὸ καὶ ἄγχυσις correxit Furlanus: equidem articulum inserui. ἔγχυσις habet Voss. liber.

καὶ ἅμα ἐν τοῖς γε ὀρυκτοῖς] Praepositionem ἐν delendam censeo. Verba ἐκ τῆς περιοχῆς non reddidit Furlanus

vertens: *ex terrae frigore, ubi latent, non parum praestatur auxilii.*

11. Ἴδιον δὲ τὸ παρὰ ταῦτα] Articulum ut inutilem seclusi. Confirmat emendationem locus Athenaei postea ponendus. Auctor θαυμασ. ἀκουσμ. c. 75. Φασὶ δὲ καὶ περὶ Παφλαγονίαν τοὺς ὀρυκτοὺς γίνεσθαι ἰχθῦς κατὰ βάθους. τούτους δὲ τῇ ἀρετῇ ἀγαθοὺς οὔτε ὑδάτων φανερῶν πλησίον ὄντων οὔτε ποταμῶν ἐπιῤῥεόντων, ἀλλ' αὐτῆς ζωογονούσης τῆς γῆς. Athenaeus 8. p. 331. Ἴδιον δὲ παρὰ τούτους συμβαίνει τὸ περὶ τοὺς ἐν Παφλαγονίᾳ ὀρυκτοὺς καλουμένους ἰχθῦς γινόμενον. ὀρύττεσθαι γὰρ κατὰ βάθους πλέονος τοὺς τόπους, οὔτε ποταμῶν ἐπιχύσεις ἔχοντας οὔθ' ἑτέρων ναμάτων, καὶ εὑρίσκεσθαι ἐν αὐτοῖς ἰχθῦς ζῶντας. ubi ante Casaubonum legebatur: κατὰ βάθος πλέον ἐς οὔτε θερμῶν. Plinius l. c. *Idem tradit, in Paphlagonia effodi pisces gratissimos cibis terrenos, altis scrobibus, in his locis, ubi nullae restagnent aquae; miratusque et ipse, gigni sine coitu, humoris quidem vim aliam inesse quam puteis arbitratur, ceu vero in nullis reperiantur pisces.* Haec est scriptura loci ab Harduino invecta, cum antea editum fuisset: *Miraturque et ipse gigni sine coitu. Humoris quidem vim aliquam inesse quam puteis arbitratur, cum in nonnullis reperiantur pisces.* Ait, se accurate secutum esse vestigia exemplarium regiorum 1, 2. Colbert. 1. 2. quanquam nec omnino ipsa quoque mendi expertia esse videri confiteatur. Interpretatur locum ita: *Theophrastus terrenos pisces ait illos sine coitu nasci miratus, aliam ex eo* (coitu?) *vim subterranei humoris eius, unde proveniunt, esse coniecit, quam puteorum: tamquam scilicet coitu tantum puteales pisces nascerentur omnes. Sed cum satis constet, recentibus in puteis pisces statim inveniri, non diversam, sed similem eamdemque utrique humori contra Theophrastum vim esse apparet.* Ubi plane nihil intelligere me, ingenue confiteor. Ab Harduini opinione diversus abiit Brotier, qui veterem scripturam, *miratusque et ipse gigni sine coitu, humoris quidem vim aliquam inesse quam puteis, arbitratur, ceu vero in nullis reperiantur pisces,* restituit, comparato loco Taciti Annal. 1, 4. *Ne in iis quidem annis aliquid quam iram et simulationem — meditatum.* Unde emergit interpretatio eadem, quae e scriptura Harduini. Pintianus *sine coitu humoris* iunctim scripta verba interpretabatur e loco Theophrasti, ut ait, sine restagnatione aquarum. Cetera inverso ordine sic scribebat: *Vim quidem aliquam*

inesse quam puteis arbitratur, cum in nonnullis reperiantur pisces. Vossius ad Melam p. 181. coniecit: *ceu vero in illis reperiantur pisces.* Equidem nullam harum coniecturarum approbare possum; nec ipse meliorem rationem excogitare potui. Auctorem narrationis nominavit Strabo 12. p. 153. Sieb. Eudoxum his verbis: *Εὔδοξος δὲ ὀρυκτοὺς ἰχθῦς ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ λέγων ἐν ξηροῖς τόποις, οὐ διορίζει τὸν τόπον· ἐν ὑγροῖς δὲ τὸν περὶ τὴν Ἀσκανίαν λίμνην φησὶ, τὴν ὑπὸ Κίῳ, λέγων οὐδὲν σαφές.* Itaque mirum non est, Theophrastum locum accurate non designasse, quem ab Eudoxo negligenter indicatum repererat.

Λοιπὸν γὰρ δὴ] Alterutrum abesse mallem, potius tamen *γάρ.* Furlanus vertit: *ut reliquum sit, sponte eos gigni, idque frequenter: coire enim nequeunt.* non sine errore.

εἴτε δὴ τοῦτο] Furlanus vertit: *quod si ita est, statuendum etiam illud erit, locum illum quasi humidum et genitabilem esse ad horum procreationem idoneum, quod caloris et humoris commoderatam mistionem habeat.* unde coniicio, eum scriptum voluisse: *εἰ δὲ δὴ τοῦτο, θετέον.* Sed cum sequatur *εἴτε δεῖ διανοεῖν*, quod Furlanus vertit *aut intelligere oportet, humorem aliunde derivari*, quasi *ἢ δεῖ διανοεῖν* scriptum legerit aut voluerit, ratio ista non procedit. Nec mutatione verborum ulla opus est, sed mutata distinctione. Vulgo enim legebatur: *μίξις. εἴτε δὴ τοῦτο, θετέον, ὥσπερ — ἰχθῦς· εἴτε δεῖ διανοεῖν.* Duplicem rationem affert Philosophus, qua piscium fossilium Paphlagoniae naturam explicare conatur. Aut enim sine coitu nasci censet ipsos, aut ova et semina aliunde ab aquis inferri locis istis suspicatur.

εἴτε δεῖ διανοεῖν] Heinsius *δεῖ* addidit, cum verbum *διανοεῖν* dividere debuisset, ut feci. Voss. liber habet *εἴτε διαναναεῖν.*

σχεδὸν γὰρ — τούτων] Furlanus: *Nam pene alienum ab his quidquam afferre vix possumus:* quae non magis intelligo, quam graeca vitiosa.

12. *ἀρά γε εἰς*] Aldinam scripturam, *ἀρά γε εἰς ὕδωρ ἀφιέμενον — φύσεις, καθάπερ καὶ τοὺς ἐν θαλάττῃ καὶ τοῖς ποταμοῖς*, satis bene correxerat Furlanus; sed Heinsiana inepte *εἰ* post *ἀρά γε* inseruit. Versio habet: *Illud vero de utroque genere inspiciat aliquis, eorum inquam, qui in sicco degunt et fossilium piscium, an, si in aquam mittantur, vivere possint, an locum proprium potius appetant.*

τοῖς ἐν ποταμοῖς] Praepositionem de meo addidi.

ἐπεὶ ὅσα γε — καὶ ὅσοι] Prius ὅσα poterat ad γένη relatum fortasse tolerari, sed malui ὅσοι γε, ut est in altero membro.

ὡς ἀμφιβίοις κατὰ Δημόκριτον] Quo pertineat mentio Democriti, obscurum est, ad ipsum argumentum, ut suspicor, an ad nomen amphibiorum. Apparet, Democritum etiam de piscibus in sicco degentibus meditatum scripto opinionem prodidisse.

ἐπ' ἄλλων συμβαίνει] Intellige aquatilibus aliis, ἐνύδρων. Aldina ἁπλοῖς et ἐρέθη habet: item Voss. liber, qui paulo antea ὀρατοῖς pro ὀρυκτοῖς dabat.

Locum Theophrasti de fossilibus piscibus respexit Seneca Quaest. natur. 3, 16. ubi inter alia de subterraneis animalibus est: *Inde, ut Theophrastus affirmat, pisces quibusdam locis eruuntur. — Et sunt qui fabulas putent, pisces vivere posse sub terra, et effodi, non capi?* Antiquissimus locus de iisdem est apud Aristotelem de Respiratione c. 9. ἐπεὶ καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πολλοὶ ζῶσιν ἐν τῇ γῇ ἀκινητίζοντες, καὶ εὑρίσκονται ὀρυττόμενοι.

Ceterum de piscibus fossilibus in Gallia Narbonensi locum Polybii excerpsit Athenaeus 8. pag. 332. quem inter Fragmenta libri 34. relatum commentario Io. Hermanni illustravit Schweighaeuser Tomi VIII. p. 118. Plura ea de re dixerat antea Io. Beckmann ad Aristotelis θαυμάσια ἀκούσματα c. 75. pag. 149. seqq. quos lectores curiosi adibunt, qui rem mirabilem penitus cognoscere voluerint. Strabo de iisdem piscibus Narbonensibus tradens libro 4. p. 16. Sieb. κεστρεῖς nominavit. Ibi vocabulum ἀλυκίδες dubiam habet significationem: locus dicitur ἀλυκίδων μεστός: quas vulgo salinas vel salsolas interpretantur sine auctoritate, nisi quod Mela 2, 5., qui campum eundem describere videtur, *fontem Salsolas* ibi nominavit. Aliter rem narravit auctor θαυμασίων c. 91. Haec sunt loca veterum scriptorum omnia, qui de piscibus fossilibus narrarunt: de quibus longiorem disputationem exordiri nunc nec vacat nec hic locus est commodus.

XIII.

AD FRAGMENTVM DE ANIMALIBVS COLOREM MVTANTIBVS.

καὶ λίθοις] Athenaeus 7. p. 317. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας τὸν πολύποδά φησι τοῖς πετρώδεσι μάλιστα μόνοις ἐξομοιοῦσθαι, τοῦτο ποιοῦντα φόβῳ καὶ φυλακῆς χάριν. ubi Stephanus in annotatione ad hunc libellum τόποις pro μόνοις scribi voluit. Casaubonus contra maluit μάλιστα ἢ μόνοις, quam coniecturam unice probandam censeo. Saepissime idem vitium in libris de plantis correxi. Vulgatum ποιοῦνται ex Epitôme MSta nuperus correxit Editor. Ceteri quidem scriptores omnes petras tantum commemorarunt, quorum loca posuit Casaubonus.

ὁ τάρανδος] Stephanus varietatem scripturae τάραδος annotavit.

καὶ τὸ ἐρυθρὸν] In altero exemplari Photii inspecto a Stephano haec verba videbantur esse expuncta: et Plutarchum de discrimine amici et adulatoris pag. 172. Hutten. eadem neglexisse videri annotavit idem Stephanus. Verba sunt: Ὁ δὲ κόλαξ ἀτεχνῶς τὸ τοῦ χαμαιλέοντος πέπονθεν· ἐκεῖνος γὰρ ἅπασῃ χρόᾳ πλὴν τοῦ λευκοῦ συναφομριοῦται. At Plinius 8. s. 51. *Et coloris natura mirabilior: mutat namque eum subinde et oculis et cauda et toto corpore, redditque semper quemcunque proxime attingit praeter rubrum candidumque. Defuncto pallor est.*

2. ἐπίτασις] Varietatem περίτασις annotavit Stephanus. Deinceps αὐάζοντες ποιοῦνται edidit Stephanus, annotata scriptura deteriore ἐξαυάζοντες ἰῶνται, quam tamen cum Furlano Heinsius secutus prodidit.

Θαυμαστὴ δὲ ἡ μεταβολὴ] Articulum Heinsiana omisit.

οὐ πεφυκότων ἀλλοιοῦσθαι] Expectabat lector οὐσῶν et πεφυκυιῶν ad τριχῶν referenda, ut admonuit etiam Sylburg.

πρὸς πολλὰ ποικιλλομένη] Furlanus vertit: *multipliciter variata.* Videtur transmutationem coloris ad variorum corporum vicinorum colores dicere.

3. Ὁ δὲ χαμαιλέων] In altero exemplo et quidem meliore Stephanus πολύπους scriptum reperit, ita tamen, ut in hoc quoque scriptum fuisse suspicaretur χαμαιλέων: liturae enim vestigia in pergamena etiamnum videbantur superesse,

Veram scripturam recepit cum Furlano Heinsius, probavit in annotatione Sylburg.

τὸ τοῦ πνεύμονος] Stephanus in altero exemplo πν̃ς scriptum reperit; quod compendium valet πνεύματος: idem exemplum etiam πν̃ι et πν̃ικὸν habet. Verum tamen probavit et recepit Stephanus, pravum πνεύματος Heinsiana.

δῆλός ἐστιν] Furlanus vertit: *itaque etiam illo mortuo extractus si impletur* (voluit *infletur*), *magnitudinem suam facile prodit.* Mihi contra vertenda haec videntur ita: *ut etiam ipse exsurgat et inflatus appareat.* Furlanus ἐξαιρούμενος cogitavit aut scriptum voluit. Aristoteles h. a. 2, 11. de pulmonibus ita tradit: καθ' ὅπαν δ' αὐτοῦ τὸ σῶμα σχεδὸν διατείνουσιν ὑμένες πολλοὶ καὶ ἰσχυροὶ, καὶ πολὺ ὑπερβάντες τῶν περὶ τὰ λοιπὰ ὑπαρχόντων. Ἐνεργεῖ δὲ καὶ τῷ πνεύματι ἀνατετμημένος ὅλος ἐπὶ πολὺν χρόνον βραχείας ἰσχυρᾶς ἔτι κινήσεως ἐν αὐτῷ περὶ τὴν καρδίαν οὔσης, καὶ συνάγει διαφερόντως μὲν τὰ περὶ τὰ πλευρὰ, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος. Quem locum interpretatus sum in Specimine Physiologiae Amphibiorum I. p. 41. Plinius 11. s. 73. *Chamaeleoni portione maximus pulmo et nihil aliud intus.* quem locum iam olim Sylburgius comparavit. Plutarchus locum nostrum integriorem excerpsit de solertia animalium pag. 187. Hutten. μεταβάλλει γὰρ ὁ μὲν χαμαιλέων οὐδέν τι μηχανώμενος οὐδὲ κατακρύπτων ἑαυτὸν, ἀλλ' ὑπὸ δέους ἄλλως τρέπεται φύσει ψοφοδεὴς ὢν καὶ δειλός. Συνέπεται δὲ καὶ πνεύματος πλῆθος, ὡς Θεόφραστος· ὀλίγον γὰρ ἀποδεῖ πᾶν τὸ σῶμα τοῦ ζώου πλῆρες εἶναι πνεύμονος· ᾧ τεκμαίρεται τὸ πνευματικὸν αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὰς μεταβολὰς εὔτρεπτον. ubi Codices similiter πνεύματος pro πνεύμονος scriptum habent.

Narrationem de tarando e communi fonte derivasse videtur auctor θαυμασίων c. 29. ad quem Io. Beckmannus omnia veterum scriptorum loca diligentissime comparavit, ad alcen referens tarandum Scythicum. Unum superest, de quo lectorem admonendum censeo. E verbis, quibus cornu tarandi totum pilosum et cute tectum memoratur, apparet, recens a mutatis cornibus animal visum fuisse ab eo, cui primam eius notitiam debemus. Notum enim etiam vulgarium cervorum cornibus recenter enatis cutem pilosam adhaerere, quae procedente tempore atque indurato cornu deteritur.

XIV.

AD FRAGMENTVM DE ANIMALIBVS QVAE REPENTE APPARENT.

περὶ τῶν ἀθρόον] Furlanus, cuius nullae extant ad hunc libellum annotationes, in inscriptione *ἀθρόως* posuit.

ἐκφαίνεται δὲ διὰ] Alterius exemplaris scripturam cum Stephano praetuli vulgatae *καὶ ἐκφαίνεται δέ*. Sequens *μὲν* seclusi, omissum a Furlano et Heinsio.

καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων] Male Furlanus et Heinsius *καὶ τοῦτο* ediderunt. Stephani annotatio haec est: *Videtur velle dicere Theophrastus, hoc genus ranarum aliud esse ab eo, quod sit ἐν λίμναις καὶ ἐν τέλμασιν, eodem tamen tempore utriusque generis magnam copiam emergere. Sed quomodo graeca, quibus hoc indicat, emendanda sint, nondum satis perspicere potui.* Videtur vir egregius *τῶν ἄλλων* intellexisse de ranis aliis, cum potius ad alia genera referantur, quae in terra condita latent. Ipsum ranarum genus, de quo loquitur, est illud, quod hodie bufonum nomine appellamus.

2. *Ὅτι μᾶλλον*] Explicat copiosius, quae breviter antea indicata fuerant verbis: *καὶ μετὰ τὸ παρελθεῖν αὐτὰ ἔτι μᾶλλον γίνονται*.

ξηρανθῇ] Verba et sensum corrupit Heinsius *ξηρὰ, θῇ* prodens.

3. *ἀττέλαβοι*] Hic et ubique Furlanus et Heinsius *ἀττέλαβοι* dederunt: equidem Stephanum secutus sum et Sylburgium, qui quatuor capita de animalibus haec praeter quintum de piscibus cum Aristotelis historia animalium vulgavit.

4. *βρούκους*] Vulgabatur *βαρούκτους*. Emendarunt certatim viri docti, Sylburgius, Bochartus Hieroz. 2, 4, 2. pag. 447. et interpretes Hesychii ad glossam: *Βροῦκος, ἀκρίδων εἶδος. Ἴωνες. Κύπριοι δὲ τὴν χλωρὰν ἀκρίδα βροῦκαν, Ταραντῖνοι δὲ ἀττέλεβον. ἕτεροι ἀρουραίαν μάντιν.* Ionum est *βροῦκος*, reliquorum Graecorum dialectus *βροῦχον* usurpavit. Iones etiam *ἀττέλεβον*, reliqui Graeci *ἀττέλαβον* vocarunt, quem Hesychius *ἀκρίδα μικρὰν* interpretatur. In Herodoto tamen 4, 172. libri non pessimi *ἀττελέβους* mutant in *ἀττελάβους*.

σημείῳ (πεισθέντες) τῷ χρῶμα — παραπλησίως] Stephanus edidit *σημείῳ τῷ χρώματι παραπλησίως*: cum Furlano Heinsius *σ. τ. χρώματι παραπλήσια*. Furlanus vertit: *quan-*

quam quidam putant argumento levi coloris quosdam esse similes illis, qui in illa regione fuerint: unde sponte nasci opinantur. Ineptissime. τὰ ἐν τῇ χώρᾳ sunt herbae et gramina, quorum colorem viridem assumunt locustae. Sylburgius coniecit: οὐκ ἀκριβεῖ χρώμενοι τῷ σημείῳ, vel: οὐκ ἀκριβεῖ σημείῳ χρώμενοι.

5. φυσικῇ] Sylburgius φθισικῇ coniecit: quo non opus est.

οἰστρᾷ — φθείρεται] Statim sequitur pluralis numerus. Vereor igitur, ne culpa sit librariorum.

Φθείρονται δὲ καὶ διὰ χειμῶνα] Heinsius repetitum verbum φθείρονται in antecedente membro male omisit.

αὐτὰ εἰς αὐτοὺς] Recte Sylburgius εἰς ταύτας aut εἰς ταὐτὸ scribi voluit.

6. ὄφεων δύο τινὰ] E caede et sanguine Titanum bestiarum venenatarum ortum derivavit praeter Aeschylum Suppl. versu 273. et Apollonium Rhodium etiam Nicander Theriac. initio, ad quem plura dicentur. Narrationis Theophrasteae vestigia nusquam reperire mihi contigit, nisi in capite 22. inter θαυμάσια ἀκούσματα, ubi est: περὶ Θετταλίαν μνημονεύουσιν ὄφεις ζωογονηθῆναι τοσούτους, ὥστε, εἰ μὴ ὑπὸ πελαργῶν ἀνηροῦντο, ἐκχωρῆσαι ἂν αὐτούς· διὸ καὶ τιμᾶσι τοὺς πελαργούς, καὶ κτείνειν οὐ νόμος. Quae partim repetiit Plutarchus de Iside, Plinius 10. c. 23. et Solinus c. 40. uti docuit in annotatione Io. Beckmann.

7. ἔξω χειμάζει] Haec Furlanus vertere omisit. Puto significare: *pluvias etiam extus illis sunt infestas, eosque intrans latebris terrae expellit.*

σκώληξ] Plinius 10. s. 85. *Super cuncta est murium fetus. — Itaque desinit mirum esse, unde vis tanta messes populetur murium agrestium: in quibus illud quoque adhuc latet, quonam modo illa multitudo repente occidat. Nam nec exanimes reperiuntur, neque extat, qui murem hieme in agro effoderit. Plurimi ita ad Troadem proveniunt. — Proventus eorum siccitatibus: tradunt etiam obituris vermiculum in capite gigni.* Nihil tale Aristoteles h. a. 6, 37. ubi de mira murium fecunditate et subito discessu et mortis genere docet fere eadem.

8. σίδηρον κατεσθίειν] Sylburgius sequens χρυσίον mutabat in χρυσόν; recte, ut puto. Auctor θαυμασίων c. 24. ἐν Γυάρῳ τῇ νήσῳ λέγεται τοὺς μῦς τὸν σίδηρον ἐσθίειν. Ita enim vulgatum Κύπρῳ — μετας ex Antigono Carystio c. 21. Stephano Byz. in Γύαρος, Suida sub eadem voce emen-

darunt Interpretes. Plinius 8. c. 29. *M. Varro auctor est — ex Gyaro Cycladum insula incolas a muribus fugatos.* Idem c. 57. *Theophrastus auctor est, in Gyaro insula, cum incolas fugassent, mures ferrum quoque rosisse.* Aelianus h. a. 5, 14. Ἐν τῇ Γυάρῳ τῇ νήσῳ Ἀριστοτέλης λέγει μῦς εἶναι, καὶ μέντοι καὶ τὴν γῆν σιτεῖσθαι τὴν σιδηρῖτιν. Narrationem bene illustravit Io. Beckmannus ad Aristotelis θαυμασ. l. c. qui in Aeliano similiter Ἐν Γυάρῳ scribendum vidit cum aliis viris doctis.

ἀνατέμνοντες] Auctor θαυμασίων c. 25. post superiorem narrationem subdit: Φασὶ δὲ καὶ τοὺς Χάλυβας ἔν τινι ὑπερκειμένῳ αὐτοῖς νησιδίῳ τὸ χρυσίον συμφορεῖσθαι περὶ πλειόνων· διὸ καὶ ἐν τοῖς μετάλλοις ἀνασχίζουσιν, ὡς ἔοικε. quae vitiosa et lacunosa ita corrigebat Heyne: περὶ τοὺς Χάλυβας — ὑπὸ πλειόνων, intellecto μυῶν. Plinius 8. c. 57. post superiora de muribus pergit: *id natura quadam et ad Chalybas facere in ferrariis officinis. Aurariis quidem in metallis ob hoc alvos eorum excidi, semperque furtum id deprehendi: tantam esse dulcedinem furandi.* Unde ordinem narrationis, qui fuit olim in Theophrasti loco integriore et Aristotelis, licet suspicari. Comparavit Io. Beckmann epigramma Antiphili Analectorum Brunckii II. p. 175. ubi muris ventre exsectum auri ramentum memoratur. Ceterum χρυσίοις cum Furlano dedit Heinsius.

9. δίποδας] De his dixi ad magistri h. a. 6, 37. ubi eadem narrantur. Addo nunc quaedam ad initium capitis. Primum de muscis quae traduntur, manifestum faciunt miraculum, quod Elei memorabant, per ludos Olympios muscas trans Alpheum abire, nec hominibus molestas esse. Plinius 29. c. 6. Aelianus h. a. 5, 7. Herculi sacrificanti Διὶ Ἀπομυίῳ beneficium hoc assignabant, teste Pausania 5, 14.

De locustarum generatione et interitu eadem aut similia tradidit Aristoteles h. a. 5, 28. et 29. ad quem vide annotata. Plinius 11. c. 29. Aristotelicis haec subiunxit excerpta e Theophrasto: *Est et alius earum obitus. Gregatim sublatae vento in maria aut stagna decidunt. Forte hoc casuque evenit, non, ut prisci existimavere, madefactis nocturno humore alis. Iidem quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab iis transiri continuata plurium dierum fame quoque. — Italiam ex Africa maxime coortae infestant, saepe populo ad Sibyllina coacto remedia confugere, inopiae metu.*

De ranis Autoriatas sedibus suis expellentibus est nar-

ratio apud Athenaeum 8. p. 333. Iustinum 15, 2. et Aelianum h. a. 17, 41. ubi *βάτραχοι ἡμιτελεῖς πολλοὶ πεσόντες ἐξ ἀέρος*, i. e. ranis pluisse dicitur. Hae fuisse videntur larvae ranarum lacustrium. Bufonum vero pullos post pluvias vulgo vias et semitas omnes obsidere, notum est.

Cochleas in occulto vel in terra latere per calorem constat; et bene Plautus Captivorum 1, 1, 12. *Quasi cum caletur, cochleae in occulto latent, suo sibi succo vivunt, ros si non cadit.*

XV.

AD FRAGMENTVM DE ANIMALIBVS QVAE DICVNTVR INVIDA.

ὁ *γαλεώτης*] Auctor *θαυμασίων* c. 67. Plinius 8, 31. Aelianus h. a. 3, 17. eadem narrant. Explicavit rem Io. Beckmann ad auctorem *θαυμασ.* p. 139. ex quo vulgatum *ἐκδύηται* correxi.

τὸ δεξιὸν κέρας] Auctor *θαυμασ.* 76. *τὰς ἐν Ἠπείρῳ ἐλάφους κατορύττειν φασὶ τὸ δ. κ. ὅταν ἀποβάλωσι, καὶ εἶναι πρὸς πολλὰ χρήσιμον.* Aristoteles h. a. 9, 6. sinistrum cornu nominavit: ad quem plura dixi de ea narratione.

φρύνης φάρμακα]. A Nicandro aliove scriptore inter alexipharmaca commemoratum cornu cervi nondum reperi.

πρὸς ἔνια χρήσιμον] Aelianus h. a. 3, 17. *ἴυγγας ἐρωτικὰς τῷ πώλῳ συντίκτουσα ἵππος οἶδε ταῦτά τοι καὶ ἅμα τῷ τεχθῆναι τὸ βρέφος ἤδη τὸ ἐπὶ τῷ μετώπῳ σαρκίον ἀπέτραγεν· ἱππομανὲς ἄνθρωποι καλοῦσιν αὐτό. Καὶ οἱ γόητες τοῦτό φασιν ὁρμάς τινας ἑλκτικὰς εἰς μῖξιν ἀκατάσχετον καὶ οἶστρον ἀφροδίσιον παρέχειν καὶ ἐξάπτειν.* ubi vide annotata, et ad 14, 18.

πιτύαν] Auctor *θαυμασ.* c. 77. Plinius 8, 31. Aelianus h. a. 3, 19. et annotatio Io. Beckmanni ad primum locum.

ἐνουρεῖν] Aelianus h. a. 4, 17. Plinius 8, 37.

τὸ οὖρον] Auctor *θαυμασ.* c. 78. Aelianus h. a. 4, 17. De lyncurio vide annotationem Io. Beckmanni ad locum priorem.

2. *καὶ οἱ λογικοὶ*] Articulum *οἱ* non habet editio Stephani ac Sylburgii. Deinceps vulgatum *οἱ κύνες* correxi. Postea *χόρεια* cum Furlano Heinsius dedit. Sylburgium vulgatum *σχεδὸν καὶ τὰ τετράποδα* corrigentem secutus sum.

περιῤῥίπτει τὰ κάρφη] Magister h. a. 6, 2. *ὀχευθεῖσαι δὲ αἱ μὲν ὄρνιθες φρίττουσί τε καὶ ἀποσείονται καὶ πολλάκις κάρφος περιβάλλονται· ποιοῦσι δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ τεκοῦσαι ἐνιότε.* Cf. dicta ad Oppiani Ixeutica 1, 22. p. 428.

ἐπαίροντες τὰ σκέλη] Aristoteles h. a. 6, 20. *τὸ δὲ σκέλος αἴροντες οὐροῦσιν οἱ ἄῤῥενες, ὡς μὲν ἐπιτοπολὺ, ὅταν ἑξάμηνοι ὦσι· ποιοῦσι δέ τινες καὶ ἕτεροι τοῦτο ἤδη ὀκτάμηνοι ὄντες, καὶ πρότερον ἢ ἑξάμηνοι. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅταν ὀχεύειν ἄρξωνται, αὐτὸ ποιοῦσιν. Αἱ δὲ θήλειαι πᾶσαι καθεζόμεναι οὐροῦσιν· ἤδη δέ τινες καὶ τούτων ἄρασαι τὸ σκέλος οὔρησαν.*

ὅταν λάβῃ τὸ ἠρύγγιον] Diversam magistri narrationem h. a. 9, 3. excerpsit Antigonus c. 115. ad quem vide annotationem Io. Beckmanni. Deinceps *λυγκὸς* malebat Sylburgius. Tussim enim *λύγγα* solemne fuit Graecis dicere, animal *λύγκα*.

ὁ αὐτὸς κατάλογος] Furlani versio, *eadem ratio in lynce et cervo fuerit*, correctionem *λόγος* suppeditat non spernendam.

Postremo loco ponam locum Plutarchi Quaestion. Conviv. 7, 2. p. 291. Hutten. qui hunc nostrum excerpsit ex libello integriore: *Θεοφράστου — ἐν οἷς πολλὰ συναγήοχε καὶ ἱστόρησε τῶν τὴν αἰτίαν ἀνεύρετον ἡμῖν ἐχόντων, οἷός ἐστιν ὁ τῶν ἀλεκτορίδων, ὅταν τέκωσι, περικαρφισμὸς, ἥ τε καταπίνουσα φώκη τὴν πιτύαν ἁλισκομένη, καὶ τὸ κατορυσσόμενον ὑπὸ τῶν ἐλάφων κέρας, καὶ τὸ ἠρύγγιον, ὃ μιᾶς αἰγὸς εἰς τὸ στόμα λαβούσης, ἅπαν ἐφίσταται τὸ αἰπόλιον· ἐν τούτοις γὰρ καὶ τὸ κερασβόλον τῶν σπερμάτων προτίθεται πρᾶγμα πίστιν ἔχον, ὅτι γίγνεται, τὴν δ' αἰτίαν ἔχον ἄπορον ἢ παγχάλεπον.* ubi in verbo *καταπίνουσα* vitium haesit; corrigo *ἐξεμοῦσα* ex hoc nostro loco, nisi plura etiam in Plutarcho exciderunt verba, quibus ὁ *γαλεώτης τὸ δέρμα καταπίνων* fuerit commemoratus.

Locum in Lexico Photii p. 86. *Ἱππόστρατος ὀφθορὰ ζῶα* et cetera ex hoc libello nescio a quo grammatico consarcinatum, et misere lacerum, facile hunc emendabis.

XVI.

AD FRAGMENTA DE ANIMALIBVS LATITANTIBVS.

I. habet Athenaeus 2. p. 63. Casauboni, p. 243. Schweighaeuseri. II. Idem libri 3. p. 409. Schw. III. Idem libri 7. p. 314. p. 161. Schweigh.

IV. Hoc Fragmentum ex auctore *θαυμασίων* cap. 64. coniectura ductus, quam e narrationis membro altero de piscibus gelatis derivavi, Theophrasto adscripsi. Supra enim in libro de piscibus in sicco degentibus obiter eorumdem Ponti piscium meminit. Ceterum verba quaedam editionum vulgatarum correxi, partim e Codice Vindobonensi, cuius varietatem apposuit Io. Beckmann. Iam olim H. Stephanus e veteri libro defectum verborum *φωλεύοντα*, deinde *οὔτε ὅταν ὑπὸ τοῦ πυρὸς διακαυθῇ — μὴ αἰσθάνεσθαι* suppleverat: equidem particulam *δὲ*, quae ante *ἀφοδεύοντα* legebatur, Codicis Vindob. auctoritate sustuli, eamque eodem auctore post sequens *οὔτε* ante *ὅταν* inserui. Statim *ὅτε τὰ πτερὰ* Codex dat; atque ubi vulgabatur *οὔτε ὅταν ἐπὶ τὸν ὀβ.*, rectius *ἀλλ' ὅταν* praebuit. Hinc necesse fuit sequens vulgo *οὔτε ὅταν ὑπὸ τοῦ πυρὸς* mutare in *καὶ ὅταν ὑπὸ τοῦ πυρὸς*, ut sententia constaret. Verba denique postrema, *περικοπέντας καὶ περιτμηθέντας*, haud recte Niclasius vertebat: *piscium etiam multos occisos et circumsectos non sentire.* Debebat: *Piscium etiam multos* (nempe gelatos), *dum exciduntur e glacie et circumciduntur, minime sentire, sed tum demum, cum* (in patinam coniecti) *igne calefiunt.*

XVII.

FRAGMENTVM *περὶ τῶν δακέτων καὶ βλητικῶν* habet Athenaeus libri 7. p. 314. Casaub. p. 151. Schweigh.

XVIII.

AD LIBELLI DE MELLE FRAGMENTVM.

περὶ μελιττῶν] Furlanus *de Melle* inscripsit in versione, quam solam posuit Heinsiana. In verbis nihil fuit mutatum, nisi vulgatum *εἰς αὐτὸ ἕλκῃ*, quod monente Sylburgio correxi. De mellis generibus et generatione sermo est, nec apium ulla fit mentio, nisi in extremo versu; unde de auctoritate inscriptionis dubitatio haud levis nascitur. Diogenes 5, 44. librum Theophrasti *περὶ μέλιτος* commemoravit: unde inscriptionem Fragmenti mutandam cum Menagio et Fabricio censui. Generatio mellis triplex traditur; ex aere, floribus et e *καλάμοις*. Floribus quidem adiunguntur *ἄλλα, ἐν οἷς ἐστιν ἡ γλυκύτης*, i. e. alia, quibus mellea dulcedo

inest. Quaenam ea sint, nusquam explicatum reperi. Videntur tamen non tam corpora alia, quam partes aliae plantarum (μέρη ἄλλα) intelligi. Nam tertia mellis generatio ἡ ἐν τοῖς καλάμοις additur, quam Furlanus interpretatur: *tertia, quae fit in arundinibus.* Plinius 11. c. 12. *omne mel ex aere nasci statuere videtur. Venit hoc ex aere, et maxime siderum exortu, praecipueque ipso sirio exsplendescente fit, nec omnino prius vergiliarum exortu, sublucanis temporibus. Itaque tum prima aurôra folia arborum melle roscida inveniuntur: ac si qui matutino sub dio fuere, unctas liquore vestes capillumque concretum sentiunt: sive ille est caeli sudor, sive quaedam siderum saliva, sive purgantis se aeris succus: utinamque esset et purus ac liquidus et suae naturae, qualis defluit primo: nunc vero e tanta cadens altitudine multumque, dum venit, sordescens, et obvio terrae halitu infectus, praeterea e fronde ac pabulis potus et in uterculos congestus apum, (ore enim eum vomunt,) ad haec succo florum corruptus et alveis maceratus totiesque mutatus, magnam tamen caelestis naturae voluptatem affert. Ibi optimus semper, ubi optimorum doliolis florum conditur. — Sorbetur optimum et minime fronde infectum e quercus, tiliae, arundinum foliis.* Haec fuit antiquissima hominum rudium opinio, quam tangit Seneca Epistola 85. *Quibusdam*, inquit, *placet, non faciendi mellis scientiam apibus esse, sed colligendi. Hinc mel aerium Virgilio, quod ex rore aeris factum: Protinus aerii mellis coelestia dona* (Georg. 4, 1.).

Plinius cap. 14. terna mellis genera subiungit: *vernum ex floribus constructo favo, quod ideo vocatur anthinum. — Alterum mellis aestivi, quod ideo vocatur ὡραῖον. — Tertium silvestre, quod ericaeum vocant: convehitur post primos autumni imbres.* Sed haec tria genera cum Theophrastea triplici mellis generatione nihil habent commune. Theophrastus enim aereum mel, a sole concoctum et densatum, incidere cum in terram tum in arborum, inprimis quercus et tiliae, folia statuit, ibique ab apibus colligi. De melle ex floribus collecto, ut de altero in arundinibus nato, quae fuerit eius opinio, excerptor libri annotare omisit.

Aereum mel videtur Theophrastus intelligere illud, quod hodie mannae vocabulo appellare solemus. Amyntas, Alexandri Magni comes, apud Athenaeum 11. p. 500. de aereo melle (ἀερομέλιτι) hoc Asiae tradens: σὺν τοῖς φύλλοις δρέποντες συντιθέασιν εἰς παλάθης Συριακῆς τρόπον πλάττοντες, οἱ δὲ

σφαίρας ποιοῦντες· καὶ ἐπειδὰν μέλλωσι προσφέρεσθαι, ἀποκλάσαντες ἀπ᾽ αὐτῶν ἐν τοῖς ξυλίνοις ποτηρίοις, οὓς καλοῦσι ταβαίτας, προβρέχουσι, καὶ διηθήσαντες πίνουσι, καὶ ἔστιν ὅμοιον, ὡς ἂν τις μέλι πίνοι διείς· τοῦτο δὲ καὶ πολὺ ἥδιον. Quibus similia habet auctor *θαυμασίων ἀκουσμ.* c. 18. *Φασὶ δὲ καὶ ἐν Λυδίᾳ ἀπὸ τῶν δένδρων τὸ μέλι γίγνεσθαι πολὺ, καὶ ποιεῖν ἀπ᾽ αὐτοῦ τοὺς ἐνοικοῦντας ἄνευ κηροῦ τροχίσκους, καὶ ἀποτέμνοντας χρῆσθαι διὰ τρίψεως σφοδροτέρας. Γίνεται μὲν οὖν καὶ ἐν Θρᾴκῃ, οὐχ οὕτω δὲ στερεὸν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ ἀμμῶδες.* Quem locum ante oculos habuit Aelianus h. a. 5, 42. *Ἐν Μηδίᾳ δὲ ἀποστάζειν τῶν δένδρων ἀκούω μέλι, ὡς ὁ Εὐριπίδης ταῖς Βάκχαις ἐν τῷ Κιθαιρῶνι τῶν κλάδων γλυκείας σταγόνας ἀποῤῥεῖν. Γίνεσθαι δὲ καὶ ἐν Θρᾴκῃ μέλι ἐκ τῶν φυτῶν ἤκουσα.* De Thracia aliud praeterea testimonium scriptoris ignoro. De Lydia, cui Aelianus nescio quo auctore vel errore Mediam substituit, testatur Herodotus 7, 31. *ἐν τῇ ἄνδρες δημιοεργοὶ ἐκ μυρίκης τε καὶ πυροῦ μέλι ποιεῦσι.* Idem 4, 194. de Libyae populis Gyzantibus tradit: *ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται, πολλῷ δ᾽ ἔτι πλέον λέγεται δημιοεργοὺς ἄνδρας ποιέειν.* Cum quo loco compara Apollonii Mirabilia c. 38. ubi palmae fructus succum cum Shawio interpretatur Heeren *Ideen* p. 291. ed. prioris. De Mediae regione Mattiana et Armeniae Sacasene et Araxene testantur scriptores apud Strabonem 2. p. 195. *τῶν φύλλων ἀποῤῥεῖν μέλι.* Hoc idem mel aereum seu mannam *μέλιτος ὕοντος* nomine complectitur auctor versionis inscriptionis, quae coenae regis Persarum materiam enumerabat, ab Alexandro Macedone in Asia reperta, apud Polyaenum 4, 3, 32. *τοῦ ὕοντος μέλιτος ἑκατὸν παλάθαι τετράγωνοι, ἀνὰ δέκα μνᾶς ἕλκουσαι.* Sed hoc mel tum demum praeberi regi refertur, ubi degit in Babyloniae regione pro diversis anni tempestatibus. Hoc idem eodem nomine mel in India commemoravit Aelianus h. a. 15, 7. *Ὕεται Ἰνδῶν γῆ διὰ τοῦ ἦρος μέλιτι ὑγρῷ, καὶ ἔτι καὶ πλέον ἡ Πραισίων χώρα, ὅπερ οὖν ἐμπίπτον ταῖς πόαις καὶ ταῖς τῶν ἑλείων καλάμων κόμαις, νομὰς τοῖς βουσὶ καὶ τοῖς προβάτοις παρέχει θαυμαστάς· καὶ τὰ μὲν ζῶα ἑστιᾶται τήνδε τὴν ἡδίστην· μάλιστα γὰρ ἐνταῦθα οἱ νομεῖς ἄγουσιν αὐτὰ, ἔνθα καὶ μᾶλλον ἡ δρόσος ἡ γλυκεῖα κάθηται πεσοῦσα· ἀντεφεστιᾷ δὲ καὶ τὰ ζῶα τοὺς νομέας· ἀμέλγουσι γὰρ περιγλύκιστον γάλα, καὶ οὐ δέονται ἀναμίξαι αὐτῷ μέλι, ὅπερ οὖν δρῶσιν Ἕλληνες.* Ad hoc idem genus pertinere videtur locus Nonni Dionysiacorum 26. p. 451. ubi Arizantia Indiae ferre rorem melleum di-

citur arborum foliis insidentem, quem aves cupide expetitum depascantur.

Plures species mannae ex diversis arboribus et fruticibus colligi diversas gustu et viribus medicis testimonio peregrinatorum hodie constat, quorum postremum tantum nunc nomino, Gallum Olivier, in Itinerario Persico Vol. II. p. 588. versionis Vinariensis. Mannam ex coeli rore decidente et solis calore densato oriri vetus fuit opinio, quae usque ad initium seculi praeteriti viguit, accuratiore vegetabilis naturae cognitione et physiologia damnata atque abolita. Eandem originem vetustas graeca et latina rudis atque ignara melli apium tribuit; qui quidem error non solum poetarum recentiorum etiam libros occupavit, sed, quod merito mireris, ipsum etiam Aristotelem transversum egit; et post multa secula, cum recte Theophrastus a praeceptoris doctrina descivisset, Galenus veterem cantilenam de mellis origine aerea repetiit in tertio libro de alimentorum facultate. Aristotelis locus est historiae animal. 5, 22. *γίνεται δὲ κηρίον μὲν ἐξ ἀνθῶν, κήρωσιν δὲ φέρουσιν ἀπὸ τοῦ δακρύου τῶν δένδρων, μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήψῃ ἡ ἶρις· ὅλως δ᾽ οὐ γίνεται μέλι πρὸ πλειάδος ἐπιτολῆς. Τὸν μὲν οὖν κηρὸν ποιεῖ, ὥσπερ εἴρηται, ἐκ τῶν ἀνθέων, τὸ δὲ μέλι ὅτι οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φέρει τὸ πίπτον, σημεῖον· ἐν μιᾷ γὰρ ἢ δυσὶν ἡμέραις πλήρη εὑρίσκουσι τὰ σμήνη οἱ μελιττουργοὶ μέλιτος.* ubi vulgatur: *ἐκ δὲ τῶν ἀνθέων τὸ μέλι ὅτι οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φέρει πλεῖστον μόνον, σημεῖον,* inepta sententia, quam emendabat Salmasius coniiciens scribendum: *ἀλλὰ φέρει πιστὸν μόνον*, i. e. *germanum ac merum, non adulteratum.* Sed praestat Codicum optimorum fidem atque auctoritatem sequi. Negavit igitur Aristoteles, fieri mel ab apibus colligique materiam eius e floribus; contra ex aere decidere in folia arborum fruticumque, indeque collectum afferri ab apibus statuit; in quo errore asseclam Galenum habuit.

Poetarum figmenta aut errores, a vulgi opinionibus suspectos, quanquam philosophus et naturae studiosus non curat, antiquariis tamen et philologis annotandi sunt vel ideo, ut origo eorum et significatio indicetur. Locum Virgilii supra vidimus. Similiter Antiphilus Epigrammate 28. mel vocat *αὐτοπόνητον ἐν αἰθέρι ῥεῦμα μελισσῶν*, ipsasque apes alloquitur ita mel colligentes: *ἐν ἄνθεσι ποιμαίνεσθε, αἰθερίου πτηναὶ νέκταρος ἐργάτιδες.*

Galenus in loco supra nominato errorem vetustum

confirmare nititur exemplo roris mellei super arborum herbarumque foliis reperti aestate post noctem satis frigidam; quod genus nostrates etiam rorem melleum vocare solent (*Honigthau*). Galenus sua in patria raro id accidere, in Libano autem persaepe quotannis ait, adeo ut expansis super terram pellibus mel a concussis arboribus decidens excipientes ollas ac fictilia plena referant. Hoc vocari et δροσόμελι et ἀερόμελι, mel roscidum et mel aereum. Rustici, rore melleo conspecto, exclamarunt Ζεὺς ἔβρεξε μέλι; cum quo convenit nomen mellis ὕοντος vel ὑομένου. Mel istud in monte Libano collectum memoravit etiam Alexander Aphrodisiensis in Problematibus 2, 79. *Quod sachari*, inquit, *Indi appellant, mellis in harundinibus coagulum est, sole cogente rores ad mellis dulcedinem; quod item in monte Libano fieri certum est.* Non satis caute recteve Alexander cum melle roscido arborum Libani composuit id, quod Indi suo nomine σάκαρ vel σάχαρ nominarunt. De quo antiquissimus locus est Dioscoridis 2, 104. qui post mel Sardoum et Ponticum ita describit Indicum: Καλεῖται δέ τι καὶ σάκχαρον εἶδος ὂν μέλιτος ἐν Ἰνδίᾳ πεπηγότος καὶ τῇ εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ, εὑρισκόμενον ἐπὶ τῶν καλάμων, ὅμοιον τῇ συστάσει ἁλσὶ, καὶ θραυόμενον ὑπὸ τοῖς ὀδοῦσι, καθάπερ οἱ ἅλες. quae totidem verbis repetiit Galenus ceterique medici, velut Aetius, Paulus Aegineta, Oribasiusque; Plinius latine ex communi auctore vertit 12. c. 8. *Saccharon et Arabia fert, sed laudatius India; est autem mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis avellanae magnitudine, ad medicinae tantum usum.*

De hoc genere mellis Indico, σάκαρ, σάχαρ et σάχαρι vel σάκχαρον vocato, varia fuit scriptorum graecorum et latinorum opinio et traditio. Isidorus Originum 17. c. 7. *In Indicis nasci arundines calamique dicuntur, e quorum radicibus expressum suavissimum succum bibunt: unde et Varro ait:*

> *Indica non magna nimis arbore crescit arundo:*
> *illius e lentis premitur radicibus humor,*
> *dulcia cui nequeant succo concedere mella.*

Lucanus designat Indos ita libri 3. versu 237. *quique bibunt tenera dulces ab arundine succos.* Seneca Epistola 84. *Aiunt, inveniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros coeli illius aut ipsius arundinis humor dulcis et pinguior gignat. In nostris quoque herbis vim eamdem, sed minus manifestam et notabilem, poni, quam persequatur et con-*

trahat (apis) *animal huic rei genitum.* Arundinum foliis insidentem rorem mellcum videntur finxisse ad similitudinem roris eius, quem ex arborum foliis et fruticum in Graecia et Italia ab apibus, in Lydia et Persia ab hominibus colligi narrant; hoc manna Arabes, illud mel omnes vocant. Theophrastus autem ab eo errore immunis fuisse videtur; alioqui mel arundinaceum Indicum ad genus secundum retulisset. Nec e rore aereo derivavit; ita enim cum altero genere pariter nominandum fuisset mel arundinaceum. Potius igitur succum proprium et peculiarem arundinis statuisse videtur, internodiis aut radicibus inditum, et aut sponte exsudantem, aut expressum ad potum. Excerptoris inepta *βραχυλογία* fecit, ut in re gravissima dubii haereamus. Nec in historia plantarum arundinum melliferarum mentionem fecit: uno tantum in loco historiae 4. c. 12. meminit arundinum circa Acesinem flumen nascentium, obliquarum, per terram fusarum, crassarum altarumque, folio brevi salicis foliis simili; ex quibus fissis navigia fierent. Eadem tradit Plinius 16. c. 36. et ex Onesicrito, Alexandri comite, Strabo 15. p. 116. Sieb. de provincia Musicani: *καλάμους* (*εἶναι*) *μῆκος μὲν τριάκοντα ὀργυιῶν τοὺς ὀρθίους, τοὺς δὲ χαμαικλινεῖς πεντήκοντα· πάχος δὲ, ὥστε τὴν περίμετρον τοῖς μὲν εἶναι τριπήχη, τοῖς δὲ διπλασίαν.* Unicum superest Nearchi testimonium apud Strabonem libro 15. p. 40. *εἴρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν καλάμων, ὅτι ποιοῦσι μέλι, μελισσῶν μὴ οὐσῶν· οὐ γὰρ δένδρον εἶναι καρποφόρον· ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν.* Postrema verba vitium manifestum contraxerunt, cuius indicium praebuit Salmasio locus Eustathii, ubi haec ita excerpsit: *κάλαμοι ποιοῦσι μέλι, μελισσῶν μὴ οὐσῶν, τοὺς δὲ φαγόντας ὠμοῦ τούτου μεθύειν.* Expectemus igitur Codicum opem, ut loco integritas sua restituatur. Nam quod Editio Lipsiensis e Mediceo libro *καὶ δένδρον εἶναι* dedit, vulnus persanasse non videtur. Interim de succi origine, natura et colligendi ratione nihil inde discimus, quod ad illustrandum Theophrasti locum adhiberi possit. Sed ibidem Strabo Megasthenis, alterius comitis Alexandri, testimonium de Indiae felicitate posuit, qui *radices* stirpium, praecipue calamorum vel arundinum magnarum, dulces et natura et coctione solis et aquae commemorat. Unde patet, fuisse, qui mel arundinum Indicarum e succo radicum colligi atque exprimi narrarent, quos secutus est Varro, in cuius versu Codex Vossianus scriptum habet: *Indica nam magna nimis arbore crescit arundo.* quam scripturam annotavit et probavit Bodaeus

ad Theophrastum p. 480. Narrationem probabilem facere potest, quod de Armenia narrat testis ocularis Xenophon Anabas. 4, 5, 26. de arundinibus maioribus et minoribus sine internodiis servatis in domibus, quas sitientes incolae exsugebant, succum admodum vinosum atque inebriantem exhibentes, nisi aqua admisceretur. Simile est, quod de Media narrat Strabo 11. p. 567. Sieb. ἐκ δὲ ῥιζῶν τινων οἶνον ἐκθλίβουσι, nisi quod is radicum genus nominare omisit.

Mellis nomen servavit auctor Peripli maris erythraei, quem Arrianum esse credunt, tradens de mercibus Indicis: καὶ μέλι τὸ καλάμινον, τὸ λεγόμενον σάχαρι. Contra salem Indicum propter coloris et naturae similitudinem dixisse videtur Archigenes medicus apud Paulum Aeginetam 2, 53. de linguae asperitate: καὶ ὁ ἅλς ὁ Ἰνδικὸς, χρόᾳ μὲν καὶ συστάσει ὅμοιος τῷ κοινῷ ἁλὶ, γεύσει δὲ μελιτώδης· φακοῦ δὲ μέγεθος ἤτοι γε πλεῖστον κυάμου διατρωχθεὶς σφόδρα καθυγραίνειν δύναται. Arabes mel arundinis vocarunt, quod e bambusa arundinacea colligitur, diligentur a saccharo officinarum distinguendum. De utroque comparet lector eruditissimi Sprengelii Historiam rei herbariae T. I. p. 245. et 258.

XIX.

ANNOTATIONES AD THEOPHRASTI CHARACTERES MORALES.

In Prooemio nihil est admodum, quod animadversione dignum videri possit, praeter numerum annorum aetatis, qui editur 99, et mentionem liberorum, quibus hi characteres morales usui futuri esse dicuntur. De aetate Theophrasti dubitatum est varie: nec ullam liberorum mentionem factam reperimus a Diogene Laertio. Oratio etiam Prooemii, si integrum ad nos pervenit, talis est, ut in ea divinam Theophrasti eloquentiam agnoscere non sit facile. Verum iam olim dixi, et nunc in eadem opinione adhuc sum, habere nos, ut e reliquis libris physicis excerpta fragmenta, ita etiam ex hoc libro Theophrasti excerpta morum pravorum exempla, quorum auctor rhetor aliquis fuerit. Eadem deinde alius vel rhetor vel grammaticus in compendium redegit: unde supersunt priores XV characteres. Posteriores e copiosioribus excerptis servavit Codex Vaticanus. Omnes simul characteres scriptos habet et e bono exemplo descriptos Codex Vratislaviensis Bibliothecae Rhedingerianae chartaceus, in quo scripturas satis multas re-

peri aliunde ignotas. Has igitur breviter annotabo: ceteras lectores curiosi petent e farragine Fischeriana, et gemina Editione, quam olim procuravi, unde cum auctario transferam huc, quicquid ad orationem vel emendandam vel interpretandam commodum fuerit visum. Praeter Codicem Rhedingerianum enim adhibui in subsidium versionem et annotationes Hottingeri proditas in libro vernaculo: *Attisches Museum, altes und neues*. Consului etiam librum Gallicum: *Les Charactères de Theophraste traduits par La Bruyere. Avec des additions et des notes nouvelles, par J. G. Schweighaeuser.* Paris. 1802. sed plures eius coniecturas et interpretationes volens omisi. Editiones nuperas duas cum Britannica *Joh. Wilkes* Londini 1790. prodita aliis comparandas et iudicandas reliqui. In Prooemio, ubi est: *σὸν δὲ — καὶ εἰδῆσαι, εἰ ὀρθῶς λέγω,* solus liber Rhed. habet *εἰδεῖν*, quod mutatum in *ἰδεῖν* solum mihi verum videbatur.

AD CAPVT I.

ἐπὶ τὸ χεῖρον — τοιοῦτός τις ἐστιν, οἷος] Ita plane scriptum extat in libro Rheding. Articulum *τὸ* addiderat iam olim Casaubonus; verbum *ἐστιν* plures libri scripti dant. E loco Aristotelis Ethic. Nicom. 2, 7. ubi *εἰρωνεία* dicitur *προςποίησις ἐπὶ τὸ ἔλαττον*, etiam hic *τὸ χεῖρον* interpretandum censuit Rudolphi ad Ocellum p. 84.

ἡττημένοις] Vulgatum *ἡττωμένοις* correxerat Schwarz. deinceps ordinem verborum vulgatum, *τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι*, e libro Rh. mutavi, ubi tamen *καλῶς* male scriptum extat.

φῆσαι βουλεύσεσθαι] Alii libri *βουλεύσασθαι* habent, aeque bonum. Ceterum totum hoc membrum *καὶ μηδὲν — βουλεύσεσθαι* alii aliter collocant, quoniam locum hic suum tueri non posse videtur. Ipse olim post *μαλακισθῆναι* transposueram: Hottinger post *φήσει μὴ ἑωρακέναι*.

καὶ αὐτὸν μαλακισθῆναι] Vulgo erat *αὐτὸν, καὶ μαλ.* Nastium sequor: pronomen *αὐτὸν* deletum maluit Hottinger.

ἐρανίζοντας] Deinceps lacunae signum posui, quia, quae sequuntur, non conveniunt iis, quae praecedunt. Mercatoris conditionem simulatori addit Hottinger, qui nihil de vitio suspicatur. Ceterum *φήσει πωλεῖν* vulgatum correxi.

ἀκούσας τι, μὴ προσποιεῖσθαι] Intellige *ἀκοῦσαι*. Vulgo intersertum *δόξει* post *τι* omisi cum Auberio auctoribus libris Rheding. Barocc. et Galei 1. et 2.

φῆσαι μὴ ἑωρακέναι] Ita solus Rhed. Vulgo erat φῆσαι. Sequens σκέψεσθαι Casaubonus recte substituit librorum scriptorum, etiam Rheding. σκέψασθαι.

μὴ — πιστεύσῃς] Ita Rhed. quod etiam in aliis libris repertum damnavit Fischer.

AD CAPVT II.

ἅμα πορευόμενον — εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι] Ita plures libri cum Rhed. qui tamen οἱ male omisit. Vulgo erat πορ. ἅμα — πρὸς σὲ οἱ ἄνθρ.

λέγων ἀπὸ τοῦ ἱματίου] Coniecturam Leonh. Wolfii et Needhami confirmavit Rhed. liber. Vulgo erat: λέγειν· ἀπὸ τοῦ ἱματίου. Equidem praeterea malim καὶ ἅμα τοιαῦτα λέγων.

εἴ τις ἄλλος ἔχεις] Vulgatum εἴ τις καὶ ἄλλος correxi e libro Rhed. qui tamen ἔχει habet.

2. εἰ παύσαιτο] Vulgatum παύσεται ferri non potuit. Stobaei παύσηται cum Reiskio mutavi: malim tamen ἐπεὶ παύσαιτο.

μικρὸν ἐπιστῆναι] Casaubonus primus μικρὸν addidit, quod etiam liber Rhed. habet.

3. ἀναστρέψας εἰπεῖν Ὅτι προσήγγελκα] Verbum εἰπεῖν inserui e Rheding. προήγγελκα cum Sylburgio maluerunt viri docti.

εὐρυθμότερον] Proprie ὑπόδημα dicitur εὔρυθμον, ut thorax apud Xenophontem Memor. 3, 10, 10.

4. παρακειμένῳ] I. F. Gronovii coniecturam firmavit Rhed. in quo libro compendium scripturae παρακειμένων etiam potest legi. ἑστιᾷς est coniectura a Casaubono primum probata pro vulgato ἐσθίεις.

τῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης] Vulgatum ἀπὸ hic et in Pausaniae 4, 13. cum Pavo et Gesnero correxi.

ἐπιβάλλεσθαι] Ita cum libris paucis Rhed. pro ἐπιβαλέσθαι. Deinceps verba ταῦτα λέγων post καὶ μὴν posita vulgo legebantur, quae suum in locum duce Reiskio reposui.

προσπίπτων] Valckenaer προσκύπτων malebat. Deinceps liber Rhed. pro παιδὸς habet δούλου: pro ἠρχιτεκτονῆσθαι est ἄρχεσθαι τεκτονεῖσθαι; denique ἃ χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.

AD CAPVT III.

παρακαθεζόμενος πρῶτον] Intersertum vulgo πλησίον iam olim secluseram. In optimo libro Rhed. est παρακαθίζεσθαι. Idem deinceps πλοϊμον habet.

ὁ ἀγρὸς εἰς νέωτά γε ἀργήσει] E lectione librorum scriptorum omnium γεωργήσει vulgatam ab Auberii coniectura profectam, ὅτι ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει, praeeunte Pavo et Bernardo correxi. In Rhed. est γεοργήσει scriptum. Idem liber postea habet κίονες εἰς τὸ Ὠδείου.

κἂν ὑπομένῃ τις — ἀφίστασθαι] Haec vulgo posita legebantur post verba ἡμέρα σήμερον. Mecum sentit Hottinger.

Παρασείσαντα δὲ χρὴ — (φεύγειν)] Rhed. liber παρ. δεῖ δὴ habet. φεύγειν cum Casaubono addidi. Deinceps ἀπείραστος dat Rhed. In margine Heins. ἀπείρατος annotatum extat.

AD CAPVT IV.

οὐδὲν τοῦ θύμου — ὄζειν] Cyceoni additum thymum (genus radicum tuberosarum vel bulbosarum) testatur Aristophanes Pacis versu 1169. Huius igitur odore et ructu molestus fit rusticus in concione assistentibus vel assidentibus.

παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις — ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας] Liber Rheding. αὐτῶν habet, et praepositionem ἀπὸ omittit.

ὑποφαίνεσθαι] Hanc formam a Needhamo commemoratam e margine Heinsianae Lugdunensis 1612. et Brunsvicensis recte vulgatae φαίνεσθαι praefert liber Rheding. qui sequens θαυμάζειν omittit.

ἴδῃ ἐν ταῖς ὁδοῖς βοῦν] Hunc ordinem praescripsit liber Vaticanus: vulgo enim verba ἐν ταῖς ὁδοῖς posita legebantur post ἐκπλήττεσθαι.

προαιρῶν δέ τι — δεινὸς φαγεῖν] Rhed. προαίρων δὲ ἔτι habet, et cum aliquot libris bonis vulgatum δεινῶς mutat in δεινὸς, quod cum Casaubono praetuli.

πειρῶν λαθεῖν, κᾆτ' ἀλέσαι — τοῖς ἔνδον — καὶ αὐτῷ] Rhed. liber πυρῶν λαθεῖν καταλέσαι, omissis verbis τοῖς ἔνδον — αὐτῷ. Hoc ipsum καταλέσας malebat Hottinger. In Lysiae oratione p. 14. uxor marito obiicit: ἵνα σύ γε πειρᾷς ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην· καὶ πρότερον δὲ μεθύων εἶλκες αὐτήν. Deinceps Rhed. ἀριστῶν δὲ ἅμα καὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν τὴν θύραν· καὶ κόψαντος τ. θ. Vulgato postea ἐπακοῦσαι cum Casaubono ὑπακ. substitui.

οὗτος φυλάττει — καὶ τοὺς ἔνδον] Postrema tria verba cum libris melioribus omisit Rheding. qui οὕτως φυλάττειν praefert.

παρά του λαμβάνων] Ita Rheding. cum margine Heinsianae et Brunsv. quod vulgato λαβὼν praetuli propter sequentia, καὶ ἅμα ἀλλάττεσθαι ἕτερον. Hoc enim ordine ea scripta

leguntur in Rheding. Vulgo erat: καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλ. Deinceps λίαν μὲν vulgatum cum Casaubono correxi.

καὶ εἴ τῳ ἄροτρον] Vulgatum καὶ ὃ ἄρ. e scriptura Codicis Galei 1. καὶ εἰ τὸ ἄρ. cum Casaubono correxit Needham.

(ἀπαιτεῖν)] Cum Casaubono verbum necessarium addidi.

ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει] Rusticus rustice quaerit: debebat enim ἡ νουμηνία ἀγῶνα ἄγει.

καὶ τῆς αὐτῆς — ταρίχους] Haec vulgo postrema omnium collocata locum in suum reduxisse mihi videor. Liber Rhed. αὐτῆς omisit, et δὲ post ὑποδήματα positum.

AD CAPVT V.

χερσὶ μὴ ἀφιέναι] Deest post χερσὶ verbum λαβόμενος vel ἐπιλαβόμενος.

AD CAPVT VI.

Separavi a priore e sententia Casauboni probata a ceteris interpretibus. Pertinent enim haec omnia non ad ἀρεσκείαν, sed ad μικροφιλοτιμίαν aut cognatum vitium et vocabulum. Elegantem latine vocari censuit Hottinger, graece καλλωπιστήν.

χρηστὰ μεταβάλλεσθαι] Mihi ἔτι videbatur excidisse. Χρίσμα dici videtur Cilicium, de quo Theophrastus de Odoribus p. 444. ed. Heinsii.

πρὸς τὰς τραπέζας] mensas argentariorum vel numulariorum, quas homines opulenti frequentant.

γυμνασίων] Compara Aristophanis Vespas versu 1025. Pacem v. 762.

στρατηγῶν] Horum προεδρία nota ex Aristoph. Equit. v. 575.

μὲν αὐτῷ — ἐπιστάλματα] Vulgo erat αὐτῷ μέν. Rhed. μὲν αὐτὸν dat. ἀποστάλματα probabiliter Casaubonus coniecit comparato loco Aristotelis Nicom. 4, 5. ubi magnificum negat esse εἰς ἑαυτὸν δαπανηρὸν, contra σπουδάζειν περὶ ξένων ὑποδοχὰς, καὶ ἀποστολὰς καὶ δωρεὰς καὶ ἀντιδωρεάς. Hottinger scribi voluit: ξένοις δὲ ἐπιστάλματα, εἰς Βυζάντιον ... καὶ Λακ. ut exciderit vocabulum aliquod, quo res coemtae et Byzantium mittendae significentur.

Κύζικον πέμπειν] Verbum e solo Rhed. libro accessit.

2. τίτυρον] Scholia Theocritea 3, 2. interpretantur πίθηκον μικρὰν ἔχοντα οὐράν. Quae ipsa verba leguntur in

margine Codicum plurium Theophrasti h. l. adscripta. Unde Hottinger suspicabatur, vocabulum πίθηκος e margine in textum immigrasse. Itaque verba καὶ πίθηκον delenda censebat. De Siculis columbis compara locum Alexidis apud Athenaeum 9. p. 395.

δορκαδείους] Cf. Athenaei 5. c. 5. Luciani T. V. p. 273. Θυριακὰς inter et Θηριακὰς libri scripti variant. Θουριακὰς malebat Casaubonus. Τυριακας marginis Morellianae et Stobaei vitreas interpretatur Visconti apud Schweighaeuser.

τῶν σκολιῶν] Cf. Aristophanis Eccles. 74. De aulaeis et stragulis Persicis Wesseling. ad Diodori 19, 22.

αὐλίδιον — ἔχον] i. e. κονιστήριον, de quo Vitruvius 5, 11. παλαιστριαῖον est in libro Rheding. Id ipsum vocabulum non ad κόνιν referendum esse, (deberet enim esse παλαιστρικὴν,) sed coniungendum cum αὐλίδιον, monet cum Coraio Hottinger. Participium ἔχον copulat κόνιν et σφαιριστήριον cum aula.

χρᾷν ἀεὶ] Libri 3 Parisienses χρὴ νῦν ἀεὶ. Liber Salmasii de Modo Usur. p. 306. χρωννύειν ἀεὶ.

ὕστερον εἰπεῖν ἐπὶ] Locum vitiosum e vestigiis scripturae Codd. Galei 1. 2. et Barocc. ἔπεισιν ἐπὶ τῶν θ. πρὸς τὸν ἕτερον ita iam olim corrigendum censui: ὕστερον ἐπεισελθεῖν, ὥστε εἰπεῖν τινα τῶν θεωμένων. Liber Rhed. in fine habet ὅτι τούτων ἐστὶν ἡ π. quam ipsam scripturam proposuit Schweighaeuser.

AD CAPVT VII.

προσωπεῖον μὴ ἔχων] Negationem e Codice Angelico Siebenkeesii adiecimus, desideratam iam olim a Casaubono.

2. τὴν μητέρα μὴ τρέφειν] Inter media turpissimi quaestus genera posita haec verba merito offenderunt Hottingerum, qui μητραγυρτεῖν eorum in loco olim positum fuisse suspicabatur.

τὸ δεσμωτήριον] Dinarchus p. 77. Aristogitonem ait ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πλείω χρόνον ἢ ἔξω διατετριφέναι.

3. τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος — ἐκλέγειν] Hottinger negat, ἐμπόλημα esse merces venditas, et affirmat, de quovis genere quaestus dici; cuius rei testem facit Suidam τὸ τῆς πραγματείας κέρδος, τὴν συναγωγὴν τοῦ κέρδους interpretantem, et Pollucem 5, 30. Quare recte ait Coraium vertisse: *la monnoie qu' il reçoit de ce trafic.* Ipse posuit: *und stopft sich mit den Zinsen, welche er einzieht, das Maul voll.* Equidem credere nemini ausim, hanc ipsam ope-

ram usurarum exigendarum graece ἐμπόλημα dictam fuisse unquam, aut dici posse. Exemplis scriptorum opus erat, non Grammatici auctoritate.

Ἐργώδεις] Sensum commodum non habet; igitur vocabulum suspectum mihi est.

4. *Καὶ τοῦτο δ' ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιϊσταμένων — προσκαλούντων — διαλεγομένων — λοιδορουμένων*] Ita haec vulgo et in libris scriptis omnibus leguntur, sed non hoc in loco, sed inserta post verba τὸ δεσμωτήριον — ἢ τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν. Mihi formula ipsa haec, *Καὶ τοῦτο δ' ἂν εἶναι δόξειε*, additamentum aliquod ad superiora adiectum supremo loco significare videbatur. Quare locum hunc a superioribus disiunxi, et τοῦ ἀπονενοημένου inserui. Ceterum totum hunc locum lacunosum et vitiosum clamant plura indicia. Sed proferam insignem varietatem Codicis Rhedingeriani, quae emendationi nostrae non levem addere videtur auctoritatem. Solus is ita scriptum habet: *Καὶ τοῦτο δ' ἂν δόξειεν, περιϊστάμενον τοὺς ὄχλους, καὶ προσκαλοῦντα μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ πάρεργον λοιδορούμενον καὶ διαλεγόμενον πρὸς αὐτούς· καὶ μεταξὺ, οἱ μὲν — λέγειν.* Circulatorem seditiosum intelligi censuit Hottinger.

AD CAPVT VIII.

τῷ ἐντυχόντι] Ita Rheding. i. e. quicunque obviam ei fuerit factus. Vulgatum ἐντυγχάνοντι est, ei qui eum convenit.

ὑποβάλλειν, Εἴπας σύ] Alii libri scriptum habent ὑποβάλλει: quidam εἴπας iungunt cum ὑποβάλλειν. Hottinger vertit: *Ganz gut, sagt er, behalte das auf, was du sagen wolltest.* Deinceps verba τὸ λαλεῖν — που ita: *So kann in der Unterredung einer dem andern auf die Spur helfen.* Ceterum ἀποκρινομένου est etiam in Rhed. non ἀποκρινομένῳ antea vulgatum.

ἑτέρας ἀφορμὰς] Rheding. Codex ἑτέρας τοιαύτας ἀρχάς. Post ἀναπνεῦσαι malim cum Coraio ἐᾶσαι additum. Pro ἀποκναίσῃ Rhed. liber cum aliis aliquot ἀπογυμνάσῃ habet.

πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας] Rem ad disceptandum in concione et deliberandum propositam publice a magistratu interpretatur Hottinger. Deinceps προδιηγήσασθαι Rheding. cum Camotiana.

τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντός ποτε γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην] Pugnam ad Megalopolin, quae archonte Aristophonte

accidit Olympiadis 112. anno 3., interpretantur. Casaubonus pugnam ad Arbela, cuius fama demum archonte Aristophonte Athenas perlata fuerit. Pugnam Lacedaemoniorum, Agide duce, cum Macedonibus archonte Aristophonte commissam intelligit Coray. Caussam vero additi τοῦ ῥήτορος nemo explicavit. Quare Casaubonus τῶν ῥητόρων scribendum suspicatus est, Demosthenis cum Aeschine contentionem interpretatus. Quam coniecturam unice amplexus Hottinger verba sequentia καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἐπὶ Λυσάνδρου, tanquam ab aliena manu addita, delenda censuit. Liber Rheding. praefert: καὶ τὴν Λακεδαιμονίοις ὑπὸ Λυσάνδρου. Mihi totus hic locus obscurus est. Sed μάχην τῶν ῥητόρων iuxta τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἐπὶ Λυσ. nullo modo tolerari posse existimo.

εἶπε καὶ εὐδοκίμησε] Ita liber Rhed. Vulgo εἶπεν εὐδοκιμήσας legitur.

λέγων, ὅτι χαλεπὸν — καὶ ὡς ἐν ὑγρῷ — καὶ ὡς οὐκ ἂν] In hoc loco usque ad finem totius characteris conciliando cum ea specie λαλιᾶς, quam animo informatam conceperat, et ab ἀδολεσχίᾳ distinxerat, Helvetus Hottinger mire laboravit, tandem eo delapsus, ut non solum verbum λέγων cum I. M. Gesnero, quasi e persona Theophrasti dictum, cum antecedentibus copulet, sed plane damnatum releget. Deinceps in verbis ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶττα voculam ὡς putat inservire comparationi, nec esse idem quod ὅτι; postea καὶ οὐκ ἂν σιωπήσειεν, omisso ὡς, scribendum censet. Satis commode haec ratio videtur procedere, praeterquam in verbis καὶ σκωπτόμενος δὲ usque ad finem, quae debebant abesse, si vera est viri docti coniectura.

οὐδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν εἶναι λαλίστερος] Vulgo additum ἂν ante εἶναι cum Rhed. et aliquot aliis Codd. omisi. Idem Rhed. λαλίστεροι — βουλόμενα (ubi editiones βουλόμενον plures habent,) λέγοντα λαλεῖν habet, omisso ταῦτα post λέγοντα, quod iam olim Auberius deletum voluit; Casaubonus Ἄττα, Sylburgius Πάππα substitui voluerunt.

AD CAPVT IX.

ὑπαντήσας. — καταβαλὼν τὸ ἦθος] Codices alii cum Rhed. ἀπαντήσας habent: deinceps μεταβαλὼν malebat Casaubonus. *Vultum induens laetum* vertunt omnes; sed vulgata scriptura sana mihi non videtur; nec comparari posse videtur dictio ἀνασπᾶν τὰς ὀφρῦς vel τὸ πρόσωπον de vultu

gravi apud Xenophontem Symposii 3, 6. nec *χαλῶν τὸ μέτωπον*, quod apposuit Coray ex Aristophanis Vespis 653.

καὶ Τί λέγεις] Plurimi libri scripti *λέγεις τί*. Deinceps Paris. 1. 2. Barocc. et duo Vaticani: *λέγεις τί; καὶ πῶς; ἔχεις*. Postea Parisiensis 3 libri *καὶ ὡς ἐπιβαλών*. Denique *μὴ λέγε τι καινότερον* Rheding.

καὶ Μὴ ἀγαθά ἐστι τὰ λεγόμενα] Libri plerique omnes *καὶ μὴν ἀγαθά γε* dant: sola Camotiana *καὶ μὴ* habet: princeps cum libro Barocciano *γε* omittit. Deinde *ἀποκρίνασθαι* Rheding. cum aliis libris.

ἢ στρατιώτης — ὁ ἐργολάβος] Rhed. Codex *ἢ* et *ὁ* omittit. Deinceps *εἰσὶν αὐτῷ* libri scripti pauci praeferunt: denique *ἐπιλαθέσθαι* librorum omnium correxit Casaubonus. *ἐπιλαβέσθαι reprehendere* interpretatur solus Coray.

τούτους φάσκων λέγειν, ὡς] Rheding. Codex: *τοῦτο — λέγειν Πολυσπέρχων — καὶ ἂν εἴπῃ τις*. Regem Casaubonus Aridaeum, fratrem Alexandri M., Coraius Herculem, filium eius, interpretatur. Polysperchon democratiae Atheniensium favebat, Cassander oligarchiam introductam volebat.

πιστεύεις γεγονέναι] Solus liber Rheding. posterius verbum additum habet.

καὶ πάντας συμφωνεῖν· ταῦτα γὰρ λέγειν π. τ. μ.] Ita Casaubonus. Libri plerique omnes *καὶ πάντα σ.* dant. *ἐπεντείνειν πάντα συμφωνεῖν· ταῦτα γὰρ λέγει περὶ τ. μ.* Rheding. Verba *ταῦτα λέγειν περὶ τῆς μάχης* damnat Hottinger, tanquam glossema.

πολὺν τὸν ζωμὸν] Alii libri *φόνον* ex interpretatione habent. Convenit Plautinum *fartum facere ex hostibus*.

ἐν τῇ οἰκίᾳ] Articulum solus liber Rhed. habet, qui deinceps *οἶδε* dat cum Camotiana.

καὶ ταῦθ' ἅμα διεξιὼν] Ita solus Codex Rheding. Vulgo *καὶ πάντα διεξιών*. Codd. Galei *καὶ ταῦτα πάντα* vel *καὶ ταῦτα δ.*

πῶς οἴεσθε; πιθανῶς σχετλιάζει, λέγων] Rheding. Codex *οἴεσθαι; — σχετλιάζειν*. Vulgatum tuetur Hottinger cum Casaubono contra eos, qui participium ante *πιθανῶς* positum malebant, exemplis comparatis locorum, in quibus formula *πῶς οἴεσθε* interrogative *διὰ μέσου* interposita legitur, Aristophanis Ran. 54. Pluti 742. Eurip. Hippol. 450. Iphig. Aul. 1599. Luciani Necyom. 14. Ciceronis pro Sexto Roscio 17. Quid censes hunc ipsum Sextum Roscium, quo studio et qua intelligentia esse in rusticis rebus? Cf. de Officiis 2, 7. de Lege Agrar. 2, 17. de Oratore 1, 17.

ἰσχυρὸς γενόμενος] Cum Casaubono de magnitudine fortunae quam animi vocabulum ἰσχυρὸς interpretari maluit Hottinger. Cuius significationis exemplum aliud equidem desidero: ille contra ἰσχυρὸς pro ἀνδρεῖος unquam usurpatum negare videtur.

αὐτὸν σὲ μόνον] Ita cum aliis liber Rhed. quidam αὐτὸ σὲ, alii αὐτόν γε μόνον.

πόλεις λόγῳ] Casauboni est emendatio. Libri enim scripti omnes πλεῖστοι λόγῳ habent. Articulum τῷ additum maluit Coray. Deinceps αἱροῦνται Rheding.

ποίᾳ γὰρ στοᾷ] Vulgo intersertum οὐ solus recte omittit Rheding. qui deinceps οὕτω καταπονοῦσι habet. Equidem οὐκ ἐνδιημερεύουσιν scribendum esse iam olim conieci.

AD CAPVT X.

ἀναισχυντία] ἀναισχυντία ὡς ὅρῳ λαβεῖν ἐστι μὲν Codex Rheding. habet. Deinceps ἀποστερήσειε malim.

παρ' ἑτέρῳ] Rhed. ἑτέρων habet. Sequens τίμιε alii cum Salmasio mutarunt in Τίβιε, servi nomen.

εἰς τὸν ζυγὸν] Alii Codices ζωμὸν habent, cum quibus facit Rheding. in quo deinceps legitur scriptum: ἐμβαλεῖν· καὶ ἐὰν μὴ λάβῃ — κολίκιον.

υἱεῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν καὶ τὸν παιδαγωγόν] Rheding. habet υἱεῖς ὑστεραίαν εἰς τὸν παιδαγωγόν. Idem κελεῦσαι αὐτῷ, omissa copula καί.

ἄχυρα] Ita liber Barocc. et versio Politiani: ἄχυρον alii libri. Deinceps cum Reiskio malim καὶ ταῦτα τοὺς χρήσαντας.

καταχέασθαι] Rheding. κατασχέσθαι habet. Deinceps vulgatum ὅτι λέλουται cum Pavo et Hottingero mutavi in ὅτε. In verbis κἀκεῖ latere convicium impudentis aliquod non inepte suspicatur Hottinger. ἀπιὼν, καὶ ὅτι οὐδεμία σοὶ χάρις coniecit Coray. Ceterum huc pertinet ἐμαυτῷ βαλανεύσω Aristophanis Pacis v. 1103. explicante Hesychio in h. v. Idem: βαλανεύειν, λαμπροφωνεύεσθαι, παρ' ὅσον οἱ βαλανεῖς, ὅταν παράγωσι (παραχέωσι) τὸ ὕδωρ, κραυγάζουσι.

AD CAPVT XI.

Liber Rheding. ita incipit: Ἔστι δὲ ἡ μικρολογία φ. τοῦ διαφ. Idem cum Palatino sequens ἐλθὼν inserit. Usuras parvas exigui argenti mutuo dati intelligit Hottinger, non mercedem domus conductae.

τὰς κύλικας, πόσας] Ita liber Rhed. τε κύλικας ὅσας vulgo legitur. Solus Barocc. τοὺς κύλικας habet.

Ἀρτέμιδι] Hecatae in triviis expositam coenam intelligit cum Coraio Hottinger.

φάσκειν εἶναι ἄγαν] Rhed. φάσκων εἶναι, omisso ἄγαν.

κήπου] Rhed. σκοποῦ habet. Ceterum verba οὔτε διὰ τοῦ — πορευθῆναι cum sequentibus continuanda esse recte monuit Hottinger. Palmas δρυπετεῖς saepe memorant Graeci scriptores.

τόκου τόκον ἀπαιτῆσαι] Ita Codex Rhed. Vulgo τόκον τόκου omisso verbo postremo legitur. Idem liber deinceps habet ἑστιῶν δημότας μικρὰ κρέα κόψας.

μήτε ἅλας χρῆν] Vulgo χρωννύειν. Rheding. liber μήτε ῥωννύειν omisso ἅλας habet, et deinceps ῥίγανον. Casaubonus χρῆν dedit.

μήτε στέμματα μήτε θυλήματα] Cum libri scripti omnes θυηλήματα exhibeant, Casaubonus θυλήματα recte scribi iussit: solus Rheding. θυψιλήματα habet. στέμματα quia utendo non absumuntur, in πέμματα mutanda, aut plane delenda censuit Hottinger.

4. τὰς ἀργυροθήκας — καὶ τὰς κλεῖς — μηρῶν τὰ ἱμάτια] Librum Rheding. ducem sequor, qui copulam καὶ vulgo praepositam articulo τὰς omittit, et deinceps ante κλεῖς articulum τὰς recte inserit: denique μηρῶν pro μικρῶν dedit, quod H. Stephanus coniectura fuerat assecutus.

ὑπολυομένους] Male Codd. Galei 1. et 2. cum Barocc. ὑποδουμένους dant. Contra soleas et calceos meridie solutos ponit avarus.

αὐτοῖς ἕξει] Pronomen omittit Rheding. liber solus: et potest abesse.

AD CAPVT XII.

ὅταν οἱ ἄλλοι παύσωνται] Vulgatum παύωνται correxi. Deinceps καθημένους ποιῆσαι dat liber Rheding.

πωλοῦντι προσλαλῶν· καὶ καλέσαι] Rheding. λαλοῦντι προσλαλῶν καλέσαι δὲ τῶν παρόντων ὀνόματί τινα — σπεύδοντας.

ἡττημένῳ] Vulgatum ἡττωμένῳ correxi. Deinceps ὀψωνῶν ἑαυτὸν praeeunte Casaubono cum Hottingero mutavi in ἑαυτῷ, ita ut sequentia omnia membra unum et continuum actum βδελυροῦ designent. Furlanus αὐτὸν scripsit. Ceterum in ipso illo ὀψωνεῖν vel ἑαυτῷ vel αὐτὸν, nec in μισθοῦσθαι

αὐλητρίδας αὐτὸν est nota *βδελυρίας*; nam avarus infra idem faciet: sed in ludibrio, quo praetereuntes lacessit. Ceterum Plautus Captiv. 3, 1, 14. parasitum facit ita querentem: *ipsi opsonant: quae parasitorum ante erat provincia: ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt, quam in tribu aperto capite sontes condemnant reos.*

AD CAPVT XIII.

Hoc caput antea cum praecedente coniunctum erat verbis inde a sectione 2. sequentibus: *Καὶ οἰνοπωλῶν δέ.* Primus Amadutius e Codice Vaticano primam sectionem cum novo titulo publicavit.

περιουσία κέρδους] Haec sana non sunt. Mihi *ἐπιθυμίας* vel simile vocabulum deesse videbatur. Ita infra *ἀνελευθερία* dicitur esse *περιουσία τις ἀποφιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα.*

ἑστιῶν] Vulgatum *ἐσθίων* correxi. Similiter infra *φράτορας ἐσθίων* idem librarius scripserat. Postea *περὶ ξένου* editum correxi.

καὶ ἐπὶ θέαν] Antea vulgabatur: *καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ πορεύεσθαι, ἄπιὼν τοὺς υἱεῖς, ἡνίκα προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θ.* Amadutius ait, in Palatino esse: *θεὰν τηνικαῦτα πορεύεσθαι, ἄγων τοὺς υἱοὺς, ἡνίκα προῖκα φανερὰ ἐπὶ θεάτρων.* ubi tamen Codex dicitur habere *φὰ*, unde Amadutius *φανερὰ* effecit.

συμπρεσβευόντων] Vulgo erat *συμπρεσβευτῶν*. Barberinus cum Rheding. *συμπρέσβεων* dat. Deinceps vulgo *δανείζεσθαι* erat. Tum *ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν* erat antea: deinceps *καὶ ἀπὸ τῶν ξενίων τὸ μέρος.* Mutata scriptura est ex Palatino libro; sed articulum *τῶν* de meo addidi.

Ἑρμῆν] Antea statim sequebantur ista: *Τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα· Φειδωνίῳ μέτρῳ.* In Palat. erat *περὶ γνωρίμου* scriptum.

4. *Καὶ τὰ τοιαῦτα*] Antea erat: *Τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα,* vel: *τὰ δὴ τ.* Deinde erat: *φ. μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐγκεκρουσμένῳ.* alii libri *ἐκκεκρουσμένῳ* vel *ἐκκεκρουμένῳ*. Casaub. *ἐγκεκρ.* vel *εἰσκεκρ.* maluit, comparans locum Pherecratis comici apud Pollucem 10, 22. *λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος τὸν πύνδακα εἰσέκρουσε.* Modium interpretatur, cuius fundus incussus intro cesserit. Iuvenalis 14, 125. *servorum ventres modio castigat iniquo.* Palatinus Codex *φειδομένῳ*

μέτρῳ τὸν π. κεκρουμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον, σφόδρα δὲ ὑποσπῶν τὰ ἐπιτήδεια habet. Barberinus etiam φειδομένῳ. Phidonem Argivum, qui mensurarum modum et usum constituit, multi celebrarunt. Cf. Hemsterhus. ad Pollucis 9, 83. De mensura Phidonia aliunde non constat.

ὑποπρίασθαι] Siebenkees locum e Palatino Codice ita posuit: ὑποπρίασθαι φίλου δοκοῦντος πρὸς τρόπου πωλεῖσθαι· καὶ χρέος δὲ ἀποδ. τρ. μνῶν, ἔλαττον τέτρασι δ. ἀποδοῦναι. In Barberino esse ὑποπιάσθαι narrat Amadutius, qui sectionis sequentis lectionem χρέη pro vulgari χρέος e Palatino solus annotavit. Varias virorum doctorum coniecturas commemorare nolo: nullam enim possum laudare.

τετταράκοντα μνῶν] Ita vulgatum τριάκοντα corrigebat Sylburgius e scriptura Camotianae μὴ ἄκοντα, probante Hottingero, quod ita apparet ratio detractarum 4 drachmarum. Mina enim est centum drachmarum; igitur e singulis minis drachmam detrahit.

5. Sectio haec tota accessit e Palatino, ubi verba τὸν μῆνα ὅλον coniungenda sunt cum negatione μή. Sed video nunc, recte Hottingerum haec verba coniungere cum sequentibus: καὶ τὸν Ἀνθεστηριῶνα μῆνα ὅλον μὴ πέμπειν. Nam in priore membro minime congruunt cum verbis κατὰ λόγον.

εἰς τὰ μαθήματα] i. e. εἰς τοῦ γραμματιστοῦ aut γραμματικοῦ. Mense Anthesterione, qui fuerat antea Ληναιών, celebrabantur in urbe Dionysia Lenaea, vel ὁ ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών, in parte urbis iuxta arcem Λίμναι vocata. Diem festo finit Thucydides 2, 15. mensis istius XII. cum sequentibus. In eundem fere diem incidebant Ἀνθεστήρια: quorum scilicet pars πιθοίγια in undecimum, χόες in duodecimum, χύτροι in tertium et decimum incidebant. Vide dissertationem Ruhnkenii in Auctario ad Hesychii Διονύσια. Athenaeus 10. p. 447. τῇ δὲ ἑορτῇ τῶν χόων ἔθος ἐστὶν Ἀθήνησι πέμπεσθαι δῶρά τε καὶ τοὺς μισθοὺς τοῖς σοφισταῖς.

παρὰ παιδὸς — ἀποφορὰν] Editum περὶ correxit Nast. ἀποφορὰ est merces diurna operae alibi collocatae a servo, quae solvitur domino.

παρὰ τοῦ χειρίζοντος] Quaedam verba excidisse suspicor, quibus servus dispensator vel villicus significetur.

6. ἐκ τοῦ κοινοῦ] De eadem coena curialibus apposita familiae suae petit cibum. Genus λειτουργίας hoc, cum curiales coena excipiuntur, explicavit Wolf Prolegom. ad Leptineam p. XCIII.

ἡμίσεη] Palat. et Barberinus Codex ἡμίσεα habet. ἀπὸ

ante τῆς τραπέζης omittunt libri duo Medicei. Malim equidem ἐπί. Deinceps λάβοιεν habent iidem libri Medicei.

7. συναγόντων παρ' ἑαυτῷ] Diphilus Athenaei p. 292. ἀπὸ συμβολῶν συνάγειν, sc. τοὺς φίλους vel τὸ δεῖπνον, habet, iterumque p. 365. Igitur h. l. intelligo post συναγόντων vocabulum τῶν ἑταίρων vel φίλων. Hesychius: συνάγειν, μετ' ἀλλήλων πίνειν. Idem: συναγέσκεο, συναγώγιον, συμπόσιον ἔθου.

τῶν παρ' ἑαυτοῦ διδομένων] Vulgo erat τῷ παρ' ἑαυτῷ. Coray ita locum corrigebat: παρ' αὐτῷ ὑπεκθεῖναι τῶν παρ' αὐτῶν διδομένων. Hottinger ἀναθεῖναι maluit.

ἐκδιδομένου θυγατρα] Editum erat θυγατρός. Malim ἢ ἐκδιδ. θυγ. Alius malebat ἐκδιδομένης θυγατρός. Sequebatur vulgo προπέμψῃ, quod correxit Coray.

ἄν τις κομίσαιτο] Vulgatum ἀπαιτῆσαι — ἀντικομίσαι mecum correxit Coray.

AD CAPVT XIV.

ἐπίτευξις] Pro ἔντευξις vel ὁμιλία dici, exemplo Platonis de Legibus 6. pag. 264. vix comprobabitur. Deesse aliquid videtur.

ἀναδέξασθαι] spondere pro eo. Hesychius: ἔγγυος, ἀνάδοχος. Thucydides 8, 81. πιστεῦσαι δὲ ἂν μόνως Ἀθηναίοις, εἰ σῶς αὐτὸς κατελθὼν αὐτῷ (Τισσαφέρνῃ) ἀναδέξαιτο, sc. τοὺς Ἀθηναίους.

ἐξ ἀρχῆς διδάσκων] Coray malebat διδάξων.

ἥκειν τόμον ἀπαιτήσων] Victimae portio videtur esse τόμος vel carnium, quibus distributis ἄκαιρος partem petit. Scripturam τόκος nemo facile probabit. Politiani versio *tabulam rationis efflagitat* Coraio scripturam λόγον arguere videbatur. ἀναλίσκοντας est *comedentes*.

μαστιγουμένῳ οἰκέτῃ παρεστώς] Vulgatum μαστιγουμένου οἰκέτου e libro Rheding. corrigere non dubitavi.

παρὼν διαίτῃ] arbitrio advocatum et assistentem. Casaubonus contra ipsum arbitrum intelligit, quocum sentit Coray, advocato ad testimonium Demosthene contra Neaeram p. 1360. οἱ παρόντες ἑκατέρῳ ἐπὶ τῇ διαίτῃ.

ὀρχησάμενος] Casaubonus cum Wolfio et Auberio ὀρχησόμενος maluit.

AD CAPVT XV.

δόξειεν ἂν εἶναι] E Codice Rhed. ἂν interserui. Sequebatur ἔν τινι στάς. postea ἐλέγξαι in libro aliquo scriptum reperit Auberius. Politiani versio habet: *eam consurgens argumentis refellere atque improbare aggreditur.* quasi ἀνιστάμενος scriptum legisset et ἐλέγξαι. Casaubonus coniecit: ἔν τινι στὰς δεικνύειν, ὡς οὐχ οἷόν τε ἐλ. vel: ὡς οἷόν τε ἐλ. Reiske ἐνστὰς vel ἀντιστὰς vel ἀντιτείνας. Coray vulgatam defendens vertit: *en s'opposant à quelqu'un (de ceux qui reconnoissent l'affaire juste) en lui faisant des objections.* Tentaveram olim ἐνιστάμενος ἐλεγχθῆναι. Nunc praefero coniecturam Hottingeri e versione Politiani ductam: οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀναστὰς, ἃ μὴ δυνήσεται, ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι, ἐλέγξειν. Certe in vulgata scriptura desideratur verbum post ἃ μὴ δυνήσεται, velut ἀποτελεῖν vel simile.

καὶ πλείω] Liber Rhed. καὶ πλέον habet: deinceps διεγείρειν — καὶ οὓς οὐ γινώσκει, καὶ ἀτραποῦ. Praeter verbum primum cum eo faciunt libri optimi, unde vulgatum μαχομένους, καὶ ἧς οὐ γινώσκει ἀτραποῦ ἡγ. mutarunt in μαχουμένους, οὓς οὐ γινώσκει· καὶ ἀτραποῦ. Contra Hottinger vulgatum διεγείρειν defendit, et sequentia omnia facta et dicta ad expeditionem militarem aliquam refert.

εὑρεῖν] Editio princeps ἀνευρεῖν ποῦ πορεύεσθαι. Casaub. οἷ πορ. maluit.

2. μετὰ τὴν αὔριον] Coray malebat κατὰ τ. αὔ. Particulam δὲ post στρατηγὸν omittit Rhed. cum pluribus libris: quare seclusi.

μὴ δώσῃ] Alii libri δώσει dant. deinde καλλωπιζομένῳ et καυματιζομένῳ est in libris scriptis. Rheding. habet: δώσῃ — μαλακιζομένῳ — βουλεύεσθαι. Vulgatum φήσας cum Hottingero in φῆσαι mutavi. Camotiana φήσαι dat. deinde λαμβάνειν in λαμβάνων mutavi, verbum εὐτρεπίσαι duce Coraio interpretatus *mederi, curare.* Exempla Hippocraticorum librorum posuit Coray, quem sequitur Hottinger.

3. πολλάκις ὀμώμοκα] Ne quis haec cum Casaubono ad mores hominis ἀπονενοημένου referre posset, Hottinger vertit: *Ich habe schon manchem mit einem Eide gedient.*

AD CAPVT XVI.

Ἀναίσθητον, quem Casaubonum secuti interpretes plerique omnes *stupidum* sunt interpretati, recte primus Nast monuit esse eum, quem Galli *étourdi*, nostrates *zerstreut* vocant.

καὶ τῆς νυκτὸς ἐπὶ θᾶκον] Ita vulgatam *φαγὼν τῆς νυκτὸς καὶ ἐπὶ θᾶκον* correxerunt Casaubonus et Salmasius. *ἐπὶ θῶκον* est in libro Rheding.

ὑπὸ κυνὸς — δηχθῆναι] nempe a via aberrans ad vicini domum et canem.

λαβὼν [*τι*]] Gesnerus *τι* addidit.

3. *τροχάζων εἰς κόπον*] Vulgo erat *τροχάζειν καὶ — κόπους*. Sed liber Rhed. habet: *τροχάζων εἰς κόπον ἐμβαλεῖν*. Copulam *καὶ* cum Casaubono etiam I. M. Gesner omittendam censuit. *κόπον* praeter Rhed. habet etiam Gal. 2. solus Rheding. *τροχάζων*. quod equidem vulgato *τροχάζειν* praetuli, quod ita maior apparet *ἀναισθησία* hominis, qui ipse currendo certat cum filiolis. Nam luctari ipse cum illis statura minoribus non potuit.

ἐν ἀγρῷ αὐτὸς] Cum Casaubono et Hottingero vulgatum *αὐτοῖς* correxi, quod quo referatur non habet. Contra si scribatur *αὐτὸς*, apparet causa additi *ἐν ἀγρῷ*.

4. *ἄστρων νομίζει — λέγουσι πίσσης*] Locum manifesto vel lacunosum vel vitiosum non tetigi, quia sanare non possum. Magna est coniecturarum varietas. In verbum *ὄζει* incidit mecum Coray. Pro *πίσσης* conieceram *ἴρεως*, comparato loco Theophrasti caus. pl. 6, 25. et Aristot. Probl. 12, 3. Proposui etiam *τῆς γῆς*. qua in coniectura mecum sensit Schweighaeuser filius, testante patre ad Athenaei 14. p. 682. ubi Cratini locum hunc tractat: *ἐνθύμει δὲ, τῆς γῆς ὡς γλυκὺ ὄζει, καπνός τ' ἐξέρχετ' εὐωδέστερος. Οἰκεῖ τις, ως ἔοικεν, ἐν τῷ χάσματι λιβανωτοπώλης.* Alteram eiusdem coniecturam antea ad ipsum Theophrastum propositam commemorare nolo. Postea idem Coray, testante viro docto, *Chardon de la Rochette*, in Millini Ephemeride litteraria (*Magazin encyclopedique, Année V. p.* 68. *seqq.*) coniecit: *τοῦ ἀστραγάλου ὄζει, ὅτε οἱ ἄλλοι λέγουσι πίσσης.* Hottinger, cum de verbis graecis restituendis desperaret, sensum tamen hunc divinavit et vertendo reddidit: *Wenn es regnet, so findet er die Witterung lieblich: und eine helle Sternennacht scheint ihm, andre moegen denken, was sie wollen, so dunkel wie Pech.*

Ἡρίας — ἐξενεχθῆναι] Vulgatum ἱερᾶς correxit Meursius. ἐξενηνέχθαι vulgatum e Codd. Gal. 1. 4. et Rheding. correxi. Portas Ἠρίας easdem cum διπύλῳ porta fuisse censet Gallus *Barbié du Bocage* apud Schweighaeuserum. Easdem fortasse geminas fuisse putat, quod et nomen significet, ita ut pars funeribus tantum efferendis patuerit.

AD CAPVT XVII.

ὁμιλίας ἐν λόγοις] Verba ἐν λόγοις Codex Florentinus omittit; μάλιστα praepositum malebat Hottinger. Definitionem ipsam sine varietate transtulit Scholiastes ad Sophoclis Oed. Tyr. v. 549.

αὐθάδης] Aristoteles Eudem. 3, 7. opponit eum ἀρέσκῳ, hinc ab Hottingero vertitur *der Ungesellige*.

τιμῶσι — γένοιτο διδομένων] Vulgatum οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα correxit St. Bernard et Reiske. τιμᾶν de donis et praemiis etiam dici, satis hodie vulgatum est.

ἀπώσαντι — ὤσαντι — ἐμβάντι] Seneca de Beneficiis libro 6. *quid est iniquius homine, qui eum adit, a quo in turba calcatus aut respersus aut quo nollet impulsus est?* Ipse olim in verbis οὔτε τῷ ὤσαντι haeseram. Coray pro ἀπώσαντι maluit παίσαντι.

οὔτε ᾆσαι — ὀρχήσασθαι] Haec de conviviis intelligenda esse viderunt interpretes: sed vereor, ne significatio aliqua brevis eius rei exciderit.

AD CAPVT XVIII.

δόξειεν ἂν] De meo ἂν addidi. Sequentia ἐπὶ κρήνην Siebenkees effecit e scriptura libri Palatini ἐπὶ χρονῆν. alius ἐπὶ γρώνην malebat. Videtur esse dictum pro ἐπὶ κρ. ἐλθὼν απονιψάμενος.

ἀπὸ ἱεροῦ] scilicet ὕδατος, aqua lustrali περιῤῥαντηρίου, fortasse ramo olivae (θαλλῷ) suscepta et aspersa corpori.

δάφνης] Intellige φύλλα. Lauro vim purgatoriam et ἀλεξίκακον inesse putabant. Fortasse δάφνην fuit olim scriptum.

παραδράμῃ] Ante Casaubonum erat περιδράμῃ. Cf. Aristoph. Eccles. 792. εἰ διῴξειεν γαλῆ.

διαβάλῃ] Scriptorum librorum διαλάβῃ correxit Sylburgius. Omen avertitur lapidum iactu in ipsam mustelam, ut e loco Dionis Chrysostomi Or. 34. p. 34. Reisk. docuit Casaubonus.

ὄφιν] Praeter Palatinum libri omnes σοφὴν habent. Deinceps vulgo erat: οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. Augmentum debes Palatino, in quo est scriptum Σαβάδιον. Dicitur ἱδρύεσθαι θεὸν χύτραις et ἱερείῳ; additum ἱερῷ nondum reperi. Plato Legum 10. p. 118. Bip. βωμοὺς καὶ ἱερὰ ἱδρυομένους πάσας μὲν οἰκίας, πάσας δὲ κώμας ἐμπιμπλάναι. De serpente ἱερῷ aliunde non constat. Ipse παρείας Baccho vel Sabazio sacer fuit, eiusque in orgiis adhibitus. cf. Demosthenis Or. p. 313. ed. Reiskii. Serpens hirsutus et venenatus ille apud Aristotelem h. a. 8, 29., a quibusdam sacer appellatus, diversus esse videtur. Saltem ex isto loco apparet, cognomen istud pluribus serpentibus olim fuisse tributum. ἀσπίδα ἱερὰν Aegyptiam nominat Aelianus h. a. 11, 32. Quod est in Palatino Σαβάδιον, non est plane aspernandum. Ita enim in Harpocrationis loco: Σαβοὶ — Οἱ μὲν Σαβοὺς λέγεσθαι τοὺς τελουμένους τῷ Σαβαζίῳ, τουτέστι τῷ Διονύσῳ, καθάπερ τοὺς τῷ Βάκχῳ Βάκχους. Τὸν δὲ αὐτὸν εἶναι Σαβάζιον καὶ Διόνυσον φασὶν ἄλλοι τε καὶ Ἀμφίθεος ἐν δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας. Οὕτω δέ φασι καὶ τοὺς Ἕλληνάς τινες τοὺς Βάκχους Σαβοὺς καλεῖν. Μνασέας δὲ ὁ Παταρεὺς υἱὸν εἶναί φησι τοῦ Διονύσου Σαβάζιον. ibi igitur Codex Vratislaviensis ubique cum Mediceo congruens similiter Σαβάδιον habet. Praeterea in eo scriptum legitur: Ἀμφίλεος — Ἡρακλέους — Ἕλληνας τοὺς Β. Σ. καλεῖσθαι. — Πατρεὺς — φασί. Patrensem etiam Abr. Gronovius maluit dici Mnaseam, etsi in simili narratione ὁ Παταρεὺς Μνασέας est apud Scholiasten Luciani ad Iovem Tragoedum c. 7. Sabadium Romani similiter vocarunt, teste Macrobio Saturn. 1, 18. Arnobio libro 5. et *sacrorum Savadiorum sacerdotem* ex inscriptione apud Onufrium in Civit. Rom. p. 247. memoravit Valesius ad Harpocrationem, simul laudans locum Origenis contra Celsum 1. πιστεύοντας μητραγύρταις καὶ τερατοσκόποις μίθραις τε καὶ σαβαδίοις. Cicero de N. D. 3, 23. *Tertium Bacchum Caprio patre* (natum), *eumque regem Asiae praefuisse dicunt: cui Sabazia sunt instituta.* Hinc σαβάζειν, celebrare sacra Sabazia, est apud Hesychium et in Etymol. M. Locum Strabonis 10. p. 188. Sieb. Καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ τῶν Φρυγιακῶν ἐστι καὶ τρόπον τινὰ τῆς μητρὸς τὸ παιδίον παραδιδόμενος τοῖς Διονύσου καὶ αὐτὸς recte explicavit Valesius l. c. quem vereor ut postremus editor intellexerit. Τελετὰς Σαβαζίου respicit Aristophanes Vesp. 9. ὕπνος μ' ἔχει τις ἐκ Σαβαζίου. Phrygiam originem iocose indicat Avium versu 873. καὶ φρυγίλῳ Σαβαζίῳ. Idem Lysistratae versu 388. inter fe-

sta celebrata a mulieribus Atticis recenset τοὺς πυκνοὺς Σαβαζίους. Communem viris cultum Sabazii testatur locus Theophrasti c. 29, 2. καὶ τελούμενος Σαβαζίῳ σπεῦσαι, ὅπως καλλιστεύσει παρὰ τῷ ἱερεῖ. ubi simul ad vestitum respicit, quo induti erant, qui sacris initiabantur, σαβοὶ vocati. Serpentem παρείαν Sabazio sacrum testatur hic locus Theophrasti. Nominavit praeter Aristophanem Pluti versu 690. Demosthenes pro Corona, ubi sacra Dionysiaca et Sabazia memorantur: τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας θλίβων καὶ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν. Innoxium eius morsum testatur cum Harpocratione in h. v. Scholion Aristophaneum ad Pluti versum.

ταῖς τριόδοις] Praeter Palat. omnes Codices τοῖς περιόδοις habent. Clemens Stromatum 7. οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον τὸ δὴ λεγόμενον λιπαρὸν προσκυνοῦντες. Lapidem unguine delibutum ex Apuleio huc referunt Casaub. et Turnebus Advers. 1, 17.

ἐπιῤῥάψαι] Ita Palat. quod olim Wolfius vulgato ἀπογράψαι substitui voluit, Casaubonus vero ἀποῤῥάψαι. In Rheding. libro est ἀπογράψασθαι.

ἐκθύσασθαι] Steph. Bernardi est coniectura pro vulgato ἐκδύσασθαι. Rheding. cum paucis aliis libris ἐκλύσασθαι habet.

οἰκίαν καθαρεῖν· καὶ οὔτε ἐπιβῆναι κ. τ. λ.] Ita haec vulgabantur, antequam Palatini libri auctarium innotuisset, ubi est καθᾶραι δεῖν, ὡς Ἑκάτης, unde aliquis καθᾶραι θείῳ exsculpsit.

ἐπαγωγὴν] Hesychius in ὠπωτῆρε: διὰ φαρμάκων εἰώθασί τινες ἐπάγειν τὴν Ἑκάτην ταῖς οἰκίαις. Exempla vocis et superstitionis plura posuit Ruhnken. ad Timaei Lexicon p. 115.

διώπτασθαι τύχῃ] Haec de meo addidi, ut sensus fieret integer. Ominis vel auspicii mali exemplum in noctua habet alterum Aelianus h. a. 10, 37. Coray coniecit: βαδίζων ὡς αὐτοῦ ἴδῃ, ταράττεσθαι. Codex ταράττεται dabat. Sequens λεγὼ debetur Palatino libro: antea erat λέγει vel λέγῃ. De genere hoc pollutionis testatur locus Euripideus Iphig. Taur. v. 380. seqq. Quartam mensium Atticorum diem Minervae, septimam Apollini sacram fuisse, e Scholiis Aristophaneis ad Pluti v. 1127. Plutarchi Theseo monuit Coray. Idem e Vespis v. 857 docuit, thus cum myrtis et σιραίῳ seu vino cocto in sacris quibusdam coniungi. Denique idem λιβανωτοῦ scribi voluit.

ἐθελῆσαι, ἀλλὰ τὸ — φῆσαι εἶναι] Auctarium hoc Palat. liber dedit, in quo scriptum extat μαίνεσθαι — φήσας.

3. Καὶ ταῖς — τὴν ἡμέραν] Haec nova e Palat. libro accesserunt. De religione Hermaphroditi Athenis culti non constat aliunde nisi ex hoc loco et Alciphronis 3. Epistola 37. ubi Epiphyllis post mariti mortem εἰρεσιώνην ἐξ ἀνθῶν πλέξασα in templo Hermaphroditi dedicat. Fortasse olim h. l. fuit τοὺς Ἑρμαφροδίτου βωμούς. Locum Hesychii in Ἀφρόδιτος, ubi Theophrastus Hermaphroditum nominat, comparans cum Servio ad Aeneidis 2, 632, nihil reperio, unde lux huic loco possit affundi. Priapum Ἑρμαφρόδιτον vocat Mnaseas Patarensis in Scholiis ad Luciani Iovem Tragoedum c. 7.

εὔχεσθαι δεῖ] Ita Palat. antea erat προσεύχεσθαι. Orpheotelestas loco classico nominat Plato Reipublicae 2. pag. 221. βίβλων δὲ ὁρμαθὸν παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως. — καθ᾽ ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν· ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς· μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει.

καὶ περιῤῥαινόμενος] Haec liber Palat. ita scripta exhibet; καὶ περιῤῥαινομένω ἐπὶ θαλάττης. Ἐπιμελῶς δόξειεν ἂν εἶναι, κἄν ποτε ἐπίδῃ σκορόδῳ ἐστεμμένον τῶν ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἐπελθόντων κατὰ et cet. Coniecit Siebenkees: κἄν ποτε ἐπίδῃ σκορόδῳ ἐσθίοντα ἐπὶ ταῖς τρ. ἐπέλθων. unde adiutus olim conieceram: καὶ περιῤῥαινόμενος ἀπὸ θαλάττης ἐπιμελῶς . . . . δόξειεν ἂν εἶναι· ἄν ποτε ἐπίδῃ σκορόδων ἐσθίοντα τῶν ἐπὶ ταῖς τριόδοις, ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς et cet. Coray autem ita: καὶ περιῤῥανούμενος ἐπὶ θαλάττης (πορεύεσθαι) ἐπιμελῶς δ᾽ ἂν εἶναι. Καὶ ἐάν ποτε ἐπίδῃ τις, σκορόδῳ ἐστεμμένος (vel ἐστεμμένῳ αὐτῷ) ἐπὶ τὰς τριόδους ἀπελθὼν κατὰ κεφ. λ. Verbum ἐπιδεῖν interpretatur *invidere*, de fascinatione per oculos facta, advocato Sophocle Oed. Tyr. v. 1526. Equidem video σκορόδῳ στέφεσθαι solitos homines superstitiosos mali averruncandi causa. Artemidorus Onirocr. 1, 79. κρομμύοις στεφανοῦσθαι δοκεῖν τὸν μὲν ἰδόντα ὠφελεῖ, τοὺς δὲ περὶ αὐτὸν βλάπτει. Idem 1, 69. cepas et allia comedere malum, sed habere bonum est. Persii scripturam, *Si non praedictum ter mane caput gestaveris alli*, e Codice Bernensi ductam defendit Schmidt et Zoega in Numis Aegypt. p. 120. Hottinger, spretis Palatini Codicis auctariis, locum adhibita translocatione ita

corrigendum suspicatus est: *Καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθᾶραι· καὶ ἐπὶ ταῖς τριόδοις τὰ καθάρματα ἐκβαλεῖν, κἀκεῖθεν ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι· καὶ ἱερείας καλέσας, σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὐτὸν περικαθᾶραι.*

Ceterum totum hoc caput Theophrasto indignum indicavit et ab aliena manu suppositum Hottinger, eo maxime usus argumento, quod *δεισιδαίμων* is hic dicitur, qui ab Aristotele Politic. 5, 9, 15. cum adiectione *μετὰ ἀβελτηρίας δεισιδαίμων* vocatur. Inter remedia enim insidiarum, quae fiunt tyrannis, recenset ille hoc etiam: *ἐὰν δεισιδαίμονα νομίζωσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα καὶ φροντίζειν τῶν θεῶν· — δεῖ δὲ ἄνευ ἀβελτηρίας φαίνεσθαι τοιοῦτον.* Contra eum sensum, quo superstitiosus homo graece *δεισιδαίμων* dicitur, posteriore demum aevo vocabulo fuisse assignatum, eumque primum in libris Polybii reperiri. Fateor equidem, locum antiquioris scriptoris mihi nondum innotuisse, ubi vocabulum sensu deteriore atque eodem, quem Theophrasti hoc caput frequentat, adhibeatur: sed multa alia sunt in hoc libello vocabula, quibus significatio definita est a Theophrasto talis, qualem nec apud Aristotelem magistrum nec apud alium eius temporis scriptorem reperimus. Reliqua autem viri docti argumenta non tam gravia mihi videntur esse, ut refelli non possint: quaedam etiam tam levia, ut in mentem tali viro venisse admodum mirer. Verum ea de re fortasse alibi accuratius dicetur.

AD CAPVT XIX.

προσηνῶς διδομένων] Antea erat *παρὰ τὸ προσῆκον διδομένη*. E Palatino Siebenkees edidit *προσηνῶς*.

εἰ σὺ καὶ] Copulam Rheding. omittit, et potest abesse.

διότι ὕει] Cum Needhamo *οὐχ ὕει* scribendum censet Hottinger, satis probabiliter.

εὑρὼν ἐν τῇ ὁδῷ] Ita Palatinus liber pro vulgatis *εὑρὼν τι καὶ ἐν τῇ ὁδῷ*. Rheding. Codex *εὑρόν τι καὶ* dabat.

εἴ τι ὑγιὲς] Librorum scripturam *ὅτι* Auberius correxit.

ὅτι Υἱός σοι] Ita vulgabatur; sed codex unus Needhami et Palatin. omittunt *ὅτι*.

Ἱλαρὸς ἔστω] Ita Palatinus liber. antea erat *ἔστι*, quod correxerat Casaubonus.

AD CAPVT XX.

τὸν πευσόμενον] Articulus e Palatino accessit. Deinceps erat vulgo: *κατὰ στάδιον ἀριθμεῖν πόσον ἐστί.* Palat. verbum *καθίζων* inserens postrema duo vocabula omisit. Hottinger additum *καθίζων* contemsit, omissa duo vocabula probavit.

κοιλιούχιον] Sylburgii et Casauboni *κυλικούχιον* unice probat Hottinger propter Vaticanam scripturam *κυλιούχιον*, et locum Luciani T. VI. p. 336. Bipont. Neutrum vocabulum alibi repertum adhuc fuit.

ὃς βέλτιστα] Libri scripti *ὡς* dabant. Deinceps Coray malebat: *ἀλλ᾽ ᾧ γ᾽ ἂν* (vel *ὅτῳ ἂν*) *ᾖ ἄξιος ἐγγυητὴς τῶν κναφέων.*

ἀπαιτεῖν τοὺς τόκους] Verba duo posteriora ab aliena manu accessisse censuit Hottinger, quod eosdem testes nunc adhiberi putabat, qui antea pecuniam mutuo danti videntur adfuisse: quod non est necesse existimare.

αἰτησόμενος] Rheding. liber *ἐνστησόμενος* habet. Post verba *μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι* Palatinus egregium et necessarium supplementum inseruit, quod in Editione Norimbergensi ita proditum extat: *ἂν δ᾽ ἄρα τὶς οἰκεῖος ᾖ καὶ ἀναγκαῖος μονὸν ἐπυρώσας καὶ στήσας — χρήσει.* Mecum *μόνον οὐ πυρ.* scripsit etiam Coray. *χρῆσαι* postulabat reliquarum sententiarum similitudo. Hottinger, uti cetera fere omnia, ita et hoc Palatini libri supplementum contemsit. Lacunae vero suspicionem, quam Casaubonus iam olim professus est, amovere ab hoc loco conatus est comparata observatione Heindorfii ad Platonis Theaetetum p. 468. Sed ista observatio pertinet ad solam particulam *μὲν*, nullo *δὲ* consequente. Longe diversa est ratio particularum *μάλιστα μὲν*, de quibus vide dicta ad Anabasin 7, 7, 19. pag. 448. et ad librum de Equitatione 6, 14. Coray, spreto auctario, sequentia ita voluit coniungi: *εἰ δὲ μὴ, τὸν παῖδα τὸν ἀκολουθοῦντα κελεύειν.* ut servus intelligatur portare pocula mutuo data. Improbavit hanc rationem Hottinger, qui recte monuit, articulum *τὸν* ante *ἀκολουθοῦντα* auctore Casaubono inseri debere; quod feci.

αὐτῷ μὴ ἐν τῇ ὁδῷ] Vulgatum *αὐτὸ* e Codd. Camot. Guelf. Trinit. Palatino et Rheding. correxi.

πόσου; Κατάθου· — πέμπειν] Hic desinebant exemplaria vulgata: reliqua addidit Palatinus, praeter verbum *λέγειν* et negationem *μή*. Hoc vero auctario dubia redditur significatio verbi *κατάθου*, atque omnino potest ambigi, em-

torine an venditori tribuenda sint verba *κατάθου· οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν.* In vulgata Casaubonus verbum *'εἰπεῖν* post *πόσου* interserebat: in supplemento vero Palatino Hottinger, probata gemina coniectura in verbo *λέγειν* et *μὴ*, verbum praeterea *κατάθου* abesse debere putat, tanquam interpretamentum prioris *πόσου*, et locum ita vertit: *Wenn jemand von ihm etwas gekauft hat, und ihm sagt: Schreibe es mir auf Rechnung; denn ich habe nicht Muſse, das Geld sogleich zu schicken: dem antwortet er: Du darfst dich nicht bemühen; wenn du nicht Muſse hast, zu schikken, so will ich dich schon selbst nach Hause begleiten.* Ita vero verbo *ποσοῦν*, cuius auctoritas adhuc dubia esse mihi videtur, nova adscribitur significatio. Equidem existimo, *κατάθου* esse *infer nomen meum in rationes tuas vel calendario:* aut *rem depositam apud te serva, donec eam serva misso eam repetam et numos mittam.*

AD CAPVT XXI.

Ἔστιν ἡ] Ita Palatinus. Vulgo erat *Ἔστι δὲ ἡ.* deinceps *συγγενῆ ἀφ. καὶ τὸν πατέρα ἔχειν καὶ τὸν πάππον. ἀμέλει* et cet.

θηριωθῆναι] id est *ἀγριαίνεσθαι.* unde *θηρίωμα*, therioma Celsi 5, 28, 3. i. e. *ἕλκος θηριῶδες*, Hippocrati *θηρίον*, ulcus tetrum et diuturnitate temporis exasperatum. Talia in *ἀντικνημίοις* Cleon Aristophaneus Equit. v. 907. gerebat, quem *σαπρόκνημον* cum Dioscoride vocare possumus. *Προσπταίσματα* alibi dicuntur *προσκόμματα.*

ἀηδὴς καὶ τὰ τοιαῦτα] Ita haec copulari voluit Hottinger, cum plerique omnes interpretes verba *καὶ τὰ τοιαῦτα* separata formulam transeundi ad sequentia esse existimassent: quibuscum equidem sentio. Aliquoties enim similis formula occurrit in his Excerptis; nec verba cum antecedentibus coniuncta commodum sensum habere mihi videntur.

ἅμα δ' ἀρξάμενος] Codex Palat. dabat: *θύων, ἅμα δ' ἄρξασθαι προσλαλῶν.* Vulgo erat: *θύειν ἀρξάμενος, προσλαλεῖν καὶ ἀποῤ. — ἅμα πιεῖν προσερ.* Coray cum Casaubono maluit *ἐσθίειν ἀρξάμενος*, et sequens *ἀποῤῥίπτειν* de cibo ingesto interpretatur cum Fischero; equidem cum Casaubono de sputo. Deinde *ἀναπιπτόντος* Palatini libri correxit Editor Norimbergensis. Hoc totum membrum usque ad *κοιμᾶσθαι* novum e Palatino accessit.

σφύζεσθαι] Ita Palatinus, sine dubio vitiose. Antea erat βαλανείῳ χρῆσθαι. Coray coniecit χριόμενος σφογγίζεσθαι. Rheding. liber χρίεσθαι habet, et deinceps ἀναβαλλόμενος. Visconti apud Schweighaeuserum coniecit σφίγγεσθαι, vertens *se serrer dans ses habits*. Addit interpretationem hanc: *il n' attend pas seulement que sa mauvaise huile soit seche, il ne laisse pas secher l' huile au soleil, ce que les Romains appellèrent* insolatio. Comparat deinde Hesychii σφικτὴρ pro χιτὼν dictum e dialecto Tarentinorum.

καὶ χιτωνίσκον — σφόδρα λεπτὸν καὶ] Ita Palatinus auctior. Vulgo erat tantum: ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν ἀναβαλόμενος et cet. Fortasse postremum hoc κηλίδων μεστὸν non solum ad ἱμάτιον, sed etiam ad χιτωνίσκον παχὺν, quem domi gestare solebat, refertur. Ita certe maior δυσχέρεια apparet.

καὶ εἰς — βλασφημῆσαι] Casaubonus ad haec ita: *Vertunt*, inquit, *quum egreditur mater. sed* ἐξελθούσης *dixit Theophrastus, non* ἐξερχομένης. *De eo loquitur, qui matri adsit sacra facienti ex praecepto auguris.* Hinc vertit Hottinger: *Wenn seine Mutter vom Vogeldeuter kommt, um zu opfern, so hütet er sich nicht vor ominösen Reden. Während des Gebetes und der Libation schleudert er den Ueberrest des Weins aus der Schale, und lacht darzu, als wenn er einen rechten Spaſs gemacht hätte.* Hunc sensum quibus fidiculis e verbis graecis extorserit, equidem non intelligo. De sacris sermonem esse, sequentia docent. Lacuna mihi videtur esse et defectus verborum aliquot. De re et verbo βλασφημῆσαι compara locum Platonis Legum 7. p. 345.

ἐκβαλεῖν] Ita Palat. uti coniecerat Casaubonus. Antea erat ἐμβαλεῖν. Pro omine hoc caduco Hottinger excogitavit aliam rationem, ita ut scribatur: ἐκβαλεῖν τὸ πόμα vel τὸ λεῖμμα τοῦ ποτηρίου, quae ille de cottabo interpretatur: ideoque deinceps probat Bernardi emendationem ὥσπερ ἀστεῖόν τι, vel, ut ipse coniecit, ὡς γελαστόν τι πεποιηκώς.

τί οὐ ταχὺ παύσαιτο] Ita Palatinus liber, ubi vulgo erat μὴ ταχὺ παυσαμένη. Coray vulgatam mutabat in τῇ ταχὺ παυσαμένῃ, Palatinam vero scripturam in ὅτι ταχὺ παύσαιτο.

Ceterum quae a verbis inde καὶ τὰ τοιαῦτα leguntur in hoc capite, videntur ab aliena manu huic loco adiuncta fuisse, et proprie pertinere ad alios characteres, veluti ἀναισθησίας, βδελυρίας et ἀπονενοημένου, iam olim suspicatus erat Cornelius de Pauw, quocum alii sentiunt atque Hottinger, qui totum tamen hoc caput ingenio Theophrasti indignum censuit.

AD CAPVT XXII.

Ἔστιν ἡ ἀηδία — λαβεῖν] Ita Palatinus. Vulgo erat: *ἔστι δὲ ἀηδία — περιλαβεῖν.*

μέλλοντας — περιπατήσῃ] Casaubonus *μέλλοντα* coniecit, ita interpretatus: Solet retinere amicum, qui iam navim solvebat, et eius comites rogare, ut tantisper expectent, donec aliquot cum illo suo amico spatia confecerit. Graeca sic supplevit vertendo vir egregius. Contra Sylburgii coniecturam *ἀποπατήσῃ* unice probandam censuit Hottinger.

μασσώμενος σιτίζειν] Ita Palat. antea *μασσώμενον.* Verba duo iungit etiam Aristophanes Equitum versu 716.

καὶ πανουργότερον — καλῶν] Haec nova Palat. addidit, in quo est *πανοῦργον.* Pro *πατὴρ* more infantum dicitur *πάππος,* ut deinceps *μάμμη* pro *μήτηρ.*

ὑποχωρήμασιν αὐτῷ] Prius vocabulum truncatum in libris scriptis omnibus (*ὑπὸ*) coniecturam secutus primus Wolfius redintegravit. Sed praeter Palatinum librum etiam Rhedinger. integrum exhibet. *αὑτοῦ* malebat Wolfius.

2. *οἰκείων, ὡς ποίᾳ ἡμέρᾳ με ἔτικτες*] Ita vulgati libri, quibus multa addidit Palatinus: ubi *οἰκεῖοι* fortasse sunt, qui aliis *οἰκέται* dicuntur. Pro *λαβεῖν* Codex superscriptum *συλλαβεῖν* et in margine *εὑρεῖν* habebat. Editor Norimbergensis *ἀμφότερα ἔχουσαν* maluit, ut ea verba complectantur *τὸ ὠδίνειν καὶ τίκτειν.* Itaque sensus erit: *non facile esse, ut mulier aliqua absque illo gemino sensu et doloris et voluptatis hominem concipiat et pariat.*

ὥστε εἶναι ψυχρὸν] Haec assuit liber Palatinus, vix tamen sana. Quare seclusi. Sequentia *καὶ ὡς κῆπος — ἁπαλὰ* intelligo ita, ut repetatur *παρ᾽ αὐτῷ ἐστι,* etiam ad coqui mentionem. Nam verba *καὶ μάγειρος — σκευάζων:* ut deinceps ista: *μεστὴ γὰρ — ἐμπλῆσαι* nova e Palatino accesserunt.

3. *ἐστι τῷ συνδειπνοῦντι*] Haec addita sunt e Palatino, ut deinceps multo plura. Vulgo enim caput desinebat in verbis: *ποτηρίου ὅτι τέρψον τοὺς παρόντας.*

ἐπὶ τοῦ ποτηρίου] Si sanum, est pro *ἐπὶ τοῦ πότου,* post coenam in potatione. Casaubonus tamen e Plutarchi Alexandro apposuit: *ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης.* Plato vero in Convivio *ἐπὶ τῇ κύλικι* dixit. Cetera liber Palat. ita scripta exhibebat: *παρασκευάσται, καὶ ὅτι αὐτὴν, ἐὰν κελ. ὁ παῖς μέτεισι — πορνοβόσκου· ἤδη πῶς.* Ineptus homo, (ita enim recte *τὸν ἀηδῆ* e Ciceronis loco de Oratore 2, 4. interpretatur Hottinger, et

vernaculo sermone *den Abgeschmackten*,) ad coenam hospiti datam transfert morem adolescentium petulantium, qui tibicinam a lenone arcessitam conviviis adhibere solebant.

AD CAPVT XXIII.

δόξειεν ἄν] E libro Rheding. *ἄν* addidi, qui deinceps *ἀνελευθέρου* habet.

ἀναγαγὼν] Ita pro *ἀπαγ*. Palatinus. Plutarchus Thesei c. 5. testatur, moris fuisse iam ante Theseum *τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων ἐλθόντας εἰς Δελφοὺς ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης*. Plura vide in annotatione Editionis prioris.

ἀποδιδοὺς] Ita Palat. pro *ἀποδούς*. Deinceps *ποιήσας* malebat Corn. de Pauw. *καινὸν ποιῆσαι* videtur esse permutare numos recens percussos et asperos usu detritis.

2. *Καὶ κολοιῷ — πηδήσεται*] Haec est accessio libri Palatini: ubi *κλιμακίδιον* et *ἀσπίδιον* quem usum avi praestiterint, difficile est coniicere. Coray *πηδήσει* aut *ἐπιβήσεται* maluit.

ἐν τοῖς μύωψι] Tria haec addidit Palat. Deinceps antea erat *ἐς τὴν ἀγορὰν περιπατεῖν*. Rectius Palatinus.

κυναρίου] Palatinus *Μελιταίου* addit. Deinceps antea erat: *μνῆμα ποιῆσαι, καὶ στηλίδιον ποιήσας, Κλ. Μελ.* Coniecturam Toupii *Καλὸς Μελιταῖος* cum Boettigero probavit Hottinger: eamque ipse etiam probo.

Ἀσκληπιείῳ] Ita Palat. pro *Ἀσκληπίῳ*. Idem deinceps *στεφανοῦντα ἀλείφειν*. antea erat *στεφανοῦντα ἀλείφεσθαι*: unde viri docti *στεφανῶν καὶ* effecerunt. *καὶ ἀλείφων* maluit Coray: quocum sentio. Videtur annulus *φαρμακίτης* intelligi, de quo genere Hesychius: *ὃν οἱ φαρμακοπῶλαι εἰώθασι πιπράσκειν ἀντὶ φαρμάκου.* Cf. Schol. Aristophanis ad Pluti versum 885. ibique annotationem Hemsterhusii. Talem gestans homo vanus a morbo convaluisse sibi videbatur: igitur annulum Aesculapii in templo dedicatum omni cultus genere prosequitur, quotidie coronans et ungens.

συνδιοικήσασθαι παρὰ τ. πρ.] Casaubonus malebat *τὰ παρὰ τῶν πρ.* ea, quorum administratio ad prytanum officium pertinet, interpretatus. I. M. Gesner: *comparare cum prytanibus et ab iis impetrare*. Mihi verba aliquot deesse videbantur. Deinceps *ἀπαγγείλῃ* libri omnes habent: postea *παρασκευασάμενος* alii libri: equidem Palatinum et Rheding. sequor.

ἐθύομεν] Vulgo erat: ἐθ. οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μ. τ. θεῶν ἄξια καὶ καλὰ, καὶ ὑμεῖς δέχεσθαι (vel ἐδέχεσθε) τ. ἀ. unde viri docti δέχεσθε, alii ἐκδέχεσθε effecerunt. Palatinus habet: ἐθ. οἱ πρ. τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τ. θ. τὰ μὲν ἄξια καὶ τὰ ἱερὰ καλά· καὶ ὑμεῖς δέχεσθε τὰ ἀγαθά. Extat prooemium Demosthenicum, quo post rem divinam factam populo renuntiatur, litassentne an non. Ibi igitur sunt haec: ἐθύσαμεν τῷ Διῒ τῷ Σωτῆρι καὶ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τῇ Νίκῃ, καὶ γέγονε καλὰ καὶ σωτήρια ταῦθ' ἡμῖν τὰ ἱερά. ἐθύσαμεν δὲ καὶ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν καὶ τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ ἐκαλλιεροῦμεν καὶ ταῦτα. Denique in fine est: δέχεσθε οὖν παρὰ τῶν θεῶν διδόντων τἀγαθά. Ad hoc exemplum locum Theophrasti correxi. Fortasse etiam mentio ceterorum deorum culpa librarii omissa latet in illa abundantia verborum τὰ ἱερὰ post πρυτάνεις positorum. In fine capitis Palatinus liber cum Rheding. Guelf. Camot. εὐημερεῖν habet. Pro ἄξια Bernardus αἴσια bene coniecit scribendum. Ad rem pertinet locus Pausaniae Atticorum c. 5. τοῦ βουλευτηρίου τῶν πεντακοσίων πλησίον θόλος ἐστὶ καλουμένη, καὶ θύουσιν ἐνταῦθα οἱ πρυτάνεις.

AD CAPVT XXIV.

ἀποφιλοτιμίας] Ita Palatinus pro ἀπὸ φιλ. quod esse debet idem quod ἀφιλοτιμία. Deinceps φεύγουσα δαπάνην cum Casaubono scribendo sensui consules.

νικήσας τραγῳδοῖς] Est emendatio Casauboni pro νικῆσαι τραγῳδοὺς librorum scriptorum.

γενομένων ἐκ τοῦ δήμου, σιωπᾶν ἢ ἀναστὰς ἐκ] Vulgatum ordinem, γενομένων, ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς σιωπᾶν ἢ ἐκ, correxit Coray. Verbum ἀναστὰς deletum maluit Hottinger.

πλὴν τῶν ἱερῶν] Ita Casaub. pro ἱερείων librorum scriptorum. Alii ἱερέων maluerunt.

2. ἐπὶ τοῦ καταστρώματος] Ita cum Casaubono Palatinus pro ὑπό. Alii cum Pavo ἀπὸ scripserunt.

Καὶ τὰ παιδία — *συμβάλλωνται*] Haec nova accesserunt e Palatino, non satis tamen integra. Codex enim habet διδάσκαλον, ὅταν ᾖ τοῦ ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδιμουσία. unde quae potui effeci. Coray coniecit καὶ εἰς τὰ παιδομουσεῖα, ἀλλὰ φῆσαι, omissis verbis ὅταν ᾖ τοῦ ἀποτιθέναι, quae illi temere repetita videntur esse ex antecedentibus. Postea tamen idem vir doctus e verbo συμβάλλωνται coniecit, in vocabulo παιδομουσεῖα latere festum aliquem diem pueris cum magistro

exhilarandis epulo datum. Igitur suspicatur scriptum: διδασκάλου, ὅταν ᾖ τοῦ — καιρὸς τὰ παιδομουσεῖα. Aeschines orator mentionem facit τῶν Μουσείων ἐν τοῖς διδασκαλείοις similium Ἑρμείοις ἐν ταῖς παλαίστραις, qui sunt festi Musarum dies et Mercurii, e lege Solonis, contra Timarchum p. 2. 22. et Pollux 1, 37. Cf. Corsini Fasti Attici T. II. p. 349. Unde facile e vitioso παιδιμουσία fuit efficere παιδικὰ Μουσεῖα. Locum tamen integrum ita non spondeo.

3. καὶ διειλεγμένου αὐτῷ, προσιόντα] Haec Palatinus addidit, unde etiam accessit ἀνακάμψας pro ἀποκ. et verba τῷ κύκλῳ. Denique idem cum Rheding. προϊδόμενος dedit pro προειδ. vulgato. Articulum τῷ ante κύκλῳ abesse malim.

4. Καὶ τῇ γυναικὶ — εἰσενεγκαμένῃ] Haec e Palatino accessio facta est, uti sequentium ἐκ τῆς γυναικείας παιδίον συνακολ. ubi ἀγορᾶς supplevi. Sed Italus doctus Visconti apud Schweighaeuserum negat, hoc supplementum, τῆς γυναικείας ἀγορᾶς, huic loco convenire, quia in foro muliebri vasa figulina venum prostabant, teste Polluce 10, 10. Corrigit igitur ἐκ τῶν γυναικείων παιδίων, quod Schweighaeuser vertit: *il loue une jeune fille pour la suivre dans les sorties.* Sed παιδίον omnino servandum censeo. Ceterum θεράπαιναν cum quatuor Codd. vulgato θεραπαίνας praetuli.

παλιμπήξει] Codex πάλιν πήξει habet. Sequens ἐκκορίσαι cum Casaubono et Coraio praetuli librorum ἐκκορῆσαι, ἐκκορύσαι et ἐκκροῦσαι.

παραστρέψαι] Rheding. liber παρατρίψαι habet. Triplex est huius loci interpretatio. Casaubonus, comparato loco Luciani, ἀντιστρέψας τὸ τριβώνιον, ὡς ἐπὶ τοῦ καθαρωτέρου γένοιτο ἡ ἀναβολή, Somnii c. 9. T. VI. p. 303. interpretatur vestem detritam ex parte invertere, ne maculae et sordes eius appareant. Contra Coray parcum censet famae minorem quam vestis curam habere, et verbum de convertendo pallio interpretatur, quo facilius a sordibus et detrimento defendatur. Schweighaeuser vertit: *Pour s' asseoir il roule le vieux manteau qu' il porte lui même: c' est à dire au lieu de se faire suivre par un esclave qui porte un pliant* (ὀκλαδίας), *comme c' étoit l' usage des riches*, (*Aristophane Equit.* 1381.) *il épargne cette dépense en s' asseyant sur son vieux manteau.* Verum hoc sensu equidem malim παραστορέσαι vel ὑποστορέσαι legere. Non diffiteor tamen, verum vidisse mihi videri virum doctum; certe in vulgari interpretatione sive Casauboniana non apparet causa additi καθεζόμενος, nec

illorum, ὃν αὐτὸς φορεῖ. Eadem ratio est interpretationis Coraianae, quam vertendo reddidit Hottinger: *So oft er sitzen will, so überschlägt er untenher seinen abgetragenen Mantel, um die Aussenseite zu schonen.*

AD CAPVT XXV.

δόξειεν ἂν] E libro Rheding. ἂν additum. Vulgo erat: Ἀμέλει δὲ ἡ — τινῶν ἀγαθῶν, emendatum e Palatino, qui deinceps δόξει dat. προσδοκία esse vitiosum consentiunt omnes interpretes: ratio emendandi dubitatur. Recte tamen Casaubonus vidit, ex Aristotele addi debere definitioni δόξης χάριν vel similia verba aliquot. Quid si suspicemur fuisse προσποίησις πρὸς δόξαν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων?

διαζεύγματι] Videtur esse ζεῦγμα λιμένος Thucydidis 7, 69. in cuius vicinia fuit δεῖγμα, mercatorum mercibus exponendis dedicatum, quod quidam interpretes huc transtulerunt. Hoc ipsum videtur esse χῶμα Alciphronis 3. Epist. 65.

ἐργασίας τῆς δανειστικῆς] quae foenus nauticum exercet: quo sibi etiam multam pecuniam collocatam in mari periclitari narrat homo gloriosus. Hottinger ταύτης interserendum censuit, quo accuratius foenus nauticum definiatur.

καὶ ἀπολώλεκε· καὶ — κειμένης] Haec nova addita e Palatino. Verbum novum πλεθρίζων gloriari videtur significare, vel iterato narrare, garrire, si compares ἐκπλεθρίζειν apud Galenum de sanitate tuenda 2, 10. Simile πελεθριάζω in loco Ioannis Damasceni posuit Mangey ad Philonem T. II. p. 186. ed. Pfeif. ipse ἐλευθεριάζω corrigens, sententia tamen aeque obscura.

κειμένης] In mensa numularii vel argentarii homo gloriosus praeter unam drachmam nihil pecuniae collocatum habebat.

ἀπολαύσας] Vim verbi significat etiam locus Plutarchi T. 8. p. 323. ed. Reiskii de femina maritum diu sed frustra detinente, ἱκανῶς ἀπολαύσασά μου. Recte igitur Hottinger vertit: *Hat jemand das Unglück ihm als Reisegefährte in die Hände zu fallen, so unterhält er ihn von dem Feldzuge.*

Ἀλεξάνδρου] Est Auberii coniectura. Libri scripti omnes Εὐάνδρου habent. Verba καὶ ὡς αὐτῷ εἶχε nova sunt, e libro Palatino addita: quam familiariter Alexandro fuerit usus. Deinceps ἐκομίσατο malim cum Reiskio.

καὶ ταῦτα — ἀποδεδημηκώς] Accesserunt haec e Palatino. Verbum ψηφῆσαι Coray mutat in δὴ φῆσαι vel φῆσαι, et totum hoc supplementum collocandum censet post verbum ἐκόμισε. Proximum vulgato est ψηφῆσαι, quod Hottinger voluit reponi etiam infra, ubi est σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους.

τρίτον δὴ λέγοντα] Auberius τριταῖον coniecit. Hottinger cum Kuhnio, Schwarzio et Beckio παραγίνεσθαι scribens λέγοντα dictum interpretatur pro κελεύοντα: quae ratio mihi longe probabilior vulgata videtur; sed in verbo λέγοντα haereo dubius.

ἐξαγωγῆς ἀτελοῦς] e Macedonia, uti docent loca Demosthenis contra Timotheum p. 1194. Xenophontis Hellen. 6, 1, 4. Andocidis p. 81.

περαιτέρω — Μακεδόσι] Nova haec addidit Palatinus: mihi tamen Μακεδόνων scribendum videbatur: *ultra quam Macedones sapere decebat.* Cavet homo gloriosus suspicionem proditionis aut commercii illiciti cum rege Macedonum.

σιτοδεία] Librorum σποδία correxit Casaubonus. Verba ἀνανεύειν γὰρ οὐ δύνασθαι, et deinceps illa pauca, ἕνα αὐτῶν post ψήφους, addidit Palatinus.

κατὰ μνᾶν] Ita Salmasius. Vulgatum κατὰ μίαν Casaubonus interpretatur *sexcentos homines sigillatim nominare.* Sexcentae minae sexcentis hominibus imputatae faciunt decem talenta. Exemplar Siebenkees. habet ἑξακοσίας et ποσῶν, vitio, ut videtur, operarum. Ceterum cum emendatio Salmasiana verba sequentia, καὶ ποσοῦν αὐτάς, supervacua reddere videatur, et enumeratio sexcentorum nominum patientiam hominum ignotorum superare, Hottinger verba καθ' ἑξακοσίους κατὰ μνᾶν tanquam aliena tolli voluit. Sane si abessent, equidem non desiderassem.

καὶ προστιθεὶς πιθανὰ ἑκάστοις τούτων] Ita vulgabatur. Palatinus πιθανῶς habet, deinceps ὀνόματα, ποιῆσαι καὶ δέκα τ. Pronomen τούτων omittit Rheding. hinc seclusi.

καὶ ταῦτα φῆσαι] Vulgati libri τοῦτο dabant: scriptorum φήσας correxit Wolf et Casaub.

5. τοῖς τοὺς ἵππους] Ita Sylburgius scriptorum librorum δ' εἰς τοὺς ἵππους correxit. In Palatino post ἀγαθοὺς insertum legitur τοῖς.

κλίνας] Cum Casaubono in σκηνὰς mutarunt Editores. Demosthenis locum T. II. p. 535. posuit Fischer, ubi αἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν σκηναὶ memorantur: sed κλίναι possunt significare

forum id, ubi lecti triclinіares cum veste stragula vendebantur. Est enim ἱματισμὸς vestis stragula. Non igitur opus est coniectura Itali Visconti κλισίας, quam annotavit Schweighaeuser.

ὅτι τὸ χρυσίον οὐκ ἔχων] Ita Palat. Antea erat: ὅτι οὐκ ἔχων χρυσὸν αὐτῷ ἀκ. Solus liber Rheding. habet: μάχεσθαι οὐκ ἔχοντι χρυσὸν ἀκολουθεῖν.

ἐν μισθωτῇ οἰκίᾳ] Ita libri Palatini Casauboni. Alii dant μισθῷ τὴν οἰκίαν. Rheding. μισθῷ τῇ οἰκίαν habet. Xenophontis Sympos. 4, 4. ἐν μισθῷ αὐτοὶ οἰκοῦσιν. ubi antea erat αὐταῖς.

καὶ ὅτι μέλλει] Ita cum Casaubono Vaticanus. Antea erat διότι μέλλει. Sequens αὐτῷ ex eodem Vaticano accessit.

AD CAPVT XXVI.

Ἔστι δὲ ἡ ὑπερ.] Articulum de meo addidi. Ad τῷ σπεύδοντι intellige cum Casaubono ἐντυγχάνειν αὐτῷ. Pro φάσκειν libri omnes praeter Vatic. φάγειν dant.

μεμνῆσθαι φάσκειν] Alii verbum φάσκειν delent, tanquam e correctione vitiosi φάγειν natum et in alienum locum translatum. Deinceps vulgo sequebatur: φάσκειν ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ βιάζειν· καὶ προσελθεῖν. Equidem verbum βιάζειν tanquam inutile et suspectum seclusi. Ingeniosa est Schweighaeuseri coniectura βαδίζων.

κρίνειν τοῖς ἐπιτρέψασι] Codex dabat: κρίνειν· καὶ ἐν τοῖς ἐπιτρέψασι καὶ χειροτονουμένοις. Coray corrigebat: μεμνῆσθαι βιάζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς. Καὶ τὰς διαίτας μὴ κρίνειν τοῖς ἐπιτρέψασι. καὶ χειροτονούμενος ἐξόμνυσθαι τὰς ἀρχάς, οὐ φάσκων σχολάζειν. Verba tamen ἐν ταῖς ὁδοῖς vitii suspecta habet.

2. Καὶ προσελθεῖν — θελῆσαι] Hoc membrum Hottinger cum altero infra posito ita coniungit: καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς πορευόμενος μὴ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι, κάτω κεκυφὼς, καὶ προσελθεῖν πρότερος οὐδενὶ θελήσας.

πωλοῦντάς τι ἢ μεμισθωμένους] Casauboni emendationem vulgati καὶ μεμισθ. comprobavit liber Rheding. Coray malebat ἐμπωλοῦντάς τι ἢ μισθουμένους. Hottinger vertit: *Seinen Taglöhnern befiehlt er mit Tagesanbruch sich einzustellen.* Is scilicet τοὺς πονοῦντας voluit scribi. Mihi tamen non apparet ita, qua in re superbiae insit argumentum. Equidem μισθουμένους praefero.

ὅταν δὲ αὐτῷ — πάλιν] Vulgo erat: κεκυφώς· ὅταν δὲ αὐτῷ δόξῃ ἑστιᾷν τοὺς φίλους. Verba ἄνω πάλιν e Palat. accesserunt. Malim tamen equidem ita verba collocata: κεκυφὼς καὶ ἄνω πάλιν. Ὅταν δὲ αὐτῷ δόξῃ ἑστιᾷν τοὺς φίλους, αὐτός. Nam nimis otiosa sunt verba ὅταν δὲ αὐτῷ δόξῃ posita ante ἄνω πάλιν.

ὅτι προσέρχεται] Ita Palat. pro ἔρχεται, quanquam in eo προέρχ. est.

οὔτε λουόμενον] Haec verba e Palatino accesserunt, ubi tamen αὐτὸν, quod vulgo post ἀλειφόμενον insertum legitur, deest. Eadem verba solus liber Rheding. addit, unde de eius praestantia iudicium fieri potest.

3. διωθεῖν τὰς ψήφους] Hesychii locum, Κήτιον, ᾧ τὰς ψήφους διωθοῦσιν ἐν τοῖς κληρωτηρίοις, comparavit Casaubonus, sed ratio ibi dispar est. Hoc in loco est summatim rationes putare calculis raptim. Deinceps γράψαι αὐτὸ cum Schwarzio malebat Pauw.

Καὶ ἐπιστέλλων μὴ γράφειν] Vulgo erat: καὶ μὴν ἐπιστέλλων μὴ γράψαι. Palatinus: καὶ ἐπιστέλλων μὴ γράψειν. Codex Rheding. καὶ μὴ ἐπιστέλλων μὴ γράψειν habet, et ἀπέσταλκα, ut Palat., pro vulgato ἀπέστειλα, omisso sequente σε.

AD CAPVT XXVII.

Ὕπειξις contraria ὑπομονῇ. Verbum πλέων, uti docet contrarium στρατευόμενος πεζῇ, est de navali militia.

ἡμιολίας] Navigium praedatorium fuisse videtur. Vide Schweighaeuseri Indicem Polybianum in voce Ἡμιολία.

ἀνακόπτοντος πυνθάνεσθαι] Ita vulgati libri. ἀνακύπτων μὲν Palat. Difficile est iudicium de vera scriptura. Vulgatam Casaubonus interpretatur ita, ut ἀνακόπτοντος sit pro ἀνακόπτειν κελεύοντος, et ἀνακόπτειν esse ait, navis cursum mutari praeviso scopulo aut alio periculo. Inde oriri metum in animo timidi, et e metu quaestionem, εἰ μεσοπορεῖ, quasi dicat: num periculum est aliquod, ne vel scopulis illidatur navis, vel in brevia et syrtes deferatur? Is sequentia καὶ τί — θεοῦ ad auspicia refert. Quod quum durum visum esset Hottingero, is maluit duo membra ita copulare: φορεῖται ἀπὸ ἐνυπνίου τινός· καὶ τί αὐτῷ δοκεῖ τὰ θεοῦ; *was er von der Bedeutung desselben halte?* vertens. Quae quidem ratio mihi quidem multo durior esse videtur, quam

Casauboniana. In scriptura Vaticana καὶ τοῦ κυ. ἀνακύπτων π. verba ea, de quibus nunc quaerimus, commode referuntur ad tempestatem, quam timet cum naufragio timidus. ἀνακύπτων enim est suspiciens coelum. Ceterum αἰσθάνεσθαι libri scripti Casauboni, ut Rheding., habent, ubi Casaubonus πυνθάνεσθαι scripsit.

τὸν χιτωνίσκον] Timidus naufragium metuens ad natandum se parare videtur.

πεζῇ] Antea legebatur: δὲ προσκαλεῖν πάντας πρὸς αὐτὸν, καὶ στάντας πρῶτον περιϊδεῖν, καὶ λέγειν. Palatinus habet: πεζῇ ἐκβοηθοῦντάς τε προσκαλεῖν κελεύων πρὸς αὐτὸν πάντας, πρῶτον περιϊδεῖν. ubi praeterea προσκαλεῖσθαι malim. Deinde καὶ τρέχειν ὑπὸ τὴν σκηνὴν vulgo erat. Palat. καὶ εἰπεῖν τρέχειν. ubi verbum alienum εἰπεῖν fortasse ortum est ex ἔπειτα.

καὶ κελεύσας] Ita Palat. vulgo sine copula est κελεύειν.

ἀποκρύψας αὐτὴν ὑπὸ τὸ] Male Palat. πρὸς τὸ κεφ. Rheding. ἀποκρύψαι, omissa praepositione ὑπό. Verba ὡς ζητῶν (Codex ζητεῖν habet) e Palatino adieci.

τραυματίαν τινὰ] Palat. τινὰ addidit. In Rheding. Codice τινὸς additum est. Deinceps vulgatum προσδραμεῖν καὶ θεωρεῖν κελεύειν. καὶ τοῦτον θεραπεύειν correxit et supplevit Palatinus. Iam olim Casaubonus θεωρεῖν mutandum vidit in θαῤῥεῖν, quod plane est scriptum in libro Rhedinger.

καὶ παρακαθήμενος ἀπὸ τοῦ ἕλκους — ἀποσοβεῖν] Vulgo tantum erat καὶ μυίας σοβεῖν. Supplevit Palat. ubi tamen simplex σοβεῖν est: compositum dedit egregius liber Rheding.

σαλπιστοῦ δὲ τὸ — ἐν τῇ σκηνῇ] Verba δὲ τὸ et articulus τῇ adiectus fuit e Palat. et Rheding. hic praeterea σημάναντος habet. Verbum εἰπεῖν de meo addidi.

τὸν ἄνθρωπον] militem saucium sub tentorio cubantem. ἐάσει habet Rhedinger. liber.

ἕνα σέσωκα] Vulgo erat ὡς σέσωκε. Cum Palatino facit Rheding. Deinceps vulgo σκεψόμενος erat: σκεψαμένους habet Palat.

τοὺς δημότας καὶ φ] Vulgo erat: τοὺς φυλέτας καὶ δῆμον. In fine Rhed. habet χερσὶ ἐπὶ σκηνῆς ἐκόμισε. Ceterum hoc caput Hottinger a Theophrasto profectum negat propter nimiam picturae diligentiam.

AD CAPVT XXVIII.

Ὀλιγαρχία mores hominis oligarchiam affectantis significat, et *ὀλίγαρχος* ipsum hominem talem. Nam constantem librorum scriptorum scripturam cum Casaubono posteriores Editores in *ὀλιγαρχικὸς* mutarunt, quo vocabulo sane usi sunt scriptores Attici, nullus autem priore, hac quidem cum significatione.

ἰσχυρῶς γλιχομένη] Ita Palat. *γλιχομένη* etiam Rhed. vulgo erat *ἰσχυροῦ — γλιχομένους*. Omnes tamen *κέρδους* dant. Casaubonus coniecit *οὐ γλιχομένη* vel *οὐ γλιχομένου*. Pauw *κράτους* correxit.

τινὰς τῷ ἄρχοντι ἐπιμελησόμενος πομπῆς παρελθὼν ἀποφήνας ἔχειν] Hanc vulgatam scripturam e Palat. correctam supplevi, qui tamen *προαιρεῖσθαι — ἀποφήνας ἔχει* dat. Postremum Casaub. mutabat in *ἀποφῆναι ἑαυτόν*.

προβάλλωνται δέκα] Unus e tribu quaque eligi et senatui proponi solebat approbandus. *ἄλλοι* quo referatur, non intelligo, nisi si fortasse oligarchicus exspectaverat, solus ut ipse allegeretur archonti socius. *προσβάλλωνται* nescio qua necessitate cogente scribendum dixerit Schweighaeuser.

2. *τῶν λόγων*] Rheding. *τῶν ὀλίγων* habet. Sequens *αὐτοὺς* e Palat. accessit: *nos solos*. Deinceps *περὶ τοῦτο* inserit Palat. *περὶ τούτων* cum Rheding. dedi.

παύσασθαι — πλησιάζοντας] Eodem sensu dicta interpretatur Coray, quo *προσιέναι* et *προσέρχεσθαι πρὸς τὰ κοινά, accedere ad rem publicam* latine dicitur. Hottinger *παῦσαι* corrigit e versione Casauboni, sed ita desideratur vox *τοὺς δημότας* vel similis plebem significans. Vulgaris scriptura significat morem plebem ambiendi in comitiis magistratibus creandis, quem tolli vult oligarchicus homo. Ceterum Codex Rheding. *πλησιάζων* dat.

καὶ ὑπὸ τούτων αὐτὸς — ἢ ἠτιμωμένος] Vulgo erat tantum: *καὶ ὅτι ὑπό τινων ὑβριζόμενος εἰπεῖν, δεῖ αὐτοὺς κἀμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν*. In scriptura Palatini non video quo referatur *ὑπὸ τούτων*, et praefero antiquum *τινῶν*: deinceps malim etiam *ἀτιμούμενος*. In Rheding. scriptum postea reperi: *δεῖ αὐτοὺς ἢ ἐμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν*. Hottinger, praeeunte Casaubono, corrigi voluit ita: *ὅτι ἢ τούτους οὐ δεῖ ἢ ἐμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν*, comparans locum Demosthenis, p. 113. de Philippo: *τοῦτο μὲν γὰρ Ὀλυνθίοις — εἶπεν, ὅτι δεῖ*

δυοῖν θάτερον ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν, ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ. Unde simul suspicionem duxit, caput hoc ab ipso Theophrasto non esse profectum.

3. *καὶ τὸ ἱμάτιον ἀναβεβλημένος*] Haec nova adiecit Palatinus, e quo articulus *τὸ* ante *μέσον* accessit, et *κειράμενος* pro *κεκαρμένος*. Postremum hoc equidem praefero. *μέσην κουρὰν* aliunde equidem non novi, praeterquam quod Pollux 4, 239. *μεσοκούρους* nominavit, quos Salmasius de caesarie virorum et mulierum coma pag. 171. putat ad eundem modum tonsos fuisse, ut monachi tondentur, et pueri symphoniaci ecclesiastici.

σοβεῖν] Casaubonus de superbo incessu interpretatus deinceps verbum *λέγων* voluit additum: contra Hottinger hoc ipsum *σοβεῖν* mutatum maluit in *ψοφεῖν*, crepare. Codex Rheding. *λόγους* omisit.

Διὰ τοὺς συκοφ.] Vulgares libri multo brevius: *Οὐκ οἰκητέον ἐστὶ τὴν πόλιν — δεινὰ πάσχειεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων.* ubi tamen Rhed. liber *πάσχομεν* habet. Omnes libri *δικαζομένων* dant.

Καὶ ὡς θαυμάζω — καὶ διδόντος] Haec adiecit Palatinus, non usquequaque integra. Coray coniecit: *ὡς ἀχάριστος ὁ δῆμος* (vel *ἀχάριστον τὸ πλῆθος*), *καὶ ὡς ἔστι τοῦ νέμοντος καὶ διδόντος.* i. e. favet iis tantum et totus est addictus, qui vel de suo illi dant, vel publica distribuunt. Cui emendationi equidem assentior. Contra vulgatam scripturam Schweighaeuser vertit: *tandis que les fonctions publiques sont si desagréables à cause de l'espèce de gens qui les confere et en dispose.* Ceterum Palatinus *θαυμάζων* habet.

4. *Καὶ εἰπεῖν — ἀπολλύμενοι*] Haec e Palatino accesserunt. Sequens *αἴτιον* Palat. dedit pro vulgari *πρῶτον*, quod legebatur post *Θησέα*. Articulum *τῶν* ante *λειτουργιῶν* addidit Coray.

τοῦτον γὰρ — ὑπ' αὐτῶν] Auctarium egregium Palatini, ubi tamen *λυθεῖσαι* scriptum est. Undecim urbes nominat Stephanus Byz. in v. *Ἀθῆναι.* Strabo 9. p. 370. *εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς. ἐβασιλεύοντο μὲν οὖν Ἀθηναῖοι πρότερον· εἶτ' εἰς δημοκρατίαν μετέστησαν.* Post *καταγαγόντα* deest vocabulum aliquod, *τὸν δῆμον* vel *τοὺς δήμους*. Denique verba *ὑπ' αὐτῶν* referenda sunt ad *δημαγωγούς*, satis longe hinc remotos. Menesthei, demagogi Theseo inimici, meminit Plutarchus The-

sei c. 31. et 34. quem de condita urbe Athenarum compara cap. 23. cum Thucydide 2, 15.

καὶ ταὐτὰ προαιρουμένους] Haec addidit Palatinus. *ὁμοιοτρόπους* maluit Casaubonus, *ὁμοτρόπους* exemplo Anacreontis, Aeschinis et Diogenis Laertii defendit Fischer.

AD CAPVT XXIX.

ἑξηκονταετὴς] Ita Palat. aut potius *ἑξήκοντα ἔτης*. Vulgo erat: *ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς*.

ταῦτα ᾄδων] Codices Casauboni dabant: *ταῦτα ἄγων παρὰ πάτον*. Sed Rheding. rectum habet *καὶ ταύτας λέγων παρὰ πότον* cum Palatino, qui tamen *καὶ ταῦτα* dicitur habere.

ἐπὶ τὸ δόρυ καὶ ἐπὶ ἀσπίδα· καὶ εἰς ἀγρὸν κ.τ.λ.] Ita vulgati libri. Palatinus multa addidit, sed retinet *ἐπὶ τὸ δόρυ*, et dat *ἐπ' οὐρανὸν*, unde antea *οὐραγὸν* effeceram: nunc cum Coraio *ἐπ' οὐρὰν* praetuli. Articulum *τὸ* transposui.

εἰς ἡρῶα] Codex deinceps *τρέχειν* dabat. Promethei festum diem intelligit, de quo Pausanias 1, 30. cf. Aristophanis Ran. 131. 1087. Vesp. 1203. Lampadophoriam celebrabant etiam Athenienses festo die Panathenaeorum, Vulcani et Panis, teste Photio in Lexico v. *Λαμπάς*. Verbum *συμβάλλεσθαι* videtur latinum *comparari* esse et *componi* de gladiatorum paribus usurpatum. Contra Hottinger *Ἑρμεῖα* coniecit, et cum Coraio verbum *σύμβάλλεσθαι* de pecuniae collatione interpretatur.

Ἡρακλεῖον] Geminum Herculis templum memorat Herodotus 5, 63. Videtur in sacrificio Herculi oblato bovis hostia a iuvenibus caesa fuisse.

προσανατρίβεσθαι ἀπιὼν] Codicis *εἰπὼν* cum Coraio mutavi. Antea *εἰσελθὼν* conieceram. Hercules in palaestris dedicari solitus erat. Verbum *προσανατρίβεσθαι* Coray interpretatur metaphorice dictum et comparat cum vernaculo *se frotter à quelqu'un*. Plato Theaeteti 68. p. 374. *οὕτω τις ἔρως δεινὸς ἐνδέδυκε τῆς περὶ ταῦτα γυμνασίας. Μὴ οὖν μηδὲ σὺ φθονήσῃς προσανατριψάμενος σαυτόν τε ἅμα καὶ ἐμὲ ὀνῆσαι.* Plutarchi Amatorius p. 9. ed. Hutten. de amore masculo: *μετὰ τὰς ἀποδύσεις καὶ ἀπογυμνώσεις τῶν νέων παραδὺς εἰς τὰ γυμνάσια καὶ προσανατριβόμενος ἡσυχῇ καὶ προσεμβαλὼν, εἶτα κατὰ μικρὸν ἐν ταῖς παλαίστραις πτεροφυήσας.*

2. *Καὶ ἐν τοῖς θεάμασι — δικάζεσθαι*] Haec omnia nova dedit Palatinus, ubi tamen scriptum est: *θαύμασι — καλλιστεύσῃ*. Coray *πληρώματα* interpretatur dramata integra, quorum spectaculum ter quaterve repetat ὀψιμαθής, ut cantiunculas chori ediscat.

τελούμενος τῷ Σαβαζίῳ] Serpentem *παρείαν* Sabazio sacrum supra nominavit Palatinus; *Ὀρφεοτελεστὰς* alibi Theophrastus. Sabazii cultum feminis praecipue sanctum fuisse, arguere licet ex Aristophanis Lysistr. v. 388. Cum Baccho multi eundem faciunt. *παρὰ τῇ ἱερείᾳ* maluit Coray.

ἐρῶν ἱέρας] Coray coniecit *τῆς ἱερείας*, alius vir doctus *ἑταίρας*. Sequens *θύραις* e litteris Codicis *θυ* exsculpsi. Coray malebat: *προβάλλων ταῖς θυσίαις* (i. e. *εἰς τὰς θυσίας*) vel *πρ. ταῖς Θυάσι*, quod interpretatur: *il présente des beliers aux Thyades*. Utroque enim loco putat *ἱέρειαν* esse Baccham.

κατοχούμενος — ἱππάζεσθαι — κατεαγέναι] Vulgatum *ὀχούμενος — ἀσπάζεσθαι — καταισχῦναι* correxi e Palatino, ubi Codices Casauboni *κατεσχέναι* dabant. Codex Rheding. aperte *ἱππάζεσθαι — κατεαγέναι* scriptum exhibet. Andocidis locum p. 29. comparavit Hottinger: *ὕστερον δ' ἐγὼ μὲν ἐν Κυνοσάργει ἐπὶ πωλεῖον, ὅ μοι ἦν, ἀναβὰς ἔπεσον, καὶ τὴν κλεῖν συνετρίβην καὶ τὴν κεφαλὴν κατεάγην.*

3. *λίτραις — συνάξοντας*] Haec nova sunt; Codex tamen *λιταῖς — συναύξοντας* dat. In verbis prioribus *ἕνδεκα λίτραις* fortasse vitium latet adhuc. *λίτρας* Atticos comicos posuisse pro obolis, testatur Pollux.

παίζειν πρὸς] Vulgo erat *παίζειν· καὶ πρὸς*. Codex habet: *πέζειν· πρὸς*. Verba *τῶν παίδων* tanquam supervacua seclusi. Casaubonus *πρὸς μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν* scribens comparabat romanum exercere se ad palum. *πιέζειν* coniecit Coray.

παρ' αὐτοῦ. καὶ διδάσκειν] Casaubonus verba duo postrema addebat, ut sententiam adiuvaret. Coray coniecit: *μανθάνων παρά του διδάσκειν*. aut: *διακοντίζεσθαι, ἅμα μανθάνων παρ' αὐτοῦ, ὡς ἄν*. In Vaticano auctario malebat: *καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον διατοξεύεσθαι· καὶ διακοντίζεσθαι τῷ τ. π. παιδαγωγῷ, ἅμα μανθάνων παρ' αὐτοῦ, ὡς ἄν*. quam rationem praetuli scripturae vulgari: *καὶ ἅμα μανθάνειν*.

ὅπως — τερετίζων] Haec omnia nova sunt. *ἕδραν στρέφειν* proprium erat pugilum artis. Theocritus 24, 109.

ὅσσα τ᾽ ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες ἀλλάλως σφάλλοντι παλαίσμασιν. Ceterum recte monuit Coray, a palaestra iuventutem Atticam balineas fuisse ingressam: ubi ὀψιμαθὴς repetit alieno in loco, quae vixdum didicerat.

ὅταν ᾄσι] Malim παρᾷδι.

AD CAPVT XXX.

ἀγὼν τῆς ψυχῆς] Vitium apertum corrigebat Casaubonus scribendo ἀγωγή, Hottinger ἀγωγόν; quod vocabulum idem restituit Platoni Reipubl. 7. p. 142. μάθημα δὲ πρὸς τοιοῦτόν τι ἀγαθὸν, οἷον σὺ νῦν ζητεῖς, οὐδὲν ἦν ἐν αὐτῇ. ubi Eusebius ἄγον habet, ipse corrigit ἀγωγόν.

τίς ἐστι] Ita Palat. et Rhed. vulgo τί ἐστι; deinceps vulgabatur: γενεαλογοῦντες, πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄρξασθαι. Ὁ μὲν πατὴρ — ἐπειδὴ δ᾽ εἰς τ. δ. et cet. ubi αὐτοῦ est ex emendatione Casauboni. antea erat αὐτῶν. Verum αὐτοῦ habet etiam Rheding. In Palatino statim post τίς ἐστι sequitur: οὐκοῦν δὲ καθάπερ οἱ γ. Sosias Thrax est apud Xenophontem de Reditibus 4, 14. Coniunctionem δὲ post ἐπειδὴ delevi.

καλεῖται — κρινοκόρακα] Est accessio Palatini libri. ψυχή erat inter blandientium amatorum vocabula, quo nunc cum sarcasmo utitur maledicus homo. Κρινοκορίση (an Κρινοκορίσκη?) est levis Hottingeri coniectura.

τοιούτων — κακὸς καὶ μαστιγίας] Ita Palat. antea erat τούτων, omissa copula καί. Sed Rheding. etiam τοιούτων habet.

2. Καὶ κακῶς δὲ πρός τινα, εἰπεῖν· ἐγὼ δή που τὰ τοιαῦτα οἶδα, ὑπὲρ ὧν σὺ πλανᾷς πρὸς ἐμέ] Haec adiicit Palatinus ita scripta. Equidem verba aliquot excidisse putabam: contra Coray scribebat: καὶ πρός τινα εἰπεῖν, ἐγὼ et cet.

καὶ (ἐπὶ) τούτοις] Casaubonus ἐπὶ interseruit. Deinceps ἁρπάζουσι e Palatino fuit auctum. Lysiae locum contra Simonem T. I. p. 46. et 66. ed. Augerii attulit Coray, ubi eadem extat dictio de eodem mulierculararum genere meritorio.

Καὶ οἰκία τίς αὐτή· τὰ σκέλη ἠρεῖσθαι· οὐ μὲν οἷον λῆρόν ἐστι τὸ λεγόμενον, ἀλλ᾽ ὥσπερ αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς ὁδοῖς συνέχονται, καὶ τὸ ὅλον ἀνδρόλαλοι τινὲς, καὶ αὗται τὴν θύραν τὴν αὔλειαν ὑπακούουσι] Hoc insigne Palatini

auctarium, ut potui, correxi. *αἴρεσθαι τὰ σκέλη, tollere pedes.* Cf. Ovidii A. A. 3, 775. *Milanion humeris Atalantes crura ferebat.* Huc pertinet iocus Ciceronis ad Attic. 2, 1. *noli de uno pede sororis queri: licet etiam alterum tollas.* Vir dicitur *αἴρειν τὰ σκέλη τῆς γυναικὸς* apud Aristophanem Pacis v. 890. sed femina etiam Eccles. v. 265. *εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη.* iterumque Lysistr. 229. Scripturam codicis *συνέχονται* antea mutaveram in *συνέρχονται.* Sed vir doctus in Bibliotheca Lipsiensi artium et litterarum elegantiorum Tomi 72. P. 1. p. 99. felicius coniecit: *αἱ κύνες — συνέχονται.* Denique *ἀνδρόλαγνοι* conieceram, et locum ita constituebam: *ἀνδρόλαγνοί τινες αὗται, καὶ κατὰ τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ὑπακούουσιν,* i. e. ianua postica admittunt adulteros in cubiculum. Aristophanes Pacis versu 980. *ἅπερ αἱ μοιχευόμεναι δρῶσι γυναῖκες· καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρακλίνασαι τῆς αὐλείας θύρας παρακύπτουσι· κἄν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς, ἀναχωροῦσι, κᾆτ' ἢν ἀπίῃ, παρακύπτουσιν. ἀνδρολόγοι* coniecit Coray vertens: *qui enlèvent les passans dans les rues.*

3. *Ἀμέλει δὲ*] Vulgo erat brevius: *καὶ κακῶς λεγ. ἑτέρων συνεπιλαμβάνεσθαι καὶ αὐτὸς λέγων, καὶ ἐγὼ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον πάντων μεμ.* In Rheding. est: *καὶ αὐτὸν λέγοντα, ἐγώ.*

ἀπὸ τοῦ προσώπου] Articulum dedit Palat. Deinceps vulgabatur: *ἡ δὲ πονηρία.* Palat. habet: *ἡ δὲ πονηρία· οὐ ὅμοιον.* Cum Schwarzio correxi. *πονηρία* Coraio et Rich. Newtono est avaritia.

γυναικὶ τρεῖς χαλκοῦς] Ita orationem vulgati libri continuabant, et *τῇ* ante *τοῦ Ποσειδῶνος* omittebant. Palatinus dat: *αὐτοῦ γυναικὶ τάλαντα εἰσενεγκαμένῃ, ἡ προῖκα, ἐξ — γέννᾷ, τρεῖς χ.* sed in margine *γέγονε* erat adscriptum. Coray malebat *καὶ ἐξ ἧς. τὴν Ποσειδῶνος ἡμέραν* Casaubonus interpretabatur primum Posideonis mensis, Decembri et Ianuario respondentis, diem, Neptuno sacrum. Antiqui Attici mores balnea calida improbabant, teste Aristophane Nub. v. 1040. Fortasse Dionysia rustica mense Posideone celebrata (vide cap. 3, 2.) intelliguntur.

καὶ ἀρχήν γε — λοιδορεῖσθαι] Haec nova Codex ita scripta habet: *εἰληφότος μὴ ἀποχέσθαι μηδὲ τοὺς οἰκείους αὐτοῦ λ.* quae mutaveram olim in *εἰληφώς.* Sed *εἰληχότος ἀρχὴν* refertur ad civem, qui magistratum sortito accepit.

καὶ ἄλλα πλεῖστα] Ita vulgo erat, sed ἄλλα omittit Palat. unde accesserunt illa postrema: ἀποκαλῶν — τοῦτο ποιῶν. Sed idem subiuncta habet haec: οὕτως ὁ τῆς διδασκαλίας ἐρεθισμὸς (ἐρεθισμένος scriptum erat) μανικοὺς καὶ ἐξεστηκότας ἀνθρώπους τοῖς ἤθεσι ποιεῖ. quae clausula mihi profecta videbatur ab inepto librario monacho; igitur seclusi ab oratione Philosophi. Contra Coray corrigebat: ὁ τῆς κακολογίας ἐρεθισμὸς et cet. Hottinger ὁ τῆς δυσκολίας coniecit, Schweighaeuser ἐστερισμένος.

AD CAPVT XXXI.

Novum e Codice Palatino prodidit Italus Amaduzzi, post eum Siebenkees. Indignum Theophrasto censuit Hottinger, qui pleraque omnia Codicis eius additamenta contemsit.

ἡττημένοις] Hottinger ἰδίαν δίκην supplebat. Sufficiebat δίκας.

ὡς γίνεται] Formula videtur loquendi familiaris fuisse, qua pretium rei soleret extenuari.

ἐπισκῆψαι δὲ, ὡς χρηστός ἐστι] Cum Coraio Hottinger mavult ὅς χρ. verbum interpretatus: *Rechtschaffenen Leuten ist er aufsätzig.* σκῶψαι coniecit Nast. ἐπισκῶψαι Coray. Equidem putaveram, intelligi ψευδομαρτυρίας: negat verum esse, quod dicitur, ὡς χ. ἐστι.

ἐλεύθερον· Ἐὰν βούλεταί τις εἰς πονηρὸν, καὶ] Ita Editiones. Emendationem Coraii posui. Codex ipse habet εἰς π cum signo lacunae. πονηρὸν substituit Amaduzzi.

ἀγνοεῖν] scilicet τοὺς ἀνθρώπους. nisi fuit ἀγνοεῖσθαι. Copulam adieci.

ἐπίδοξον] Conieceram ἐπιδέξιον. Coray vertit: *qui jouit d'un grand credit, une grande reputation.*

3. *λέγοντι*] Olim secluseram, ut inutile verbum. Hottinger interpretatur τῷ δημαγωγῷ.

κύνα τοῦ δήμου] Demosthenes c. Aristogit. pag. 770. quem orator ait esse qui defendant, οἷοι τοὺς πονηροὺς φιλεῖν καὶ σώζειν. *Κύων, νὴ Δία, φασί τινες τοῦ δήμου.* Locum comparavit Coray.

4. *κρίσιν κρίνων*] De accusatore dictum interpretatur Hottinger, comparans de usu verbi Mureti Var. Lect. 19, 16. Taylorum ad Lycurgi T. IV. p. 137. et Wolfium ad Leptin. p. 306.

XX.

AD LIBRVM DE COLORIBVS.

De libelli auctore ita Simon Portius in editione Parisiensi anni 1549. p. 12. iudicavit: *In dubium nonnulli vertunt, spuriusne sit Aristotelique falso adscriptus, an legitimus. De quo, quanquam Plutarchus asserit, Aristotelem duo de Coloribus edidisse volumina, et Pachymeres in catalogo librorum Aristotelis enumeraverit, nihil tamen hactenus habeo comperti; nam phrasis Theophrastum potius quam Aristotelem mihi sapere videtur. Accedit quod parum aut nihil de coloribus plantarum disputaverit: ordo nihilominus Aristotelicus est.* De auctore libri Casaubonus ad Athenaeum p. 90. sentit cum Portio. Comparavit hic exemplaria duo manuscripta, non magis tamen integra, quam impressa, quorum alterius copiam fecerat Cardinalis Rodulphus. Editiones Leoniceni, Isingrianam, Camotianam et Portianam comparavit diligenter, et orationem hinc vel inde supplevit Sylburgius, ita tamen, ut nobis spicilegium relinqueret. Mirabile mihi in altero Portii codice accidit primum, cum viderem multa loca in eo omissa, alia in brevius contracta; sed mirari desii, ubi recordatus sum, Theophrasti, quem tota oratio et methodus loquitur, ceteris physicis scriptis simile fatum epitomatorum malam sedulitatem contraxisse. Sunt enim haec potius excerpta e libro Theophrasti de Coloribus, veluti vel idem vel alius Graeculus Theophrasti libros de Lapidibus, de Igne, de Odoribus et reliquos excerpserat, in quibus eadem docendi ratio et oratio conspicitur. Hinc explicanda etiam videtur oratio interdum non tam concisa quam mutilata, partim etiam repetitis saepius iisdem verbis taediosa; nec rerum causae semper dilucide atque ordine suo explicantur; quae potius epitomae quam auctoris culpa esse videtur. Versionem non Portii sed Coelii Calcagnini adscivit Editio Operum Aureliae Allobrogum anno 1606 prodita, quae plures etiam probabiles Sylburgii vel aliorum emendationes ab eo probatas in textu reposuit. Dicitur etiam veteris interpretis versio extare in Editione operum latina Veneta anni 1496.

Causam coloris naturalis primam quaerit Aristoteles de anima 2. c. 7. et de sensu c. 3. varietatem colorum obiter tractat Meteorol. 3. c. 2. et 4.

Libri versionem germanicam dedit auctor libri: *Zur Farbenlehre. Von Goethe.* Tubingae 1810. Voluminis secundi pag. 24 — 53. quam dum comparabam cum verbis graecis, variae mihi subnatae sunt coniecturae, quas lectori indicandas apposui. Plura quidem in priore libri parte vitiose scripta esse mihi videntur, quae sine meliore Codice vix emendare licebit.

γῆ δὲ [ἐστὶ]] Seclusum verbum omisit Leon. et Isingr. quae deinceps habent: *διὰ τὸ καπνῷ β.*

2. *εἰς ἄλληλα μεταβαλλόντων*] Sic Sylb. cum Edd. dedit: alterum *μεταβάλλουσι* est in Camot. et Portiana. Sequens *εὐσύνοπτα* seclusi, quippe ad sensum incommodum.

τριχῇ] Port. *τριχῶς*. Post *τῇ φύσει μέλαν* inserui e Camot. verba *ἁπάντων γὰρ — μέλαν.* Versio germanica omisit, ut causam sequenti membro adiectam copulavit cum primo. Pro *φέρεται* ante Portium et Sylb. legebatur *φαίνεται.*

Φαίνεται δὲ καὶ] Alter Codex Portii habebat: *Τὰ δὲ φαίνεται ἡμῖν μέλανα.*

3. *μέλαν φ. διὰ τοῦτο*] Priora duo verba e Camot. inserui. Deinceps *διατεῖνον* habet Portiana pro *διαδῦνον*. Illud praeferam. Verba seclusa *τοῦ φωτὸς* sensum interpellant, et omisit versio germanica.

4. *ταύτην ἔχον*] Ante Portium deerat verbum *ἔχον*, qui deinceps dedit *καὶ διὰ τοῦτο μόνον δ.* ex altero Codice.

5. *πυρὸς εἴδη*] Ising. *ἤδη*. Leon. Camot. *εἴδει.* deinceps *χρῶμα μόνου* ante Portium erat.

οὐδενὶ γοῦν] Camot. *οὐδενὶ γάρ.*

7. *καὶ [τῷ] ἧττον*] Seclusi *τῷ*. Portiana *τε καὶ ἧττον* dedit, et paulo post *καὶ ἧττον*. unde articulum seclusit Sylb. Deinceps *ἁλουργὲς* Portiana. Vulgatam Sylb. defendit comparato loco e Meteor. libro 3. *τὸ δὲ φοινικοῦν καὶ πράσινον καὶ ἁλουργὸν οὐ γίγνεται κεραννύμενον.* Postea *καπνοειδεῖς* ante Portium.

8. *ἁλουργὲς*] Hic et paulo post e Portiana reposuit Sylburg. Falsam deinceps interpunctionem *ἐστιν, ὅτε φαίνεται περὶ* correxi.

9. *ὄρφνιον*] Sic Portius habet hic et infra. Deinceps *πολὺ δὲ τὸ φῶς* cum Camot. dedi, cum vulgo verba *τὸ φῶς* deessent. Verbum *ἐντεινόμενα* vitiosum videtur. Versio dedit *ausgebreitet*. Pro *τῷ πρώτῳ μέλανι* haud scio an *ἀκράτῳ τῷ μέλανι* scribendum sit, ut sectione sequenti.

10. *Ἔστι γάρ τινα τῶν χρωμάτων*] E Camot. *τινὰ* inserui, et pro ἁπλῶς cum altero Portii Codice ἁπλᾶ scripsi.

ἁπλᾶ πως μίξιν] Ita Camot. *διὰ τὸ πλάτος μίξιν ἑνὸς ἔχειν* Portius ex altero Codice scribit et vertit: *propterea quod mixtio unius habet latitudinem.* Sylb. cum pr. Edd. διὰ τὸ τὰ ἁπλᾶ πρὸς μίξιν. Locum aperte vitiosum e lectione Portii ita vertit interpres: *jedoch da ihre Mischungen einigen Spielraum haben, nicht eben eine entschiedene, vorauszusagende Wirkung hervorbringen.* Idem deinceps verba, *καὶ ποιοῦσιν ἄλλην* χρόαν *καὶ μὴ* ὁμοίαν ἔμφασιν, *τὴν γένεσιν διηγεῖσθαι,* ita fere scripta vertisse videtur.

11. *ἐκ κινήσεως*] Portius ex altero Codice πλατυκῶς praefert, et vertit *cum latitudine, i. e. maiori et minori albedine vel lumine.* Deinceps vulgatum *καθ'* αὑτὸ cum Portio correxi. Forte deinceps scribendum ὁμοιοῦντας ἐπὶ *τῶν*, deleta copula *καί.*

ὅμοια *ἐκ τούτων λαβεῖν δεῖ*] Verba *ἐκ τούτων λαβεῖν* inserui e Camotiana. Post *Μάλιστα* γὰρ deesse videtur οὕτω.

12. *κεραννύμενα* γὰρ *τῷ μᾶλλον*] Ita Sylb. γὰρ *κατὰ τὸ μᾶλλον* Camot, unde comparata sectione 7. scripsi *καὶ τῷ μᾶλλον.*

καὶ ἀπὸ *τῶν* ἄλλων] Camot. *ἐπὶ τῶν ἄλλων.* Alter Portii Codex scripturam loci ita variavit: *τούτων δὲ πλατυκῶς πάλιν πολλαὶ διαφοραί εἰσι τῷ πλεονάζειν* ἢ τὸ λαμπρὸν ἢ τὸ *λευκὸν* ἢ τὸ μέλαν *καὶ σκοτεινὸν κατὰ τὸ* μᾶλλον *καὶ* τὸ ἧττον· τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἡλίου *φῶς καὶ* ἀπὸ τοῦ *πυρὸς κεραννύμενον, που μὲν τῷ* ἀέρι, *που δὲ τῷ* ὕδατι, *διαφόρως ἔχουσι, διαφόρους καὶ τὰς χροιὰς ποιεῖ· καὶ αὖθις οἱ ἄνθρακες καὶ ὁ καπνὸς καὶ ὁ ἰὸς καὶ τὸ θεῖον καὶ* τὰ *πτερώματα κεραννύμενα, τὰ μὲν ταῖς* τοῦ *ἡλίου αὐγαῖς, τὰ δὲ ταῖς* τοῦ *πυρὸς, πολλὰς καὶ ποικίλας ποιοῦσι μεταβολὰς χρωμάτων τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον κεράννυσθαι.*

ἄλλων *χρωμάτων*] Interpres: *anderer mehr körperlichen Farben.*

χρωμάτων. *Τὰ δὲ καὶ*] Ita pro χρώματος cum Portio Sylb. Sequentia alter Codex Portii ita variat: *τὰ μέντοι γινόμενα ἐν τῇ τῶν καρπῶν πέψει αὖθις θεωρητέον σύναμα τοῖς γινομένοις καὶ ἐν φυτοῖς καὶ ἐν τριχώμασι καὶ ἐν πτερώμασι.*

13. *διαφέρουσιν αὐτῶν*] Leon. Isingr. *διαφέρει αὐτῶν.*

unde cum Sylb. *αὐτῶν* praetuli. Deinceps *καθ' αὐτὰς τὰς διαφορὰς* Leon. et Camot. articulum *τὰς* omisit Portiana.

14. *Ποιεῖ δὲ διαφορὰν*] Portius *ποιεῖται* dedit.

15. *λειούμενα*] Male Interpres: *welche, indem sie durch Reiben oder sonst eine Gewalt glatt werden, — wie abgeriebenes Silber.*

ποικίλας χροιὰς] Sic Attice Portius habet. Post *καθάπερ καὶ* signum lacunae posui cum Portio, qui deinceps *μέλαιναι γὰρ οὖσαι* dedit, et annotavit, intelligi leucographum Plinii. Sylburgius addit lapidem fissilem, quo pro tegulis utitur pars Germaniae. Ceterum alter Portii codex verba haec, *καθάπερ καὶ* — usque ad initium sect. 16. *φύσει δὲ καὶ τῶν αὐτῶν εἶναι*, omisit. Pertinet huc mentio lapidis albi Euboici, de quo Plutarchus Themistoclis c. 8. *ὁ δὲ λίθος τῇ χειρὶ τριβόμενος καὶ χρόαν καὶ ὀσμὴν κροκίζουσαν ἀναδίδωσιν.*

κεχρωσμένων] Leon. Camot. *κεχρωμένων*. Deinceps *μίαν ταύτην* Camot. *τοιαύτην* omisit Leon. et Isingr. Ceterum *ὁ ἀποτριβόμενος — ἔχων — μέλας* non habet, quo referatur nomen; quare fortasse *τὸ —ενον — ἔχον — μέλαν* scribendum est. In verbis *φύσει δὲ καὶ τῶν αὐτῶν εἶναι* sensus non inest integer. Interpres vertit: *und nun die uranfängliche Natur der kleinsten Theile gesehn wird.*

16. *προτέρου τούτων*] Pronomen omisit Portiana, et deinceps pro *διὰ τὸ* dedit *παρὰ τὸ*. Eadem verba *ἐν τῇ τρίψει* omisit.

ἐν τῇ συνάψει — διαφαινόμενον] Omisit haec alter Portii Codex. Pro *πάλιν* paulo antea Camot. habet *πᾶσαν*.

17 *καὶ λειότητος*] Copulam omisit Portius, qui alterius Codicis scripturam hanc annotavit: *ὁ ἄργυρος καὶ ὅσα σκιώδεις ἔχει τὰς χρόας.* Equidem pro *Ἐπὶ δὲ* scripsi *ἐπί τε* sensu flagitante, quem reddidit etiam Interpres.

18. *ἢ οὕτως ἔχοντι*] Sic alter codex Portii, qui ad *ἡλίῳ* referebat dativum. Deinceps Camot. *διὰ καὶ τὸ φῶς — ἔχει χρόαν.* Ceterum malim *καὶ πρὸς τῷ πυρὶ καὶ τῇ σελήνῃ καὶ ταῖς — αὐγαῖς (θεωρούμενα) — φερόμενα διαφόρως χρώζεται.*

19. *ἀνακλασθὲν*] Ita Sylb. cum altero Portii Codice pro *ἀνακερασθὲν* scripsit. In altero Codice Portii aberant haec omnia.

τὰ καθ' ὕδατος] Articulum e Camot. supplevit Sylb.

20. *ὑάλου*] Ita Portius dedit. Deinceps *ἀκριβῆ* vulgatum e Portiana correxi. In altero Codice Portii brevius haec omnia ita scripta leguntur: *διὰ τὸ καὶ τὸ φῶς ἀλλοιοτέραν*

ἔχειν χρόαν. διαφόρως δὲ καὶ ταῦτα τὰ κεραννύμενα χρώματα ἐν τῷ καὶ αὖθις ἄλλοις συγκεράννυσθαι, φαίνονται· ὅθεν καὶ ὁ ἀὴρ ἐγγύθεν et reliqua.

καὶ διαφαινομένων] Copulam e Portiana inseruit Sylb. Deinceps vulgatum θεωρουμένου e coniectura Sylb. correxi, et in fine sectionis vulgatum λευκότατον. e Portiana.

21. πολλὰ μὲν γὰρ] Ita Portianus Codex alter. Vulgo erat: πολλὰ δὲ καὶ τοῖς ἄνθεσι καὶ τοῖς φυομένοις καὶ ταῖς ῥίζαις βάπτεται καὶ φλοιοῖς καὶ ξύλοις καὶ φύλλοις καὶ καρποῖς. unde fortasse καὶ ξύλοις retinendum fuerat. Camotiana ita: πολλὰ δὲ καὶ τοῖς ἄνθεσι βάπτεται τοῖς φυομένοις καὶ ταῖς ῥίζαις, πολλὰ καὶ φλ. Sequens ἁλουργὸν e Portiana in ἀλουργὲς mutavit Sylburgiana. Post ταῦτα e Portiana πάντα inseruit eadem. Denique χρόας λαμβάνει Portius dedit et ἐκρυέντων. Leon. Isingr. ἐῤῥυθέντων. Rom. et Camot. ἐριρυθέντων.

22. καὶ μίξεις, καὶ τὰ πάθη] Interpres scriptum vertit κατὰ τὰς μίξεις καὶ κατὰ τὰ πάθη. Idem sequentia vertit: *Man färbt auch schwarze Felle; an diesen wird aber die Farbe nicht sonderlich scheinbar:* et reliqua, in quibus a sensu vero plane aberravit.

ὁμοίως γε καὶ τῷ χρώματι] Copulam cum Portio omisi. Deinceps τῆς τριχὸς διαστήματα Leon. Isingr. Camot. Post βαφὴν Camot. addit ταῦτα. Portii Codex alter habet: ταῦτα μὲν λευκὰ μένοντα καὶ παράλληλα κείμενα τοῖς χρώμασι, π. unde vulgatam βαφήν· λευκὰ μὲν ὄντα καὶ π. correxi. Postea γίνεσθαι τῶν μελάνων legebatur. *fit* tamen Portii versio habet.

ἀκρατέστερον αὐτοῖς] Vulgatum e Portiana et Camot. correxi. Deinceps κεραννυμένων Isingr. habet.

Καθ' αὑτὸ μὲν] E Portiana μὲν inseruit Sylb. Deinceps vulgatum τῶν δὲ βαπτομένων e coniectura Sylburgii correxi.

23. Τὰ δὲ τριχώματα — ἐκ τῶν τοιούτων] Haec omisit alter Portii Codex. Isingr. καὶ ποῖαι habet.

24. Ἐν πᾶσι δὴ] Vulgatum antea δὲ e Portiana correxit Sylb.

25. διὰ τὸ κατ' αὐτὰ] Portiana καθ' αὑτὰ dedit, sed vulgatam vertit. Eadem deinceps ψυχόμενον dedit.

μᾶλλον μὲν οὖν τοῦ ὑγροῦ] Ita cum Camot. et Port. scripsi. Ceterae habent τὸ δὲ μᾶλλον τοῦ ὑγροῦ. Malim

tamen μᾶλλον δὲ τοῦ ὑγροῦ, propter praecedens τὸ μὲν ποῶδες.

26. βρυδυτέρας γιγνομένης] Portius γενομένης dedit. Idem sect. 27. τῶν ante φυομένων, et οἷον ante καυλοὶ omisit. Postea ὡς προείρηται dedit.

27. Ὅταν δὲ μηκέτι — βαπτόμενα τῶν ἀνθῶν] Alter Portii Codex brevius ita habet: ὅταν δὲ πεπαίνωνται οἱ καρποὶ πάντες, καὶ τῆς ὑπαρχούσης ἐν αὐτοῖς ὑγρασίας συνεψωμένης ὑπό τε τοῦ ἡλίου καὶ τῆς τοῦ ἀέρος θερμότητος, ἕκαστοι λαμβάνουσι τὰς ἀπὸ τῶν φυτῶν χρόας, καθάπερ καὶ τὰ βαπτόμενα τῶν ἀνθῶν. Camotiana vero sic: πεπαίνωνται οἱ καρποὶ πάντες, τῆς ὑπαρχούσης ἐν αὐτοῖς ὑγρασίας συνεψομένης ὑπό τε τοῦ ἡλίου καὶ τῆς τοῦ ἀέρος θερμότητος, καὶ λαμβ. τ.

28. Φανερὸν δὲ τοῦτό ἐστιν] Haec verba ex altero Codice Portius inseruit. Deinceps scribendum videtur πεπαυμένοι, nisi potius οἱ γὰρ καρποὶ ἐκ τοῦ ποώδους scriptum fuit a Theophrasto: quam scripturam sequitur Interpres. Aliter structura verborum et sensus laborat. Post χρωμάτων διαφορὰς Camotiana addita habet haec: διὰ τὸ τὴν ὑγρασίαν τῶν βλαστῶν εἰς αὐτοὺς διηθουμένην τοιαύτην ἔχειν τὴν τοῦ χρώματος φύσιν. quae supra sect. 27. integriora leguntur.

29. μεθ' ἑαυτοῦ] Leon. Isingr. Camot. μεθ' ἑαυτό.

30. ἐκλύσωσι] exciderint. Ita vulgatum ἐκκλύσωσι, eluerint, correxi. Venam vel αἱματίδα exsectam fuisse, testatur Aristoteles in historia animal. libro 4.

ἕκαστον αὐτῶν τοῦ ὑγροῦ] Camot. ἕκαστον ἄνθος δι' ὑγροῦ. unde ἄνθος praefero. Nihil enim antecessit, ad quod referatur αὐτῶν. Eadem τῶν ἀνωμάλως ὑπαρχόντων habet, quod item praeplacet mihi.

καὶ λευκὸν καὶ ὄρφνινον] Portiana καὶ λευκὸν omisit et ὄρφνιον scribit, ut infra.

καὶ τὸ τελευταῖον] Vulgabatur: καὶ τότε ἅπαντα γίνεται συνεψηθέντων. Camot. dedit: καὶ τότε τελευταῖον ἅπαντα γίνεται πορφυροειδῆ, τῶν ἀνθέων ἱκανῶς συνεψηθέντων. quam scripturam adscivi, voce τότε mutata in τό.

μηδὲν τῶν ἄλλων χρωμάτων] Portius falso putabat, sensum apertiorem fore, si legatur τῶν αὐτῶν, illorum, enumeratorum scilicet colorum.

31. πάλιν] Hoc et τῷ ante μέλανι e Portiana inseruit Sylb.

32. Δηλοῖ δέ· καὶ γὰρ] Alter Codex Portii: δηλοῖ δὲ καὶ τὰ κλήματα καὶ τὰ ἔρια καὶ τὰ φύλλα πάντα, ὅτι ἐστὶ

μέλανα. In ἔρια vitium latere videtur. *τριχία* vertit Interpres.

33. ὑστεροῖ] Codicis alterius ὑγρότερα probabat Portius. *τὰ μέλανα τῶν φοινικείων* Camotiana dedit, cum vulgo sensu contrario legeretur *τὰ φοινίκεια τῶν μελάνων.* quod miror Sylburgium non mutasse.

34. ὑστέρων] Alter Codex Portii: *ὅτι δὲ χρωμάτων ὕ. ἐπιγ. ὅταν κρατῇ, τὸ πρότερον χρῶμα τῶν καρπῶν μεταβάλλει.*

ἤδη χρωζομένων] Ita cum altero Portii Codice scripsi pro χρονιζομένων. Sed praeterea vitiosa censeo superiora, *μὲν ἤδη γίνεται λευκά.* ubi ἤδη contrarium antecedenti *κατ' ἀρχὰς* delendum videtur. Igitur seclusi. Sequens *πάλιν* hic et sect. 35. post *λευκανθεὶς δὲ* e Camot. supplevit Sylburg.

35. ἐπ' αὐτοῖς] Hoc pro ὑπ' αὐτοῖς e Portiana reposuit Sylb. Deinceps ὥσπερ pro καθάπερ habet Portiana.

Ὁμοίως καὶ τὰ τῆς μήκωνος φ.] Ita cum altero Codice Portii scripsi, ubi erat διὸ καὶ τὰ τ. μ. φ. sensu falso.

36. τούτων δὲ πάντων] Ita Portiana pro vulgato δὲ ἁπάντων.

37. μηλέας] Leon. Isingr. Camot. μηλαίας. Ceterum vitium in hoc membro recte animadvertit Portius, celavit Sylburgius. *Videbatur mihi*, inquit, *aliquando aliquid literae deesse, et authorem voluisse duo genera florum et totidem pomorum exprimere, ita ut purpurascenti flori responderet puniceum pomum, et pomum flavum flori albo. — Nisi malimus dicere, unum genus floris et duo pomorum statuere: siquidem experientia docet, plura esse pomorum genera quam flava.* Sed et ipsa verba vitium loquuntur. Neque enim consequentia ulla inest his: *φοινικοῦς δὲ καὶ ὁ τῆς μ. καὶ γὰρ ταύτης.* Quid enim copula *καὶ* hic facit? nec causa ulla redditur, quae tamen inesse videtur in verbis *καὶ γάρ.*

38. Ῥᾴδιον — συνιδεῖν] Alter Codex Portii his omissis pergit: *καὶ τῶν καρπῶν ἔνιοι πολλὰς διαφορὰς καὶ χρ. καὶ ὀσμῶν καὶ χυμῶν ἅμα τῇ πέψει λαμβάνουσι. Τὰ μὲν οὖν φύλλα διὰ μικρότητα τῆς τροφῆς ταχέως ἐκπέττεται, καὶ μάλιστα συμβαίνει πρότερον τῶν ἀνθῶν τὰ ἄκρα· οἱ δὲ καρποὶ, διὰ τὸ πλῆθος τῆς ὑγρασίας εἰς πάσας ἅμα τῇ πέψει τὰς κατὰ φύσιν χρόας μεταβάλλουσιν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν βαπτομένων ἱματίων γίνεται. Ἀνάγκη δὲ καὶ τὰ μὲν ὑπερβάλλειν, τὰ δὲ ἀπολείπειν τῶν κατὰ φύσιν χρωμάτων, διὰ*

τὸ τῶν μὲν ἀτελῆ, τῶν δὲ τελείαν γίνεσθαι τὴν πέψιν. Ceterum vulgatum ἀνθῶν hic et deinceps iterum iterumque correxi.

39. τῷ χρώματι διαμένει] Ita cum Portiana Sylb. pro τῶν χρωμάτων antea vulgato.

40. τὴν πορφύραν] Hoc e Portiana addidit Sylb. Deinceps καθιᾶσι Leon. et Camotiana. Sequens αἱματίδας C. Gesner de Purpura in Aquatil. Histor. p. 912. mutatum voluit in ἁλουργίδας. Puto equidem αἱματίτιδα fuisse; αἱματῖτις enim dici solet, intellecto φλέψ. Aristoteles φλέβα dixit, alii σάρκα, ubi sanies continetur ad purpurae tincturam apta.

χρωμάτων, διὰ τὸ τῶν] Portius διὸ τῶν dedit. Verba διὰ ταύτας τὰς αἰτίας συμβαίνει τοῖς χρώμασιν ex altero Portii codice accesserunt. Leon. et Camot. habent: διὰ ταῦτα διαφέρειν ἀλλήλων.

41. Τὰ δὲ φύλλα] Alter Codex Portii ita: πολλὰ δὲ καὶ τῶν δένδρων τὸ τελευταῖον. Vulgabatur τὰ δὲ πολλὰ τῶν πλείστων. sed φύλλα pro πολλὰ e Camot. dedit Sylb.

ὑπολειπούσης] Ita cum altero Portii Codice vulgatum ἀπολειπούσης correxi. Deinceps vulgatum ἐπιῤῥεόντων cum Sylburgio e versione Portii correxi. Verbum omisit alter Portii codex, qui post χρώματι ξανθοὶ interserit haec: πρὸ τοῦ φθάσαι τὴν φύσιν τοῦ οἰκείου χρώματος.

ἀνδράχνης] Sylburgii coniectura est, scriptum fuisse ἀχράδος.

43. ὅταν ἔτι] Transpositum ἔτι pertinet ad ἔχον.

γενέσει τὸ περὶ τὸ τρίχωμα] Ita cum Camot. Sylb. pro vulgato antea τὸ περιττὸν χρῶμα. Portius dedit: ὅταν αὐτὸν ἐν τῇ γενέσει τὸ περιττὸν χρῶμα ὑγρὸν, καθάπερ, sed in annotatione αὐτὸ posuit. In altero eius Codice deerant verba τὸ περιττὸν χρῶμα, eaque ipse tanquam inutilia deleta voluit.

44. Διὸ καὶ πάντα τοῖς δέρμασι καὶ τῷ χρώματι] Hanc vulgatam monente Sylb. e Camot. correxi. In fine sectionis ὅλον pro μόνον e Camot. reposuit Sylb.

45. καὶ γὰρ ταῦτα — λευκῶν λευκὰ] Omisit haec alter Portii Codex. Deinceps διὸ καὶ τούτοις vulgatum antea ex altero Codice correxit Portius.

χρωϊζομένοις αὐτοῖς] Haec desunt in altero P. Codice. χρονιζομένης αὐτῆς Camotiana, quam scripturam praefero.

46. φερομένης] Portius ἐπιφερομένης dedit. Verba τὰς ἐπὶ ante τῆς κεφαλῆς Portiana omisit; sed ex eadem μὲν inter αἱ τῶν προβάτων interseruit Sylb.

47. ὑπὸ τῆς τελειώσεως] Alter Portii Codex πρὸ τῆς τελειώσεως. Post ὑπολείπουσαν male comma posuit Sylburgiana.

48. γίνεται λευκὰ] Quae deinceps leguntur usque ad τῶν τοιούτων, ex altero Portii Codice inserui. Legebatur tamen ibi προιρίψεως, quod Sylburgio praeeunte correxi. Ex eodem libro sequens membrum ὡς ἔφαμεν inserui.

49. Παρὸ καὶ παρὰ τὰ μάλιστα εἰς τοῦτο] Vulgatam hanc ex altero Portii Codice correxi. Deinceps vulgatum ἀπαλλάξῃ e Codice P. altero correxi cum Portio.

καὶ μέλας] Cum Ruellio et C. Gesnero in Urso p. 1066. λευκὸς malebat Sylburg. quod recepi cum Laemariana.

τὰ τῶν παιδίων] Ita pro παίδων scripsi grammatica iubente. Sequens ἅπασι e Portiana, τῆς τροφῆς post ὀλιγότητα e Camot. addidit Sylb.

50. Διὸ καὶ τὰ πλεῖστα] Alter P. Codex: διὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τῶν ζώων. Deinceps ἀσθενέστερα γίνεται Portius dedit.

ἐκ τῶν ἄλλων] Praepositionem omisit Camot. Alter P. Codex ita habet: ὅσα δὲ γίνεται λευκὰ, καὶ τῶν ἄλλων διαφέρουσιν, οἷον ἵπποι καὶ κύνες, τὰ τοιαῦτα πάντα.

εἰς τὸ λευκὸν — εὐτροφίαν] Vulgatum εἰς τὰ λευκὰ e Port. correxit Sylb. Sequens ἀτροφίαν ex emendatione C. Gesneri in Equo p. 481. posui. Postea οὐ γίνεται μέλαν Camot.

εὔκαρπα] Ita pro ἄκαρπα e Codd. duobus Portii Sylb. Deinceps vulgatum ἀπολειπούσης correxi.

51. μὲν πλείω ἔχει — ἥττω] Ita cum Camot. scripsi. Vulgo erat: κατ' ἀρχὰς ἔχει τροφὴν, — ἧττον.

πάντως ἔδει] Ita cum Camot. Sylb. πάντων δὲ Leon. Isingr. πάντων δεῖ Portiana. Sequentia τοιαῦτα εἶναι omisit Camot.

κατὰ τὴν ἀκμὴν] Ita pro καὶ τὴν ἀκμὴν cum Camot. Leonic. scripsi, probante Portio. In Codice eius erat: ἀλλὰ πάντων ἔδει τοιαῦτα εἶναι καὶ τὰ τριχώματα τὴν ἀκμήν. Pro πολιοῦσθαι in altero Codice Portii annotatum erat alibi legi πονοῦσθαι.

ἀπὸ πρώτης συστάσεως] Postrema vox e Camot. addita fuit a Sylb. Portii alter Codex hic deficiebat carie absumtus. Equidem ἀπὸ τῆς πρώτης σ. malim.

52. ἐν ἀρχῇ] Ita Port. ἐν ἀρχαῖς Leon. Isingr. Camot.

deinceps vulgatum μεταβάλλουσι τὸ χρῶμα e Leon. Is. Camot. correxi. Postea δῆλον δὲ habet Portiana.

ὑγρασίας ὑπολειπούσης] E Camot. ὑγρασίας accessit. Deinceps Codex alter Portii habebat: ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ πυῤῥὸν, οὕτως καὶ τὸ λευκὸν εἰς τὸ ξανθόν.

53. κόκκοι] Male Camot. κόκκινοι. Deinceps Codex alter Portii: καὶ τῆς πέψεως οὐχ ὁμοίως δυναμένης κρατεῖν.

54. μελάντατα] Ita Sylb. cum Portio. Antea μελανότατα.

55. ἁλουργὲς] Sic Portiana dedit. Deinceps ἔτι τῶν τριχωμάτων τῶν ὑγρῶν vulgatum correxi e Camot. Indidem ἐντὸς pro ἐν τῷ sumsit Sylb.

αὐτῶν λαμβάνειν μίξιν] Nempe τῶν αὐγῶν τοῦ ἡλίου. Ita cum Portio malui, quam αὐτὰ, ut vulgabatur, aut αὐτῆς, quod est in Camot.

τῷ χρώματι τοιοῦτον] Ita Port. et Sylb. pro τριχώματι. Deinceps pro καύλοῖς Isingr. κολέοις, Leon. Camot. καλέοις cum altero Codice Portii. καυλοῖς cum Portio Sylb. qui κουλεοῖς etiam scribi posse censuit. Verba τῶν χρωμάτων ante πέψιν e Port. addidit Sylb. Denique πολλῆς δὴ maluit Sylburgius scriptum; equidem δὲ seclusi tanquam inutile.

LIPSIAE,

EX OFFICINA F. C. G. VOGELII.

